
Westfälisches Urkunden-Bu... Die Urkunden des kölnischen Westfalens ...

Hermann Hoogeweg, Robert Krumbholtz, ...


UNIVERSITY OF MICHIGAN

WESTFÄLISCHES

URKUNDEN-BUCH.

FORTSETZUNG VON ERHARDS REGESTA HISTORIAE WESTFALIAE.

HERAUSGEGEBEN

VON DEM

VEREINE FÜR GESCHICHTE UND ALTERTHUMSKUNDE WESTFALENS.

SIEBENTER BAND:

Die Urkunden des kölnischen Westfalens vom J. 1200–1300.

Fünfte Abtheilung:

Die Urkunden der Jahre 1280–1289.

Bearbeitet

vom

Staatsarchiv Münster.

Münster, 1907.

In Commission der Regensberg'schen Buchhandlung.

(B. Theissing.)

1734.

Lutfried Propst des Klosters in Lippstadt bekundet, dass der Kämmerer des Klosters Arnold für dieses eine Rente von 4 Schilling in Salzkotten erworben hat. 1280.

Nos Lutfridus Dei gratia prepositus Lippensis civitatis universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris notum facimus et tenore presencium protestamur, quod Arnoldus camerarius ecclesie sancte Marie in Lippea quadam emptione nobiscum facta videlicet cum ovibus valentibus quatuor marcas nostro conventui ibidem in sui nominis memoriam perpetuam quatuor solidorum redditus conparavit. Quos quatuor solidos de pensione salis in Saltkoten bis in anno videlicet in Inventione sancte Crucis ac in festo beati Nycolai dicto nostro conventui procurabimus ministrari. Huius rei factum sigillo nostro fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX°.

Or. Stift Lippstadt. Siegel des Propstes (s. oben Nr. 1222) an abhängendem Pgtstr. (spitzoval, Gottesmutter mit dem Christuskind, der Propst links daneben knieend). Reg. Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. II, 24, Nr. 507.

1735.

Margarethe von Burbenne *verkauft* Hermann de Boderike *und* Heinrich de Berdinc *einen Hof in Werl unter der Bedingung, dass diese ihren Töchtern Ida und Jutta resp. dem Kl. Himmelpforten eine bestimmte Zeit lang eine Rente von 7 Schillingen zahlen. 1280.*

Universis Christi fidelibus presentem litteram perspecturis Margareta dicta de Borbenne et filius suus dictus Gotfridus salutem in Domino. A prudentibus viris dinoscitur introductum, ut ea que in tempore geruntur, ne simul cum tempore dilabantur, bene firmentur testimonio litterarum. Presentium itaque tenore protestamur et notum fieri cupimus universis, quod nos Margareta et filius noster Gotfridus vendidimus militi Hermanno dicto de Boderike et Hinrico dicto de Berdinc quandam curiam sitam in Werle cum omnibus suis attinentiis pro septem marcis legalium[1]) denariorum ibidem currentium, tali conditione interposita, ut annuatim solvant filiabus nostris dictis Ide et Jutte septem solidos legalis monete, quousque iam dicti Hermannus miles et Hinricus septem marcas solverint filiabus nostris supradictis et conventui sanctimonialium in Porta Celi, quibus nos omne ius quod in prefata curia habere dinoscebamur resignavimus libere et absolute. Postquam vero predicte filie nostre Ida et Jutta ambe debita carnis solverint vel vita decesserint, dicti Hermannus et Hinricus vel etiam heredes sui memoratos denarios prefato conventui pro animabus nostris, uti promiserunt, absque ulla contradictione assignare obligantur. Preterea ipsi firmiter spoponderunt, ut quacunque adversitate ingruente per quodcunque infortunium domus predicte curie devastate fuerint vel incinerate, memoratos septem solidos filiabus nostris supradictis et conventui sepedicto annuatim solvere integraliter teneantur. Ceterum innotescat omnibus, quod fratres memorati cenobii, videlicet Gerhardus, Johannes, Arnoldus coram probis viris firma fide nobis promiserunt, quod annuatim predictis filiabus nostris Ide et Jutte dictos septem solidos aut etiam quidquid supradicte septem marce ministraverint fideliter representare proponant. Et ut hoc firmum et inconvulsum permaneat, sigillum consulum civitatis in Werle et sigillum domini plebani ecclesie in Werle presentibus appendi postulavimus. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. Hiis presentes aderant: miles Gerwinus de Uflen, Thomas de Werle, Wilhelmus magister consulum, precones Henricus Parvus, Johannes senior, Johannes de Muntelo; fratres Gerhardus, Johannes et Arnoldus et alii quam plures.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 32. An weissen Hanffäden die stark beschädigten Siegel der Stadt Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5) und des Pfarrers von Werl (spitzoval, ein nach der Längsseite schreitender Vogel). Rückschrift von Hand des XVII. Jhs.: Werll lieftuchtsbrieff, expiravit.

1736.

Der Ritter Adolf von Altena übereignet dem Kl. Oelinghausen Güter in Holzen. 1280.

In nomine Domini, amen. Ego Adolfus miles dictus de Altena notum facio tam presentibus quam futuris, quod cum consensu Margarete uxoris mee et heredum meorum Rutgeri et Engelberti et aliorum bona voluntate et assensu contuli ecclesie in Olinchusen proprietatem cuiusdam mansi et arearum quarundam in Holthusen adiacentium, quarum proprietas ad me et ad heredes meos pertinebat, libere et quiete inperpetuum possidendam ob honorem beate Virginis et ob spem future retributionis. Ut autem hec donatio firma et inconvulsa permaneat future posteritati, appensione sigilli domini comitis de Marcha et nostro presentem litteram fecimus communiri. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX°. Testes aderant: Lambertus de Winninchusen et filius suus Sifridus, Rutgerus de Mellene, Adolfus de Tunen, Ditmarus de Ludelscede, Engelbertus de Balleve et alii quam plures.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 124. An Pgtstr. die Siegel 1) Adolfs von Altena (Westf. Siegel Taf. 198, 1), 2) des Grafen Everhard von der Mark (ebenda Taf. 33, 1 u. 2), die Umschrift des letzteren beschädigt.

1737.

Die Bischöfe Theobald von Canosa, Marcellinus von Tortiboli und Valdebrun von Avlona erlassen für das Hospital zum hl. Geist in Soest einen Ablassbrief. Rom 1280.

Universis Christi fidelibus, ad quos pervenerit hec scriptura nos Dei gratia Theobaldus Canensis, Marcellinus Turtibulensis et Valdebrunus Avellonensis episcopi salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme operibus misericordie prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente Domino cum fructu multiplicato recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet et vitam eternam. Cum igitur hospitale sancti Spiritus in Susato Coloniensis diocesis ad refugium pauperum a quibuscumque mundi partibus ibidem confluencium construitur, cui proprie non supetant facultates per quas sustentari valeat, nisi a Christi fidelium elemosinis subveniatur eidem, monemus, rogamus et in Domino exortamur, quatinus pias elemosinas et grata caritatis subsidia dicto hospitali errogare velitis, ut per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis adipisci possitis vitam. Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui de bonis sibi a Deo collatis aliquid dederint vel dicto hospitali miserint seu in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint eidem, singuli nostrum singulas dierum quadragintas (!) de iniunctis sibi penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome anno Domini M°.CC°.LXXX°, pontificatus domini Nicolai pape IIII[ti] anno secundo.

Or. Soest-Köln Nr. 15 (beschädigt). Die an rothen Seidenfäden angehängt gewesenen Siegel der 3 Bischöfe, für die die betreffende Stelle durch Namensaufschrift auf dem Umbug bezeichnet war, sind abgefallen. Ausserdem ist durch den Umbug ein Pgtstr. gezogen, mit dem offenbar ein Consensbrief des Diöcesanen, des Erzbischofs von Köln, der Urkunde angehängt war.

1738.

Dortmund an Lübeck; dankt für die Auslegung des Schreibens der Kaufleute von Spanien, Aragon, Navarra, Portugal, Gascogne und Provence und erklärt in der Angelegenheit mit den Nachbarstädten sich ins Einvernehmen setzen und gemeinsam mit Lübeck handeln zu wollen.
1280—1281.

Or. St.-A. Lübeck Nr. 16. Gedr. Lübecker UB. I 424. Reg. Hansisches UB. I 871 u. Dortmunder UB. I 156.

1739.

Bischof Everhard von Münster nimmt die auf der Ems durch seine Diöcese und Gebiet fahrenden Dortmunder in Schutz. Münster 1280 (1281) Januar 6.

Nos Everhardus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, universis presentia visuris notum esse cupimus, quod nos maricolas cives Tremonienses per alveum Emese versus Frisiam cum mercimoniis suis transeuntes per nostram dyocesim et districtum pro nobis et nostris, qui pro nobis facere voluerint, cum personis suis et rebus eundo et redeundo in nostram protectionem recepimus et conductum, mandantes omnibus officiatis nostris, ut eos promoveant amore nostri, recipientes ab eisdem ad opus nostrum thelonium debitum et consuetum. Datum Monasterii ipso die Epiphanie Domini, anno Domini MCCLXXX.

Or. Stdt.-A. Dortmund. An Pgtstr. Siegel Eberhards (Westf. Siegel Taf. 44, 5 und 45, 7). Gedr. Rübel, Dortmunder UB. I 157; Auszug bei Höhlbaum, Hansisches UB. I 842 zu 1280.

1740.

Wilhelm von Ardey überträgt dem Kl. Himmelpforten eine Hufe in Bremen, welche diesem Arnold gen. Vlacrian beim Eintritt seiner Tochter Bertha ins Kloster gegeben hatte.
1280 (1281) Januar 25.

Universis[1]) Christi fidelibus presentem litteram visuris Wilhelmus dictus dominus de Ardeya salutem in Domino sempiternam. Quoniam hominum memoria labilis est more fluentis aque, dignum est, ut ea que pie et rationabiliter geruntur testimonio litterarum perhennentur. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod Arnoldus dictus Vlacrian et filius suus Hermannus mansum quendam situm in Bremis cum tribus areis sitis ibidem, quos (!) in prebendam filie sue Berte cenobio sanctimonialium in Porta Celi contulerunt et a nobis in feodo tenuerunt ad manus nostras libere resignarunt. Nos igitur misericordia ducti predictum mansum cum prefatis areis omnibusque attinentiis suis in proprietatem dicte ecclesie de Porta Celi ordinis Cysterciensis contulimus perpetuo obtinendum, tali conditione interposita, ut memoria nostri ac carorum nostrorum in supradicto cenobio perhenniter habeatur. Acta sunt hec presentibus: domino Henrico plebano in Porta Celi, Conrado milite de Ense, Hermanno et Henrico fratribus de Ense, Walthero famulo nostro filio domini dicti de Duliberg et fratribus dicti cenobii Ecberto, Conrado, Dithmaro, Johanne, Gerhardo et aliis quam pluribus. Actum et datum anno Domini milesimo CC°.LXXX°, in Conversione sancti Pauli.

[1]) *Initial* „U“.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 29. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 30, 10).

1741.

Graf Dietrich von Limburg überweist dem Nonnenkloster in Hamm das Eigen zweier in Bergchen *(Berchum, Kr. Iserlohn) von dem Ritter Everhard gen. Vogt gekaufter Hufen und empfängt dafür von dem genannten Ritter ein Erbe in Evenkamp bei Werne als Eigen. 1280 (1281) Februar 5.*

Acta hominum tollit oblivio, nisi testibus et litteris solidentur. Hinc est quod nos Theodericus comes in Limburg notum facimus universis presencia visuris, quod de pleno consensu domine Alheydis uxoris nostre, Everhardi filii nostri et Theoderici filii domini Johannis pie memorie filii nostri ceterorumque nostrorum heredum damus proprietatem duorum mansorum nostrorum in Bergehem ecclesie sanctimonialium in Hammone divine remunerationis intuitu et ad preces Everhardi militis dicti Advocati qui predicte ecclesie dictos mansos vendens in nostras manus resignavit, nos vero recipientes ab eodem milite ius proprietatis domus in Evenencampe que Mildelhus nuncupatur. Acta sunt hec presentibus Everhardo preposito in Elsey, Volquino cappellano nostro, Gerhardo de Althena, Theoderico et Johanne fratribus dictis Vůlenspit, Engelberto de Hereborne, Henrico de Eclo militibus, Degenhardo de Letmethe et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo in die Agathe virginis.

Or. Kl. Kentrup Nr. 5. An weissen Hanffäden noch ein Rest des Reitersiegels mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. XIII, 2 und XVI, 14), des Grafen Dietrich (weisses Wachs). Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: Berhem.

1742.

Erzbischof Siegfried von Köln gestattet den Augustiner-Eremiten eine Niederlassung in Lippstadt zu gründen. Köln 1280 (1281) Februar 15.

Nos Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri Romani imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis, quod cum nos decorem domus Domini diligere et cultum divinum, quantum in nobis est, ex officii nostri debito augmentare teneamur, dilectis in Christo priori et fratribus Heremitarum ordinis sancti Augustini, ut mansionem et oratorium habeant in oppido Lippiensi, ita quod divina officia ibidem celebrent, confessiones audiant et populo verbum salutis exponant, secundum quod eis a sede apostolica est indultum, salvo tamen in omnibus iure ecclesie parochialis consensum nostrum in premissis liberaliter impendendo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Colonie anno Domini millesimo CC.LXXX., XV. Kalendas Martii.

Abschr. in Gelenii Farrag. III 197 nach dem Or., an dem sigillum Sifridi ex pressula viridis bissi *hing.*

1743.

Graf Herbord von Dortmund überträgt unter Königsbann der Wittwe Johanns von Brakel Lehngüter in Wambel zu erblichem Besitz. Auf dem Hofe des Simon de Aquis 1280 (1281) Februar 16.

Nos Herbordus comes Tremoniensis notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod cum Wilsvedis relicta quondam Johannis de Brakele bone memorie et Johannes ac Everwinus filii sui a nobis domum quandam in Wanemale sitam cum septem iugeribus et dimidio terre arabilis ac prato et quibusdam agris avene in libero feodo possedissent, nos dicte vidue ac suis filiis prenotatis

proprietatem dictorum bonorum una cum fratre nostro Hermanno dedimus ac contulimus de herede ad heredem perpetuo quiete ac pacifice possidendam stabiliendo dictam proprietatem per bannum regium dicte vidue ac suis heredibus in futurum, dictante sententia scabinorum, videlicet Herbordo patruo nostro, Arnoldo de Kuninberge, Gotfrido clavigero nostro, Gotfrido de Stochem, Hinrico de Sunthem, Walcuno de Lon, Thiderico de Bertelwic. Presente etiam Theoderico Palas, tunc temporis iudice nostro, requisita et lata sententia, quod eque validum esset, acsi coram tribunali actum fuisset. Presentes erant: Bertrammus Sanctus vir, Rutgerus Forpex, Hermannus de Manso, Hinricus gener Sancti viri, Ludewicus frater vidue predicte, Christianus de Lon et alii quam plures. In premissorum testimonium sepedicte vidue et suis heredibus presentem literam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum in curia Symonis de Aquis anno Domini M°C°C° octuagesimo, dominica Exurge.

Or. St. Katharina-Dortmund Nr. 36. An rothgelben Seidenfäden das Siegel des Grafen Herbord (Westf. Siegel Taf. 38, 5). Gedr. Dortmunder UB. I 158.

1744.

Der Kölner Schöffe Daniel Judeus schenkt dem Kl. Fröndenberg eine Rente von 1 Mark aus dem Hause de Gyr *genannt in der Lintgassen in Köln. 1280 März 15 (1281 März 14).*

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Daniel dictus Judeus miles scabinus Coloniensis notum esse volo, quod de duabus marcis hereditarii census, quas comparavi in medietate domus dicte de Gyr site in Lyntgassen in Colonia, que solvuntur singulis annis in Assumptione beate Virginis vel infra quatuor septimanas proximo sine captione sequentes unam marcam do, lego inperpetuum monasterio in Vruntberg Cisterciensis ordinis pro eo, quod imperpetuum memoriam meam faciat quolibet anno in monasterio suo, ipsamque marcam perpetuo requirat et percipiat in dicto termino cum ea captione, qua dictus census in cartis scabinorum Coloniensium est asscriptus. In cuius rei testimonium ego Daniel predictus presens scriptum sigillo meo sigillavi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo, feria sexta post festum beati Gregorii pape.

Transsumpt vom Jahre 1368 März 15. Or. Kl. Fröndenberg Nr. 252. Die Beschreibung des Siegels des Daniel Jude lautet nach dem Transsumpt: in quo quidem sigillo sculptus erat clippeus habens in medio tres capellos, quales Judei antiquitus deferre consueverant, in cuius sigilli circumferentia littere vetustate demolite et pro parte devastate erant. *Den obigen Zins verkauft das Kloster im Jahre 1367 October 12 an Johann gen. Vůst in Köln.*

1745.

Graf Dietrich von Limburg verzichtet gegen Zahlung von 25 Mark zu Gunsten des Stiftes Werden auf seine Anrechte auf die Vogtei von Eichholz. Hattingen 1280 (1281) März 17.

Th(eodericus) comes de Limburg, Aleidis comitissa eius uxor legitima, Everhardus filius noster, Theodericus et Fredericus filii quondam Johannis de Limburcg nostri filii ac eius soror universis presencia visuris sincere dilectionis affectum. Cum ea, que fiunt pro tempore, labantur cum tempore, expedit, ut ea, que aguntur, in scripta publica redigantur. Hinc est, quod vestre universitati notum facimus per presentes, quod cum inter nos sive ex parte nostra ex una parte et reverendum patrem et dominum Ottonem abbatem et suum conventum Werdinensem ex altera super advocacia de Echolthe esset coram dicto . . abbate coram iudicio presidente in presentia fidelium et vasallorum monasterii diutius disceptatum pro eo videlicet, quod nos asseruimus, ipsam advocatiam ad nos ex successione hereditaria pertinere, tandem cum predictis . . abbate et conventu diversos hincinde tractatus

habuimus de pace et concordia facienda. De consilio viri nobilis Everhardi comitis de Marka et Theoderici domini de Volmesteyne nostrorum consanguineorum, quos pro parte nostra elegimus ad huiusmodi discordiam sopiendam, necnon de consilio et conniventia omnium nostrorum heredum inter nos amicabiliter convenimus, quod receptis ab eisdem abbate et conventu XXVque marcis bonorum et legalium denariorum Coloniensis monete, quos recognoscimus et profitemur tenore presentium ex parte ipsorum integraliter recepisse in pecunia numerata renunciamus omni iuri, quod nobis competit aut de iure aut de facto sive nostris heredibus posset competere in futurum in advocatia de Echolte supradicta, et ipsam advocatiam cum suis pertinentiis universis resignamus in manus abbatis et conventus predictorum ipsorum utilitati sive usibus perpetuo retinendam, prout ipsis fuerit oportunum, relinquentes eisdem liberam facultatem de dicta advocatia ordinandi, disponendi, prout utilitati ipsorum monasterii viderint expedire, nichil iuris sive questionis nobis sive nostris heredibus in futurum de cetero reservantes in advocatia memorata, ab eorum impetitione, gravamine, perturbatione et molestatione penitus recedendo. Et nos heredes universi predictorum comitis et . . comitisse et heredes quondam viri nobilis Johannis de Limburg huic ordinationi pro nobis sive nostro nomine facte tenore presentium consensum benivolum impartimur, promittentes universi supradicti ipsis . . abbati et conventui bona fide, quod contra dictam ordinationem per nos aut per interpositam personam non veniemus nec aliquid attemptabimus in futurum, ipsam aliquatenus infringendo. Presentes erant, cum hec ordinatio facta fuerat . . vir nobilis . . Everhardus comes de Marka, Th(eodericus) dominus de Volmesteyne, Lubertus de Vitinchove, Henricus de Ekelo, Wenemarus de Dungelen. Everhardus de Lethene, milites: Mauritius de Hertgotinchusen etiam miles, Adolphus de Aldendorpe, Degenhardus de Letmette. Bertrammus de Speldorpe et Henricus de Didinchove laici et plures alii probi viri. In cuius rei testimonium nos Th(eodericus) comes de Limburg nostrum sigillum proprium, et nos . . comes de Marka et Th(eodericus) dominus de Volmesteyne nostra sigilla presentibus litteris duximus apponenda. Actum et datum apud Hatnegge, anno Domini M^mo^.CC^mo^.LXXX^mo^., XVI° Kalendas Aprilis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Werden Nr. 83. An Pgtstr. die Siegel des Grafen Dietrich von Limburg (Westf. Siegel Taf. 13, 2 und 16, 14) und des Grafen Everhard von der Mark (ebenda 33, 1 u. 2). Im dritten Einschnitt fehlt das Siegel. Gedr. Lacomblet UB. II 746 und Kremer, Akadem. Beitr. II, S. 138.

1746.

Bischof Everhard von Münster genehmigt auf Bitten des Grafen Everhard, der Burgmannen von Mark und der Bürger von Hamm die Gründung des von der Stadt Hamm im Gebiete der Grafschaft Mark, aber in der Diöcese Münster erbauten Nordenhospitals.
Wolbeck 1280 (1281) April 1.

Gedr. von Steinen, Westph. Gesch. IV S. 668 und Westf. UB. III 1094 nach Abschrift des XVI. Jhs.

1747.

Hugo von Büren, Canonikus von S. Gereon in Köln, verzichtet auf die Pfarrstelle von Altenrüden.
1280 (1281) April 3.

Universis presentes litteras inspecturis ego Hugo dictus de Buren canonicus ecclesie sancti Gereonis Coloniensis quondam rector seu investitus ecclesie de Aldenrůden quidquid possum reverencie et honoris. Noveritis, quod, cum propter diutinam vacationem dicte ecclesie ex negligencia religiosorum virorum . . abbatis et conventus monasterii de Grasscap ordinis sancti Benedicti patronorum eiusdem

mihi de eadem ecclesia per venerabilem virum Conradum maiorem prepositum et archidiaconum Coloniensem, ad quem tamquam ad loci archidiaconum ipsius ecclesie provisio secundum Lateranense concilium devoluta fuit, ea vice provisum exstiterit et prepositus ac conventus de Ůlinchusen ordinis Premonstratensis ex provisione huiusmodi mihi facta sibi et eorum monasterio proposuerint et proponant non modicum preiudicium generari, dictam ecclesiam de Aldenruden precipue propter Deum et ad preces reverendi patris et domini nostri Coloniensis archiepiscopi resignavi et per presentes resigno libere et absolute, renuncians simpliciter et de pleno et spontanea voluntate omni iuri, siquod in dicta ecclesia habui seu visus sum hactenus habuisse. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum meum apposui necnon sigillum officialitatis dicti maioris . . prepositi et archidiaconi Coloniensis apponi rogavi. Et nos . . officialis predicti . . prepositi et archidiaconi Coloniensis protestamur, quod ad preces predicti Hugonis sigillum officialitatis predicte presentibus litteris apposuimus in testimonium premissorum. Datum et actum anno Domini M^{mo}.CC^{mo}.LXXX^{mo}., feria quinta post dominicam qua cantatur Judica.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 128. An Pgtstr. die Siegel 1) des Canonicus Hugo von Büren, 2) der Cölner Propstei ad causas *mit Rücksiegel.*

1748.

Der Kölner Dompropst Conrad beauftragt den Propst von Arnsberg (Wedinghausen), den Abt von Grafschaft zu der Präsentation des Propstes von Oelinghausen für die Pfarre von Altenrüden zu veranlassen. 1280 (1281) April 3.

Conradus Dei gratia maior prepositus et archidiaconus Coloniensis dilecto in Christo . . preposito in Arnesberg Premonstratensis ordinis salutem in Domino. Cum ecclesia de Aldenruden vacet ad presens ex libera resignatione Hugonis dicti de Buren canonici sancti Gereonis Coloniensis quondam rectoris seu investiti eiusdem, cuius ecclesie ius patronatus seu presentandi ad eandem certum rectorem videlicet prepositum ecclesie de Olinchusen qui pro tempore fuerit ad religiosos viros abbatem et conventum de Graschaf ordinis sancti Benedicti dinoscitur pertinere, prout in litteris et privilegiis inde confectis prima facie videtur contineri et dictus . . prepositus de Olinchusen timeat sibi et ecclesie sue ex necglientia dictorum abbatis et conventus preiudicium posse generari et petens sibi super hoc ex officio nostro provideri, discretioni vestre districte precipiendo mandamus, quatenus ad dictos abbatem et conventum de Graschaf personaliter accedentes moneatis eosdem primo, secundo et tercio sub testimonio conpetenti, ut Ludolphum prepositum dicte ecclesie de Olinchusen ad prefatam ecclesiam de Aldenruden nobis tamquam loci archidiacono vel officiali nostro presentare non obmittant, nisi causam pretenderint racionabilem coram nobis, quare ad hoc minime teneantur. Qua pretensa citetis eosdem, ut in crastino dominice Jubilate coram nobis vel officiali nostro Colonie compareant per procuratorem ydoneum et sufficienter instructum super premissis iuri pariturí ac dicto . . preposito super hiis et aliis obiciendis legitime responsuri necnon facturi et recepturi, quod dictaverit ordo iuris; intimantes eisdem, quod si dictum prepositum infra terminum a iure statutum non presentaverint, quod nos extunc super hoc ex officio nostro faciemus, quod de iure fuerit faciendum. Facta executione reddite litteras sigillatas et, quid inde feceritis, nobis per vestras patentes litteras hiis transfixas rescribatis. Decernimus insuper ex nunc irritum et inane, si quidquam in contrarium premissorum[1]) per dictos abbatem et conventum de dicta ecclesia seu presentatione alterius contigerit in preiudicium dicti prepositi attemptari. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX°., feria quinta post dominicam Judica.

[1]) *Die Vorlage* „premissororum".

Gleichzeitige Abschrift auf Pgt. Kl. Oelinghausen Nr. 129.

1749.

Graf Ludwig von Arnsberg verkauft dem Kl. Oelinghausen die Bede in den Bauerschaften Holthusen *(Holzen, Kr. Arnsberg),* Dresberg *(Dreisborn, Kr. Arnsberg) und Kirchlinden. 1280 (1281) April 4.*

Nos Lůdewicus comes de Arnesberg litteris presentibus recognoscimus universis publice protestantes, quod de bona voluntate Peronette domine cometisse uxoris nostre, Johannis fratris nostri ac Frederici filii nostri aliorumque heredum nostrorum consensu peticionem nostram et omne ius seu gratiam peticionum scilicet vaccarum, annone, pullorum vel aliorum proventuum, quod habuimus vel habere videbamur in bonis et hominibus ecclesie de Ůlinchusen attinentibus videlicet in *bůrscaph* de Hosthusen[1]), in Dresberg, in Keyrichlinne vendidimus absolute memorate ecclesie de Ůlinchusen pro viginti quinque marcis Susaciensis monete libere et quiete possidenda, ea tamen interiecta condicione, ut infra duos annos priores nunc a festo Walburgis et deinceps instantes si voluerimus reemptionem facere pro summa prenotata a predicta ecclesia infra terminum prefixum scilicet Walburgis et Penthecostes predictorum annorum solucionem faciemus et hoc ipsum condictum ecclesia nobis non negabit. Si vero reemptionem vel solutionem nos supersedere contigerit vel voluntarie preterire et obmittere voluerimus, prenotata emptio religiosis Deo servientibus in Ůlinchusen libere et absolute manebit in perpetuum possidenda. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo, in die beati Ambrosii. Testes aderant: Hartradus sacerdos in Eversberg; Heynricus de Holthe, Wilhelmus de Ardeya, Jonathas de Důlberg nobiles; Hermannus dictus Quaterlant, Gerwinus de Remellinchusen, Steylignus de Berghowen, Rodolfus de Borbenh(!), Wilhelmus Sartor et alii quam plures.

1) *Es ist wohl* „Holthusen" *zu lesen.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 126. An Pgtstr. die Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1) und dessen Gemahlin (ebenda Taf. 28, 8). Gedr. Seibertz UB. I 386.

1750.

Everhard gen. von Zetvelde überträgt dem Kl. Oelinghausen eine Hufe in Zetvelde *(Seidfeld, Kr. Arnsberg). 1280 (1281) April 4.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum inspecturis, quod Everhardus dictus de Zetwelde ex pia devotione et sincero affectu quo ducebatur ad ecclesiam de Ůlinchusen cum consensu amicorum suorum contulit memorate ecclesie de Ůlinchusen mansum quendam situm in Zetvelde cum omnibus attinenciis suis videlicet glandibus et annuali pensione perpetuo iure possidendum, cuius proprietatem predicte ecclesie condonari procuravit a domino comite Arnesbergensi Godefrido et filio eius Lůdewico uxoris quoque ipsius L(ůdewici) ceterorumque heredum suorum consensu accedente. Quam donacionem sigillorum suorum munimine confirmaverunt ob honorem Dei et remedium animarum suarum in perpetuum recepturi. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo, in die Ambrosii. Testes aderant: Harttradus sacerdos de Eversberg; Heynricus de Holthe, Wilhelmus de Ardeya, Jonathas de Důlberg nobiles; Hermannus dictus Quatterlant, Gerwinus de Remelynghusen, Steylignus de Berghowen, Rodolfus de Borbeyn, Wilhelmus sartor et alii quam plures.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 125. An Pgtstr. die Siegel 1) des Grafen Gottfried (Westf. Siegel Taf. 28, 6), 2) des Grafen Ludwig von Arnsberg (ebenda Taf. 41, 1) und 3) der Gattin des letzteren (ebenda Taf. 28, 8).

1751.

Der Abt (Gottfried) von Grafschaft präsentirt für die erledigte Pfarre in Altenrüden den Propst Ludolf von Oelinghausen. 1280 April 11 (1281 April 10).

Venerabili domino C(onrado) maioris ecclesie in Colonia .. preposito et archidiacono G(odefridus) Dei gratia abbas ecclesie in Grascaph cum reverencia orationes in Christo devotas. Ad ecclesiam in Aldenruden vacantem ex libera resignacione Hugonis canonici sancti Gereonis in Colonia, que ad nostram collacionem seu presentacionem spectare dinoscitur, Ludolphum prepositum in Ůlinchusen vobis tanquam loci . . archidiacono tenore presencium presentamus, reverencie vestre devote supplicantes, quatinus eidem preposito curam animarum et custodiam relliquiarum prefate ecclesie in Aldenruden committere dignemini ipsum prepositum de eadem ecclesia investiendo, prout moris est, adhibitis ad hoc sollempnitatibus debitis et consuetis. Datum anno Domini M°.CC°. octuagesimo, feria quinta ante festum Pasche.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 127. An Pgtstr. ein Rest des Siegels des Abtes Gottfried von Grafschaft.

1752.

Der Prior und die Brüder der Augustiner-Eremiten in Lippstadt erklären, dass sie durch ihren Klosterbau die Gerechtsame weder der Mutterkirche und anderer Kirchen noch des Edlen Symon von der Lippe beeinträchtigen wollen. 1281 April 14.

Nos prior et fratres universi Heremitarum et ordinis sancti Augustini in oppido Lippensi commorantes recognoscimus in hiis scriptis firmiter protestantes, quod nos in dicto oppido ecclesiam et claustrum Deo servientes construere debemus et ibidem manere sine preiudicio et gravamine matricis ecclesie et aliarum ecclesiarum omnium sibi annexarum [1]), item sine omni gravamine et quolibet dampno nobilis viri Symonis domini de Lippia ac suorum successorum, ibidem perseverantes, nullum prorsus mandatum prosequi debemus, quod cedat in ipsius Symonis seu suorum preiudicium vel gravamen. Datum anno Domini millesimo CC°LXXX° primo, in crastino Pasce.

[1]) *Abschr.* „annexiarum".

Abschrift des XV./XVI. Jhs. auf Papier im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Reg. Preuss und Falkmann, Lipp. Reg. I Nr. 389 (irrig „nach dem Or.") und Westf. UB. IV 1625.

1753.

Ludwig von Herdinchusen *gibt Lubbert gen. von Kake Güter in Velmede (Kr. Meschede) zu Lehen. 1281 April 16.*

Ab humana facilius elabuntur memoria que nec voce testium nec scripti robore confirmantur. Hinc est quod ego Lodewicus de Herdinchusen et Johannes meus primogenitus presentibus profitemur et notum facimus tam futuris quam presentibus, quod nos bona quedam Velmede scita (!) de manu nostra porrigenda tam in agris quam silvis, aquis et pascuis Lubberto dicto de Kake, Kunegundi uxori sue et Johanni eorum filio in feodo porreximus et warandiam ipsis ab omnibus, quod absit, eos inpetere volentibus iustam ac perfectam prestare promisimus. Et hoc per presentes litteras eis et eorum successoribus veris heredibus a nobis datas publice profitemur sigillo oppidi Geseka petitione nostra communitas. Acta sunt hec in figura iudicii et consulum oppidanorum predictorum Godefrido dicto Scarlaken iudice tunc existente, Lamberto in Foro proconsule, Conrado de Adenen, Johanne de Cleye, Johanne Pavone, Henrico Ymminc, Hermanno dicto Scadelant, Andrea Pistore, Henrico de

Keminata, Henrico Druckeberg, Johanne de Upsprungen et Reynfrido de Langeneken consulibus. Astiterunt preterea de Scattenhusen Hermannus, de Herdinchusen fratres Dethardus et Godescalcus, de Garflen Johannes et Emundus, Helmicus Vegepot, de Herdinhusen Johannes et cum pluribus aliis in Foro Ecbertus. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX^mo^. primo, sexto decimo Kalendas Mayy.

Or. Kl. Geseke Nr. 15. Siegel von Pgtstr. ab. Msc. VII 5725 fol. 37 a.

1754.

Die Edle Mathilde von Holte verpflichtet sich gegenüber dem Erzbischofe von Köln und dessen Drosten in Isenberg keine Feinde der Kölner Kirche auf der Burg Holte zu beherbergen. 1281 April 20.

Nos Mettildis nobilis matrona de Hoilta notum esse cupimus omnibus presentes litteras inspecturis et presentibus protestamur, nos compromissionem fecisse domino archiepiscopo Coloniensi et suo dapifero in Ysenberg fide prestita corporali, quod diebus vite nostre neminem recipiemus nec tenebimus in castro nostro Hoilte in detrimentum et scandalum ecclesie Coloniensis, omni dolo malo excluso. Huius rei fideiussores sunt: Everhardus miles de Hurst, Gerardus miles dictus Hagene, Theodericus miles dictus Pappe, Godefridus miles dictus de Dynslacken, Wolterus nobilis dictus Stecke, nobilis Burgardus de Maetlaer, Philippus filius burgravii, Burgardus dictus Stecke, Goiswinus frater suus, Albertus dictus de Maetlar, Henricus de Hega, Henricus de Stochem iuvenis, Gerardus Hagene, Henricus de Rich, Bruno de Natinberge, Sibertus de Helpinsteyn sub tali forma, quod, si predicta non fuerint adimpleta et ecclesie prefate de castro nostro predicto aliquid impedimentum supervenerit nostro consensu vel assensu, quod fideiussores prenominati intrabunt Assnidam ad iacendum more bonorum fideiussorum, quousque domino archiepiscopo Coloniensi satisfecerint. Et ut predicta rata sint et firma, presentem paginam nostri sigilli munimine et fideiussorum Everhardi militis de Hurst, Gerardi militis de Hagene, Godefridi militis de Dynslacken duximus roborandam. Et qui carent sigillis, utuntur sigillis predictis. Datum et actum anno Domini M°CC°LXXX° primo, in dominica qua cantatur Quasi modo geniti.

Abschrift des XIII. Jhs., Stdt.-A. Köln, Copiar Erzbischof Siegfrieds Bl. 25 Nr. 95. Regest Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln XII S. 50.

1755.

Papst Martin IV. befiehlt dem Erzbischof Siegfried von Köln die über die Stadt Soest verhängte Excommunication aufzuheben. Orvieto 1281 April 21.

Nach einem Transsumpt im Stdt.-A. Soest gedr. Westf. UB. V 722 (auch Haeberlin, Analecta med. aevi S. 241 ff.). Reg. fehlt bei Potthast, Reg. Pont. Rom.

1756.

Der Kölner Dompropst Conrad beauftragt den Propst von Beleke, den Propst Ludolf von Oelinghausen als Pfarrer in Altenrüden einzuführen. Burg a. Wupper 1281 April 22.

Conradus Dei gratia maior prepositus et archidiaconus Coloniensis dilecto in Christo viro religioso preposito de Bedelic ordinis sancti Benedicti salutem in Domino. Virum religiosum L(udolfum) prepositum in Olinchusen ordinis Premonstratensis nobis a venerabili viro . . abbate de Grascap ordinis sancti Benedicti pro vero pastore ecclesie in Aldenruden presentatum vobis transmittimus et mandamus,

quatenus ad iam dictam ecclesiam personaliter accedentes eundem prepositum, cui donum altaris porreximus et curam animarum commisimus, in corporalem possessionem sepe dicte ecclesie vice et auctoritate nostra inducatis adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis, precipientes universis parrochianis eiusdem ecclesie, quod sepedicto preposito tamquam suo vero pastori intendant et obediant, ut tenentur. Datum in Novo Castro anno Domini M°.CC°.LXXX°I, in vigilia beati Georgii. Nos vero, quia sigillo nostro ad presens caruimus, sigillo precordialissime matris et domine nostre quondam comitesse de Monte usi sumus et contenti.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 132. Siegel mit dem Pergamentabschnitt abgerissen.

1757.

Papst Martin IV. beauftragt den Dechanten von S. Martin in Lüttich und die Pröpste von S. Johann in Lüttich und S. Gertrud in Löwen die Klagesache der Gemeinheit der Stadt Soest wider den Erzbischof (Siegfried) von Köln, der die Stadt wegen eines angeblichen Angriffs auf die Kapelle und den Hof des Erzbischofs in der Stadt mit Bann und Interdikt belegt hatte, zu untersuchen. Orvieto 1281 April 22.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . decano sancti Martini et . . sancti Johannis Leodiensis ac . . sancte Gertrudis in Lovania Leodiensis diocesis ecclesiarum prepositis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis universitas hominum oppidi Sosatiensis Coloniensis dyocesis petitione monstravit, quod falso suggerentibus venerabili fratri nostro . . Coloniensi archiepiscopo, quod predicta universitas capelle ac aule archiepiscopalis sedis Coloniensis in eodem oppido inmunitate calcata capellam et aulam predictas temeritate propria invaserant et intraverant violenter, idem archiepiscopus nulla super hiis cognicione prehabita, quamquam sibi de hoc aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum id non esset notorium neque verum, predicte universitati ex abrupto propria auctoritate mandavit, ut de iniuriis, quas exinde sibi illatas esse dicebat, ei satisfacere procurarent, alioquin in maiores eiusdem universitatis excommunicationis et in dictum oppidum interdicti sententias promulgabat. Predicta vero universitas attendens, quod propter gwerrarum discrimina, quas idem . . archiepiscopus propter hoc moverat contra eos prosequendo ipsos odio capitali, ad ipsius presentiam accedere absque personarum et rerum suarum periculo non audebant vel nuncium destinare, protestacione coram probis viris facta et causa appellationis expressa, videlicet quod idem . . archiepiscopus occasione premissorum, que vera non erant, contra eos, qui parati erant super hoc stare iuri sive cause cognicioni, minus iuste processatur, ut superius est expressum, ad nostram audienciam appellavit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita decernatis facientes, quod decreveritis, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum apud Urbem Veterem X Kalendas Maii, pontificatus nostri anno primo.

Nach einem Transsumpt im Stdt.-A. Soest gedr. Westf. UB. V 722. Reg. fehlt bei Potthast, Reg. Pont. Rom. Ein gleichlautendes Mandat an den Decan der Hamburger Kirche vom gleichen Tage ist nach einem Transsumt des päpstlichen Notars und audientiae contradictoriarum scribae Silvester de Ponte Curvo gedr. bei Haeberlin, Analecta med. aevi S. 250—51.

1758.

Graf Dietrich von Limburg schenkt dem Kl. Kappenberg das Recht, das er an einem Erbe zu Rennethe *(Rünthe, Krchspl. Herringen) hat. 1281 Mai 3.*

Zeugen: Gerhardus de Althena, Theodericus Volenspit, Engelbertus de Herborne, Everhardus de Herwidinhusen, Heinricus de Eclo milites; Bertrammus tunc temporis dapifer et Albertus Scatto frater eius, Degenhardus de Litnitte, Heinricus tunc gogravius in Unha.

Nach dem Or. Kappenberg K 146 gedr. Westf. UB. III 1127.

1759.

Themo von Honrode verkauft dem Kl. Soest-Walburgis einen Garten am Stadtgraben in der Nähe des Klosters. Walburgiskloster 1281 Mai 4.

Notum sit omnibus presentia visuris, quod ego Themo filius quondam Theoderici militis de Honrode de medio sublato (!) presentibus protestor, quod ego et Beatrix uxor mea una cum consensu nostrorum heredum legitimorum proprietatem et omne ius, quod a progenitoribus meis tenui et possedi pacifice et quiete, sicut et progenitores mei predicti a tempore cuius memoria non existit, orti siti apud fossam opidi Susatiensis iuxta monasterium sancte Walburgis extra muros opidi predicti vendidimus et contulimus monasterio et conventui sancte Walburgis predicte habere, pleno iure tenere et inperpetuum libere possidere, cum etiam habuerint et possederint antea in predicto orto pensionem annuatim sex solidorum denariorum legalium in Susato longo tempore ab omni inpetitione libere et quiete. In cuius rei testimonium ad maiorem evidentiam premissorum presentem paginam mei sigilli duxi munimine[1]) roborandam. Hiis presentes aderant: dominus Hermannus . . prepositus ibidem, Johannes capellanus ibidem, Henricus dictus Muttike clericus; Henricus de Wynda, Henricus Thelonearius, Hermannus de Gesike, Rinfridus frater suus opidani Susatienses. Item Henricus Pipenbrůc et Hermannus dictus Thelstake et alii quam plures. Datum et actum in monasterio sancte Walburgis predicte anno Dominice incarnationis M°.CC°.LXXX°. primo, IIII° Nonas Maii.

[1]) *Or.* „munime".

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 27. Siegel von Pgtstr. ab.

1760.

Die Brüder Conrad und Albert von Erwitte übertragen dem Nonnenkloster in Lippstadt das ihnen zur Hälfte gehörige Eigen der Güter in Ueninghausen (b. Benninghausen, Kr. Lippstadt). 1281 Mai 23.

Nos Conradus et Albertus fratres dicti de Ervethe tenore presencium protestamur et notum esse cupimus universis hanc litteram[1]) percepturis, quod de consensu heredum nostrorum legitimorum proprietatem bonorum sitorum in Ůninchusen ad nos pertinentem pleno iure pro dimidia parte, que bona Hinricus Crede et Hinricus Goldikin de manu nostra in feodo tenebant, ecclesie sanctimonialium in oppido Lippensi contulimus et in hiis scriptis conferimus perpetuo possidendam et dicimus seu promittimus in isdem scriptis bona fide, quod warandi dicte proprietatis erimus in perpetuum, si ipsa ecclesia super eadem proprietate ab aliquo inpetitur vel gravatur. Preterea ad habundantem cautelam nos predicti fratres coram sede iudiciali que vulgariter dicitur *vrigrave* constituti prefate proprietati renunciavimus ac [renunciamus][2]) omni iuri si quid nobis seu nostris heredibus posset conpetere in futuro. In cuius facti testimonium ego Conradus predictus rogatus a fratre meo supradicto sigillum meum duxi presentibus apponendum. Hiis presentes erant viri honesti: magister Regenhardus canonicus

ecclesie Sosatiensis, Lutfridus prepositus ecclesie Lippensis, Godfridus de Bentvelde sacerdotes; Hermannus iudex, Alexander de Menninchusen oppidani Sosacienses, Conradus de Horehusen, Conradus de Tůlo et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°.CC°. octuagesimo primo, crastino Ascencionis Domini.

[1]) *Bis hier mit blasser Tinte geschrieben, von* perceptnris *an mit schwarzer.* [2]) *Fehlt im Or.*

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Siegel (Löwe in fünfmal quergetheiltem Schild, Umschrift: . . . . DI. DE. ERVETHE.) *an abhängendem Pgtstr.*

1761.

Papst Martin IV. beauftragt den Dechanten von S. Martin in Lüttich und die Pröpste von S. Johann in Lüttich und S. Gertrud in Löwen den von Erzbischof (Siegfried) von Köln über die Consuln von Soest verhängten Bann und das Interdikt über die Stadt aufzuheben, falls es dieser seinem Mandat gemäss nicht innerhalb 8 Tagen thue. Orvieto 1281 Mai 28.

Das Or. dieser Bulle ist, freilich in sehr beschädigtem Zustand, im Stdt.-A. Soest XXIX 297 erhalten. Auf dem Umbug rechts unten der Schreiber A. de Sp . ., *auf der Rückseite* Cornelius *und doppelt geschrieben:* C(= §) ad iudices. *Ferner findet sich hier folgende gleichzeitige Notiz:* Volcmarus de Padebornen clericus (Pad.?) infrascriptorum inpetrator, magister Bertoldus de Frislaria canonicus ecclesie sancte Marie ad Gradus Maguntinensis[1]) et Henricus dictus Goz procuratores venerabilis patris domini . . archiepiscopi Coloniensis . . . . . .; fiant littere de conveniencia et elegit Volmarus pro parte sua . . prepositum sancte Gertrudis Lovaniensis, magister Bertoldus et Henricus pro sua . . decanum sancti Martini Leodiensis; auditor vero ex officio suo dedit . . prepositum sancti Johannis ecclesiarum Leodiensium, ita quod conveniant iudices in Lovanio et ibi de causa cognoscant.

[1]) *Dahinter* „procurator" *getilgt.*

Nach einem Transsumpt (unten 1772) im Stdt.-A. Soest gedr. Westf. UB. V 722. Reg. fehlt bei Potthast, Reg. Pont. Rom. Ein gleichlautendes Mandat an den Decan der Hamburger Kirche mit dem offenbar irrigen Datum April 21 nach einem Transsumpt des päpstlichen Notars und audientiae contradictoriarum scribae gedr. bei Haeberlin, Anal. med. aev. S. 248—49.

1762.

Der Ministerialenrichter in Recklinghausen Brunsten von Westerem tauscht mit der Aebtissin von Essen Ministerialen aus. 1281 Juni 23.

Ego Bronstenus dictus de Westerem iudex ministerialium beati Petri ecclesie Coloniensis in iudicio Rikelinchusen commorantium notum facio, quod de sano consilio ministerialium ecclesie predicte Edelindym filiam Menrici dicti Vridag de Wettere ministerialem ecclesie Coloniensis ex parte venerabilis domini nostri S(ifridi) archiepiscopi Coloniensis manumisimus seu dedimus venerabili domine B(erthe) abbatisse Essindensi in liberam ministerialem et eius ecclesie permanendam, recipiens Elisabet uxorem Ulrici de Ymminchoven filiam Petronille de Langenbochem pro eadem iusto titulo et paris cambitionis in ministerialem liberam domino nostro et ecclesie Coloniensi perpetue permanendam. Et hoc tenore presentium sub munimine sigilli ministerialium ecclesie predicte declaro. Presentes erant: Hermannus de Hillen, Hinricus de Ahusen, Gerhardus de Stenhus milites; Hermannus et Johannes dicti de Ůre et alii quam plures ministeriales ecclesie supradicte. Actum et datum in vigilia beati Johannis Baptiste anno Domini M°.CC°.LXXX° primo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen Nr. 95. Siegel von Pgt. ab.

1763.

Das Katharinenkloster zu Dortmund nimmt Kunegund von Honkloster und ihre Kinder als Wachszinsige auf. 1281 Juni 26.

Presentis vite negocia consumit oblivio, nisi fidelis scripture patrocinio in thesauris memorie recondantur. Proinde nos Gotscalcus Dei patientia abbas Kneghstedensis ordinis Premonstratensis, Gerwinus prior, Elizabeth magistra, totusque conventus ecclesie sancte Katerine in Tremonia eiusdem ordinis notum facimus universis et tenore presentium protestamur. quod cum Konegundis de Honklostere, Hermannus et Hinricus ac Johannes filii sui, necnon Gertrudis filia sua ab omnibus antecessoribus suis libere condicionis extitissent, propter salutem anime sue et merita gloriose virginis Katerine se super altare eiusdem virginis in ius cerecensuale devote ac salubriter optulerunt sub hac forma, quod senior inter ipsos super altare prenotate virginis in sollempnitate ipsius duos denarios vel ceram eiusdem valoris sub testimonio annis singulis representet, hoc etiam proviso, ut si quem ipsorum uxorem ducere contigerit, datis XII^{cim} denariis nostre custodie contrahendi liberam habeat facultatem, idem iudicium de feminino genere est habendum. Si quem vero debitum carnis solvere contigerit in duodecim denariis nostre ecclesie respondebit pro iure quod vulgo *cormede* nuncupatur et reliqua bona ad suos coheredes integraliter devolventur. Ut autem hec inconvulsa permaneant et rata, presentem paginam factum illorum continentem sigillo venerabilis patris et domini nostri Godescalci abbatis predicti una cum sigillo ecclesie nostre in veritatis testimonium petivimus communiri, presentibus testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec: Sophia de Linclere, Aleidis, Hadewigis, Frederunis, Lutgardis cetereque sorores ecclesie nostre predicte; Theodericus de Bertelwic, Arnoldus de Linne, Waltherus Pellifex, Daniel, burgenses Tremonienses; Hildebrandus de Rodehem, Everhardus filius suus, Johannes Meilan, Hermannus de Rodehem, Hinricus de Linne, Engelbertus gener suus, Ludeke de Mediclinne, Hinricus de Westerwic, Daniel villicus noster de Rode, Gotfridus villicus noster in Linne, Theodericus de Bovinchusen et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°C°C° octuagesimo primo, in die beatorum martirum Johannis et Pauli.

Unbesiegelte gleichzeitige Vorlage St. Katharina-Dortmund Nr. 37. Von derselben Hand geschrieben wie Nr. 1769. Reg. Dortmunder UB. I 159.

1764.

Vor den Consuln von Lippstadt verkauft der Lippstädter Bürger Dedalinus dem Kl. Cappel die zweite Hälfte eines Salzhauses in Westernkotten, dessen andere Hälfte er dem Kloster bereits als Aussteuer seiner Tochter überwiesen hatte. 1281 Juni.

Nos consules Lippienses notum facimus omnibus hoc scriptum visuris, quod Dedalinus oppidanus Lippiensis et Gerburgis[1]) uxor eius cum consensu filiorum suorum et filiarum dimidietatem domus salini quam in villa Koten habebant preposito Cappellensi et eius cenobio legitime vendiderunt protestantes, quod aliam eiusdem domus dimidietatem dudum antea eidem cenobio pro dote filie sue Alheidis monealis ibidem et pro animarum suarum remedio donavissent. Et sic tam ex donatione unius dimidietatis quam ex venditione alterius dimidietatis predictam domum predicto cenobio tradiderunt et integraliter assignarunt. Filii quoque dicti Dedalini presentialiter consentientes videlicet Hermannus, Conradus, Henricus et Dedalinus, sepedictam domum memorato cenobio coram nobis plenarie resignarunt. In huius autem rei evidentiam pleniorem ac firmitatem perpetuam ad petitionem prefati Dedalini et uxoris sue predicte et filiorum suorum ac filiarum presens scriptum sigillo oppidi nostri duximus roborandum. His interfuerunt testes ad hoc rogati scilicet: Hermannus et Brunhardus magistri burgensium, Arnoldus Vivens[2]) tunc iudex in Lippia, Henemannus de Acken, Henricus Vivens,

Bernhardus de Worden, Detmarus Stotere, Bernhardus Pundere, Gerhardus dictus de Monasterio[3]), Bernhardus Ropere, Berengserus (!), Wilhelmus Sessekint, Henricus Vivens iunior, Detmarus dictus Prume, Titelinus[4]), Radekinus[5]), Johannes de Hudenbrot, Henricus Kellerblest, Henricus de Cleie, Nicolaus Sapiens, Hermannus de Hervordia, Ecbertus, Wigandus, Henricus Unesalten, Hartmannus de Usnen, Volquinus Pistor consules Lippienses; Volbertus, Johannes Wilmarinc[6]), Johannes Elrikinc, Bruno de Bokenvorde[7]), Henricus Rex, Fredericus Rex, Gobelo Distelkamp et alii quam plures. Actum anno Domini MCC° octuagesimo primo, mense Junio.

[1]) *Abschr.* „Gerburgius". [2]) *Abschr.* „Vinens". [3]) *Abschr.* „Monastro". [4]) *Vielleicht verlesen für* „Tescelinus". [5]) „Bodekinus" (?). [6]) *Abschr.* „Wilmarint". [7]) *Abschr.* „Bokenorde".

Abschrift aus dem Ende des XVI. Jhs. beglaubigt vom Lippischen Notar Hinricus Sachtleben im Fürstl. Lippischen Landesarchiv in Detmold Rep. XXXVI F. Sect. II Nr. 7. Regest Preuss und Falkmann, Lipp. Reg. I 390, vgl. II S. 7.

1765.

Graf Friedrich von Ritberg verkauft dem Kl. Benninghausen zwei Erben in Bekeseten *(Bexten, Krspl. Ennigerloh) und* Gutingge *(Göttingen, Kr. Beckum). Lippstadt 1281 Juni.*

(N)os[1]) Fredericus Dei gratia comes Retbergensis notum facimus omnibus inperpetuum hoc scriptum visuris, quod de consilio venerabilium dominorum nostrorum ac germanorum Conradi episcopi Osnaburgensis, Ottonis electi et confirmati Paderbornensis ac Hermanni cantoris ecclesie Osnaburgensis et cum consensu omnium filiorum nostrorum Ottonis canonici Paderbornensis, Conradi, Frederici, Symonis et Bernhardi duas domos nostras videlicet unam in Bekeseten et alteram in Gůtingge, que Broke dicitur, sitas cum terris arabilibus, silvis, pratis, paschuis et universis earundem attinentiis . . abbatisse ac conventui cenobii in Benekinchusen legitime ac iuste vendidimus et venditas cum proprietate ac pleno dominio et omni iure, quod in eisdem habebamus cenobio memorato tradidimus et assignavimus perpetuo possidendas et hec presenti scripto firmamus. In horum igitur evidentiam ac firmitatem perpetuam presens scriptum sigillis venerabilium dominorum nostrorum ac germanorum supradictorum et nostro necnon et oppidi Lippensis fecimus conmuniri. Sigillum quoque Ottonis filii nostri supradicti fecimus hiis apponi. Testes horum sunt hii: Rodolfus de Hornen, Wernherus dictus Cancer milites; Hermannus et Brunhardus magistri burgensium ac ceteri consules Lippenses; Volbertus, Johannes Wilmarinc, Johannes de Overhagen, Hermannus Werencinc oppidani Lippensis; Fredericus dictus Bolike, Rodolfus dictus de Wardeslo et alii quam plures. Actum Lippie anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, mense Junio.

[1]) *Für* „N" *der Raum freigelassen.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 40. Von den an rothseidenen Schnüren angehängt gewesenen 6 Siegeln sind noch theilweise erhalten das Bischof Conrads von Osnabrück (Westf. Siegel Taf. 50, 6 u. 62, 11), Friedrichs von Ritberg (ebenda Taf. 29, 5 u. 6) und der Stadt Lippstadt (ebenda Taf. 68, 6). Regest Westf. UB. IV 1637.

1766.

Graf Everhard von der Mark tauscht mit der Aebtissin Bertha von Essen Ministerialen aus. 1281 Juli 1.

Everhardus comes in Marca universis presentia visuris[1]) volumus notum esse, quod nos Bernardum Johannis filium de Holthusen, qui noster ministerialis exstitit[2]), dedimus venerabili domine Berte abbatisse ecclesie Asnedensis eiusque ecclesie in ministerialem, recipientes pari concambio pro eodem Gerhardum dictum Budden de Duddenberg, qui dicte ecclesie fuerat ministerialis, quod presentis scripti

testimonio confirmamus. Datum in octava Nativitatis Johannis Baptiste anno Domini M°.CC°. octogesimo primo.

[1]) *Uebergeschrieben.* [2]) *Es steht* „existitit".

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen Nr. 96. An Pgtstr. noch Reste des Siegels des Grafen Everhard mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2).

1767.

Lippstadt an Lübeck: theilt mit, dass Johann gen. Sadge seine erbauten Häuser in Lippstadt und ein noch zu erbauendes seinem Sohn Hermann geschenkt hat, um dessen Unterstützung in Geschäftsangelegenheiten ersucht wird. 1281 Juli 2.

Nach dem Or. auf der Trese in Lübeck gedr. Lübecker UB. I 415.

1768.

Johann von Oer schenkt dem Kl. Flasheim seine Güter in Denninchusen *(Denninghaus bei Oer, Bauerschaft Siepen) in der Haard mit 36 Scharen Waldberechtigung. Recklinghausen 1281 Juli 17.*

In nomine Domini, amen. Ne ea, que ex pia devocione videntur procedere, aliquando oblivioni tradantur, dignum est, ut vivaci litterarum scripto commendentur. Inde est, quod ego Johannes dictus de Ore omnibus tam presentis quam futuri temporis hominibus per presens scriptum notum esse volo, quod bona mea in Denninchusen sita de consensu et bona voluntate Herimanni villici curtis de Ore cognati mei et Godefridi fratris ipsius, que pro precio XXX[a] marcarum et unius conparavi, conventui sanctimonialium ecclesie beate Dei genitricis Marie in Vlarshem intuitu remunerationis eterne cum tanto iure nemorum quantum XXXVI[a] *scaren* valent et cum omni iure quod in eisdem bonis habui vel habere potui excepta piscatura contuli post vite mee dissessum (!) perpetuo possidenda, hac condicione ut idem conventus memoriam mei ac progenitorum meorum duorumque fratrum videlicet Pelegrimi et Godefridi habeat anniversalem et extunc consolacionem recipiat corporalem. Porro quia varii sunt defectus claustralium Deo militancium Jutta soror mea et due neptes mee Margareta et Friderunis vel aliqua earundem pro cursu vite sue de bonis predictis ad suos usus speciales ac defectus proprios repellendos maltum siliginis et duos porcos recipient annuatim. Magistra etiam quecumque in Vlarsem pro tempore extiterit predicta bona in cura habebit et prout potuerit de eisdem bonis conventui iam dicto fideliter, ut prenotatum est, necessaria providebit. Ne quis autem meorum consanguineorum vel aliquorum hominum predicta bona ab ecclesia calumpniose repetat aut requirat iniuriose in posterum, presens scriptum inde confectum sigillo de Rielenchusen civitatis et sigillo ministerialium beati Petri apostoli et sigillo conventus de Vlarsem fecimus communiri. Acta sunt hec coram iudicio et scabinis aliisque discretis viris in Rielenchusen Godescalco dicto Budden existente iudice, scabinis vero existentibus, quorum hec sunt nomina: Heribordus dictus Hovet, Gerardus de Herdrinchusen, Leo de Polshem, Hugo dictus Selige, Henricus de Polshem, Gerardus de Stenwege, Jacobus super Cellarium, Ludolfus de Honhus, Rutgerus de Bredenstrate, Lambertus de Polshem, Henricus de Castorpe, Lambertus de Essende; item Herimannus de Hillen et Gerardus de Stenhus milites; Theodericus de Cortwic, Wilhelmus Dukere, Henricus de Vore, Hartwicus de Bachem et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo primo, feria quinta proxima post Divisionem Apostolorum.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An grünen bez. rothen Seidenfäden die Siegel 1) der Stadt Recklinghausen (Westf. Siegel Taf. 96, 6), 2) des Conventes von Flasheim (s. oben Nr. 861); das Ministerialensiegel ist abgefallen. Rückschrift von Hand des XV./XVI. Jhs.: Denninchusen in der Haert met XXXVI waren.

1769.

Die Nonnen Hedwig von Berghofen und Ludgardis von Allen schenken dem Katharinenkloster zu Dortmund Güter in Waltrop (Kr. Recklinghausen). 1281 Juli 17.

Presentis vite negocia consumit oblivio, nisi fidelis scripture patrocinio in thesauris memorie recondantur. Proinde nos Hadewigis de Berichoven et Lutgardis de Allen sanctimoniales ecclesie sancte Katerine in Tremonia notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod ex consensu et voluntate venerabilis patris nostri Godescalci abbatis Kneghstedensis necnon Elizabeth de Horst priorisse, Frederunis subpriorisse, tociusque conventus ecclesie nostre prenotate omnipotenti Deo et gloriosissime matri sue virgini Marie exhibere cupientes perpetuam gloriam et honorem amicorum nostrorum consilio et auxilio mediante comparavimus a Ditmaro de Krukelo, Bernardo Calvo, Hinrico Wegenere et Hinrico Albo, procuratoribus hospitalis sancti Spiritus medietatem bonorum Giselleri in Waltdorpe sitorum, cum omni fructu de dicta medietate emergente salva locatione dictorum bonorum prenotato hospitali perpetuo remanente volentes, quod medietas exinde proveniens ad lampadem ardentem ante corpus domini nostri Jesu Christi perpetuo convertatur et reliqua pars ad maiorem cereum emendandum gloriosissime virginis Marie quam medietatem dicti procuratores in manus nostras sub condicione et forma huiusmodi resignarunt. Actum anno Domini M°C°C° octuagesimo primo, feria quinta ante festum beate Marie Magdalene in ecclesia nostra prenotata. Ut autem prenotatum desiderium nostrum secundum continentiam presentium literarum perpetuo observetur et ne aliquis ausu temerario in posterum illud violet vel infringat, rogavimus venerabilem patrem nostrum abbatem predictum ac honorabiles viros consules Tremonienses una cum sigillo nostri conventus et sigillo hospitalis predicti presentem litteram sigillorum suorum munimine in veritatis testimonium communire.

Or. Katharina-Dortmund Nr. 38. Von der Besiegelung nur zwei rothgelbe Seidenfäden erhalten. Reg. Dortmunder UB. I 160.

1770.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt dem Kl. Drolshagen die Schenkung der Gräfin Mathilde von Sayn und nimmt das Kloster in seinen besonderen Schutz.
Hainchen (Haydinchusen) *bei Siegen 1281 Juli 30.*

Sifridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius universis has litteras inspecturis notum facimus, quod nos ad peticionem dilecte consanguinee nostre Alleidis abbatisse monasterii sanctimonialium in Drulshagene Cisterciensis ordinis, Coloniensis dyocesis ipsum monasterium gaudere volumus stabiliter omnibus bonis, hominibus, iuribus, libertatibus, privilegiis et inmunitatibus que et quas eidem monasterio nobilis matrona Mechtildis quondam comitissa Seinensis et . . maritus eius bone memorie contulerunt. sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur. Que eciam omnia eidem monasterio auctoritate ordinaria firmiter confirmamus. Item nos monasterium predictum cum universis suis bonis, iuribus omnibus ac attinenciis sub nostra ac beati Petri apostolorum principis suscipimus protectione. Volumus eciam, ut nullus officialium vel hominum nostrorum aut quis alius in vecturis et ceteris serviciis presumat dictum monasterium aliquatenus aggravare. Nos eciam idem monasterium molestare nolumus inportunis peticionibus super prebendis suis conferendis nec illud a quoquam in huiusmodi peticionibus et instanciis inpeti permittemus. Nulli igitur hominum liceat huius nostre confirmacionis et protectionis factum infringere aut ausu temerario contraire. Si quis autem hoc fecerit aut attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et nostram se noverit incurrisse. In cuius

rei certitudinem presentem cartulam exinde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum apud Haydinchusen prope Sigen anno Domini M°.CC°.LXXX°. primo, feria quarta ante festum beati Petri ad Vincula.

Or. Kl. Drolshagen Nr. 9. An rothen gedrehten Seidenfäden Bruchstück des Siegels des Erzbischofs mit Rücksiegel. Regest Seibertz UB. I Anm. 362 zu Nr. 231.

1771.

Gottschalk von Padberg bekundet den Verzicht des Gografen Ambrosius zu Flechtdorf auf Güter in Upspringe *(bei Marsberg) zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1281 August 1.*

Universis presentem litteram inspecturis ego Godescalcus dominus castri Patberg notum facio protestando, quod Ambrosius gogravius in Flegtorph controversie sive querimonie, quam moverat domino abbati et conventui in Bregdelare super quibusdam agris sitis in Upprinchen (!), quos asseruit iure hereditario ad se provolutos, ipse et uxor sua Cunegundis necnon filii eorundem Ambrosius, Johannes et Hermannus voluntarie renunciaverunt eosdem agros dicto monasterio libere assignantes pollicitatione verissima eciam confirmantes, quod nullam deinceps pro predictis agris prefato monasterio inferant molestiam aut gravamen. In cuius rei testimonium presens scriptum precibus utriusque partis sigilli mei munimine communivi. Testes sunt: Henricus plebanus in Patberg; Olricus de Westhem, Stephanus de Horhusen, Ludolfus de Methzinchusen, milites; Gizelbertus de Otterlare, Johannes de Keldinchusen et alii quam plures. Datum anno Domini M°CC° octogesimo primo, ad Vincula Petri.

Or. Kl. Bredelar Nr. 118. Siegel von Pgtstr. ab.

1772.

Soester Geistliche transsumiren die Bullen Papst Martin IV. vom 21. u. 22. April und 28. Mai 1281 (Westf. UB. V 722 und oben Nr. 1756, 1757, 1761) bez. des Streites der Stadt Soest mit Erzbischof Siegfried von Köln wegen des Bischofshofes. 1281 August 16.

Universis presencia visuris seu percepturis Godfridus prior de ordine Predicatorum, Theodericus gardianus de ordine Fratrum Minorum in Sosato, Godfridus decanus, Rotgerus scolasticus, magister Gerlacus, magister Regenhardus, Lubertus camerarius, Minricus, Robertus canonici ecclesie Sosaciensis et Hermannus prepositus sancte Walburgis extra muros eiusdem oppidi Sosaciensis salutem in vero salutari. Noveritis nos litteras sedis apostolice non abolitas, non cancellatas, non rasas nec in aliqua parte viciatas sub vera bulla vidisse, audivisse ac legisse in hec verba: *(Folgen die Bullen Papst Martin IV. vom 21. u. 22. April und 28. Mai).* In cuius rei testimonium nos . . prior et gardianus sigilla domorum nostrarum, nos . . decanus et canonici sigillum ecclesie nostre ad causas et ego Hermannus prepositus sigillum meum presentibus duximus apponenda. Datum crastino Assumptionis beate Marie virginis, anno Domini M°.CC°. octuagesimo primo.

Or. Stdt.-A. Soest XXIX 291. An Pgtstr. hängt nur noch das Siegel des Stiftes Patroclus ad causas (Westf. Siegel Taf. 107, 10). Gedr. Haeberlin, Analecta medii aevi S. 241 ff. und Soester Ztschr. 1883/4 S. 92.

1773.

Der Ritter und Schöffe Daniel Jude zu Köln stiftet eine Memorie im Kl. Fröndenberg. (Fälschung) Köln 1281 September 5.

In Gotz namen, amen. Kundt ind offenbair sy allen luden, de dessen brieff ind offenbair instrument sullen sehen off horen lesszen, dat in denn iaren unses heren, do men schreyff dusent tzwey hundert ind eyn ind echtzich, in der sevender indictien, uff eynen donnerstach ind was dey vuffte dach in dem mande, den tzo latine nomet Septenber, zo vesper tyt off umme dey maysze, in regnancien des allerhilligesten in Gode vaders und heren Inocentius van gotlicher vorsichticheit des veirden pais van dem namen, in synen pontificat des veirden iairs, in untghaintwerdicheit mynes oppenbaren gesworn tabellien ind der getzuge her na geschreven, dey dair sunderlichen zo geheyscht ind geroyffen sint, gekommen ind erschennen synt dey ersamen ind vromen her Daniel Jode, ritter ind scheffen tzo Coelne und myt emme Elizabeth syn suster gaende, staende, irs lyffs ind reden mechtich ind gesunt, als claerlich wail tho seyn was, wislich vurbedenckende ind betrachtende, dat dey menslike kunne tzwivelich ind gebrecklich is und dem dode nicht entghaen mach, want nicht seckers en sy, dan dey doit, und nycht unseckers, dan dey stunde und tzyt des dodes, und haent dair umme myt guden friggen willen und vorbedachten moide ungedrongen ind ungetzwongen, als sey selffs erkanten, dat sey vur sich ind ere erven, anerven ind alle ere nakomelinge tzo heill, troist ind sallicheit erer seylen lutterlichen und slechtz umb Gotz willen gegeven ind erlaysszen hetten, geven ind erleysszen genszlich umme Gotz willen in ind overmitz deszen brieff ind offenbair instrument den erwerdigen ind geistlichen iunfferen, abdissen und den sementlichen iunfferen allen gemeynlichen des cloisters tzo Frondenberg in dem lande van der Marcken gelegen, ordens van Cistercien ind eren nakomelingen erfflich ind tzo den ewigen dagen ewentlich tzo besittzen, tzo heven ind tzo boren alsulche vier Rynsche gulden, als wilnere ere leve vader her Henrich Jode borger tzo Coelne ind Margrete syn huysfrauwe, der selen beyden der almechtige Got gnedich sy, erfflicker iairlicher renthen uyss dem huyss tzom Ghyre genant in der Lyntgassen gelegen, herkomende van tzwen marken alden tornessen erffliker renthen uthe dem selven husse alle iair up unser leven Frauwen dage Assumptionis geltende hatten und na der hant der andechtigen ind geistlichen erer frontlichen liever suster iouffer Hadwich de Jode ouch cloisteriunffer zo Frondenberg des selven ordens tzo erre lyfftzucht bewyst hadden und dey vursz. Hadwich dey vorg. renthe myt in eren sterffliken doit uff den vorg. termyn uyss deme vorg. huse tzo dem Ghyre gehaven ind gebort hette, doch viertzein dage dair na umbefangen ind na dode der vursz. erer suster weder umme an sey vorstorven ind gefallen sy, dair vuer dey vorg. iunfferen, ere prestere ind nakomelinge zo den ewigen dagen alle ind itliches iairs des donnestages in der quatuortemporen vur dey seylen des vursz. heren Daniels ind Elizabeths . . . ind broderen ind vort vor sey ind alle ere geslechte iairgetzyde myt vigilien, myssen, commendacien ind ander guden wercken, begencknisse ind gedechtnisse halden sullen, und hait der vursz. her Daniel Jode ritter ind scheffen ind voirtan dey vursz. Elizabeth syn sustere uff dey vursz. veir Rynsche gulden iarliker ind erffliker tzynse ind renthen voir sich ind ere sementliche erven, anerven ind nakomelinge myt allen solemniteten dess rechten, als sich geboirt, vortzegen ind rechte vortichnisse gedaen, so dat sey noch ere erven nu noch hernamails nummermere tzo den ewigen dagen ghen recht noch anspraike an ader tzo den vursz. vier Rynschen gulden erffliker iairliken renthen haven noch behalden en sullen, ind sie ind ere erven dair van enterfft suellen syn und blyven und dey vursz. her Daniel ind Elizabeth syn suster vursz. begerten, dat dusse vurg. ere gyffte ind erlayssinge in dem rechten vullenkomen moige ind macht have ind bestaen moichte. Ind tzo vorder getzuchnisse haet der vorg. her Daniel Jode ritter syn segel vor sich ind syne erven ind anerven an dussen breyff ind oppenbair instrument gehangen, wilchs vursz. siegell dey vursz. Elizabeth her tzo myt gebruychte; des ich Daniel Jode ritter ind scheffen vursz. bekenne, ind myn segel vur mich und myne erven ind

Elizabeth myn suster an dussen breyff ind oppenbair instrument doen hangen, des ich Elizabeth vursz. bekennen und hie in dusser sachen myt gebruichen und off alle vursz. sachen gesonnen, de vursz. abdisse van wegen erer sementlicher iunfferen tzo Frondenb[er]gh an myc offenbaren gesworn tabellien herna geschreven, wie sich des noit geboirde. Dyt schach tzo Coelne bynnen der emuniteten tzo sent Merien Greden in dem iaire, indictien, maende, daghe, uren ind regnancien, wie vursz. steit. Dair over und ane weren dey ersamen, wisen ind beschedenen lude her Zander ind Peter genant dey Joden gebrodere, her Herman ind Geyrhart Scherffghen, dey tzo deszer vursz. sachen tzo getzughe gebeden ind geroyffen weren.

Want ich Henricus Deylhase geborn in dem stifft van Coelne und van keyserlicher macht oppenbair gesworn tabellien by alle dussen vursz. sachen eyn myt den vursz. getzugen entghaintwordich over ind ane gewest byn [und dat also] gescheyn und gehoirt haven und gescheyn is als vursz. steit, so haen ich dyt oppenbair instrument darup gemacht, dat [myt myns] selves hant ind gewontliken seichen underschreven ind dey erbere here Daniel Jode ritter etc. myt [synem segel] besegelt gebeden ind geheyschet in getzuchnisse alre vurgeschreven sachen.

Vorlage Kl. Fröndenberg Nr. 36, zum Theil durch Mäusefrass und Feuchtigkeit beschädigt. Neben der Unterschrift des Notars ist dessen Zeichen (ein in der Form eines W. *ausgeführter Schnörkel, über einer mit den Zinnen nach unten gerichteten Mauerzinne, die die Aufschrift trägt:* Sig(num) Hen(rici) Deil(hase). *Das in der Mitte angehängt gewesene Siegel ist vom Pgtstr. ab. Die Urkunde ist eine Fälschung des XV. Jahrhunderts, wie die Schrift und die Erwähnung der Rheinischen Goldgulden ausweist; daher stimmt auch weder die Indiction, noch das Papstjahr, noch der Wochentag. Vergl. jedoch Nr. 1744.*

1774.

Die Söhne des Vogtes von Wiesdorf verkaufen ihre dortigen Besitzungen mit dem Patronat der Kirche daselbst an das Kl. Gevelsberg. 1281 September 9.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis ac etiam audituris. Nos Godefridus et Hermannus fratres filii advocati de Wistuppe santimonialibus, abbatisse et conventui de Givelberge ordinis Cistersiensis universa bona nostra in terris arabilibus et non arabilibus, pascuis, pratis, nemoribus et aliis rebus quibuscunque consistentia et attinenciis, que habemus in villa de Wistuphe, excepta advocatia et piscatura ad ipsam villam spectantibus, quas nobis retinemus, vendidimus pro certa pecunie summa volentes et expresse consentientes, quod ius patronatus ecclesie dicte ville de Wistupphe transferatur cum universitate dictorum bonorum venditorum in sanctimoniales supradictas et ipsum ius patronatus tenore presencium, quod ad nos spectat, transferimus in easdem. Quam pecunie summam recognoscimus nobis a sanctimonialibus prefatis esse traditam et persolutam renuntiantes et effestucantes omni iuri, quod habuimus et habere potuimus in bonis venditis supradictis, per quod vendicio supradicta posset retractari et translatio iuris patronatus predicti aliquo modo impediri vel irritari. Item actum fuit et est, quod Jacobus filius quondam Henrici fratris nostri eisdem bonis venditis et omni iuri, quod habuit in eisdem, renuntiavit. Et ego Jacobus predictus per presentes confiteor et recognosco me predictam renuntiacionem et translacionem iuris patronatus fecisse, quantum ad partem dictorum bonorum me contingentem modis et condicionibus supradictis. Predicta vendicio, translacio et renuntiacio facte fuerunt presente viro religioso et discreto fratre Erwino commendatore domus in Novo Castro ordinis hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, Jacobo dicto de Obhoven, Lamberto dicto de Durseit militibus; Adolfo de Leinsiphen, Hermanno de Beisendreis, Jacobo de Haine, Godefrido de Keldenich, Hermanno Molendinario, Nicholao Haenstolz, Petro de Wistuphe, Godescalcho de Pesse, Godescalcho filio Thuissere, Hermanno et Thilmanno Fabris et aliis pluribus clericis et laicis

fidedignis presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis. In cuius rei testimonium, quia sigilla propria non habemus, sigillum illustris viri domini nostri Adolfi comitis de Monte presentibus rogavimus apponi. Et nos Adolfus comes predictus ad peticionem dictorum, Godefridi et Hermanni fratrum, necnon Jacobi filii quondam Henrici sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo,[1]) crastino Nativitatis beate Marie virginis.

[1]) *Mit anderer Tinte auf Rasur nachgetragen.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Gevelsberg Nr. 2. An gedrehten Hanffäden noch ein Siegelrest. Gedr. von Steinen III S. 1442 und zum Theil Lacomblet UB. II 753.

1775.

Erzbischof Siegfried von Köln gestattet den Augustiner-Eremiten in Lippstadt, Beichte zu hören und in der Kölner Diöcese zu predigen und verleiht ihnen einen Ablass. Köln 1281 September 16.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius omnibus presentem litteram inspecturis salutem in Domino. Vota devotorum que fructum salutis eterne continere perspicimus, quo potiora sunt aliis, eo libentius ad effectus deduci gratiam[1]) procuramus. Hinc est, quod nos fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini in oppido Lyppensi constitutorum piis desideriis annuentes, ut secundum tenorem privilegiorum suorum sine preiudicio iuris alieni omnium recurrentium ad ipsos confessiones audire et poenitentias eis iniungere salutares et absolvere et illi ex eis, quibus Dominus virtutum contulit scientiam predicationis et gratiam, possint populis proponere verbum Dei in nostra diocesi plenam eis concedimus autoritatem, et vere penitentibus et contritis ad predictorum fratrum predicationes venientibus quadraginta dies indulgentiarum misericorditer indulgemus. Volumus etiam, ut predictos fratres inpetendis fidelium eleemosynis nullus impedire presumat, sed potius ob Christi et nostri reverentiam promoveat, sicut decet. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Colonie XVI° Kalendas Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo.

[1]) „gratiose" (?).

Abschr. in Gelenii Farrag. III 197 v. nach dem jetzt verlorenen Or. Der Abschreiber bemerkt: Sigillum Sifridi ex viridi et caerulea bisso pendet. *Daraus gedr. Stangefol, Annales circuli Westphalici S. 384 und danach bei von Steinen, Westph. Gesch. IV S. 990 zu 1282. Vergl. Lipp. Reg. I 397 a.*

1776.

Erneuerung des Bündnisses zwischen Bischof Everhard von Münster und Erzbischof Siegfried von Köln. Oelde 1281 September 20.

Hec est confederacio domini Monasteriensis cum domino Coloniensi invenacia (!)[1]).

Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus notum facimus universis, quod cum nos cum reverendo patre et domino nostro Sifrido, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo alias super mutua ad invicem assistencia obligacionem iniverimus specialem, sicut in litteris hinc inde confectis plenius continetur, propter commune patrie bonum dictam obligacionem innovantes promittimus fide prestita corporali, quod secundum omnes condiciones in prioribus nostris litteris conscriptas ipsi domino nostro archiepiscopo Coloniensi fideliter assistemus, fraude et dolo penitus exclusis. Et ne aliqua dissensionis materia inter nos et homines nostros ex una parte ac eundem dominum nostrum et suos homines ex altera valeat suboriri, eligimus pro nobis Wezelum de Lembecke et Gerardum de Berment-

velde, milites, et ipse dominus noster pro se elegit Marschalcum Westfalie, qui pro tempore fuerit, et Theodericum de Vitinchoven, milites, quibus damus potestatem omnes questiones, que hinc inde poterint[2]) exoriri, complanandi per iusticiam vel amorem, promittentes in manus predictorum quatuor, quod, si aliquis defectus fuerit ex parte nostra seu nostrorum, illum defectum ad dictum eorundem quatuor emendari faciemus et suppleri. Si autem aliqui fortassis in emenda facienda fuerint sic rebelles, quod dominus noster archiepiscopus Coloniensis non habeat posse per se eos commode compellendi, nos ipsum dominum nostrum Coloniensem contra tales iuvabimus requisiti, et ipse dominus noster nos similiter iuvabit viceversa requisitus. Et ut predicti quatuor securius possint intendere negocio memorato, nos ipsos cum rebus et personis in dicto negocio laborantes in nostram protectionem recipimus et conductum, promittentes, quod si eos sic laborantibus aliquid adversitatis advenerit, illud eis pro viribus restaurari faciemus. Predicti eciam quatuor promiserunt in manus nostras fide prestita corporali, quod in premissis pro viribus suis pro posse et nosse fideliter laborabunt. Actum et datum apud Olethe anno Domini M°CC°LXXX° primo, in vigilia beati Mathei apostoli. Sigillum nostrum in testimonium et robur premissorum presentibus apponentes. Datum ut supra.

[1]) *Wahrscheinlich* „innovata". [2]) *Copie* „poterimt" (!).

Abschr. im Stdt.-A. Köln im Copiarium Sifridi archiepiscopi Nr. 93 fol. 24 v. Mittheilungen aus dem Stdt.-A. Köln XII S. 50.

1777.

Dietrich gen. Volenspit, vermacht dem Kl. Welver nach seinem Ableben eine Rente von 3 Schillingen aus den Einkünften eines Kottens in Westönnen. 1281 October 1.

Ego Theodericus miles dictus Volenspit omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, notum esse cupio, quod mediante uxoris mee Cristine voluntate et communi omnium heredum meorum consensu ecclesie in Welvere post meum obitum trium solidorum reditus ex quadam casa in villa Tunne sita, que in curtim Lo pertinere dinoscitur, singulis annis et perpetuo recipiendorum contuli et legavi. Hii vero solidi eiusdem loci thesaurarie presentabuntur, ut illius cenobii domine uni(verse)[1]) memoriam mei cum recordatione uxoris mee predicte, Theoderici patris mei[2]) et Udelheydis matris mee singulis annis die meo anniversali fideliter peragant et devote. Id sigilli mei appensione protestor. Datum die beati Remigii, anno Domini M°.CC°.LXXX°. primo.

[1]) *Durch Mäusefrass zerstört.* [2]) *Or.* „mee".

Or. Kl. Welver Nr. 79. An Pgtstr. nur noch ein kleiner Rest des Siegels des Ausstellers.

1778.

Godefridus de Brilo[n], *Consul in Lübeck, Zeuge in dem Zollprivileg des Grafen Nicolaus von Schwerin für die Lübeckischen Kaufleute. 1281 October 6.*

Gedr. Lübecker UB. I Nr. 418.

1779.

Die Schultheissin Elisa von Soest kauft von dem Kl. Benninghausen eine Fruchtrente für 7 Mark. 1281 November 1.

Universis hanc litteram inspecturis Elisa sculthetissa de Susato salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium protestor, quod ego a conventu sanctimonialium in Beninchkinchusen comparavi ad tempora vite mee VI modios siliginis et VI modios ordei de consensu mariti mei domini scultheti pro

VII marcis, que iure proprietatis ad meam personam specialiter pertinebant. Unde sicut heredes mei nichil prorsus iuris habebant vel habere poterant in dictis VII marcis, sic nec me vivente nec post mortem meam in pensione dicte annone XII modiorum heredes mei sibi aliquid iuris poterunt vendicare, sed ad predictum conventum post mortem meam libere revertetur. Et ne aliquis heredum meorum post mortem meam sepedictum conventum super sepedicta pensione possit inpetere aut gravare, tradidi eis presentem litteram sigilli mariti mei domini scultheti munimine roboratam. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXXI°, in festo Omnium Sanctorum.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 41. An Pgtstr. das Siegel des Schultheissen Heinrich von Soest (wie Westf. Siegel Taf. 183, 2). Rückschrift von Hand des XIII. Jhs.: De Madewich *(Mawicke, Kr. Soest).*

1780.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt der Stadt Soest den Erwerb des Vogteirechtes in der Stadt, das sie von dem Grafen von Arnsberg gekauft hatte, mit der Massgabe, dass das dazugehörige Freigericht nach Neuengeseke verlegt wird. Köln 1281 November 8.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius omnibus Christi fidelibus presentes litteras visuris in perpetuum. Presencium tenore protestamur et notum esse cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod, cum dilecti fideles[1]) nostri opidani Susacienses advocaciam eiusdem opidi, quam . . comes de Arnsberg et sui progenitores a nostris antecessoribus et ecclesia nostra Coloniensi tenuerunt in feodo, prout ipsam eis idem nobilis vir . . comes de Arnsberg vendiderat, in manus nostras resignaverint et reportaverint cum omnibus suis attinentiis, per composicionem inter nos et ipsos opidanos ordinatam assignantes nobis simul cum ea publicum instrumentum quod super contractu vendicionis eiusdem advocacie receperant a . . comite memorato, nos huiusmodi resignacione ac instrumenti publici assignacione contenti aliam ab eis de predicta advocacia warandiam non requiremus, nisi quod predicti opidani Susacienses moneant comitem de Arnsberg predictum, ut resignet in manus nostras ipsam advocaciam cum suis attinenciis secundum quod ipsam advocaciam vendidit opidanis memoratis . . . Preterea (nos) de pleno consensu et communi consilio capituli et priorum ecclesie nostre Coloniensis vasallorum quoque, fidelium ac ministerialium nostrorum predictum opidum Susaciense libertantes ex gracia speciali secretum iudicium ad predictam advocaciam pertinens, quod *stilledinc* vulgariter appellatur extra muros Susacienses ponimus constituentes illud in loco, qui vulgariter dicitur Niengeysken et non alias suis temporibus observandum, concedentes eisdem opidanis nostris Susaciensibus, quod ad eundem locum iudicialem et per idem iudicium evocari seu alio quocumque modo gravari nullus eorum poterit nec debebit. Ceterum manifestum iudicium eiusdem advocacie, quod . . comes Arnsbergensis vel advocatus eius iudicare consuevit, manebit apud iudicem nostrum Susaciensem, quem nos vel successores nostri ex opidanis Susaciensibus ibidem pro tempore statuemus, ita sane quod, si quispiam alicui homini vulnus non letale seu citra mortem inflixerit ferro acuto, quod *eckechde wapen* dicitur, illum iudex noster ibidem ad suam vocabit seu vocari faciet presenciam, quem ante omnia mulctabit pena quatuor solidorum et recipiet ab eo fideiussoriam caucionem, quod ulterius coram consulibus Susaciensibus in domo ipsorum consulum compareat; qui cum comparuerit, iudex noster et dicti consules ponderata et considerata quantitate et qualitate excessus illius taxabunt concorditer penam pecuniariam ipsi reo pro quantitate et qualitate sui excessus [infligendam], de qua pena sic taxata medietas cedet nobis seu nostro iudici, reliqua vero medietas cedet opido supradicto. Item siquis sepedictos opidanos nostros super prenotatis libertatibus ipsis a nobis et ecclesia nostra concessis molestaverit sive impecierit, nos et nostri successores iustam eis de libertatibus ipsis prestabimus perpetuo warandiam. In testimonium

igitur premissorum et robur perpetue firmitatis ipsos muniendos duximus presenti scripto nostri et capituli nostri Coloniensis sigillorum munimine roborato; et nos capitulum Coloniense predictum in testimonium omnium premissorum sigillum ecclesie nostre presentibus litteris duximus apponendum. Testes huius rei fuerunt: frater Henricus prior fratrum Predicatorum in Colonia, Wicboldus scolasticus ecclesie Coloniensis, comes Sifridus de Widigensteyne, frater Wilhelmus de Holthe, Salentinus nobilis vir de Ysenburg, Theodericus de Volmenstene, Goswinus de Eppenhusen marscalcus noster Westfalie, Theodericus de Vitinchove, Hunoldus de Plettenbrath, Godefridus de Summeren, Erefridus de Bredenale milites, Herbordus dictus Make magister civium Susaciensium, Arnoldus de Lůnen, Godescalcus de Wiginchusen, Gerlacus de Lake, Winandus Gallicus, Albertus de Palsade, Ecbertus de Foro, Albertus de Tremonia, [Bruno de Scapmarkethe,] Regenbodo Gothus, Henricus de Wiginchusen, Andreas Hasso opidani nostri Susacienses et alii fidedigni. Datum Colonie anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, sexto Ydus Novembris.

[1]) *Doppelt geschrieben.*

Or. Stdt.-A. Soest, XXXIII 7, stark vermodert. An grüngelben Seidenfäden die Siegel des Erzbischofs und des Domcapitels von Köln. Gleichzeitiger Entwurf auf Pergament mit dem Datum: Datum et actum Colonie in die Omnium Sanctorum anno Domini M°.CC°.LXXX°. primo, *im Stdt.-A. Köln Nr. 461, aus dem die eingeklammerten Stellen ergänzt sind. Gedr. Seibertz UB. I 396.*

1781.

König Eduard I. von England wiederholt und bestätigt das von König Heinrich III. 1260 Juni 15 den deutschen Kaufleuten verliehene Privileg. Westminster 1281 November 18.

Abschr. des XVI. Jhs. im Stdt.-A. Soest. Gedr. Lübecker UB. I Nr. 419 nach Or. Reg. Hansisches UB. I 840. Vgl. oben Nr. 1055.

1782.

Die Edlen Bertold der Aeltere und der Jüngere von Büren übertragen dem Kl. Paradies einen Zehnten in Drüggelte, den Ritter Rotger von Osterendorp *von ihnen zu Lehen hatte, ferner eine Zehntrente aus dem Hof zu Drüggelte und ihr Eigen und Patronat daselbst. Soest 1281 December 16.*

Presentibus domino Gerlaco in Lon, Conrado de Hustene canonico Sosaciensi, domino Gotfrido sacerdote; Wilhelmo nobili de Ardeia, domino Ber(nardo) milite de Holthusen, Arnoldo milite dicto Hitertat, item burgensibus Sosaciensibus: Herebordo Make, Arnoldo de Lune, Gerhardo de Grue, Johanne de Sunhere, Johanne filio Arnoldi, domino Renhero milite.

Nach dem Or. Kl. Paradies 31. Gedr. Westf. UB. IV 1652.

1783.

Der Medebacher Bürger Johann Wigands Sohn gelobt dem Kl. Küstelberg eine Rente aus Ländereien bei Medebach, einem Erbe in Ahusen *(Ahausen)*[1]) *und einer Hufe in* Wernestorp *(Werensdorf)*[2]) *zu zahlen. Medebach 1281 December 28.*

Noverint universi presentem cedulam inspecturi, quod nos, videlicet Johannes Wigandi filius burgensis in Medebeke et Yda uxor mea necnon ceteri heredes nostri de quibusdam agris sitis aput Medebeke et domo in Ahusen et mansu in Wernestorp ecclesie in Kuistelberch in die Martini XXVII denarios pro censu imperpetuum persolvemus. In cuius rei testimonium et firmitatem presens scriptum

sigillo opidanorum in Medebeke petivimus roborari. Datum Medebeke, anno Domini M.°CC.°L°XXX°I°, in die Innocentum, presentibus Hermanno dicto Ruvel magistro burgensium, Siffrido Hartradi filio, Heinrico monetario, Gerhardo Wulberni, Heinrico Bodoni, Siffrido Heimporgen, Conrado de Hokerichusen, Everhardo Dudiken, Johanne super Fontem, Thitmaro Crispo, Alberto Kelkere, consulibus et aliis quam pluribus.

[1]) *Trippe, Medebach S. 295, oberhalb der Espe.* [2]) *Ebenda S. 309.*

Or. Kl. Glintfeld Nr. 9. Siegel von Pgtstr. ab.

1784.

Die Stadt Dortmund dankt der Stadt Lübeck für die im Interesse aller Handeltreibenden angewandten Bemühungen und verspricht ihre und der benachbarten Städte Mitwirkung in einer gemeinschaftlich mit den Kaufleuten Spaniens, Portugals, der Gascogne und Provence (in Brügge) zu betreibenden Angelegenheit. O. J. (1281).

Nach dem Or. im Stdt.-A. zu Lübeck gedr. Lübecker UB. I Nr. 424, im Auszug Hansisches UB. I 871. Reg. Hanserecesse I 20 und Dortmunder UB. I 156.

1785.

Graf Gottfried von Arnsberg gelobt, die von Köln lehnrührige Burg Hachen, die in feindliche Hände gerathen ist, wenn sie zurückerobert worden, an Niemand zu verpachten. 1281 (1282) Januar 3.

Nos Godefridus comes de Arnesberg notum facimus universis et presentibus nostris litteris protestamur, quod castrum nostrum Hagne ab ecclesia Coloniensi tenemus et in libero feodo possidemus. Propter quod, cum prefatum castrum per traditionis perditionem ad manus sit devolutum alienas, consilium et auxilium ab ecclesia Coloniensi et Gozwino ipsius ecclesie in Westphalia marscalco requirimus sub hac forma, ut, si ipsum castrum nos rehabere et recuperare contigerit, nulli homini iam dictum castrum locabimus, ubi ecclesie Coloniensi dampnum aliquod vel gravamen preter quantum (?) de aliis nostris munitionibus inferatur; quod sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° primo, in octava beati Johannis ewangeliste.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 280. Angehängt das Siegel des Grafen (Westf. Siegel Taf. 28, 6). Gedr. Wigands Archiv VI S. 250 und Seibertz UB. II 393.

1786.

Die Rathsmänner von Corbach bekunden den Verzicht des Gerlach von der Haa zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1281 Januar 21.

Nos Hermannus magister consulum et consules universi oppidi Corbike omnibus hanc litteram visuris vel audituris duximus intimandum, quod Gerlacus dictus de Haa et frater eius Conradus constituti coram nobis in nostra audientia recognoverunt, nichil iuris se habere vel umquam habuisse in curte Latervelt, quam emptam ab Elgero milite de Lutterbike abbas et conventus monasterii in Breydelare iusto titulo emptionis possident et longo tempore possederunt. Supplicaverunt etiam predicti fratres humiliter sibi indulgeri, si occasione prefate curtis prenominato conventui aliquam molestiam intulissent. In cuius recognitionis testimonium supplicatum est nobis tam ab abbate dicti monasterii quam ab ipsis fratribus et ipsorum patre, qui etiam recognovit se nichil iuris in predicta curte habere vel habuisse, sigillo nostri oppidi presentem litteram communiri. Intelleximus etiam, quod presentibus Godescalco

domini(!) castri in Padberg et Odelrico de Westhem, Stephano de Horhusen militibus et Wilhelmo de Deyvelt ipse Gerlacus protestatus fuerit pro curte sepedicta movisse iniustam et indebitam questionem. Datum Corbike anno Domini M°CC°LXXX primo, in die sancte Agnetis virginis.

Or. Kl. Bredelar Nr. 117. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. IV 1611.

1787.

Marschall Goswin von Westfalen entscheidet einen Streit zwischen dem Kl. Wedinghausen und Conrad gen. Visceken über Güter in Rithem *(bei Werl)*[1] *dahin, dass letzterer diese nur auf Lebenszeit in Pacht habe. Werl 1281 (1282) Februar 11.*

Universis presentes litteras visuris nos Gozwinus Westfalie marscalcus notum esse volumus, quod, cum inter . . prepositum de Wedinchusen et conventum ibidem ex una parte et Conradum dictum Visceken ex altera questio moveretur coram nobis super quibusdam bonis apud Rithem sitis, que predictus Conradus sibi asserebat iure hereditario pertinere et super hiis nobis demonstravit litteras . . prepositi memorati, quibus auditis perpendimus, quod idem Conradus et uxor sua non haberent ius hereditarium in eisdem bonis, sed ea ad tempora vite sue possidere debent data certa pensione singulis annis de bonis memoratis, quod tenore presentium duximus protestandum. Huic vero facto interfuerunt nobiscum: Erenfridus de Bredenole, Hermannus de Boderike, Johannes dictus Scriptor milites; Wilhelmus et Gozwinus magistri consulum et consules Werlenses. Actum et datum apud Werle in Quadragesima, anno Domini M°.CC°.LXXX°. primo.

[1] *Vgl. oben Nr. 91 u. 134.*

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 64. An Pgtstr. das Siegel des Marschalls Goswin von Eppenhausen (Westf. Siegel Taf. 220, 11). Gedr. Seibertz UB. I 394.

1788.

Die Aebtissin Agnes und das Kapitel von Geseke übertragen ihre Anrechte an Gütern in Rimbeck, die vordem der Marsberger Richter Berthold besessen hatte, dem Kl. Hardehausen gegen einen Zins von vier Schillingen. 1282 Februar 18.

Gedr. Westf. UB. IV 1662.

1789.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt dem Kl. Fröndenberg den Erwerb der Güter von dem Edlen Hermann von Ardey in Kessebühren, Ardey, Dellwig und Wiedenbrock. 1281 (1282) Februar 20.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ut aliquid (ret)ribuamus Domino pro omnibus, que retribuit ipse nobis, votis illorum libenter annuimus, qui carnem suam macerant, se ipsos reddentes holocaustum Jesu Christo. Cum igitur abbatissa et conventus de Vrundenberg ordinis Cysterciensis nostre diocesis curtes in Buren, Ardey, Delewich et Widebruch, que fuerunt quondam nobilis viri Hermanni bone memorie de Ardeya, que a nobis tenebantur in feodo, emerint et comparaverint, ipsis pro remedio anime nostre et successorum nostrorum indulgemus, ut predictas curtes teneant et possideant pacifice et quiete, ius et proprietatem, que habemus et habuimus in eisdem, in dictas abbatissam et conventum transferentes, ita tamen quod singulis annis nobis et successoribus nostris in festo beati Remigii in recognicionem dominii solvant quatuor denarios aureos valentes quatuor

solidos Coloniensium denariorum, hoc addito, quod dicte abbatissa et conventus nulli alii vendere vel exponere poterunt dictas curtes nisi nobis vel successoribus nostris aut ecclesie Coloniensi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° primo, XII. Kalendas Marcii.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 35. Das Siegel von Pgtstr. ab.

1790.

Die Stadt Lippstadt richtet für den zur Erhebung des Nachlasses des verstorbenen Conrad von Lippstadt bevollmächtigten Cleriker Johannes ein Credenzschreiben an die Stadt Lübeck. 1281 (1282) Februar 23.

Honorabilibus viris et discretis . . advocato . . scabinis . . consulibus et universis burgensibus Lubicensibus, . . iudex . . consules ceterique oppidani Lippenses, quicquid possunt servicii, dilectionis et honoris. Rogamus, quatinus iusticie et nostri servicii intuitu, latorem presencium, Johannem clericum de oppido nostro, nuncium cuiusdam consanguinei sui, Hartvici, nostri concivis, ad petendum et consequendum nomine eiusdem Hartvici res, ex obitu Conradi fratris sui dicti de Lippia, apud Berge defuncti, in vestra civitate relictas et ad ipsum Hartvicum de iure devolutas, curetis efficaciter promovere: scituri certissime, quod cum dicte res dicto Johanni fuerint presentate, erunt erogatores de ipsis liberi et absoluti. Quod enim prefatus Hartvicus prefati Conradi premortui frater unicus et legitimus sit successor ad res ipsius optinendas, et quod supradictus Johannes lator presentium ad huiusmodi res petendas et recipiendas verus sit procurator et nuncius, ad hoc ab ipso Hartvico, propter debilitatem corporis personaliter transire non valente, constitutus et destinatus, vobis patenter presentium testimonio declaramus. Datum in vigilia beati Mathie apostoli, anno Domini M°CC°LXXX^{mo} primo.

Or. Stdt.-A. Lübeck. Gedr. Lübecker UB. I Nr. 409. Reg. Hansisches UB. I 874.

1791.

Conrad von Erwitte verkauft dem Grafen Everhard von der Mark eine Eigenhörige und das Eigenthum eines Erbes zu Varnhövel. Herrenstein, Ostinghausen, Osttünnen 1281 (1282) Februar 23.

Nos Conradus dictus de Ervethe universis visuris presentia protestamur, quod nos Hyrdincsterren constituti, feria tercia post dominicam Invocavit, de consensu uxoris nostre Berthe et coheredum nostrorum, videlicet Boymundi, Alexandri et Goztu, Cůnegundim de Varnhůvele et ius proprietatis quod habuimus in domo Varnhůvele que dicitur *vorwerc* cum universis suis attinentiis, nobili viro domino Everhardo comiti de Marca libere contulimus in manus Růtgeri de Svanesbole dapiferi sui, resignantes integraliter ad usus et ad voluntatem comitis prefati omne ius quod nos in bonis predictis habere poteramus. Pro fratre autem nostro Alberto promisimus fide data, quod ipse infra annum proxime nunc instantem, si quid iuris habet vel habere potest in Cönegundi et bonis Varnhůvele prehabitis, idem ius comiti de Marca sepedicto libere resignabit. Huius rei testes sunt: Bernhardus de Methlare, canonicus Capenbergensis; Theodericus Volenspit, Johannes frater suus, Wescelus de Galen, Winemarus de Grintberge, Everhardus de Hesne, Engelbertus de Herborne milites; Johannes de Hůvele, Lůdewicus Ricebere, Conradus de Methlare et alii quam plures. Sequenti die, videlicet quarta feria post dominicam predictam uxor nostra Bertha et heredes nostri, scilicet Boymundus, Alexander et Goztu memorati, idem ius proprietatis quod habuerunt vel habere poterant in Cůnegundi et bonis Varnhůvele sepedictis, ad usum et voluntatem Everhardi comitis de Marca iam dicti, in manus Johannis de Marca, coram iudicio Osendinchusen et coram iudicio Ostûnen libere resignabant. Ne autem super hiis valeat in posterum

questio suboriri, presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Boymundus plebanus in Osendinchusen, Arnoldus iudex ibidem, Gerhardus campanarius, Bernhardus vrigreve, Johannes iudex in Ostůnen, Hinricus de Pikenbroke, Fridericus villicus Themonis de Hourode et alii quam plures. Acta sunt hec diebus et locis suprascriptis. Datum anno Domini M°CC°LXXXI°, in vigilia Mathye apostoli.

Or. Kl. Kappenberg K Nr. 148. An weissen Hanffäden das Siegel Conrads von Erwitte (Westf. Siegel 184, 4). Gedr. Westf. UB. III 1155. Vgl. unten Nr. 1820.

1792.

Johann von Kamen und Richter Themo von Hamm verpflichten sich dem Mariengradenstift in Köln aus dem Zehnten in Osttünnen 11 Jahre lang 3 Mark 6 Schillinge jährlich zu zahlen. 1281 März 17 (1282 März 2).

Nos Johannes de Kamene et Themo iudex opidi de Hammone universis per presentes notum facimus, quod viris venerabilibus et discretis . . decano et capitulo ecclesie sancte Marie ad Gradus Colon(iensis) solvere tenemur singulis annis in festo beati Lamberti tres marcas et sex solidos Tremoniensium denariorum ad spacium undecim annorum ratione et ex causa decime site in villa Ostungge parrochie Rinere, quam decimam comparavimus erga Goszwinum de Hofstat sub condicione resolvenda de licentia . . decani et capituli predictorum. Ac predicto . . domino decano singulis annis unum hospitium vel tres solidos Tremonienses pro dicto hospitio eidem . . decano persolvemus, ita tamen quod sit in optione sepedicti . . decani recipere dictum hospitium aut tres solidos antedictos. Si vero predictum Gos(winum) eandem decimam pure et absolute ac in totum in nos transferre contingat, extunc predicto . . domino decano pro iure suo, quod vulgariter *vorhure* dicitur, tres marcas et sex solidos assignabimus et ipsam decimam tenebimus extunc cum omni iure et onere ipsi decime incumbente a . . decano et capitulo memoratis. Quod universitati vestre sub sigillo prudentum virorum opidanorum Hammensium, quod presentibus apponi rogavimus, significamus. Nos vero consules . . scabini et . . universitas opidi Hammensis ad petitionem dictorum Johannis et Themonis et in testimonium premissorum sigillum opidi nostri presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX^mo^. primo, crastino dominice Oculi.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Mariengraden 23. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Hamm (Westf. Siegel Taf. 70, 6).

1793.

Graf Dietrich von Limburg überträgt dem Kl. Marienhof (später Kentrup) in Hamm das Eigenthum eines Erbes in Waneboleu *(Wambeln, Kr. Hamm), das die Wittwe des Ritters Hugo von* Ambebunburen *bisher von ihm zu Lehen gehabt hatte. Hamm 1281 März 30 (1282 März 15).*

Quoniam ea que aguntur ab hominibus in tempore sepe oblivioni traduntur cum tempore, nisi scriptis et testibus pariter confirmentur; hinc est quod nos Theodericus comes de Lymburg universis presentibus et futuris presens scriptum cernentibus et audituris notum esse cupimus, quod nos cum pleno et unanimi consensu domine Alhedis uxoris nostre, Everhardi filii nostri et Theoderici filii domini Johannis pie memorie filii nostri ceterorumque heredum et coheredum nostrorum intuitu divine retributionis conferimus proprietatem cuiusdam domus site in Wanebolen ecclesie et conventui sanctimonialium Curie sancte Marie virginis ordinis Cysterciensis in Hammone. Quam domum Margareta vidua relicta Hugonis militis de Ambebunburen et Henricus de Hengene privignus eius a nobis sub titulo feodali hucusque possidentes ac in manus nostras predicta Margareta cum Henrico privigno suo et

uxore ipsius necnon cum omnibus liberis eiusdem Henrici et coheredibus suis resignantes predicte ecclesie et conventui sanctimonialium in Hammone unanimi consensu ex bona voluntate ob remedium animarum suarum hereditario iure perpetuo possidendam in elemosinam contulerunt. Super qua donatione tam nostra quam predicte Margarete et Henrici eius privigni presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Everhardus dictus Advocatus, Lambertus de Merscen, Wihelmus (!) de Scemme, Godescalcus de Hesene, Lutbertus Torhc milites; Albertus dapifer noster, Ruthgerus Svanspol dapifer comitis de Marcha, Themo de Horne famuli cum aliis quam pluribus fide dignis. Acta sunt hec apud Hammonem anno Domini M°.C°C°.LXXX primo, dominica qua Judica cantatur.

Or. Kl. Kentrup Nr. 6. An weissen Hanffäden Rest des Reitersiegels mit Rücksiegel des Grafen Dietrich (Westf. Siegel Taf. 13, 2 und 16, 14), helles Wachs.

1794.

Vor Bürgermeistern und Rath von Soest verkauft Gottfried von der Leithen dem Kl. Welver seine Güter bei Welver. Soest 1281 (1282) März 21.

Universis et singulis presentes litteras visuris imperpetuum. Nos Herbordus dictus Make et Adam dictus de Thodinchusen magistri burgensium, consules et universi burgenses Susatienses notum esse cupimus publice protestantes, quod venientibus ad presenciam nostram et constitutis coram nobis domino Godefrido preposito ecclesie in Welvere et ceteris amicis eiusdem ecclesie pro ipsa ecclesia ex una parte et Godefrido de Lethene et Cristina uxore ipsius ex altera, idem Godefridus de Lethene et uxor eius predicta recognoverunt et protestati sunt publice coram nobis, se rite ac rationabiliter vendidisse ecclesie predicte universa et singula bona, que ipsi habuerunt apud Welvere sita in fundis, in edificiis tam domorum quam casarum, in agris et in aliis quibuscunque hereditalium rerum possessionibus ab eadem ecclesia libere proprietatis pleno iure perpetuo possidenda, sponte ac voluntarie renunciantes omni iuri, quod eis in predictis bonis competebat seu competere videbatur consensu Alberti dicti Fransoyz et uxoris eius Elizabet, que est filia sepedicti Godefridi de Lethene ac eorum puerorum utriusque sexus qui presentes aderant videlicet: Henrici, Engelberti, Gertrudis, Cristine et Lutmodis plenarie accedente venditioni et renunciationi supradictis et per se bonis renunciantium prenotatis. In testimonium igitur premissorum et robur firmitatis nos ad petitionem partium utrobique presens scriptum opidi nostri sigillo fecimus communiri. Hiis presentes aderant viri subscripti cum prescriptis videlicet: frater Everwinus, frater Hermannus camerarius, frater Hermannus de Wyseldoren conversi predicte ecclesie; item Gerlacus de Lake, Lambertus de Pugno, Theodericus Monetarius, Henricus de Herborne, Heydenricus dictus Schotto, Albertus de Palsode iunior, Henricus de Wiginchusen, Bruno de Foro Ovium et totum consilium opidi Susatiensis, preterea Godescalcus de Wiginchusen, Henricus de Winda, Albertus de Meschede, Renfridus de Gesyke, Hermannus frater suus, Albertus de Hersemůlen, Hermannus de Důlmene, Henricus dictus Rysop et alii quam plures burgenses opidi prenotati. Actum et datum apud Susatum in vigilia Palmarum, anno Domini M°.C°C°.LXXX[mo]. primo.

Or. Kl. Welver Nr. 77. An Pgtstr. Siegel der Stadt Soest (Westf. Siegel Taf. 76, 1 und 89, 2).

1795.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass Gottfried von der Leithen seine Güter in Welver an das Kl. Welver verkauft hat. Hamm 1281 (1282) nach März 21.

Ewerhardus[1]) comes de Marcha universis et singulis has litteras visuris et audituris imperpetuum. Ea, que racionabiliter acta sunt, perpetua decet firmitate subsistere. Proinde presenti scripto publice

protestamur et notum facimus universis tam posteris quam modernis, quod venientibus ad presenciam nostram et constitutis coram nobis domino Godefrido preposito ecclesie in Welvere et ceteris amicis eiusdem ecclesie pro ipsa ecclesia ex una parte et Godefrido de Lethene et Cristina uxore ipsius ex altera idem Godefridus de Lethene et uxor eius predicta recognoverunt et protestati sunt publice coram nobis, se rite ac racionabiliter vendidisse ecclesie predicte universa et singula bona, que ipsi habuerunt apud Welvere sita in fundis, in edificiis tam domorum quam casarum, in agris et in aliis quibuscumque hereditalium rerum possessionibus ab eadem ecclesia libere proprietatis pleno iure perpetuo possidenda sponte ac voluntarie renunciantes omni iuri, quod eis in predictis bonis conpetebat seu conpetere videbatur consensu Alberti dicti Fransoyz et uxoris eius Elizabet, que est filia sepedicti Godefridi de Lethene ac eorum puerorum utriusque sexus qui presentes aderant videlicet: Henrici, Engelberti, Gertrudis, Cristine et Lůtmudis plenarie accedente vendicioni et renunciacioni supradictis et per se bonis renunciancium prenotatis. In testimonium igitur premissorum et robur firmitatis nos ad peticionem parcium utrobique presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Hiis presentes aderant viri subscripti cum prescriptis videlicet: dominus Godefridus prepositus, frater Ewerwinus, Conradus scriptor de Marcha dictus Fransoyz, Henricus capellanus in Hammone; Godefridus de Hůvele, Antonius dictus de Scedincke milites; Johannes de Hůvele, Gerwinus de Rinckereroth, Henricus dictus Waledůvel, Henricus et Albertus fratres dicti Fransoyz, Herbertus Fogie, Bodo de Holte, Gerwinus Allec, Hartlevus dictus Dives, Lůdolfus de Herkinch et alii quam plures. Actum et datum apud Hammonem anno Domini M°.CC°.LXXX. primo.

¹) „E" *verzierte Initiale.*

Or. Kl. Welver Nr. 78. Siegel von Pgtstr. ab. Vgl. Nr. 1795.

1796.

Ablassbrief des Bischofs Gausfried von Hebron, des Erzbischofs Raynulf von Nicosia und des Bischofs Wilhelm von Tiberias für das Nonnenkloster in Hamm (später Kentrup).
Accon 1282 März 26.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater Gausfridus de ordine Predicatorum Dei gratia episcopus Ebronensis reverendi patris domini Helye divina providentia sacrosancte Jerosolimitane ecclesie patriarche ministri ecclesie Acconensis ac apostolice sedis legati vicarius, Rapnulphus (!) Dei gratia archiepiscopus Nicossiensis ac Guillelmus eadem gratia Tiberiadensis episcopus salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente Domino cum multiplicatu (!) fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam. Cum igitur nobilis et magnificus homo quondam dominus Evrardus comes de Marchia locum quendam qui ad presens dicitur „Nostra domina de monialibus" in civitate que Hame vocatur in remissione peccatorum suorum ad Dei servitium et beate Marie semper virginis genitricis eius precipue deputarit in quo abbatia quedam que „Nostra domina de monialibus" nuncupatur ad honorem ipsius beate virginis Marie incepta extitit opere sumptuoso, ad cuius perfectionem et conplementum per se ipsam insufficiens fidelium helemosinis indigeat et auxilio eorundem, universitatem vestram rogamus in Domino et hortamur vobis nichilominus qua fungimur auctoritate in remissione peccaminum iniungentes, quod monialibus et sororibus ipsius abbatie, de bonis a Deo vobis collatis pro complemento et perfectione eiusdem abbatie pias helemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram abbatia predicta perfici valeat et

compleri, et vos per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis ad eterne possitis beatitudinis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et ea quam nobis apostolica sedes indulsit auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui monialibus et sororibus abbatie predicte pro reparatione et perfectione ipsius abbatie manus porrexerint adiutrices aut manibus propriis seu eorum animalibus laboraverint cum effectu et qui in festivitatibus ipsius beate virginis Marie videlicet Annuntiationis, Purificationis, Assumptionis, Nativitatis ac aliis festivitatibus ipsius virginis necnon dedicationis eiusdem abbatie ad eandem abbatiam devote accesserint quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia, dummodo ad id loci diocesani accedat voluntas, misericorditer relaxamus presentibus predicti loci diocesani voluntate accedente perpetuo valituris. Datum Accon anno Domini millesimo CC°.LXXXII°., XXVI°. Martii, decime indictionis.

Or. Kl. Kentrup Nr. 7. An rothen Seidenfäden die Siegel der drei Bischöfe.

1797.

Die Bischöfe Burchard von Lübeck und Gevehard von Brandenburg gewähren den Fördern des Baues des Augustiner-Eremiten-Klosters in Lippstadt einen Ablass. Orvieto 1282 April 5.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Burchardus Dei gracia Lubicensis ac Ghevehardus eadem gracia Brandeburgensis episcopi salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat (parce et metet, et qui) seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur . . prior et fratres Heremitarum ordinis sancti Augustini in Lippia Coloniensis diocesis monasterium ac domum in dicto opido Lippensi, de novo incipiant construere et plantare et ad consummationem operis ipsius non habeant facultates, nisi ad hoc Christi fidelium suffragiis adiuventur, universitatem vestram monemus, rogamus et in Domino exhortamur, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a Deo collatis predicto monasterio ac fratribus pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per (hec) et alia bona, que Domino inspirante feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia omniumque (sanctorum) suffragiis confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui predicto monasterio fratrum manum porrexerint adiutricem, ac ipsum in die dedicationis et in festo beati Augustini ac per octavas earum humiliter et devote visitaverint, quadraginta dies et unam carenam (quis)quis nostrum (de) iniuncta sibi penitentia, dummodo diocesani consensus ad hoc accedat, misericorditer in Domino relaxamus. Datum apud Urbem Veterem anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo, in dominica, qua cantatur Quasimodogeniti infantes.

Or. Lippstadt-Augustiner Nr. 1, stark beschädigt. Siegel von Pgtstr. ab. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: pro fratribus sancti Augustini in Lippia.

1798.

Everardus de Marca *unter den* comites *als Zeuge in den Urk. König Rudolfs für die Servatius Kirche zu Mastricht. Oppenheim 1282 April 6., 7. und 9.*

Gedr. Winkelmann, Acta imp. II 137 und Böhmer, Acta imp. sel. 433 u. 434. Böhmer-Redlich, Regesta imperii VI 1639—1641.

1799.

Heinrich von Aflen giebt Güter in Langeneiken *(Langeneicke, Kr. Lippstadt) und* Persmenchusen *(b. Geseke), die zuvor die Brüder von Weslere von ihm inne hatten, dem Geseker Bürger Lubbert zu Lehen. Geseke 1282 April 10.*

Ab humana facilius elabuntur memoria que nec voce testium nec scripti robore confirmantur. Hinc est quod ego Henricus dictus de Aflen presentibus profiteor et notum facio visuris presentes litteras et audituris, quod bona quedam in Langeneke et in Persmenchusen scita(!) de manu mea porrigenda Magorius, Nicolaus fratres de Weslere dicti, Waldradis eorum soror et eius liberi michi presentibus multis resignarunt. Predicta vero bona cum mee forent potestatis et sic vacarent, cum omni fructuum utilitate tam silvis quam agris, pratis et pascuis porrexi in feodo Lubberto burgensi in Geseke, Kunegundi sue legitime, Johanni et Ghertrudi eorum liberis absque impedimento et contradictione qualibet perhenniter possidenda. Acta sunt hec in figura iudicii Geseke et astiterunt Godefridus agnomine Scarlaken tunc temporis iudex, Ecbertus in Foro proconsul, Johannes Blesmo, Lubbertus super Pomerio, de Scattenhusen Helmicus, pistores Conradus et Rotcherus, de Holthusen Olricus, Fubezes Hermannus, de Ricwardinchusen Hermannus, de Cleye Lutfridus, Pavo Hermannus et de Dreyne Albertus consules oppidi Geseke tunc digniores; Henricus de Sande et Lubbertus Comes milites; Gosvinus et Lubbertus fratres filii eiusdem Lubberti, Johannes de Herdinchusen, Lambertus in Foro, Henricus Druckeberg, Mertininc Hermannus, Baldemarinc Bernhardus, de Stochem Rotcherus, de Adenen Conradus, Johannes Widekindi filius, Lubbertus et Thetmarus de Stochem fratres, Menko Bursa, Ricwininc Hermannus, de Herdinchusen fratres Goscalcus et Dethardus, de Persmenchusen Reynfridus oppidi Geseke burgenses et alii quam plures. Et ut factum meum firmum et magis stabile permaneat personis prefatis videlicet Lubberto, Kunegundi uxori sue et eorum successoribus veris heredibus, presentes litteras sigillo oppidi Geseke petivi donari communitas. Datum et actum anno Dominice incarnationis M°.CC°.LXXX^mo secundo, quarto Idus Aprilis.

Or. Kl. Geseke 16 (beschädigt). Siegel von Pgtstr. ab. Abschr. Msc. VII 5725 fol. 36 a.

1800.

Albert von Störmede giebt Güter in Störmede, welche früher die Brüder gen. von Wescelere *von ihm innehatten, dem Geseker Bürger Lubbert zu Lehen. 1282 April 10.*

Ab humana facilius elabuntur memoria que nec voce testium nec scripti robore confirmantur. Hinc est quod ego Albertus miles de Stormede presentibus profiteor et notum facio visuris presentes litteras et audituris, quod bona quedam in Stormede sita de manu mea porrigenda Magorius, Nicolaus fratres de Wescelere dicti, Waldradis eorum soror et eius liberi michi presentibus multis resignarunt. Predicta vero bona cum mee forent potestatis et sic vacarent, habito consensu mei primogeniti Alberti cum omni fructuum utilitate tam silvis quam agris, pratis et pascuis porrexi in pheodo Lubberto burgensi in Gheseke, Kunegundi sue legitime, Johanni et Gertrudi eorum liberis absque impedimento et contradictione qualibet perhenniter possidenda. Acta sunt hec in figura iudicii Gheseke et astiterunt Godefridus agnomine Scarlaken tunc temporis iudex, Egbertus in Foro proconsul, Johannes Blesmo, Lubbertus super Pomerio, de Scarhusen[1]) Helmicus, pistores Conradus et Rotgherus, de Holthůsen Olricus, Fubezes Hermannus, de Ratwardinchůsen Hermannus, de Cleye Lutfridus, Pavo Hermannus et de Dreyne Albertus consules opidi Gesikensis tunc digniores; Hinricus de Sande et Lubbertus Comes milites; Goswinus et Lubbertus fratres filii eiusdem militis Lubberti, Johannes de Herdinchůsen, Lambertus in Foro, Henricus Druckeberch, Mertininch Hermannus, Baldemarinch Bernhardus, de Stochem

Rotgherus, de Adenen Conradus, Johannes Widekindi filius, Lubbertus et Detmarus de Stochem fratres, Menko Bursa, Ricwininch Hermannus, de Herdinchusen fratres Godescalcus et Dethardus, de Perminchusen Reinfridus opidi Ghesikensis burgenses et alii quam plures. Et ut firmum et magis stabile permaneat, personis prefatis videlicet Lubberto, Kunegundi uxori sue et eorum successoris veris heredibus presentes litteras munimine sigillorum mei et opidi Ghesikensis que presentibus appendi rogavi dedi communitas. Datum et actum anno Dominice incarnationis M°.CC°.LXXXII°, quarto Ydus Aprilis.

1) *Statt* „Scattenhusen".

Abschr. des XV. Jhs. in Msc. VII 5725 fol. 48 b. Der Text der Urkunde, die Zeugen etc. völlig übereinstimmend mit der vorhergehenden Nr. 1799.

1801.

Der Marschall Goswin von Westfalen, Dietrich von Vitinghof und Hunold von Plettenberg setzen die Bedingungen fest, unter denen der Ritter Heinrich von Ovethe *aus der Gefangenschaft entlassen wird. Werl 1282 April 26.*

Nos Gozwinus Westfalie marscalcus, Th(eodericus) de Vitinchove et Hunoldus de Plethenbrat milites notum facimus universis, quod Hinricus miles de Ovethe propter excessus suos detentus in captivitate domini nostri Coloniensis archiepiscopi Sifridi gratiam ipsius domini nostri Coloniensis obtinendo a vinculis et captivitate liberatus est in hunc modum, quod idem Hinricus miles transactis quindecim diebus post liberationem suam serviet domino nostro predicto cum triginta viris armatis propriis expensis et siqua perdiderit a domino nostro non requiret, sed in suam sortem computabit et in quamcunque guerram de mandato domini nostri Coloniensis cum amicis suis se transtulerit et venerit, serviet, quamdiu eadem guerra durat. Si vero ad presens dominus noster predictus servicium ipsius Hinrici et suorum amicorum non acceptaret nec requireret, ipse Hinricus et amici sui infra duos annos idem servicium facient et eo modo ut predictum est, cum ex parte domini nostri Coloniensis fuerint requisiti. Si autem prefatum Hinricum militem medio tempore mori contigerit . . filius ipsius et verus heres cum decem viris armatis modo predicto pro satisfactione patris sui serviet, cum fuerit requisitus. Insuper dictus Hinricus miles de Ovethe et sui heredes decem marcarum redditus in allodio comparabunt in manus domini nostri predicti et ecclesie Coloniensis reportantes, eosdem decem marcarum redditus ab ipso domino nostro et ipsius ecclesia Coloniensi in feodo castrensi perpetualiter possidebunt et ubicunque dominus noster Coloniensis voluerit inter Renum et Wiseram residenciam facient personalem. Huius vero rei, facti ac compromissionis fideiussores sunt: Everhardus de Witthene, Th(eodericus) de Apelderbeke, Th(eodericus) dictus de Vlirike, Gerwinus de Ufflen milites; Johannes de Tunen, Wenemarus de Aldendorpe, Johannes de Pentenich, Adam de Isenberge, Fredericus de Tilia, Scotthe de Volmesteine, Hinricus de Wittherinc, Bertrammus Stacke, Florentius de Ufflen, Adam Rufus, Ludolfus de Pentenich, Th(eodericus) de Brakele, Conradus de Ervethe, Hinricus de Asle, Hinricus dictus Putteman et Johannes de Mengede. Et ut universa et singula premissa effectum mancipentur, predicti fideiussores promiserunt fide prestita corporali. Si vero aliquis defectus in premissis acciderit, fideiussores predicti Werle intrabunt non recessuri, priusquam singula predicta fuerint adimpleta. Ipsi quoque fideiussores sive servientes cum armis infra iudicium et munitiones domini nostri Coloniensis arrestationem vel obligationem a nemine sustinebunt. Idem eciam Hinricus miles illis, qui captivitati[1]) sue interfuerunt et aliis, quibus de iure facere tenetur, orvedam faciet debitam et consuetam. Ut autem premissa nulli veniant in oblivionem sive dubium, nos Goz(winus) Westfalie marscalcus, Th(eodericus) de

Vitinchove et Hunoldus de Pletthenbrat milites nostra sigilla presentibus duximus apponenda. Actum et datum apud Werle in crastino beati Marci ewangeliste, anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo.

[1]) „qui captivitati" *doppelt geschrieben.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 285½. An Pgtstr. das Siegel des Marschalls von Westfalen Goswin von Eppenhusen (Westf. Siegel Taf. 220, 11), das Hunolds von Plettenberg ab, von dem Dietrichs von Vitinghof (vgl. ebenda Taf. 205, 1 ff.) nur ein Rest vorhanden.

1802.

Hermann gen. Spiegel bekundet, dass ihm Erzbischof Siegfried von Köln die Hut der Feste Krukenberg übertragen habe. Werl 1282 April 28.

Gedr. Lacomblet, UB. II 762 und Westf. UB. IV 1677.

1803.

Graf Gottfried von Arnsberg tauscht mit seiner Schwester der Aebtissin Bertha von Essen Ministerialen aus. Arnsberg 1282 April 29.

Venerabili domine et sorori sue karissime domine Berte abbatisse ecclesie Asnidensis Godefridus comes Arnsbergensis et Ludewicus primogenitus suus et verus heres cum affectu debito quicquid possunt obsequii et honoris. Noverit vestra reverentia et per presentes nostras litteras omnibus easdem visuris duximus significandum, quod nos una de consilio fidelium ac ministerialium nostrorum Elizabet sororem Henrici et Herbordi de Dunehof, que legitima est Winemari de Aldendorp, filii Th(eoderici) Rufi et filiam eius Gerbergem nostras ministeriales vobis et ecclesie vestre Asnidensi damus in ministeriales, recipientes a vobis et ab ecclesia vestra in ministerialem nostram et heredum nostrorum Elisam filiam Rutgeri militis de Dungele, que ministerialis vestra et ecclesie vestre Asnidensis iusto titulo et consueto more cambitionis ministerialium. Ut autem hec nulli veniant in oblivionem sive dubium, presentem litteram primogeniti nostri Ludewici comitis Arnsbergensis, quo contenti sumus, duximus roborandam. Datum in Arnsberg feria quarta post Marci ewangeliste, anno Domini M°.CC°.LXXX° secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Essen Nr. 98. Anhängt ein Bruchstück des Siegels des Grafen (Westf. Siegel Taf. 28, 6).

1804.

Das Kl. Benninghausen erwirbt von den Gebrüdern von Erwitte Güter in Böckum. 1282 Mai 1 oder 26 (?).[1])

Soror Wicburgis dicta abbatissa cum collegio monialium ordinis Cysterciensis in Benekinchusen universis hoc scriptum visuris notum esse volumus tenore presentium protestantes, quod nos omnimoda sollicitudine utilitati nostre intendentes ecclesie bona quedam sita in Bůchiem (!) a Rodolfo, Sigenando, Hunoldo fratribus dictis de Ervete pro undecim comparavimus summa marcarum. Nominati vero fratres omni iuri, quod in habitis bonis habere videbantur, publice renunciantes coram burgensibus Lippensibus unanimi consensu nostre ecclesie possidenda libere assignarunt. Wescelus autem dictus de Ervete ad instanciam prehabitorum fratrum proprietatem sepedictorum bonorum cum omnibus attinenciis in presentia honestorum burgensium Lippensium nostre donavit ecclesie optinendam. Ne quis autem posterorum factum hoc voluntate malignandi possit in irritum revocare, presentem litteram utriusque partis rogatu tam nostre ecclesie quam burgensium Lippensium ac Wesceli dicti de Ervete decrevimus

sigillis roborandam. Testes huius rei fuerunt: Rodolfus, Sigenandus, Hunoldus, fratres de Ervete, dominus Hynricus de Volmesten, dominus Renfridus dictus de Scorlemere, Rodolfus, Goswinus fratres dicti de Wardeslo; Arnoldus magister consulum, Bernhardus dictus Pundere, Helmericus de Cymiterio, Tescelinus, Johannes de Overhagen, Johannes de Submonte, Bernhardus de Wrden, cives Lippenses et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°CC° octogesimo secundo, Kalendis Maii, sequenti die Urbani.

[1]) *Im Datum liegt ein offenbares Versehen vor; Urbanstag ist der 25. Mai.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 43. An Pgtstr. noch das Siegel Wessels von Erwitte. Der Umbug zum Theil durch Mäusefrass beschädigt, wodurch auch die beiden andern Siegel abgefallen sind. Rückschrift des XIII. Jhs.: De Buchem.

1805.

Der Schultheiss Heinrich von Soest und sein Verwandter Goswin von Soest genehmigen die Schenkung einer Hufe in Bergheim seitens des Conversen Giseler an das Kl. Paradies. 1282 Mai 11.

Omnibus ad quos presentes littere pervenerint inperpetuum. Nos Henricus sculthetus Susatiensis et Gozwinus de Susato cognatus eius notum facimus publice protestantes, quod nos donationem per fratrem Gyselerum conversum de Paradyso factam eidem ecclesie de Paradyso de manso in Berghem, quem ipse a nobis tenebat in feodo, gratam et ratam habentes, proprietatem mansi eiusdem propter honorem Dei et beate Marie conferendam duximus ecclesie predicte et conferimus in hiis scriptis pleno iure perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium muniendam duximus ecclesiam ipsam presenti scripto sigillorum nostrorum munimine roborato, hiis uxorum nostrarum, Elyse videlicet et Gertrudis ceterorumque omnium heredum et coheredum nostrorum consensu plenarie accedente. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX^mo^ secundo, V^to^ Idus Maii.

Or. Kl. Rumbeck 33. Die Siegel Heinrichs (Westf. Siegel Taf. 183, 2) und Goswins von Soest (mit demselben Wappen) an Pgtstr., zum Theil beschädigt.

1806.

Graf Ludwig von Arnsberg gelobt dem Erzbischof Siegfried von Köln in seiner Fehde gegen Bischof Conrad von Osnabrück, den Electen Otto von Paderborn und den Edlen Simon zur Lippe Unterstützung und erhält das Gogericht Schmallenberg in Pfandschaft, wegen dessen er mit Johann gen. Kolve im Streite lag. 1282 Mai 27.

Nos Ludewicus comes de Arnsberg recongnoscimus in hiis scriptis universis publice protestantes, quod in instanti guerra et discordia que vertitur inter venerabilem dominum nostrum Sifridum archiepiscopum Coloniensem ex una parte et venerabilem dominum Conradum Osnaburgensem episcopum, Ottonem Paderburnensis ecclesie electum, Symonem virum nobilem dominum Lippensem et eorum adiutores ex altera domini nostri Coloniensis predicti sumus et erimus adiutores et ipsum iuvabimus contra eosdem potenter et patenter toto posse. Item eidem domino Sifrido archiepiscopo et ecclesie Coloniensi, quamdiu vixerimus, similiter erimus adiutores et servicia fidelia et debita sibi faciemus honore nostro salvo. Item nullum tenebimus iniuriose contra dictum dominum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem in municionibus nostris et in castris. Item si conflictum (cum) hostibus adinvicem dominus archiepiscopus et nos habuerimus, dicto domino archiepiscopo captivos presentabimus quoscunque ceperimus et idem dominus noster (per)dita nostra in conflictu restituet et persolvet. Item si

qua discordia inter dictum dominum archiepiscopum et nos, quod absit, sive homines nostros hinc inde orta fuerit quam nos ad invicem fortasse componere non possemus, in duos ex amicis nostris compromittemus qui hanc discordiam in amicitia component vel in iure; similiter dominus archiepiscopus Coloniensis predictus in duos de suis compromittet qui quatuor potentes erunt ad huiusmodi discordiam decidendam. Hec autem omnia dictus dominus archiepiscopus similiter nobis faciet eo modo quo est predictum. Item Johannes dictus Kolve miles de Smalenburg nobiscum est reconciliatus ratione inimiciciarum quas habuimus contra eum ex vendicione gogravie supradicte de ipsius domini Coloniensis voluntate. Item quia dicto domino archiepiscopo et ecclesie Coloniensi nos obligavimus in premissis, idem dominus noster Coloniensis gograviam de Smalenburg pro ducentis marcis denariorum Susaciensium nobis inpignoravit sub hac forma, quod, cum ipsam gograviam redemerit et ducentas marcas nobis persolverit vel successores sui, in eo statu et iure nostro et provincie(?) tunc sicut nunc manebit quo fuit illo die quo nobis exposuit gograviam memoratam, et ubicumque nobis necesse fuerit super hiis adiutor noster erit et debitam nobis medio tempore ipsius gogravie faciet warandiam. Item ea gracia et iure quo ab antiquis temporibus a nostris progenitoribus ad hec tempora pervenimus prefatus dominus archiepiscopus et ecclesia Coloniensis permittet nos gaudere nec impedimentum aliquod nobis in ea gratia et iure inferet seu gravamen. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX^mo secundo, quarta feria post Urbani. Ut autem ista rata et firma permaneant, sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Datum ut supra.

Abschr. des XIII. Jhs. Stdt.-A. Köln, Copiar Erzbischof Siegfrieds von Köln Bl. 16 Nr. 45. Gedr. Ennen, Quellen zur Gesch. der Stadt Köln III 217; vgl. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln XII S. 50. Regesten der Urk. auch bei Philippi, Siegener UB. 52 und Westf. UB. IV 1682.

1807.

Jonathan von Dulberg giebt seine Zustimmung zum Ankauf von Gütern in Hewingsen seitens des Soester Bürgers Heinrich von Lünen. 1282 Mai 29.

Ego Jonatas de Duleberg recognosco et fateor in hoc publico instrumento Henricum de Lůnen opidanum Susatiensem libera bona in Hevinchusen sita que fuerunt Walburgis et Helewigis et earum sororum suis rite ac rationabiliter emisse denariis, quam emptionem ego approbavi et approbo in hiis scriptis omni renuncians inpetitioni quam in bona feceram memorata volens dictum Henricum et suos heredes in eisdem bonis omni semoto sive excluso inpedimento in quantum possum semper fideliter promovere. Et hoc sub appensione sigilli mei protestor tenore presencium litterarum. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX^mo secundo, IIII^to Kalendas Junii.

Or. im Fürstlich Hatzfeldtschen Archiv in Trachenberg i. Schl. Nr. 4. Siegel von Pgtstr. ab, liegt aber beschädigt an (vgl. Westf. Siegel Taf. 30, 6). Reg. Doebner, Rhein.-westf. Urk. d. Herzogl. von Hatzfeldtschen Archivs zu Trachenberg in der westf. Zeitsch. für Gesch. u. Alterthumskunde Bd. 61 S. 55.

1808.

Der Edle Conrad von Rüdenberg verkauft dem Kl. Benninghausen seinen Zehnten in Katerbeck *(Katmecke?). Rüthen 1282 Juni 3.*

Nos Conradus nobilis dictus de Rudenberg notum facimus universis presentes litteras visuris, quod de bona et libera voluntate ac consensu Elyzabet uxoris nostre, Gozwini et Godefridi filiorum nostrorum et omnium aliorum heredum nostrorum proprietatem decime nostre site apud Katerbeke, que *tentlosa* dicitur et que singulis annis solvit decem malta annone, dilectis in Christo domine . .

abbatisse et conventui apud Bennekinchusen vendimus et dedimus perpetualiter libere possidendam et prefatis . . abbatisse et conventui preterea de decima predicta, si aliquis ipsas forsitan inpeteret, warandiam prestabimus debitam et consuetam, dantes eisdem has nostras patentes litteras in testimonium premissorum nostro et civitatis Rudene sigillorum munimine roboratam. Huic vero nostro facto interfuerunt: Vollandus de Langenstrut, Albertus de Melderike milites, Bodo natus Vollandi militis predicti, Godefridus de Langenole . . Marcquordus de Herdinchusen, Amelungus dictus de Holtmarket proconsules civitatis Ruden, Detmarus sculthetus dictus de Wekede, Johannes de Wekede et alii quam plures. Actum et datum apud Rudene anno Domini M°.CC°LXXX° secundo, III Nonas Junii.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 44. An Pgtstr. die Siegel Conrads von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 3) und der Stadt Rüthen (ebenda Taf. 71, 1).

1809.

Ludolf gen. von der Kammer (de Cubiculo) *verkauft dem Kl. Stoppenberg eine Rente von 1 Mark aus seinem Hause am Markt in Recklinghausen. Recklinghausen 1282 Juni 11.*

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod Ludolfus dictus de Cubiculo, Jutta sua uxor et omnes ipsorum veri heredes animo benivolo absque ulla cohertione vendiderunt venerabili domine Evecen priorisse et conventui ecclesie beate Marie in Stopenberge iure hereditario singulis annis marcam unam legalium denariorum currentium in opido Rikelinchusen perpetue de area et domo, quam inhabitant, sitam apud forum, persolvendam: videlicet in festo Pasce sex solidos et in festo beatorum Gereonis et Victoris sex solidos annis singulis persolvendos. Si vero dicta domus incendio seu vetustate destrueretur, quod absit, priorissa et conventus dicte ecclesie eandem aream pro ipsorum denariis sub eis tenebunt omnem utilitatem ipsorum cum ipsa faciendam. Acta sunt hec coram iudicio Rikelinchusen Godescalco dicto Budden iudice existente et presidente iudicium, ubi dictus Ludolfus, Jutta uxor sua et omnes ipsorum heredes absque Everhardo et Bernardo ipsorum filiis, qui tunc in patria non fuerunt, pro quibus Everhardus in Curia et Godefridus Pistor fideiusserunt pro plena warandia facienda, quod pater et mater coram dicto iudicio cum ipsorum pueris presentibus facere sposponderunt adinplere. Presentes erant scabini opidi predicti in testimonium premissorum, quorum nomina hec: Gerhardus olim iudex, Ludolfus, Hugo, Lambertus, Gerhardus, Herebordus, Hermannus, Jacobus, Hinricus, Arnoldus, Bertoldus, Gerhardus. Ut autem hec supradicta rata permaneant, presens littera exinde conscripta sigillo civium de Rikelinchusen est roborata. Anno Domini M°.CC°.L°XXX°. secundo, in die beati Barnabe apostoli.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel von Pgtstr. ab. Die Schrift (städtische Kanzleihand, von derselben oben Nr. 1665) ist am Schluss der Urkunde zusammengedrängt, da der Raum auf dem Pergament fehlte; aus dem gleichen Grunde sind offenbar auch nur die Vornamen der Zeugen eingesetzt.

1810.

Herr Conrad von Rüdenberg bekundet, dass Wichard von Sweve, *der mit Genehmigung des Grafen von Limburg seine Güter in Schwefe an das Kl. Himmelpforten verkauft hatte, (vgl. oben Nr. 1431) vor seinem Freigericht Verzicht auf die Güter geleistet hat. 1282 Juni 11.*

Nos Conradus dominus de Rudenberg omnibus has litteras percepturis notum facimus et publice protestamur, quod, cum Wichardus de Sweve cum consensu et bona voluntate Hermanni et Johannis fratrum suorum bona eorum in predicta villa Sweve sita cum universis attinentiis ecclesie ad Portam

Celi rite ac rationabiliter vendidisset et dominus . . comes de Limborich qui fuerat dominus feodi super eisdem bonis proprietatem[1]) eorundem[1]) bonorum contulisset ecclesie memorate, idem Wichardus et fratres sui predicti coram nostra libera sede iudiciali cui tunc presidebat auctoritate nostra Borichardus de Borgelen miles et presentibus liberis nostris prefata bona in nostra libera comicia sita sponte ac voluntarie resignaverunt et recognoverunt ea cum universis attinentiis ecclesie supradicte. In cuius resignationis et recognicionis testimonium et robur perpetue firmitatis presentem paginam super eo conscriptam sigilli nostri fecimus inpressione muniri. Presentes erant: . . plebanus de Brylon, Henricus sacerdos de Porta Celi; Conradus de Ense, Henricus frater suus, Goscalcus de Wiginchusen, Albertus de Palsole, Hermannus de Kefflike, Goscalcus de Alta Porta, Rudolfus de Rellinchusen et Arnoldus de Aldenholte ac filii eorum utrorumque, Ecbertus et Thetmarus fratres de Porta Celi, Theodericus de Andopen, Wilhelmus Vryge, Johannes dictus Vryge, Henricus et Arnoldus de Aldenholte, Arnoldus et Wichardus de Rellinchusen, Arnoldus dictus Balke cum universis heredibus et alii quam plures. Actum anno Domini M°CC°LXXX° secundo[1]), III° Idus Junii[2]).

[1]) *Auf Rasur.* [2]) *Or.* „Juii".

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 33. An Pgtstr. das Siegel Conrads von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 3) Gedr. Seibertz UB. I 399.

1811.

Bischof Everhard von Münster gelobt dem Erzbischof Siegfried von Köln Hilfe gegen den Edelherrn von der Lippe. 1282 Juni 20.

Nos E(verhardus) Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus presentia visuris notum facimus, quod nos in auxilium reverendi patris domini nostri Syffridi sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi veniemus contra illum de Lippia, suum et ecclesie sue adversarium et ab ipso non recedemus, nisi habitis treugis sive compositione, quod nos promisimus fide data. Verum contra dominum Conradum Osnaburgensem episcopum, dominum Ottonem Paderbornensem electum et Fredericum de Reytberg comitem fratres, nostros consanguineos nichil faciemus, nisi contra ecclesiam nostram[1]) aliquid attemptaverint. Datum XII Kalendas Julii, anno Domini MCC octuagesimo secundo.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 286. An Pgtstr. das Siegel Bischof Everhards mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 44, 5 u. 45, 7). Gedr. Lacomblet UB. II 766. Reg. Westf. UB. III 1169 u. IV 1686 und Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I 395.

1812.

Ludulphus de Cusfelde civis Colonie, Luderus de Dunevare burgensis Tremonie, Johannes de Erest burgensis Tremonie, Godeskalk de Hudendale burgensis Tremonie, Johannes de Dolen burgensis Monasterii *unter den 7 Kaufleuten, welche von Seiten der deutschen Hanse zu London im Vertrage zwischen ihr einerseits und Mayor und Bürger von London andererseits über Erbauung des Thores* Bissopsgate *daselbst aufgeführt werden. London 1282 Juni.*

Nach Or. im Stdt.-A. zu Lübeck gedr. Lappenberg Stahlhof Urkk. Nr. 31, Höhlbaum, Hansisches UB. I Nr. 902, S. 308 ff. (zugleich mit Benutzung von 2 Abschriften von 1419 in London, Cityrecords; nach einer von diesen gedr. Munimenta gildhallae Londoniensis I 485). Auszug Hamburger UB. I Nr. 798, Rübel, Dortmunder UB. I 91 f. Nr. 162.

1813.

Die Stadt Geseke leistet dem Erzbischof Siegfried von Köln als ihrem alleinigen Herrn den Eid der Treue. 1282 Juli 2.

Nos consules et universitas oppidanorum in Geyseke notum facimus universis et presentibus protestamur, quod reverendo patri domino Sifrido sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et ecclesie Coloniensi fidelitatem fecimus et facimus, ita quod ab hac hora in antea ipsi domino archi(episcopo et ecclesie)[1]) Coloniensi adherebimus et obediemus tamquam unico domino ut fideles, (nec de cetero ali)quem[1]) alium quam archiepiscopum Coloniensem pro domino admittemus, que omnia fide prestita corporali et postmodum tactis reliquiis et iuramento interposito promisimus et promittimus inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium sigillum opidi nostri presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M^mo^.CC^mo^.LXXX^mo^. secundo, in die beatorum Processi et Martiniani martirum.

[1]) *Lücke im Pgt., ergänzt aus der Abschr.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 288. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Geseke (Westf. Siegel Taf. 66, 4). Abschr. des XIII. Jhs. Stdt.-A. Köln, Copiar Erzbischof Siegfrieds von Köln Bl. 16 v Nr. 47. Gedr. Lacomblet UB. II 768. Vgl. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln XII 50.

1814.

Erzbischof Siegfried von Köln giebt dem Ritter Johann gen. Schreiber von Werl ein Lehen zum Allod und empfängt dafür, dessen allodialen Hof zu Madewich *(Mawicke, Kr. Soest?) als Lehen. Raffenberg 1282 Juli 13.*

Nos Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus notum facimus universis, quod dilecto fideli nostro Johanni dicto Scriptori de Werle militi viginti tres solidos, quos a nobis tenet in pheodo, damus, ut de eis faciat tamquam de suo proprio allodio et renunciamus eisdem recipientes proinde curtim suam in Madewich, que est suum allodium, quam reportavit in manus nostras, itaque dictam curtim ipse et sui heredes a nobis teneant in pheodo, sicut idem Johannes a nobis tenuit viginti tres solidos memoratos. Datum Raffenberg III°. Idus Julii, anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo.

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 fol. 45 b.

1815.

Graf Ludwig von Arnsberg überträgt dem Kl. Oelinghausen ein Gut in Clotingen, das Albert von Störmede und dessen Sohn von ihm zu Lehen hatten. 1282 Juli 13.

Nos Ludewicus comes Arnesbergensis omnibus presentia visuris in perpetuum. Notum facimus publice protestantes, quod proprietatem allodii siti apud Clotigge, quod Albertus de Stormede miles et . . filius eius de manu nostra quondam tenebant in feodo, eis resignantibus ecclesie in Ůlinchusen contulimus tenendam et pleno iure perpetuo possidendam consensu nostre uxoris domine Pyronette, Frederici quoque filii nostri et aliorum heredum nostrorum plenarie accedente. Actum et datum anno Domini M°.C°C°.LXXX^mo^ secundo, in die beate Margarethe. Hiis presentes aderant: Hermannus dictus Quatterlant, Sifridus Scoke tunc dapifer noster, Hermannus de Ense, Hermannus de Butevelde, Henricus dictus Clericus de Meschede; item Albertus de Palsole, Winandus Gallicus, Johannes de Keflike, Johannes dictus Ůrinc, Gotmarus de Medebeke, Johannes dictus Parvus, Henricus de Wiginchusen, Herbordus dictus Make et alii quam plures opidani Susacienses. In testimonium igitur premissorum et robur presens scriptum sigilli nostri fecimus inpressione muniri.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 135. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 41, 1).

1816.

Graf Dietrich von Limburg tauscht mit dem Kl. Freckenhorst Ministerialen aus. 1282 Juli 15.

Theodericus nobilis de Lymburg omnibus presentia visuris salutem in omnium salvatore. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod nos Alheydem filiam Arnoldi dicti Calf militis nostri ministerialis dedimus in concambium sive personarum permutationem domine abbatisse et conventui ecclesie in Vrekenhorst recipientes pro ipsa Gerthrudem filiam Everhardi quondam camerarii ministerialis ecclesie eiusdem. In cuius argumentum fidei presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX°II°, in Divisione Apostolorum.

Or. in der Sammlung des Alterthumsvereins Münster. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. III 1172.

1817.

Der Edle Wilhelm von Ardey überträgt dem Kl. Fröndenberg eine Hufe in Ardey. Fröndenberg 1282 Juli 28.

Wilhelmus nobilis de Ardeya universis hanc litteram visuris salutem in eo, qui salus est omnium. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum testimonio solent perhennari. Noverint igitur universi presentes ac posteri, quod Richardus de Ardeya et fratres sui in presentia nostra constituti mansum in (Ar)deya situm, quem a nobis quamdiu annales redditus exinde persolvere poterant habebant, [inopia][1]) sua constringente nobis resignaverunt, et nos eundem mansum ecclesie de Vrendeberg eo iure, quo predictus Richardus eum possidebat, contulimus de cetero possidendum. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandum. Actum et datum in Vrendeberg anno Domini M°.CC°.LXXXII°, in die Pantaleonis.

[1]) *Loch im Pgt.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 37. An Pgtstr. das Siegel Wilhelms von Ardey (Westf. Siegel Taf. 30, 10). Gedr. v. Ledebur, Arch. 18, 176.

1818.

Der Edle Wilhelm von Ardey verbürgt dem Kl. Fröndenberg den Erwerb der Höfe in Ardey, Dallwig, Westbühren und Wiedenbrock. 1282 Juli 31.

Cum ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore labantur, expedit, ut que aguntur, scriptis et honestorum virorum (testimonio corroborentur). Hinc est, quod nos Wilhelmus vir (nobilis de Ardeia tenore pre)sencium protestamur et tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod nos cum consensu nostro libero (curtes nostras Ardeya Dalewic,) West(büren et Wedebruch) cum earundem omnibus attinentiis . . . . venditionis ecclesie sancte Marie apud Vrundeberg . . . . resignavimus et nunc libere resignamus ita videlicet, quod nec nos nec aliquis successorum nostrorum vel heredum . . . . aliquam predicte ecclesie de curtibus prememoratis facere poterimus impetionem (!) seu requisitionem. Recognoscimus, quod nos Wilhelmus de (Ardeya sepedicte) ecclesie sancte Marie apud Wrundeberg de incusatione, requisitione seu impetione (!) qualibet predictarum curtium firmam ac plenam prestabimus warandiam et hec fide data sepedicte ecclesie sancte Marie apud Wrundeberg coram viris honestis, quorum subsequentur nomina, spopondimus nos firmiter observaturos. Ut autem hec firma et inconvulsa perpetuis perseverent temporibus, nos sepedictus Wil(helmus) nobilis de Ardeya presens scriptum nostri roboramus

appensione sigilli (et virorum nobilium Lu)dewici comitis de Arnesberg, Sifridi comitis de Wedegenstene, domini Bertholdi de Buren et domini Bertholdi iunioris de Buren, domini Herbordi comitis de Tremonia et Widekindi de Grascaph ac aliorum militum, Gozwini Westfalie marscalci, Hunoldi de Plettenberch ac castrensium de Rodenberg sigillorum munimine petivimus roborari. Acta sunt hec coram testibus ad hoc rogatis viris honestis Hunoldo de Plettenb(er)ch, Godefrido de Summeren, Erenfrido de Bredenole, Johanne de Neheym militibus apud Rodenberg castrensibus necnon et Hermanno dapifero de Arnesberg et aliis quam pluribus viris honestis, anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, pridie Kal(endas) Augusti.

Or. sehr beschädigt und vielfach unleserlich Kl. Fröndenberg Nr. 38. Anhängen noch zwei Siegelschnüre von grauen Hanffäden, von deren einer das Siegel ab; an der anderen befindet sich das beschädigte Siegel Graf Siegfrieds von Wittgenstein (schildförmig, vier Mal gespalten). Die übrigen 7 Siegeleinschnitte sind offenbar gar nicht benutzt gewesen; denn zweifellos haben wir die Urkunde Wilhelms von Ardey vor uns, die er am 3. Februar 1295 (1296) (Kl. Fröndenberg Nr. 46 siehe unten s. a.) erneuert hat, und die hier bezeichnet ist als quoddam nostrum scriptum . . ex negligentia provisorum . . monasterii . . cautum non satis . . in appensione sigillorum. *Mit Hülfe dieser Erneuerungsurkunde ist es auch möglich geworden die Lesart an mehreren Stellen zu ergänzen, die in dem gedruckten Text bei von Steinen, Westph. Gesch. I 819 f. fehlen.*

1819.

Der Soester Bürger Werner von Westampen tauscht vom Ritter Johann Scrivere *von Werl lehnrühriges Land gegen Eigengut ein und verkauft jenes an das Kl. Paradies.*
Westünnen 1282 August 9 (10).

Nos Wernerus de Westandopen buriensis Susaciensis universis presencium inspectoribus cognoscere veritatem inperpetuum. Cum igitur ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, cautum est et utile, ut ea, que aguntur, in scripture memoria redigantur. Noverint itaque universi Christi fideles tam futuri quam presentes, quod triginta sex iugera terre sita super rivum, qui dicitur Smalenbeke, prope claustrum Paradysum nominatum, que tenuimus de manu Johannis militis dicti Scrivere de Werle in feodo, proprietatem eorundem agrorum cum iure feodali pro quibusdam agris sitis apud Westandopen comparavimus ab eodem milite de voluntate Sofyge uxoris sue, Johannis et Gedefridi (!) filiorum suorum ac aliorum heredum ipsius sicut nomina tenent de consensu, ita ut proprietas agrorum predictorum nobis, Glisle (!) uxori nostre et legitimis heredibus nostris cederet cum iure feodali perpetuo possidenda. Postmodum vero bona predicta cum bona voluntate Glisle (!) uxoris nostre, Johannis, Arnoldi, Werneri filiorum nostrorum atque aliorum heredum nostrorum pleno de consensu vendidimus pro quadraginta marcis Susaciensium denariorum Elyzabeth domine priorisse de Paradyso, claustralibus quoque ibidem universis iuste et quiete perpetuis temporibus possidenda. Preterea decimam, quam consuevimus accipere ab eisdem agris, dedimus ipsis claustralibus perpetuo recipientes unum iuger terre, quod situm est ad Nutum prope Westandopen pari concambio pro eadem. Ceterum bona prefata nos et uxor nostra supradicta, filii et filie nostre cum ceteris heredibus nostris coram sede regia apud Ostůnen, que *vrigestol* dicitur in vulgari, manumisimus et publice duximus resignanda. Priorissam enim dictam cum omnibus claustralibus suis eisdem bonis semper et semper una cum Johanne milite dicto Scrivere supradicto petivimus investiri, Borghardo milite de Borghelen tunc sedi regie nomine liberi comitis presidente. Qui primo, secundo et tercio a liberis hominibus eidem libere comescye attinentibus et inhabitantibus sentenciam sub banno regio requisivit in communi super istis: quam sententiam edixit Johannes dictus Vrigman de Tůnen: hanc vendicionem sic publice actam firmam ac ratam debere perpetuo permanere, in quam sententiam idem liber comes et universi homines liberi eiusdem libere comescie

unanimiter consencerunt. Insuper frater Hildebrandus de Paradyso tunc procurator ibidem dedit duodecim denarios ipsis hominibus liberis sub forma, que *wincoph* dicitur, in signum perpetue veritatis. Ne igitur hanc vendicionem nostram seu factum nostrum alicuius valeat in posterum irritare calumpnia, presentem litteram super hiis conscribi fecimus, proprio sigillo carentes Godefridi nobilis viri dicti de Růdenberg et prudentum virorum oppidanorum Susaciensium sigillorum munimine roboratam. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, quarto Idus Augusti in vigilia beati Laurencii apud Thunen in curia Johannis dicti Vrigman. Presentes fuerunt: Godefridus nobilis vir de Rudenberg, Borghardus miles de Borghelen, Heynricus dictus Scenken, Conradus Hagene, Deytmarus dictus Miles de Thůnen, Everhardus Hake de Andopen, Fredericus willicus de Thůnen; item Godescalcus de Wigenkusen, Arnoldus de Lůnen tunc magistri consulum in Susato, qui hanc vendicionem nobiscum procuraverunt; item Marcwardus et Johannes fratres, Godescalcus de Lippia, Heynricus frater suus, Regenbode de Susato, Everhardus de Mederike, Johannes Wrigman de Thůnen, Heynricus filius suus, Winandus et Arnoldus de Rythem, Gerhardus de Ectorpe, Hermannus de Hůndelinchusen, Siffridus preco de Thůnen et alii quam plures liberi homines, qui presentia viderunt et cognoverunt iuste et rationabiliter esse facta.

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 34. An Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6), von dem der Stadt Soest nur noch dürftige Reste.

1820.

Graf Everhard von der Mark überträgt eine Eigenhörige und ein Erbe zu Varnhövel dem Kl. Kappenberg. 1282 August 10.

Nos Everhardus comes de Marca universis visuris presencia protestamur, quod Conradus de Ervete Hyrdincsterren constitutus, feria tercia post dominicam Invocavit de consensu uxoris sue Berthe et coheredum suorum Boymundi, Alexandri et Goztu, Cunegundim de Varnhuvele et ius proprietatis, quod habuit in domo Varnhuvele, que dicitur *vorwerc*, cum universis suis attinenciis, nobis libere contulit, resignans in manus Rotgeri de Svansebole dapiferi nostri integraliter (ad usum et utilitatem nostram) omne ius quod in bonis predictis habuit vel habere potuit. Similiter Albertus de Ervete frater Conradi pr(edicti) . . . . si quid iuris habuit vel habere potuit in Cunegunde et bonis Varnhuvele preha(bitis), idem ius nobis in manus Rodolphi plebani in Werne et Conradi de Metlare libere resignavit. Sabbato autem post dominicam Invocavit memoratam Wilhelmus Dengere, uxor sua Christina, Berwinus Patberg privignus Wilhelmi iam (dicti et uxor sua) Gerthrudis, Cunegundim et bona Varnhuvele antedicta, que a Conrado de Ervete in feodo habuerant insimul et ius proprietatis domus minoris ibidem, que annuatim quinque solidos persolvit, cum universis suis attinenciis coram iudicio Werne in manus Erici et Bernardi sacerdotum Capenbergensium et Conradi de Metlare nobis absolute et integraliter resignarunt. Proxima vero dominica post Jacobi apostoli venientes ad nos Werne apud pontem sancti Christofori Conradus de Metlare, uxor sua Beatrix, Arnoldus privignus Conradi iam dicti et coheredes eorundem videlicet Conradus, Bernardus et Cristina, Cunegundim et bona Varnhuvele sepedicta, tam domum maiorem quam minorem cum universis suis attinenciis, si quid iuris habuerant vel habere poterant in bonis eisdem, nobis integraliter resignabant. Nos vero propter Deum et salutem anime nostre Cunegundim et bona Varnhuvele pretaxata, tam domum maiorem quam minorem cum universis attinenciis earundem . . preposito et conventui monasterii in Capenberg in manus domini Brunonis prioris et Conradi cellerarii de Capenberg contulimus iure proprietatis perpetuo possidenda, uxore nostra domina Ermegarde et filio nostro Engelberto voluntarium ad hoc consensum presentibus probis viris prebentibus et expressum. Volumus etiam, ut eadem bona ecclesie Capenbergensi sub empcionis titulo a quibusdam amicis ecclesie

comparata Hinricus de Varnhuvele, uxor sua Cunegundis, Adolphus et Gerhardus filii eorundem, cerocensuales ecclesie prefate, necnon et uxores ipsorum, si uxores duxerint, ad cursum vite sue excolant, dummodo de ipsis debitam annuatim persolvant pensionem. Ne autem super hiis in posterum oriatur questio, presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Hinricus nobilis de Volmestene, Hinricus de Wickede, Bernardus Lupus, Johannes Morrian, Theodericus Volenspit, Everhardus de Hesne, Adolphus de Westwic milites; Rotgerus de Svansebole, dapifer noster, Bertoldus frater suus, Bernardus Crampe, Herimannus Crampe, Johannes de Hovele, Adolphus, Alexander et Godefridus fratres de Werne et alii quam plures. Acta sunt hec diebus et locis suprascriptis anno Domini M°CC° octogesimo secundo. Datum eodem anno, Laurencii martiris.

Or. Kl. Kappenberg K Nr. 150 (beschädigt). An weissen Hanffäden beschädigtes Siegel des Grafen Everhard mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2). Gedr. Westf. UB. III 1174. Vgl. oben Nr. 1792.

1821.

Gottfried von Rüdenberg bekundet, dass eine Freie Wachszinsige des Kl. Oelinghausen geworden ist. 1282 August 15.

Universis et singulis presencia visuris in perpetuum. Ego Godefridus de Rudenberg notum facio publice protestando, quod, cum Sophya de Sweve libere fuisset conditionis et ad meam spectaret liberam comiciam, ipsa me consentiente ac plene annuente huiusmodi conditionem eius sponte ac voluntarie mutans cerocensualem se tradidit ecclesie in Ůlinchusen iure cerocensualium eiusdem ecclesie de cetero fruitura. In cuius rei testimonium et robur presentem paginam super eo conscriptam sigilli mei feci munimine roborari. Sigillum eciam domini Johannis de Mynda fratris mei presentibus est appensum ad maiorem evidenciam premissorum. Hiis presentes aderant: Borchardus de Borgelen, Johannes de Werle dictus Scriptor milites; Artusus de Sweve, Conradus et Borchardus nepotes dicti militis Borchardi videlicet de Borgelen, Wilhelmus de Ryderinchove, Albertus et Hartlevus filii eius, Conradus et Hermannus fratres de Sweve, Albertus dictus Advocatus iuvenis, Adolphus dictus Sapiens, Johannes gener eius, Ludolphus dictus Gůtinc et alii quam plures. Actum anno Domini M°.C°C°.LXXX^{mo} secundo, XVIII° Kalendas Septembris.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 136. An Pgtstr. die Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6) und das seines Bruders Johann, Canonicus zu Minden, (der springende Rüde im runden Siegelfelde).

1822.

König Rudolf erlaubt Arnold von Horst, bei seiner Burg Horst eine Stadt anzulegen, sie mit Gräben und Mauern zu versehen und erteilt ihr Dortmunder Recht. Vor Sooneck 1282 August 19.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus universis imperii Romani fidelibus presentes literas inspecturis gratiam ac omne bonum. Dignum iudicat nostra regalis serenitas, ut quos maiora nobis fidelitatis ac devotionis commendant obsequia, mereantur pro cęteris ampliora beneficentiae et graciae munera reportare. Fidem itaque et praeclara merita strenui viri Arnoldi de Hoerst, dilecti fidelis nostri benignius intuentes sibi liberaliter indulgemus, quod iuxta castrum suum Hoerst sibi liceat oppidum construere fossatis et muris congruis, prout sibi expedire videbitur, muniendum. Nos quoque idem oppidum in proprio suo fundo constructum de plenitudine potestatis regię liberamus, et eidem

oppido de benignitate regia eadem libertatis iura concedimus, quibus civitas nostra Tremoniensis gaudet et hactenus est gavisa. In cuius liberationis nostrae testimonium praesens scriptum mayestatis nostrae sigillo iussimus communiri. Datum in castris nostris ante Sanegge XIIII. Calendas Septembris, indictione X. anno Domini MCCXXVII (!), regiminis vero nostri anno nono.

Abschr. des XVII. Jhs. in Msc. II 40, 555 (vgl. auch III 22, 6), nach welcher die Horstsche Abschrift corrigirt ist. Eine beglaubigte Abschrift befindet sich auch im Fürstenbergschen Archiv zu Borbeck. Gedr. Recklinghäuser Ztschr. II 110 mit dem Datum 1277 und Dortmunder UB. II 402. Reg. Böhmer-Redlich, Reg. imp. VI 1698.

1823.

Der Pfarrer und die Consuln von Brilon bekunden die Bedingungen, unter denen Ludolf von Essentho seinen Austritt aus dem Kl. Bredelar bewirkt. 1282 August 23.

Nos Wernherus plebanus, Heinricus magister consulum et consules universi in Brilon universis presentes litteras inspecturis vel audituris duximus intimandum, quod Ludolfus laycus, quem abbas et conventus in Breydelare ad peticionem et instantiam patris sui Ludolfi[1]) clerici dicti de Esnethe in suum consortium receperant et confratrem, inductu fratris sui Gerhardi monachi et aliorum suorum amicorum consilio, qui sibi forsitan volebant utilius et salubrius providere, ante receptionem habitus peticioni (!) patris et consortio sibi concesso voce et manu in nostra presentia voluntarie renuntiavit protestans publice, quod de sua receptione in monasterium Breydelare nullam de cetero vellet movere questionem nec aliquid iuris se recognovit habere in sepedicto monasterio, a quo se tam libero animo alienavit. Predicti vero[2]) abbas et conventus precium domus in Brylon, que vendita fuerat pro octo marcis, quas recepturi erant ab emptore, secundum consilium . . . . . . ipsi L(udolfo) et sorori eius et vaccas ipsis deputatas integ(re . . . re)stituerunt, quam restitutionem gratanter acceperunt et quod ipsis convenient(er satisfe)cerit recognoverunt. Res vero quas pater ipsorum mon(asterio tradide)rat in equis et annona et alia quacumque substantia, ut apud predictum conventum maneret, favorabiliter annuerunt et sic sepedictus L(udolfus) ab ipsis est bono animo et bona pace et bona concordia separatus. Et ne ulla oblivio hanc separationem in alterutrum violare valeat, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine in testimonium porrigimus sigillatum. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX° secundo, in vigilia sancti Bratolomei (!) apostoli. Testes autem huius facti sunt: Jacobus de Hotthepe, Hermannus de Hoyshusen, Johannes Brunharth, Johannes Gudele, Dudo, Conradus dictus Moylike, Henricus dictus Velpipe, Herebertus Muddecoph et alii quam plures.

[1]) *Dahinter* „dci" *durch untergesetzten Strich getilgt.* [2]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Bredelar 124, beschädigt. An Pgtstr. ein Rest des Stadtsiegels von Brilon (Westf. Siegel Taf. 66, 1) an zweiter Stelle, das des Pfarrers Werner ist mit dem Pgtstr. ab. Rückschrift von Hand des XV. Jhs.: Domus in Brinol (!). *Gedr. Seibertz UB. I 400 und Westf. UB. IV 1695.*

1824.

König Rudolf belehnt Adolf von Aldendorf mit zwei Mark Einkünften vom Kuningscoph. *Boppard 1282 August 28.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Dum Regalis serenitas ad devotos et subditos solite benignitatis inclinat intuitum, ipsos ad nostram et imperii devotionem accendimus et ceteros ad obsequendum nobis ferventius invitamus. Noverint igitur universi, quod nos Adolfo de Aldendorf

dilecto nostro fideli duarum marcarum redditus, quos de summa *kuningscoph*[1] a nobis et imperio de iure debet habere, de regia benignitate concedimus presentium testimonio litterarum. Datum Bopardie V Kalendas Septembris, indictione X^a^, anno Domini M°.CC°.LXXXII°, regni vero nostri anno IX°.

[1]) Kuningstoph?, *es handelt sich hier offenbar nicht um einen Ort, sondern um eine Abgabe, die auch sonst als* cop *bezeichnet wird (Darpe, Cod. trad. II.,* schocop *bez. S. 217), also Königszins.*

Or. im Besitz des Rittmeisters E. von Zur Mühlen auf Haus Ruhr. An Pgtstr., die von der Urk. abgeschnitten sind, das Thronsiegel König Rudolfs (beschädigt). Auf der Rückseite steht von einer Hand des XV. Jhs.: Littera duarum marcarum Konyschop. *Gedr. Anzeiger f. Kunde d. deutsch. Vorzeit XXI 78 nach dem Or., Böhmer-Redlich Reg. imp. VI, Nr. 1702.*

1825.

Der Mindener Canonicus Johann von Rüdenberg vergleicht sich mit dem Kl. Paradies wegen der kirchlichen Zugehörigkeit der Einwohner von Paradies und Bukele *(Büecke b. Soest) und setzt eine Entschädigung für die Kirche in Schwefe fest. Hinerking bei Soest 1282 September 4.*

Omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis Johannes canonicus Mindensis dictus de Rudenberg salutem in Domino sempiternam. Hominum prudentium interesse dinoscitur, ut, quecunque memoria digna gesserint, auctoritate muniant litterarum, quo magis permaneat ratum, quod prudenter est et utiliter ordinatum. Quapropter tenore presencium protestor, quod cum super quibusdam articulis orta fuisset dissensio inter conventum de Paradyso ex parte una et me ex parte altera, tali interveniente ordinatione de beneplacito et assensu domini Theoderici prepositi Susaciensis ac de consilio magistri Gerlaci et magistri Reghenhardi et domini Roberti viceprepositi canonicorum Susaciensium sopita est penitus et extincta, videlicet quod tam religiosi quam seculares in Paradyso et in Bukele commorantes ac in eisdem locis pro tempore hospitantes omnia ibidem viventes recipiant sacramenta, mortui vero sepultura ibidem ecclesiastica tumulentur. Item in curia dicta Ridderinchoven et in molendino adiacente habitantes, si seculares fuerint, ecclesie in Sveve erunt subditi pleno iure, si vero religiosi, ad Paradysum tam viventes quam mortui simpliciter pertinebunt, excepto eo quod tam ex parte curie quam molendini ter in anno in tribus commemorationibus animarum ecclesie in Sveve qualibet vice unus denarius persolvatur. In restaurum vero omnium premissorum conventus de Paradyso sepedicte ecclesie tres solidos monete usualis in crastino beati Mychaelis singulis annis solvet, ita quod per huiusmodi annuam pensionem ab omni iure parrochiali quantum ad ipsum locum Paradysi et Bukele sit penitus et imperpetuum liberatus, omnibus iuribus predicti domini prepositi ab antiquis temporibus ante constructionem Paradysi observatis in suo robore duraturis. Pro omni etiam impeticione, que michi contra sepefatum conventum conpeteret sive pro bonis et iuribus hereditariis eidem conventui a fratribus meis venditis sive datis sive eciam pro hominibus aut quibuscunque rebus et negociis, item pro camenata et domo de dote, ut dicitur, sublatis idem conventus michi plenarie satisfecit, unde omni huiusmodi impetitioni sive preterite sive presenti sive etiam future simpliciter renuntio per presentes. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.L°XXXII°. pridie Nonas Septembris prope Susatum in loco, qui dicitur Henrikync presentibus: fratre Wilhelmo priore Susaciensi, fratribus Johanne de Attenderne subpriore, Godefrido de Tremonia, Johanne de Corebeke ac nobilibus viris domino Henrico borcgravio de Stronberg, Godefrido de Rudenberg fratribus meis, ac militibus domino Ricwino de Ostervelde, domino Borchardo de Boregelen ac fratribus de Paradyso Theoderico, Giselero, Hyldebrando, Hartmodo ac civibus Susaciensibus Johanne ac Wernhero de Sunhere, domino Alberone de Lyppia, Alberto de Sveve et aliis multis. Ut autem omnia premissa rata et inconvulsa permaneant, presentem litteram sigillis predicti domini Th(eoderici) prepositi Susaciensis, prioris fratrum Predicatorum in Susato ac fratrum meorum domini Hinrici borcgravii de Stronberg, domini Conradi et Godefridi ac sigillo proprio feci firmiter communiri.

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 35. An zum Theil gedrehten rothen Hanffäden die Siegel 1.) das spitzovale des Propstes Dietrich von Soest (stehende Figur mit Palmzweig und Buch, Rücksiegel: Brustbild des S. Patroclus, rothes Wachs), 2.) des Priors des Dominikanerklosters in Soest (Westf. Siegel Taf. 141, 11) Wachs roth, 3.) Conrads von Rüdenberg (ebenda Taf. 27, 3), 4.) Heinrichs von Stromberg (ebenda Taf. 26, 7), 5.) Gottfrieds von Rüdenberg (ebenda Taf. 27, 6), 6.) des Canonicus Johanns (vgl. Nr. 1821), zum Theil beschädigt. Gedr. Tross, Westphalia 1824 S. 107 und Seibertz, Die Edelherren von Rüdenberg S. 214 ff.

1826.

Propst Alexander von Cappel verkauft dem Kl. Benninghausen die Mühle bei Benninghausen. Lippstadt 1282 September 4.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos littere presentes pervenerint, Alexander Dei gratia prepositus in Capellis, Cunegundis priorissa totusque conventus sanctimonialium ibidem salutem in omnium salvatore. Prudentum hominum interesse dinoscitur, ut, quecunque memoria digna gesserint, auctoritate muniant litterarum, quo magis permaneat ratum, quod prudenter est et utiliter ordinatum. Quapropter tenore presentium protestamur, quod nos molendinum nostrum prope Bennikinchusen super Lippiam situm cum omnibus attinentiis suis libera ac spontanea voluntate iusto venditionis tytulo de beneplacito et assensu domicelli nostri Symonis de Lippia ac domini Conradi episcopi Osnaburgensis tutoris eius necnon et aliorum amicorum nostrorum vendidimus conventui sanctimonialium in Bennikinchusen ordinis Cysterciensis pro octoginta sex marcis pecunie usualis. Predictus vero domicellus noster Symon de consilio et consensu prefati domini C(onradi) episcopi Osnaburgensis ac aliorum amicorum suorum ad nostram instantiam iam dictum molendinum cum lignis, pratis et omnibus attinentiis suis ab advocatia et omnibus iuribus et consuetudinibus et quibuscunque serviciis domino Lippensi debitis et consuetis omnino absolvit et simpliciter libertavit, ita sane, quod nec ipse nec successores sui aut etiam officiales eorumdem nichil prorsus in ipso et eius attinentiis deinceps inperpetuum sibi poterunt vendicare. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX° secundo, pridie Nonas Septembris in oppido Lippensi, presentibus: domino Godefrido de Hesnen milite, Hermanno dicto Wamboistikere et Johanne de Monasterio tunc magistris civium oppidi Lippensis, ac aliis civibus eiusdem oppidi, silicet (!) Bernhardo dicto Pundere, Johanne dicto Wilmarinc, Thezelino, Helmerico de Cimiterio, Johanne de Owerhagen; item fratribus ecclesie Capellensis Ysfrido, Godescalco, Johanne de Nuwenbeke, item fratribus de Bennikinchusen Henrico de Westhoven, Hereberto et multis aliis fide dignis. Ad omnium autem premissorum perpetuam memoriam et immutabilem firmitatem predicto conventui in Bennikinchusen presentem tradidimus litteram sigillis domini C(onradi) episcopi Osnaburgensis tunc tutoris dominii Lippensis, Symonis domicelli nostri, oppidi Lippensis ac sigillis nostris, scilicet prepositi et ecclesie Cappellensis firmiter et fideliter roboratam.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 46. An gedrehten farbigen Seidenfäden das Siegel des Kl. Cappel (Westf. Siegel Taf. 112, 8), des Bischofs Conrad von Osnabrück (ebenda Taf. 50, u. 62, 11), des Edlen Simon von der Lippe mit Rücksiegel (Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I Taf. 18) und der Stadt Lippstadt (Westf. Siegel Taf. 68, 6).

1827.

Propst Alexander von Cappel überweist dem Jungherrn Simon von der Lippe, der dem Verkauf der Mühle in Benninghausen an das Kloster daselbt zugestimmt hat, zur Entschädigung eine Rente von 1 Mark. 1282 September 4.

Universis has litteras visuris Alexander Dei gratia prepositus Cappellensis salutem in Domino. Ne ea, que geruntur in tempore, labantur simul cum tempore mobili, solent poni in dictis testium et

scriptis sigillatis firmiter roborari. Hinc est, quod nos tenore presentium notum esse cupimus pubplice protestando, quod cum molendinum nostrum vendere vellemus prope Benikinchusen situm super Lippiam, consensum habuimus domicelli nostri Symonis de Lippia, quia ipse nobili(!) ore suo nos specialiter vendere iussit et in audidentia(!) quorundam animo benigno permisit sine contradictione qualibet obsistente. Nos igitur ad iussionem eius et permissionem, sicut necessitatis ratio exigebat, prout carius potuimus, vendidimus ipsum molendinum conventui de Bennikinchusen, cuius fundus antea fuerat, et dedimus eidem conventui annuatim XII[dim] denarios de fundo, unum pullum, X[cem] ova et unius messoris servicium una die. Ut ergo predictus S(ymon) domicellus noster de Lippia predictum molendinum eximeret ac perpetuo libertaret ab omni iure, advocatia et consuetudine secundum modum petitionis, nos promisimus eidem domicello daturos unam marcam, dimidiam in festo Walburgis, dimidiam in festo Michaelis annuatim. Si vero negligeremus talem pensionem, monstravimus ministerialibus seu officialibus Lippensibus, ut de bonis nostris exigerent, ubicunque voluerint, dictam summam. Huic venditioni facte in cimiterio Cappellensi interfuerunt: venerabilis dominus Conradus episcopus Osnaburgensis, Goscalcus custos in Lysbern; Wernerus dictus Cancer, Rodolpfus de Horne milites; Conradus de Hervelde, Hermannus Wambusstickere, Wolbertus, Johannes de Monasterio, Johannes de Stormede, oppidani Lippenses, frater Goscalcus conversus ipsius ecclesie Cappellensis. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° secundo, II Nonas Septembris.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 45. An weissen Hanffäden das Siegel des Propstes von Cappel beschädigt (spitzoval, im Siegelfeld die Krönung der Maria, darunter in die Schriftlinie hineinragend der Propst in anbetender Stellung).

1828.

Bela, die Tochter Heinrichs des Schwarzen von Arnsberg und Heinrich von Holte, ihr Sohn, verkaufen den Hof Doenhof *im Kirchspiel Brechten an den Ritter Gottfried von Meinhövel. Wolbeck 1282 September 15.*

Omnibus praesencia visuris et audituris ego Bela filia Henrici Nigri de Arnesberg et Henricus filius meus dictus de Holte notum esse volumus, quod nos curtem dictam Doenhof in parrochia Brechte cum suis pertinenciis, quam Godefridus de Menhovele miles tenuit a nobis, vendidimus dicto Godefrido pro certa summa de qua nobis satisfecit. Quare nos proprietatem dicte curtis et attinencium in dictum Godefridum et ipsius heredes transferimus renunciantes possessioni, quam habuimus super illa; super quo nos sigillavimus presens scriptum et Wilhelmum domicellum de Ardey rogavimus suum apponere sigillum, quia per eum mandavimus et fieri fecimus dictam vendicionem et translacionem et resignacionem presente domino Everhardo Monasteriensi episcopo, domino W(alramo) preposito Monasteriensi, Th(eoderico) thesaurario Monasteriensi, Wescelo de Lembeke, Bernardo de Daverberg, Henrico et Ottone dictis Kersekorf et aliis multis apud Waltbeke. Actum quinta feria post Bartholomeum et datum anno Domini M°CC° octogesimo secundo, in octava nativitatis beate Marie; et ego Wilhelmus de Ardey rogatus apposui sigillum meum in testimonium premissorum. Datum ut supra.

Nach dem im Besitz des Frhrn. von Landsberg-Velen befindlichen Or., mit den Siegeln Heinrichs des Schwarzen von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 30, 5) und Wilhelms von Ardey (ebenda Taf. 30, 10), gedr. Westf. UB. III 1181; danach hier wiederholt, daher sind auch die dort gegebenen Anmerkungen zu beachten. Früher gedr. in von Ledeburs Archiv V S. 1282.

1829.

Münzvereinigung zwischen König Rudolf und dem Erzbischof von Köln.
Boppard 1282 September 27.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus universis principibus, baronibus, comitibus, nobilibus, vasallis ac aliis imperii fidelibus, presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Jurata pace feria sexta ante festum beati Michahelis proxima apud Bopardiam a venerabilibus .. Coloniensi .. Treverensi archiepiscopis et Ludowico comite palatino Reni duce Bawarie, principibus, comitibus, baronibus, nobilibus ac aliis nostris fidelibus, qui eandem prius non iuraverant ac tractantibus nobis de tranquillitate, commodo ac utilitate conmuni cum ipsis, de monetarum defectibus et earum falsificacione in variis et diversis locis Alamannie male commissa varie ac diversimode a pluribus querimonie surrexerunt. Super quibus cum consederemus et[1] cum venerabili .. Maguntino archiepiscopo ac aliis supradictis principibus ac nobilibus de maturo remedio conferremus, tandem inter nos et dictum Coloniensem archiepiscopum dictis principibus et nobilibus presentibus taliter est conventum et ob evidentem necessitatem et utilitatem totius patrie concordatum, quod et nos in loco nobis placito sub ymaginario regie maiestatis et idem archiepiscopus in civitate Coloniensi sub expressione sue ymaginis in eisdem tamen et equalibus forma, albedine, puritate argenti et ponderis quantitate novam cudi seu fieri faciamus monetam de qualibet marca argenti tredecim solidos et quatuor denarios in pondere, qui examinati et ad ignem positi reddent marcam in pondere, quatuor denariis tantum minus et sic subsistet marca quoad puritatem in quatuor denariis. Et, quod nulli alteri, cuiuscunque condicionis existat, in regno Alamanie fas sit et licitum, eiusdem ymaginis, ponderis, puritatis et albedinis habere monetam. Sed ubicunque talis deprehensa fuerit, tamquam falsa et pro falsa ab omnibus reputetur et deprehensus cum ea tamquam falsarius puniatur: volentes, ut pro eius certitudine et cautela de moneta nostra tredecim solidi et quatuor denarii ad monetam Coloniensem et de Coloniensi moneta tantundem ad nostram ponatur (!) pro securitate que dicitur in vulgari *stale*, ob hoc ut deprehensis falsis denariis pro veritatis iudicio semper hic vel ibi ad denarios taliter depositos recurratur. Has autem monetas ubique locorum per regnum nostrum secundum sui valorem recipi volumus et per ipsas et cum ipsis precipimus negociaciones quaslibet exerceri. Aliorum vero principum et nobilium monete legitime et antique in debito suo cursu manebunt; nullus tamen aliquam monetam habebit, nisi legitime doceat, quod eandem ab imperio debeat obtinere. In quorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillo venerabilis Coloniensis archiepiscopi predicti presentibus sunt appensa. Datum Bopardie V. Kalendas Octobris, anno Domini M°CC°LXXX° secundo, regni vero nostri anno IX, predictis nostris et eiusdem archiepiscopi Coloniensis monetis a die renovationis denariorum ultra decennium minime valituris. Datum apud Bopardiam, ut supra, V. Kalendas Octobris anno Domini M°CC°LXXX° secundo, regni vero nostri anno IX°.

[1]) *Ueber der Zeile.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 289. Beide Siegel beschädigt an Seidenfäden. Gedr. Seibertz UB. I 401, Hartzheim, Hist. rei. numm. Col. 133, M. G. LL. 2, 440. Vgl. Lacomblet UB. VI, S. 534, Anm. 2. Böhmer-Redlich, Regesta imperii VI 1715.

1830.

Vor Bischof Conrad von Osnabrück verzichten Wiedenbrücker Bürger auf ihre Ansprüche an eine Hufe in Berlingsen im Krspl. Körbecke zu Gunsten des Kl. Himmelpforten.
1282 October 10 (9).

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis episcopus omnibus notum facimus presentibus protestantes, quod Johannes et Hermannus suus filius pellifices, nostri cives in Widenbrug, Lutgaris uxor Hermanni

predicti et Michael filius eorundem cum assensu et bona voluntate omnium heredum suorum tam natorum quam nasciturorum a questione seu inpeticione, quam moverunt vel movere poterant in Christo devote domine . . abbatisse et conventui monasterii in Porta Celi Cysterciensis ordinis Coloniensis dyocesis super manso, in villa Berninchusen sito in[1]) parrochia Corebeke, pure et omnino coram nobis liberaliter cessaverunt. In cuius cessacionis sive renunciacionis evidens testimonium sigillum nostrum cum sigillo opidi nostri in Widenbrug memorati presentibus est appensum. Testes vero huius rei sunt infrascripti: Ludolphus nobilis vir de Dassele comes, Conradus de Retberg comes, Henricus burychgravius in Stronberg, Johannes decanus et totum capitulum Widenburgense, Henricus cantor Susatiensis, Th(eodericus) de Hornen, R(icquinus) de Ostenvelde, H(enricus) de Walde, Ar(noldus) Credo milites, Reynbertus iudex et universi in Widenbrug consules, et quam plures alii fide digni. Actum et datum ipso die Gereonis et Victoris martyrum, anno Domini M°.C°C°.LXXX° secundo, septimo Idus Octobris.

[1]) *Von* „manso" *bis* „in" *auf Rasur.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 34. An Pgtstr. die Siegel 1) des Bischofs Conrad mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 50, 6 u. 62, 11), 2) der Stadt Wiedenbrück (ebenda Taf. 74, 5) beschädigt. Rückschrift von einer Hand des XVI. Jhs.: Dreas Berlinchausen. *Gedr. Osnabr. UB. IV 76.*

1831.

Das Kl. Oelinghausen bekennt sich Everhard von Setvelde *gegenüber zu einer Fruchtrente, welche nach dessen Tode als Memorienstiftung an das Kloster fallen soll. 1282 October 31.*

L(udolphus) Dei gratia prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium in Ůlinchusen omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo, qui est omnium salus. Presentibus et future posteritati declaramus, quod nos Everhardo dicto de Setvelde singulis annis, dum vixerit, persolvemus decem et octo maldra annone Arnesbergensis mensure videlicet quinque maldra siliginis, quatuor maldra ordei et novem maldra avene et duos porcos duorum solidorum summam utrosque valentes. Post obitum vero predicti Everhardi prenominata pensio ad ecclesiam nostram libere et absolute revertetur. Nosque facientes commemorationem et anniversarium diem predicti Everhardi et suorum progenitorum singulis annis de prenominata annona in dimidia marca conventui pitanciam provideri faciemus. Ut autem a nullo posterorum nostrorum infringatur, hec prescripta ordinatio sigillorum nostrorum appensione fecimus presens scriptum communiri. Datum anno Domini M°.C°C°. octogesimo secundo, in vigilia Omnium Sanctorum.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 137. An Pgtstr. die Siegel 1) des Propstes Ludolf (spitzoval, der h. Petrus sitzend mit Schlüssel und Buch), 2) des Conventes von Oelinghausen (Westf. Siegel Taf. 114, 4 u. 5).

1832.

Propst Heinrich von Marsberg verpachtet den ihm von einem gewissen Albero resignierten Hof in Hogenhusen *(Wüstung bei Brilon) an den Briloner Bürger Johann von* Vivelinck *und dessen Sohn. 1282 November 1.*

Henricus praepositus Dei gratia et conventus ecclesiae Montis Martis omnibus praesentem literam inspecturis omnis boni plenitudinem et salutem. Recognoscimus, praesentium serie protestantes, quod nos Alberone et eius coniuge Dedrade ac liberis ipsorum Alexandro, Henrico, curte[m] in Hoyenhusen sita[m], cum suis appenditiis, heredum suorum ex assensu vendita, in manus nostras resignantibus,

ad venditoris instantiam, prenotatam curtem cum omni pertinentium integritate, videlicet in agris cultis et incultis, areis, sylvis, pascuis et aquarum discursibus Johanni de Vivelinck et suo filio Henrico ac eius nuptae Hel(burgi) civibus Brilonensibus eorumque legitimis heredibus, successoribus, secundum iuris exigentiam, emphyteutico iure concessimus perpetuo possidendam, eo pacto, ut exinde possessor praediorum, qui pro tempore fuit, annuam pensionem sex solidorum legalium et in Monte Martis monetae sine difficultate qualibet in die beati Dionisii, uti etiam eius crastino ecclesiae nostrae, sub obtentu bonorum exsolvere non moretur, hospicium unum semel in anno, coenam vespertinam et mane prandium cum sufficienti equorum pabulo, praeposito et suis sequacibus equis quatuor et personis totidem, excepto vini poculo necessarium in Brilon affectuosius provisurus, deinceps equis eiusdem in oppidum advenientibus, straminum simplex pabulum ministrabit. Huic ordinationi personae nostrae congregationis adstantes assenserunt scilicet Albertus de Glindenge(re), Ludolphus de Capella, Johannes de Lippia, Rotgerus, Ludolfus de Mulinchusen, Richardus, Hermannus de Weslere, Conradus de Landesberg, Sygenandus et magister Hermannus praebendarius, laicis praesentibus Henrico Morel iudice, Johanne de Bilinchusen proconsule, Henrico de Vesperde, Conrado de Klinge, Joanne de Overenkercke, Bartoldo Nathan, Hermanno de Esbike, Diderico iuniore de Oddenhusen, Joanne Hassone, Wecelo Eyliconis, Stephano et Joanne fratribus et Henrico Havesaldi consulibus, item Henrico de Capella, Hart. Alberto pistore, Henr. Fabro de Volckmarsen, Hart. Longo de Klenenberg et aliis burgensibus Montis Martis, item Joanne Sapiente et Joanne de Byre, civibus Brilonensibus. Ne vero variis adinventoribus .... super alternationis vel concessionis aut emphyteosis tractatu, modernis seu posteris aetatis, praesens scriptum super eo confectum et dicto emphyteose traditum, ad evidentiam rei gestae pleniorem et nostro et ecclesiae nostrae ac conburgensium nostrorum sigillis constituimus in testimonium roborari. Actum et datum in Kalendis Novembribus anno graciae millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

Abschr. aus dem Anfang des XVIII. Jhs., Msc. VII 5723 fol. 353. Gedr. Seibertz UB. I 402; Reg. Westf. UB. IV 1705, wo auch hier aufgenommene Correkturen der Namen.

1833.

Albert von Störmede und sein Sohn resigniren dem Grafen von Arnsberg die Lehenrechte an den Gütern in Klotingen, mit denen sie ihrerseits den Soester Bürger Gotmar von Medebach belehnt haben. Soest 1282 November 5.

Nos Albertus de Stormede miles et . . filius eius notum facimus universis hanc litteram percepturis publice protestantes, quod iura feudalia, que a nobili viro . . comite Arnesbergensi tenuimus in bonis sitis apud Clotingen, quibus Godmarum dictum de Medebeke oppidanum Sosaciensem infeodavimus, de consensu ipsius Godmari et suorum heredum ad manus dicti . . comitis resignavimus et ad maiorem cautelam in hiis scriptis resignata remittimus eidem. In cuius resignacionis evidens testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum Sosati in domo consulum, presentibus: . . preposito Lippensi, Wilhelmo nobili viro de Ardeya, Hermanno dicto Quatterlant, Rutchero de Hustene, Gerwino de Remelinchusen, Arnoldo dicto de Lůnen, Alberto de Palsode, Johanne dicto Dorinch, Winando Gallico, Johanne Parvo et aliis quam pluribus. Datum feria quinta ante festum beati Martini hyemalis anno Domini M°.CC° octuagesimo secundo.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 138. An Pgtstr. die Siegel Alberts von Störmede (Westf. Siegel Taf. 30, 7) und seines Sohnes Albert (vgl. ebenda Einl. S. 24). Gedr. Seibertz UB. I 403.

1834.

Die Soester Canoniker, der Decan Gottfried und Meinrich als vom Erzbischof bestellte Richter entscheiden einen Streit zwischen dem Kl. Himmelpforten und dem Pfarrer in Bremen wegen eines Kottens daselbst. 1282 November 5.

(U)niversis[1]) presentes litteras percepturis Gotfridus Dei gratia decanus et Minricus canonici ecclesie Sosaciensis, iudices a reverendo patre ac domino Coloniensi . . archiepiscopo constituti salutem in Domino perpetuam. Noveritis quod cum in causa, que coram nobis inter relligiosas dominas . . abbatissam et conventum monasterii ad Portam Celi ordinis Cistertiensis ex parte una, et discretum virum Boymundum pastorem ecclesie in Bremen nomine ecclesie sue super quadam casa, que ad Johannem dictum Bechmere sacerdotem bone memorie quondam pertinere dinoscebatur sita in villa Bremen ex altera vertebatur, libello ex parte ipsarum . . abbatisse et conventus porrecto, lite hinc inde legitime contestata, testibus productis et demum eorum attestacionibus publicatis dicte partes excepcionibus et defencionibus (!) omnibus ipsis conpetentibus libere renuntiantes, nobis tanquam veris arbitris dictam causam commiserint et in nos consenserint terminandam. Nos reservata nobis auctoritate delegata secundum ea, que vidimus, audivimus et plenius intelleximus, quia tum ex confessione dicti Boymundi[2]) coram nobis in iure facta, tum ex deposicionibus testium pro parte altera productorum, dictam casam ipsi monasterio ad Portam Celi per sacerdotem predictum racionabiliter invenimus esse legatam et intencionem earumdem . . abbatisse et conventus sufficienter in hac parte esse fundatam, super casa memorata dicto Boymundo et suis successoribus arbitrando et sententiando perpetuum silencium inposuimus et inponimus per presentes, salvo ecclesie in Bremen, quod . . plebanus, qui ibidem pro tempore fuerit, ex ipsa casa sex denariorum redditus habeat annuatim, volentes ac nichilominus auctoritate reverendi domini nostri predicti firmiter precipiendo mandantes, quatinus predictum arbitrium nostrum sive sentencia a partibus predictis et successoribus earumdem inviolabiliter perpetuo observetur sub pena excommunicacionis late sententie, quam in partem alterutram, si qua dicto arbitrio vel sententie nostre temere se opposuerit, ferimus in hiis scriptis. In cuius facti testimonium et robur perpetuum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Et nos Boymundus[2]) pastor ecclesie in Bremen premissa rata habentes et grata ac eciam intuitu iusticie approbantes sigillo nostro presencia communimus. Datum anno Domini M°.CC°. octuagesimo secundo, feria quinta post festum Omnium Sanctorum.

[1]) *Im Anfange für die nachzutragende Initiale Raum gelassen.* [2]) *In* „mun" *fehlt ein Strich in der Urk., darnach also* „min".

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 36. Die Siegel von den drei Pgtstr. ab. Aufschrift des XVII. Jhs. auf der Rückseite: Bremen wegen einer kotten genant Kolstede mit 3 morgen landes. *Geschrieben von derselben Hand wie unten die Urkunde von 1287 April 20.*

1835.

Arthus von Sweve *verkauft dem Soester Bürger* Christian de Blomenrode *seine Güter in Schwefe. 1282 November 5.*

Omnibus presentia visuris imperpetuum. Nos Arthusus de Sweve et Lambertus filius eius tenore presencium protestamur et notum esse cupimus universis, quod nos cum consensu[1]) et bona voluntate omnium heredum et coheredum nostrorum omnia bona nostra apud Sweve sita in agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, in decimis, decimarum redemptionibus in casis et casarum areis, in hominibus attinentibus et omnibus attinenciis rite ac rationabiliter vendidimus Christiano de Blomenrode opidano Susaciensi ac eius legittimis heredibus pro octoginta et duabus marcis, quas recepimus ab eisdem. Prenotata quoque omnia bona eidem Christiano et filiis eius Arnoldo videlicet, Brůnsteyno, Johanni et

Aleydi filie sue loco masculi concessimus in feodo absoluto iusto absoluti feodi tytulo possidenda; usum fructum etiam eorundem bonorum concessimus Clemente(!) uxori eiusdem Christiani more debito et consueto. Et quia sigilla propria non habemus, sigillum viri nobilis E(verhardi) comitis de Marcha et sigillum oppidi Susaciensis presentibus impetravimus apponi in testimonium. Et nos . . comes predictus magistrique civium et consules Susacienses recognoscentes predicta omnia esse vera, sigilla nostra ad petitionem parcium utrobique presentibus duximus apponenda. Hiis presentes aderant: Burchardus de Borgelen, Anthonius de Schedigge, Randolphus Hake, Theodericus et Johannes fratres dicti Volenspit, Everhardus de Hesnen, Engelbertus de Herborne milites; Adam de Thodinchusen et Bruno de Bugge magistri civium, Albertus de Palsode, Heydenricus Scotto, Winandus Gallicus, Lambertus de Pugno, Godescalcus de Caspele et totum consilium oppidi Susaciensis, Johannes quoque iudex, Albertus preco, Hermannus preco et alii quam plures opidani Susaciensis. Hii omnes admissi sunt testes super premissis[2]) nomine vasallorum. Actum anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo, feria quinta ante diem beati Martini hyemalis.

[1]) *Im Text* „consensu". [2]) „pre" *doppelt geschrieben.*

Or. Kl. Paradies-Soest Nr. 36. Das erste Siegel vom Pytstr. ab, an zweiter Stelle in grünem Wachs zerbrochen das Soester Stadtsiegel mit Secret. (Westf. Siegel Taf. 76, 1 und 89, 2). Geschrieben von derselben Hand wie oben Nr. 1826.

1836.

Graf Dietrich von Limburg verkauft die Krumme Grafschaft, welche Albert von Hörde von ihm im Pfandbesitze hatte, auf dessen Bitten an den Grafen Everhard II. von der Mark. 1282 November 8.

Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, expedit rerum seriem gestarum publice memorie commendare. Hinc est quod nos Th(eodericus) comes de Lymburg, Everhardus filius noster miles et Th(eodericus) filius Joannis filii nostri pie memorie ad petitionem Alberti nostri consanguinei de Hurthe ceterorumque amicorum suorum *crumbe grascaph* quam a nobis titulo pignoris habuit concessam(?) dedimus nobili viro E(verardo) comiti de Marcha nostro consanguineo perdilecto pro centum marcis legalium denariorum Tremoniensium exponendam tali videlicet conditione, quod nos, Th(eodericus) sive nostri heredes predicta bona seu cometiam que *crumbe grascaph* nuncupantur reemere poterimus pro centum marcis denariorum Tremoniensium nullo penitus contradicente seu reclamante. Testantur his Th(eodericus) vir nobilis de Volmestene, dominus Herbordus comes Tremoniensis, Degenardus de Lethpmete, Engelbertus dictus Bitter, Theodericus Wolenspit, Antonius dictus de Scedinche, Henricus de Wickede milites, insuper Rutgerus de Svanbole tunc temporis dapifer et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo, in octava Omnium Sanctorum.

Or. (?) im Archiv des Hauses Hemer bei Iserlohn nach Fr. Woestes Abschrift gedr. in der Berg. Ztschr. 17, 199. Unrichtig sind die Angaben in der Anmerkung, dass es sich hier um die Freigrafschaft Oesede handle, es ist vielmehr die Krumme Limburger Grafschaft; cf. Lindner, S. 82, der diese Urkunde nicht kennt.

1837.

Graf Ludwig von Arnsberg schenkt dem Krankenhaus des Kl. Wedinghausen eine Rente aus einer Hufe in Süddinker. 1282 November 8.

Lodewicus comes de Arnesberg universis presentiam(!) inspectoribus salutem in perpetuum. Quia scripti tenacitas oblivionem tollit et calumpniam, cautum est et utile, ut ea que fiunt in tempore

scripture memoria perhennentur. Noverint igitur universi Christi fideles tam futuri quam presentes, quod nos ob reverenciam Dei et beate virginis Marie et beati Laurentii et omnium sanctorum ad instanciam quoque atque peticionem Peronette domine cometisse uxoris nostre in salutem animarum nostrarum, progenitorum nostrorum atque successorum, in memoriam eciam Wilhelmi quondam cometis Juliacensis necnon[1]) Wilhelmi et Rolandi filiorum comitis prefati damus de consensu et voluntate heredum nostrorum exactionem trium solidorum, quam habemus in hoba sita apud Sudhinckere attinente infirmarie ecclesie de Wedinchusen libere et quiete perpetuo possidendam. Addimus etiam, ut in aniversario comitis predicti et filiorum suorum in die Gertrudis in memoriam animarum ipsorum de hiis tribus solidis conventui annis singulis serviatur. Ne igitur hanc donationem nostram alicuius in posterum irritare valeat calumpnia, presentem litteram conscriptam sigilli nostri[2]) munimine roboramus. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, in die dominica ante Martini. Presentes fuerunt: Herdradus plebanus in Eversberg, Henricus notarius noster, Eustathius iudex in Arnesberg, Everhardus de Zeltvelde(!) et alii quam plures.

[1]) *Von* „in“ *bis* „necnon“ *auf Rasur.* [2]) „nostri“ *und Schluss* „i“ *von* „sigilli“ *auf Rasur.*

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 65. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Ludwig (Westf. Siegel Taf. 41, 1) Gedr. Wigands Archiv VII 146.

1838.

Gottschalk von Padberg bekundet Schenkungen an das Kl. Bredelar. 1282 November 25.

Ego Godescalcus miles dominus castri in Padberg ad noticiam omnium tenore presentium cupio pervenire protestando, quod Olricus miles dictus de Westhem quasdam domunculas cum areis suis in Eynimuden sitas cum omni integritate et annuali censu cum voluntate uxoris sue domine Adelen et filiorum suorum meo pleno consensu monasterio et conventui in Breydelare, ubi sepulturam elegit et sepultus est, legavit et contulit pro salute anime sue perpetuo possidendas. Et ego quidem, quicquid iuris vel proprietatis in eisdem domibus habere cognoscebar, ut predicti Olrici memoria et carorum meorum ibi sepultorum iugiter habeatur, contuli monasterio memorato, de redditibus vero et utilitate que de prefatis domibus provenire poterit, in die anniversarii dicti Olrici conventui consolatio procurabitur absque ulla occasione, ut sic per singulos annos ante vigiliam beati Andree memoriter celebretur. Et ut nulla antiquitas temporum huius donationis oblivionem inducere valeat vel aliquam molestiam vel iniuriam sepedictus conventus postmodum sustineat, presens scriptum cum subscriptis testibus sigilli mei munimine et appensione etiam sigilli Stephani militis de Horhusen duxi firmiter roborandum. Testes huius facti sunt: Johannes de Brobike, Ludolfus de Dalwich, Raveno, Conradus frater eius de Papenhem, milites; Conradus de Horhusen, Fredericus patruus ipsius; Giselbertus et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°C°C°LXXX° secundo, VII Kalendas Decembris in crastino Katerine virginis et martiris cum idem Olricus feliciter in Domino requievit.

Or. Kl. Bredelar Nr. 120. An Pgtstr. Bruchstücke von den Siegeln Gottschalks von Padberg (Westf. Siegel Taf. 220, 2) und Stephans von Horhusen. *Gedr. Westf. UB. IV 1709.*

1839.

Die Grafen von Limburg bekunden Beilegung ihrer Fehde mit dem Bischof von Münster. Münster 1282 November 26.

Nos Thidericus et Everhardus filius eiusdem, comites de Limburg et Thidericus filius nobilis viri quondam domini Joannis de Lymburg nunc defuncti, nepos predictorum, omnibus presentia visuris notum

facimus, quod controversia et tocius dissensionis materia, que inter nos, liberos et heredes nostros exorta fuerat ex una parte et venerabilem patrem dominum nostrum Everhardum ecclesie Monasteriensis episcopum et ecclesiam suam Monasteriensem ex altera, pro qua discordia dicto domino nostro et ecclesie sue multa irrogavimus dampna spoliis, incendiis et rapinis et idem dominus noster nobis, castellanis et amicis nostris dampna irrogavit, que dampna hinc inde libere et expresse sunt remissa, mediantibus nobili viro Everhardo comite de Marcha, probis viris et amicis nostris utrimque taliter, ut subesquitur, in amicitia est sopita: videlicet quod nos receptis centum marcis Monasteriensis monete a dicto domino nostro Monasteriensi episcopo, dampnis et iniuriis, prout premittitur, hinc inde totaliter remissis, ius advocatie, quod habuimus in curia Selehem cum suis attinenciis et in aliis bonis quibuscunque, que Rodolphus de Menhuvele miles felicis recordationis a nobis in feodo tenuerat, item comiciam in Osethe, que *Krummegrascop* nuncupatur, cum omnibus suis attinenciis, quam Bernardus nobilis vir de Osethe a nobis et nostris progenitoribus in feodo tenuerat, in ipsum dominum nostrum episcopum prefatum et in ecclesiam suam Monasteriensem in recompensationem predictorum transtulimus et presenti scripto transferimus iure perpetuo possidenda. Ad habundantem etiam cautelam de huiusmodi bonis, secundum quod superius expressa sunt, nomine Monasteriensis ecclesie infeodavimus et presentibus infeodamus Henricum burgravium in Stromberge, Wezelum de Lembeke, Bernardum de Ludinchusen dictum Vulf, Gerlacum de Beveren, Ottonem filium Mathei militis de Nieburg, Hermannum et Gerhardum fratres de Bermentvelde milites; qui et heredes eorum huiusmodi bona pro libero et absoluto feodo nomine dicte Monasteriensis ecclesie perpetuo possidebunt. Actum Monasterii presentibus: venerabili patre domino Conrado Osnaburgensi episcopo, viris nobilibus Everhardo de Marcha, Ecberto de Benthem comitibus, Bernardo domino de Ahus; Walramo preposito, Brunsteno decano, Theoderico thesaurario, Henrico cantore, Aldolpho(!) vicedomno cum aliis canonicis Monasteriensibus; Thiderico Volenspet, Wecelo de Gale, Engelberto de Hereborne, Engelberto Bitter, Degenardo de Letnette, Wecelo de Lembeke, Gerlaco de Beveren, Bernardo de Ludinchusen dicto Vulf, Hermanno et Gerhardo fratribus de Bermentvelde militibus necnon quam pluribus militibus tam de Monasteriensi quam Osnaburgensi et etiam aliis dyocesibus, de Monasterio, Osenbruge, Susato et aliarum civitatum consilio ac aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum dilecti nostri consanguinei nobilis viri Everhardi comitis de Marcha predicti, una cum sigillo Theoderici comitis de Lymburg supranotati, quo omnes utimur in presenti, apponi rogavimus huic scripto. Nos vero Everhardus comes de Marcha rogati, sigillum nostrum apposuimus et omnia premissa recognoscimus esse vera. Datum Monasterii in crastino beate Katerine virginis anno Domini M°CC°LXXX° secundo.[1])

[1]) *Von* „Actum Monasterii" *an mit anderer Tinte nachgetragen.*

Org. F. Münster Nr. 188. An Pgtstr. Reitersiegel des Grafen Dietrich von Limburg mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 13, 2 u. 16, 14) und Siegel des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2). Gedr. Kindlinger, Beitr. III S. 231 und Westf. UB. III Nr. 1188.

1840.

Der Soester Schultheiss Heinrich giebt zu seinem Seelenheil den Kl. Benninghausen und Walburgis-Soest seine Güter in Mawicke. 1282 December 1.

Nos Hynricus dictus sculthetus Sosatiensis unacum uxore mea Lisa omnibus presentia inspecturis salutem in omnium salvatore. Universitati modernorum et posterum(!) duximus declarandum tenore presentium protestantes, quod nostre prospicientes saluti divina inspirati gratia pro remedio nostrarum animarum bona nostra sita in Madewick dedimus conventibus monialium in Bennikinchusen et sancte Walburgis apud Sůsatum ad hoc quidem consentientibus ac bona voluntate faventibus Regelende filia

nostra ac domino Bernhardo dicto Lupo marito suo eorumdemque filio Hynrico dicto iuniore Lupo pensionem XX. modiorum siliginis et tantum ordei, XIIII modiorum avene de ipsis bonis emergentem dictis conventibus equa portione dividendam, sed aliud quicquid emerserit de bonis prefatis scilicet IIII anseres, VIII pulli solius erunt ecclesie in Bennikinchusen et hoc mortuo Johanne nostro aviculario cui sepedicta bona possidenda tradidimus ad tempora vite sue. Ne autem hec nostra donatio ab aliquo nostrorum consanguineorum revocari possit in irritum, presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes autem huius rei fuerunt: dominus Conradus rector divinorum in Bennikinchusen, dominus Everhardus plebanus in Hovestat; dominus Godefridus dictus de Hesne dominus Sthephanus dictus Torick, dominus Albero dictus Clot milites; Hynricus dictus Balke, Godefridus iuvenis de Hesnen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, Kalendas Decembris.

Or. Kl. Walburgis-Soest Nr. 29. Die Siegel 1) des Schultheissen Heinrich (vgl. Westf. Siegel Taf. 183, 2), ohne Turnierkragen 2) Bernards Wolf von Lüdinghausen (ebenda Taf. 183, 6) an geflochtenen Hanffäden.

1841.

Erzbischof Siegfried von Köln beauftragt den Dechanten und den Kanonikus Gottfried von S. Georg in Köln mit der Entscheidung eines Streits über Patronate und Kollationsrecht in Dortmund. 1282 December 3.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilectis in Christo decano et magistro Godefrido canonicis ecclesie sancti Georgi Coloniensis salutem in Deo. Sua nobis dilectus in Christo decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus in Colonia conquestione monstravit, quod iudex, scabini, consules, maiores et universitas opidi Tremoniensis nostre dyocesis super iure patronatus sancte Marie et sancti Nicolai ecclesiarum Tremoniensium et presentandi ad easdem necnon et super iure offerendi altaria sancti Stephani et sancti Johannis baptiste in ecclesia sancti Reinoldi Tremoniensi et possessione vel quasi premissorum pecunie summa et rebus aliis iniuriantur eidem. Quocirca vobis mandamus, quatenus partibus convocatis causam audiatis et eam fine debito terminetis et decidatis, facientes, quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter conservari, testes autem, qui nominati fuerint, si se gratia vel odio vel timore subtraxerint, simili censura cogatis veritati testimonium perhibere, et in hiis exequendis alter vestrum alterum non expectet. Datum anno Domini M°CC°LXXX° secundo, feria V proxima post festum beati Andree apostoli.

Nach einem Transsumpt im Stdt.-A. Dortmund Nr. 714 c. Gedr. im Dortmunder UB. I 163. Vorher Gedr. Fahne UB. der Stadt Dortmund II Nr. 315 unter 1272.

1842.

Gottfried von Rüdenberg schenkt dem Kl. Oelinghausen Eigenhörige. 1282.

Notum sit omnibus hoc scriptum intuentibus, quod ego Godefridus de Růdenberg contuli perpetualiter preposito et conventui in Olinchusen Germodim viduam de Eckinchusen, que meum erat mancipium, pro resignatione molendini de Stochey, quod a me et a meis coheredibus possidebant, in recompensationem et restaurum[1]) dampni sibi illati. Preterea Dethardum et Herimannum fratres de Hoygen prefate ecclesie, quicquid iuris in eis habebam vel habere videbar, plenarie condonavi. Hiis actis presentes erant: Burchardus miles de Burgelen, Johannes de Werle, dictus Notarius[2]), Wilhelmus dictus Ůle, Radolfus Bruno, fratres de Ovili Foro, Cůnradus Hagene, Johannes Vringe, Bodo civis

Susaciensis, Ambrosius de Embere, Themo de Weninclo et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C°. octogesimo secundo.

[1]) *Das zweite* „r" *corrigirt.* [2]) *Sonst* „Scrivere", „Scriptor".

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 133. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 27, 6). Von demselben Schreiber wie Nr. 1831.

1843.

Das Kapitel von Patroclus-Soest giebt Everhard Hake den Hof in Ampen in Pacht. 1282.

Nos decanus et capitulum ecclesie Susaciensis omnibus presencia visuris notum esse cupimus publice protestantes, quod curtem sitam apud Anedopen quam inmanet Everhardus dictus Hake spectantem ad ecclesiam nostram predictam Everhardo filio iam dicti Everhardi cum agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, cum mansis et casis et universis attinenciis concedendam duximus et concedimus in hiis scriptis, ut inde nobis expedite prebendam nostram pro tempore debitam amministret et ipsam presentet nostro pro tempore celerario, sicut antiquitus fieri est consuetum. De cuius amministratione, si aliquo tempore supersederit et non amministraverit, ut deberet, de tali negliencia componet cum celerario nostro et inde sibi faciet emendam conpetentem in gratia vel in iure. Si autem supersederit per dimidium annum prebendam nobis debitam detinendo, extunc ipso ab huiusmodi aministratione excluso curtis eadem nobis vacabit cum attinenciis universis. Preterea quocienscunque preposituram Susaciensem vacare contingerit, tociens predicta curtis nobis vacabit et recipietur de novo de manu nostra tamquam si recipienda foret de manu domini prepositi noviter instituti. In cuius rei testmonium presentem paginam super eo conscriptam sigillo ecclesie nostre duximus muniendam. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo.

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 fol. 64 b.

1844.

Die Aebtissin Adelheid von Welver überträgt auf Bitten des Edlen Conrad von Rüdenberg einem gewissen Conrad eine Präbende unter der Bedingung, dass er auf die Ansprüche an den Wald Heille *(Hellekamp) Verzicht leistet. 1282.*

Noverint universi presentis pagine inspectores, quod nos soror Aleydis abbatissa totusque conventus in Welvere ad instanciam domini Conradi nobilis de Rudeberg, Borhardi de Borgelen, Henrici et Gerlaci, Gerhardi Plumere contulimus Conrado petenti prebendam ea conditione adiuncta, quod omnes impeticiones de rubeto sive nemore dicto Heille sive aliis quibuscunque rebus, que per eum vel per liberos sive heredes suos possent fieri et oriri quita forent et cassata. Igitur in testimonium et confirmationem huius pacti petivimus sigillum domini Conradi nobilis de Rudeberg huic pagine cum nostro sigillo apponendum. Acta sunt hec ipso die quo prebendam obtinuit impetrando presentibus cum eo supplicantibus personis supradictis aliis quam pluribus utriusque sexus fidedignis. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXII°. [1])

[1]) *Das Datum auf Rasur.*

Or. Kl. Welver Nr. 72. An Pgtstr. die Siegel der Äbtissin und des Conventes (Westf. Siegel Taf. 114, 9) und Conrads von Rüdenberg (ebenda Taf. 26, 2). Gedr. Seibertz UB. I 362 zu 1273. Rückschrift des XVII. Jhs.: de nemore Helle modo Hellekamp.

1845.

Abt Bertold und Kl. Bredelar bekunden Memorienstiftung des Ludolf von Dalwigk. 1282.

Frater Bertoldus dictus abbas totusque conventus in Breydelare, ordinis Cysterciensis, universis presentes litteras inspecturis et audituris salutem in Domino sempiternam. Res geste et maxima, que pro salute defunctorum ordinantur, ne a memoriis hominum elabentur (!) scriptis utiliter commendantur. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Ludolfus miles dictus de Dalwich salutari devotione et benignitate inductus curtem in Esbike sitam cum ipsa proprietate et redditibus et omnibus suis pertinentiis cum consensu filii sui Johannis nobis et nostre ecclesie legavit favorabiliter perpetuo possidendam, sperans et supplicans, ut memoria sui et patris sui Elgeri militis necnon et matris sue, Gerdrudis quoque uxoris sue necnon et Adelheydis filie sue defunctarum, quarum corpora in nostro cym[i]terio sepulta feliciter requiescunt, sempiterna apud nos memoria habeatur et singulis annis omnium predictorum in die sancte Margarete virginis in vigiliis et missis cum pia devotione dies aniversarius fideliter peragatur et de redditibus supradicte curtis simul collectis consolatio conventui sine diminutione eadem die integraliter ministretur nec pro aliqua utilitate seu necessitate in aliquos usus monasterii convertantur. Si autem, quod absit, alicuius auctoritate vel consilio predicti redditus ad alios usus fuerint deputati et statutum irritum factum fuerit, approbatione omnium nostrorum a nostro consortio alienatos esse volumus et omnium Sanctorum indignationem petimus incurrisse. Et ne antiquitas temporis oblivionem aliquam inducere valeat, constitutionem predicti aniversarii, presentes litteras sigillo nostre ecclesie in testimonium perpetuum duximus roborandas. Datum anno Domini M°CC°LXXX° secundo.

Or. Kl. Bredelar Nr. 119. An Pgtstr. spitzovales Siegel des Abts. Gedr. Westf. UB. IV 1713.

1846.

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt den Bürgern von Eversberg den Besitz ihrer Aecker mit dem Mass derselben und der gemeinen Mark. 1282.

In nomine Domini, amen. Lodewicus comes de Arnesberg unversis ad quos presentes littere pervenerint salutem imperpetuum. Presentium tenore protestamur et notum facimus, quod nos seu etiam heredes nostri universos agros, quos cives nostri in Eversberg in sua habent possessione cum sua mensura ipsis civibus in bona pace dimittemus et nichil quantum ad agros eosdem, contra ipsos attentabimus. Ceterum marchiam qua iam fruuntur et nunc sub se habent in agris et nemoribus idem cives deinceps liberaliter et sine omni contradictione perpetuo possidebunt. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde confectum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum et actum anno Domini M°CC° octogesimo secundo. Testes vero prenominati in maiore littera oppidi de Eversberg ipsorum oppidanorum omnes, cum hec fierent, affuerunt.

Auschultata et collationata est presens copia per me Johannem Thome apostolica auctoritate notarium et concordat cum suo vero originali de verbo ad verbum, quod protestor manu propria.

Nach einer Abschrift des XIV. Jhs. im Stdt.-A. von Eversberg, gedr. Seibertz UB. I 404.

1847.

Graf Ludwig von Arnsberg bestimmt die Abgabe der Bürger von Eversberg an die bei der Stadt gelegene Mühle und bestätigt den aus der Mühle an das Kl. Meschede zu zahlenden Zins. 1282.

Ludewicus comes de Arnesberg universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in perpetuum. Noverint universi, quod burgenses et cives nostri in Eversberg de communi consensu molen-

dinario nostri molendini prope dictum oppidum siti dimidiam marcam denariorum usualis monete nobis consencientibus assignarunt, pro eo videlicet quod ipse et quicunque noster molendinarius ibidem fuerit frumentum eorum molendum adducat et reducat; ceterum quacunque occasione emergente memoratus molendinarius a dicto molendino recesserit vel de medio translatus fuerit, prefati denarii penes sepedictum molendinum nostrum perpetuo remanebunt. Modum preterea et mensuram que super porcione de frugibus molitis deducenda apud molendinum ecclesie in Messceyde servari consuevit, quicunque noster molendinarius fuerit non excedet. Nos vero in huius rei testimonium et ne a quoquam retractari valeat, presens scriptum exinde confectum prefatis civibus nostris contulimus nostri sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec anno Domini M°CC° octogesimo secundo. Testes prenominati in maiori littera oppidi de Eversberg ipsorum oppidanorum omnes hec, cum fierent, affuerunt.

Or. im Stdt.-A. Eversberg. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. I 405. Abschr. Msc. VI 140.

1848.

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt die Stadtrechte von Eversberg. 1282.

Erwähnt in der Bestätigung des Grafen Wilhelm von 1306 September 21. Gedr. Seibertz UB. II 515. Nach einer Notiz des Kanonikus Bockskopff zu Meschede, war das früher im Stdt.-A. Eversberg befindliche Original aus dem Iahre 1282 *datiert. Vgl. a. a. O. S. 36 Anm. 24.*

1849.

Propst Jo(hannes) und der Convent von Kl. Sonnenkamp bekunden, das der Lübecker Bürger Heinricus dictus de Iserenlo *dem Kloster ausser der Ausstattung seiner beiden im Kloster lebenden Töchter noch die Einkünfte von 2 Hufen im Dorfe Sukow geschenkt hat für sein und seiner Gattin Gertrud Jahrgedächtniss. Mit wendischen Zeugen. 1282.*

Nach Or. gedr. Lisch Meklenburgische Urkunden II 68 f. Nr. 31.

1850.

Vermehrung der Einkünfte der Kellnerin des Kl. Oelinghausen aus den Abgaben der Wachszinsigen und Hörigen zur Verbesserung der Präbenden und einer Memorienstiftung des Bruders Dithmar. O. J. (ca. 1282).

L(udolfus) Dei gracia prepositus, priorissa totusque conventus sororum in Olinchusen omnibus hanc litteram visuris salutem. Tenore presentium protestamur et inviolabiliter observari desideramus, quod celleraria pro tempore singulis annis in die Ascensionis Domini tollet septem solidos denariorum legalis monete de proventu cerosensualium et mancipiorum, qui tunc ipso die proveniunt ad usum et ad prebendam sororum emendandam pro remedio anime fratris Dithmari et suorum amicorum. Addimus etiam pro dilectione speciali, quod de predicta summa filie dicti Dithmari tres solidi ad usum et ad necessitatem specialem assignentur quamdiu vivit; post mortem vero ipsius portio eius ad communem usum conventus integraliter pertinebit. In testimonium igitur premissorum et robur firmitatis presentem litteram conscribi fecimus sigillorum nostrorum munimine roboratam.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 162. Von Pgtstr. das Siegel des Kapitels ab, das des Propstes Ludolf hängt noch an. (Vgl. oben Nr. 1831). Dieselbe Nr. vgl. zur Datierung. Rückschrift von Hand des XV. Jhs: De VII solidis in Ascensione Domini celerarie dandis.

1851.

Graf Otto von Everstein erklärt, dass ihn Erzbischof Siegfried von Köln zu seinem Lehensmann angenommen und ihm bis zur Zahlung von 200 Mark eine Rente von 20 Mark aus den Einkünften zu Salzkotten angewiesen habe. Er verspricht ihm dafür als getreuer Vasall gegen seine Feinde zu unterstützen. Preterea . . marescalcum Westphalie, qui pro tempore fuerit similiter iuvabimus et iuvare promittimus, cum nos duxerit requirendos, et ipse marescalcus nos iuvabit similiter vice versa. *Soest 1282 (1283) Januar 3.*

Gedr. Lacomblet UB. II 776 cf. Westf. UB. IV 1716. Mitth. a. d. St.-A. Köln 12, 51.

1852.

Erzbischof Siegfried von Köln nimmt das Kl. Paradies in seinen Schutz und bestätigt dessen Privilegien. Soest 1282 (1283) Januar 4.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilectis in Christo . . priorisse et conventui de Paradiso extra muros Susacienses ordinis Predicatorum salutem in Domino sempiternam. Ut aliquid retribuamus Domino pro omnibus, que retribuit ipse nobis, illorum quieti et commodo libenter intendimus, qui abiecto seculo se ipsos reddunt Domino holocaustum, eapropter vestris supplicationibus inclinati, vos, monasterium vestrum et bona vestra universa, que in presenciarum possidetis et adipisci poteritis in futurum, in nostram recipimus protectionem volentes et sub anathemate prohibentes, nequis predicta bona vestra temere invadat aut vos in personis molestet aut perturbet. Preterea gratias, concessiones, libertates et iura vobis et monasterio vestro a predecessoribus nostris et quibuscunque aliis concessa, rata habemus et grata, ea vobis tenore presencium confirmantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Susati anno Domini M°.CC°.LXXX° secundo, II. Nonas Januarii.

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 32. Siegel von rothgelben Seidenfäden ab.

1853.

Revers Johanns von Bilstein als Marschalls von Westfalen, dass er für eventuelle Forderungen keine Burgen oder Befestigungen der Kirche einbehalten will. Drolshagen 1282 (1283) Januar 15.

Nos Johannes dominus de Bilstein, Westfalie marescalcus notum facimus universis, quod cum dominus noster S(ifridus) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus nos suum in Westfalia fecerit marescalcum, promisimus et promittimus fide prestita corporali, quod propter nulla debita seu propter aliam causam quamcumque castra seu municiones ecclesie tenebimus, sed quandocumque idem dominus S(ifridus) archiepiscopus seu successor ipsius, si ipsum decedere, quod absit, contigerit, nos requisierint, dicta castra absque omni contradictione et municiones libere restituemus et absolute. In cuius testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Druleshagen anno Domini M°.CC°.LXXX^mo^ secundo, sexta feria post octavam Epiphanie.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 284½. An Pgtstr. das Siegel Johanns von Bilstein (Westf. Siegel Taf. 33, 14).

1854.

Mit Genehmigung des Edlen Johann von Bilstein überlassen die Söhne Wichards von Berendorp *dem Kl. Grafschaft eine Hufe im Dorfe Grafschaft und empfangen dafür eine solche in Nieder-Berndorf.* Berkenebrucke *1282 (1283) Januar 24.*

Nos Johannes nobilis, dominus de Bylstene notum esse volumus harum inspectoribus universis, quod Volmarus, Rotbertus et Hedenricus filii quondam Wichardi de Berendorp homines libere conditionis existentes de consensu suorum coheredum coram sede nostre libertatis in figura iudicii constituti, assidente dincgravio nostro Walthero de Langenbike, de scitu nostro ac de consensu nostro benivolo concambium huiusmodi fecerunt cum ecclesia Graschapense, ut pro manso quondam Bruningi, qui sui iuris erat situatus in villa Graschaph, recipiant mansum in Inferiori Berendorp dicte ecclesie attinentem et quatuor iugera agrorum (seminate terre) ibidem suis suorumque usibus profutura. Quod concambium seu (permutationem predictorum bonorum) nos (una cum) heredibus (nostris ex nimia) dilectione . . . . approbamus videlicet eo modo, ut ius nostrum, quod *graschult* dicitur, necnon servitia ex eo nobis de(bita in) manso Bruningi predicto tollentes, idem ius ac eadem servitia exnunc in bonis Berendorp prenotatis recipere teneamur. (Et) ne utreque partes iure suo in posterum depriventur, presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum, presentibus: Walthero dincgravio predicto, Hermanno dicto Byshop iudice in Smalenburg, Gerhardo de Berendorp, Rychardo de Vleckenberg, Rotberto dicto Swarte, Hedenrico fabro de Meynchusen, Rykelen de Grimardinchusen et aliis quam pluribus ad hoc in testimonium convocatis. Actum in Berkenebrůke et datum sub anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, sabbato post festum beati Marcelli pape et martiris.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 14, beschädigt. Das Siegel von Pgtstr. ab. Die mittlere Partie des Pergaments ist infolge von Feuchtigkeit stark beschädigt. Gedr. Seibertz UB. I 397.

1855.

Graf Ludwig von Arnsberg überträgt dem Kl. Benninghausen die Güter in Bucheim *(Böckum, Kr. Lippstadt) und* Stederdorpe *(Stirpe, Kr. Lippstadt), welche Wessel von Erwitte von ihm zu Lehen gehabt hatte. 1282 (1283) Januar 29.*

Nos Ludewicus comes Arnesbergensis notum facimus universis presentes litteras visuris, quod de voluntate libera et consensu domine et uxoris nostre Pirenetthen et omnium liberorum ac heredum nostrorum proprietatem bonorum, que sita sunt apud Bucheim et Stederdorpe, que bona Wiscelus de Ervethe a nobis iure tenuit feodali, domine . . abbatisse et conventui apud Bennekinchusen dedimus et damus libere possidendam absque nostro et nostrorum heredum quolibet inpedimento, dantes predictis . . abbatisse et conventui has nostras patentes litteras in testimonium super eo. Datum IIII Kalendas Februarii, anno Domini M°.CC°.LXXX° secundo.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 42. An Pgtstr. das Siegel des Grafen (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Rückschrift des XIII. Jhs.: De Bochem et Stederdorpe.

1856.

Das Kl. Arnsberg (Wedinghausen) verkauft dem Pfarrer in Enckhausen (Kr. Arnsberg) eine Fruchtrente aus den Ländereien bei Werl auf Lebenszeit. 1282 (1283) Februar 3.

Nos Wigandus prepositus, Johannes prior, Fredericus plebanus totusque conventus monasterii in Arnesberg constare volumus universis presens scriptum visuris, quod Erenfridus pastor in Eckinchusen noster familiaris et amicus specialis, ut amiciciam et favorem nobiscum efficacius contraheret, comparavit

a nobis de communi et unanimi consensu nostro pro quadam pecunie summa tria malcia siliginis et totidem ordei Susaciensis mensure de tercia garba dotis et agrorum nostrorum in Werle eidem E(renfrido) ante Nativitatem Domini in Susato, ubi ipse voluerit, singulis annis assignanda. Ad maiorem quoque dicte assignacionis certitudinem Hildegerus plebanus ecclesie in Werle sub pena suspensionis ab officio promisit eidem E(renfrido) de voluntate et consensu nostro, sicut et promittet quicunque ibidem pro tempore prefuerit, quod solucionem predictam modo prenotato fieri procurabit temporibus vite iam prefati E(renfridi) pastoris; ipso vero de medio sublato dicta pensio ad nos redibit libere et absolute. Quod si defectus huiusmodi solutionis aliquo casu contigerit in termino prescripto, hoc fiet de consensu ipsius E(renfridi) sub pena predicta ad aliquem terminum certum. Adiectum est insuper, quod in die anniversaria sepefati E(renfridi) dimidiam marcam dabimus ad consolationem fratrum de antedicta pensione, nisi idem E(renfridus), sicut proposuit, nobis eam aliunde providerit ministrari, et fient ipsi E(renfrido) omnia beneficia spiritualia, que pro fratribus in cenobio nostro defunctis fieri consueverunt. In huius quoque rei testimonium sigilla nostra videlicet prepositi, conventus, prioris et plebani in Werle presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo, in crastino Purificacionis.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 28. Vier Siegel von weissen Hanffäden ab.

1857.

Gottfried von Rüdenberg überträgt dem Kl. Oelinghausen Güter in Berstrate, *die Albertus gen. Magnus von Schwefe zu Lehen gehabt hatte. 1282 (1283) Februar 5.*

Universis et singulis presencia visuris in perpetuum. Ego Godefridus de Rudenberg notum facio publice protestando, quod, cum Albertus dictus Magnus de Sveve[1]) bona ipsius, que de manu mea tenebat in feodo, apud Berstrata sita cum omnibus attinenciis rite ac racionabiliter vendidisset ecclesie in Ůlinchusen consensu patris eiusdem Alberti, fratris quoque ipsius Hartmodi et trium sororum eius ac eorum heredum plenariter[2]) accedente, ego vendicionem huiusmodi approbans ipsam quoque gratam et ratam habens proprietatem eorumdem bonorum ecclesie predicte in Ůlinchusen propter Deum et pro honore beate Marie conferendam duxi et confero in hiis scriptis. In cuius rei testimonium ipsam muniendam duxi presenti scripto sigilli mei munimine roborato. [Sigillum eciam fratris mei domini Johannis canonici ecclesie Myndensis appensum est ad maiorem evidenciam premissorum.][3]) Hiis presentes aderant: dominus Hinricus[4]) sacerdos de Berstrate[5]) Borchardus de Borchgelen,[6]) Godescalcus de Brochusen, Johannes Scriptor milites; Herimannus[7]) dictus Quaterlant,[8]) Godefridus de Langenole, Herimannus[9]) de Ense, Halt famulus Johannis Scriptoris, Herimannus[9]) dictus Clericus de Bodenvelde[10]) Winandus Gallicus, Johannes de Dome[11]) Regenbode[12]) Gotus, Radolphus frater suus, Elricus de Tilia, Johannes filius eius, Heribordus[13]) villicus de Welendinc, Theodericus villicus de Dudinchove, Albertus sororius eius, Nycholaus[14]) et alii[15]) quam plures. Datum in die beate Agathe virginis anno Domini M.°C°C.° octogesimo[16]) secundo.

[1]) B „Sweve". [2]) B „plenaliter". [3]) *Die eingeklammerte Stelle fehlt in A.* [4]) B „Henricus". [5]) B „Berstrata". [6]) B „Borgelen". [7]) B „Hermannus". [8]) B „Quatterland". [9]) B „Hermannus". [10]) B „Budenvelde". [11]) B „Doeme". [12]) B „Regenbodo". [13]) B „Herbordus". [14]) B „Nicolaus". [15]) A „alii". [16]) B „LXXX^{mo}".

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 134 in doppelter Ausfertigung A. u. B., die bis auf die eingeklammerten Siegelnotiz wörtlich übereinstimmen. An A. hängt an Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6) an B. dieses und das des Mindener Canonikers Johann von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 4).

1858.

Der Kölnische Ministerialenrichter in Recklinghausen Brunsten *von Westrem tauscht mit dem Grafen Dietrich von Cleve Ministerialen aus. 1282 (1283) März 8.*

Ego Bronstenus de Westerem iudex ministerialium beati Petri ecclesie Coloniensis in iudicio Rikelinchusen commorantium notum facio, quod ex parte venerabilis domini nostri S(ifridi) archiepiscopi Coloniensis de sano consilio ministerialium predictorum cum concambio equipollenti dedi nobili domino Th(eoderico) comiti Clevensi Alfradim filiam Arnoldi de Emestede, que fuerat libera ministerialis ecclesie Coloniensis in liberam ministerialem supradicto domino Th(eoderico) comiti permanendam recipiens [1]) ab eodem domino Th(eoderico) comite Clevensi pro eadem Alfrade Macharium filium Winemari militis dicti de Dungelen in liberum ministerialem supradicte ecclesie Coloniensi permanendum in eodem iure, quo fuerat Alfradis domino nostro predicto annexa. Et hoc tenore presentium sub munimine sigilli predictorum ministerialium protestor. Huic concambio presentes erant in testimonium ad hoc vocati Hermannus de Hillen, Hinricus de Ahusen, Hermannus de Ůre, Gerhardus de Stenhus milites; Hinricus et Johannes dicti de Ůre, Artwicus de Bachem et alii quam plures ministeriales ecclesie supradicte. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. secundo, Idus VIII° Martii.

[1]) *Es stand ursprünglich* „recipientes" *unter* „te" *Punkte.*

Or. St.-A. Düsseldorf Cleve-Mark Nr. 46. Das Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. in der Ztschr. des Bergischen Geschichts Vereins XXI S. 172.

1859.

Wessel von Galen verkauft dem Kl. Paradies seinen Hof bei Eckeychusen *(Enkesen?) in der Parochie* Sůeve *(Schwefe bei Soest).* Endeke *(Einecke bei Soest) und* Stene *(bei Dinker) 1282 (1283) März 8.*

Nos Wescelus miles dictus de Galen universis presencia visuris salutem in perpetuum. Quia scripti tenacitas oblivionem tollit et calumpniam, cautum est et utile, ut, que aguntur in tempore, scripti memoria perhennentur. Notum igitur facimus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod curiam nostram apud Eckeychůsen in parrochia Sůeve sitam tam in hominibus quam agris, pratis, silvis, pascuis, aquis, proventibus et attinenciis universis de voluntate bona filiorum nostrorum Růtgheri, Wesceli et aliorum heredum nostrorum consensu Elyzabeth domine priorisse de Paradyso totique conventui ibidem vendidimus pro centum et viginti marcis Susaciensis monete iuste et legitime perpetuo possidendam. Preterea curiam prefatam, sicut sita est, apud Stene prope Dinghere coram sede regia, que *vrigstol* dicitur in vulgari, nos pariter cum filiis nostris supradictis et aliis heredibus nostris manumisimus et publice duximus resignandam, priorissam quoque prefatam et conventum eius perpetuo petivimus eisdem bonis investiri Bůrhardo milite de Borigelen tunc sedi regie presidente utpote liber comes; qui semel, secundo et tercio a liberis hominibus ibidem presentibus in eadem comescia commorantibus sentenciam requisivit in vulgari sub banno regio super istis, quam sentenciam Johannes dictus Vrigman de Thůnen edixit: hanc vendicionem sic publice actam ratam et firmam perpetuo debere teneri; in quam sentenciam idem comes liber et universi homines liberi in eadem comescya libera commorantes equanimiter consenserunt. Item frater Hildebrandus de Paradyso tunc procurator eiusdem ecclesie dedit duodecim denarios liberis hominibus ibidem sub forma, que *vincoph* vocatur, in signum perpetue veritatis. Ne itaque hanc vendicionem nostram seu factum nostrum alicuius postmodum revocare valeat iniurgia, presentem litteram super hiis conscribi fecimus, sigillo proprio carentes,

Ewerhardi comitis de Marca et honestorum virorum oppidanorum Susaciensium sigillorum munimine petivimus roborari. Datum et actum anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, in dominica Letare, Endeke sub tylia, consummatum autem apud Stene ante sedem regiam. Presentes fuerunt: Theodericus Volenspeyth, Johannes frater suus, Everhardus de Heystien[1]), Engenberdus de Herenbornen, milites; item Lůdolfus de Boynen, Johannes de Hůvele, Theod(er)icus dictus Harme; item Bruno de Bocke, tunc magister consulum in Susato, Herebordus dictus Make, Arnoldus de Lunen, Johannes de Sůnehere, Wernerus Rufus, Theodericus Rodenberg, Lůdewicus filius Johannis de Sunehere, burgenses Susacienses; item Everhardus dictus Hake de Andopen, item Marcwardus et Johannes fratres, liberi homines, Johannes Vrigman de Thůnen, Heynricus filius suus, Winandus et Arnoldus de Ritheym, Gerhardus de Ecdorpe, Hermannus de Hůndelinchusen, Siffridus preco de Thůnen et alii quam plures liberi homines, qui presencia viderunt et cognoverunt iuste et rationabiliter esse facta.

[1]) *Statt* „Hesne", *vgl. Nr. 1792.*

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 33. Von Pgtstr. beide Siegel ab.

1860.

Ansetzung eines Termins in der Streitsache Detmars Riddere wider das Kl. Paradies wegen einer rückständigen Geldsumme aus dem Ankauf eines Hofes Alveldinchusen *seitens des Klosters. 1282 (1283) März 10.*

Vgl. unten die Urk. von 1283 August 15.

1861.

Bischof Conrad von Osnabrück erneuert mit Erzbischof Siegfried von Köln das Schutz- und Trutzbündniss zwischen den beiderseitigen Kirchen. 1282 (1283) März 12.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus, universis presentes litteras inspecturis notum esse volumus, quod cum inter venerabiles patres et dominos archiepiscopos Colonienses, qui pro tempore fuerunt et ecclesiam Coloniensem matrem nostram ex una parte et Osnaburgensis ecclesie episcopos nostros predecessores et Osnaburgensem ecclesiam ipsius Coloniensis filiam ex altera a tempore cuius non extat memoria unionis et amicitie vinculum fuerit speciale, nos huiusmodi unionem et amicitiam de consilio prelatorum et capituli, fidelium et ministerialium ecclesie nostre Osnaburgensis renovare cupientes, promittimus, quod reverendum patrem dominum nostrum Sifridum Coloniensem archiepiscopum suosque successores et ecclesiam Coloniensem matrem nostram iuvabimus et eisdem sive eidem assistemus contra quoscumque suos adversarios et inimicos, quoad vixerimus toto posse nostro, cum super hoc ex parte eiusdem domini nostri Coloniensis archiepiscopi, qui pro tempore fuerit, fuerimus requisiti, nec aliquo tempore contra eundem dominum nostrum vel ecclesiam Coloniensem auxilium prestabimus vel iuvamen salvis nichilominus obligationibus, promissionibus et conditionibus omnibus et singulis inter Coloniensem et Osnaburgensem ecclesias habitis ex antiquo, prout instrumentis super hoc confectis plenius continetur. Et ne in posterum inter ecclesiam Coloniensem et nostram ecclesiam Osnaburgensem aliqua possit suboriri questio, que inter ecclesias nostras hinc et inde huiusmodi amicitiam rumpere seu dissensionem valeat, generare super medietate oppidi Widenbrugge et ipsius attinentiis, super quibus idem dominus noster archiepiscopus et ecclesia Coloniensis nobis moverunt questionem et ad se dixerunt et dicunt pertinere, taliter est concordatum: quod idem dominus noster et ecclesia Coloniensis pro se in viros discretos et honestos Wicboldum scholasticum et Joannem de Rennenberg canonicos ecclesie Coloniensis, Winricum de Bayheim, Arnoldum de Hoenstaden et

Hunoldum de Plattenbracht milites, et nos et ecclesia nostra pro nobis in discretos et honestos viros Theodericum dictum Flos scholasticum et Hugonem de Goltorne canonicos ecclesie Osnaburgensis, Hugonem dictum Bere, Helembertum de Horst et Lutbertum dictum de Linge milites compromisimus et compromittimus simpliciter et de plano tamquam in d. arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores ita videlibet, quod quidquid predicti arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores sub iuramento ab iis prestando communiter dixerint, statuerint et ordinaverint infra festum beati Remigii proximo futurum, nos et ecclesia nostra Osnaburgensis ratum habemus et habebimus et promittimus inviolabiliter observare et cum effectu id expedire et absque contradictione qualibet adimplere. Poterunt tamen iidem arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores eundem terminum prorogare, prout eis visum fuerit expedire. Et si aliquem vel aliquos de dictis arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus decedere vel abesse, seu alias interim impediri contigerit, alius vel alii loco illius vel illorum subrogabitur vel subrogabuntur ab illo, qui ipsum seu ipsos primo instituerat et ordinavit. Et quia idem dominus noster archiepiscopus gravem contra nos gessit animum, pro eo quod tutelam nobilis viri Symonis domini de Lippia consanguinei nostri nobis assumpsimus in preiudicium eiusdem domini nostri et ecclesie sue Coloniensis, ut dicebat, et durante huiusmodi tutela damna eidem domino nostro et ecclesie Coloniensi fuerunt illata, in compensationem huiusmodi damnorum promisimus et promittimus eidem domino nostro et ecclesie Coloniensi, servitium speciale, videlicet quod eidem domino nostro serviemus duabus vicibus, qualibet vice cum quinquaginta dextrariis coopertis, sub expensis eiusdem domini nostri et nostro periculo atque dampno, cum super hoc ab eodem domino nostro fuerimus requisiti. Ceterum cum inter honorabiles viros Ottonem fratrem nostrum electum ecclesie Paderbornensis et confirmatum ex una parte et Th(eodericum) prepositum Susatiensem, qui sibi dicit fore provisum de episcopatu ecclesie Paderbornensis predicte, consanguineum prefati domini nostri Coloniensis archiepiscopi ex altera, questio et controversia ventiletur super episcopatu predicto, promisimus et promittimus per presentes, nos procuraturos et effecturos, quod idem electus frater noster pro se et sibi adherentibus in predictum dominum nostrum archiepiscopum et in nos simpliciter et de plano compromittet super iure episcopatus predicti. Et idem dominus noster archiepiscopus similiter efficiet et procurabit, quod suus consanguineus Th(eodericus) predictus pro se et sibi adherentibus in eundem dominum archiepiscopum et in nos simpliciter et de plano compromittet super iure episcopatus Paderbornensis antedicti. Et quidquid nos simul et coniunctim dixerimus, ordinaverimus seu statuerimus in amicitia vel in iure, hoc partes predicte sub certa poena quam super hoc statuemus inter partes easdem, inviolabiliter observabunt et observare tenebuntur. Procurabimus etiam et efficiemus, quod predictus frater noster et sibi adherentes et suas patentes litteras super huiusmodi compromisso sub certa poena conficiendas domino nostro predicto et nobis assignabunt. Et hoc idem faciet consanguineus domini nostri predicti et sibi adherentes, quod ipse dominus noster similiter efficiet et procurabit. Dabunt etiam predicte partes domino nostro prefato et nobis plenam et liberam potestatem dandi, statuendi, ordinandi et prorogandi treugas inter ipsas partes et eis adherentes, prout ipsi domino nostro et nobis videbitur expedire. Hec autem omnia et singula premissa promisimus et promittimus fide data et iuramento corporaliter prestito inviolabiliter observare, iure imperii duntaxat in omnibus excepto. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et sigillis nostro et capituli nostri ecclesie Osnaburgensis, nec non prepositi, decani et scholastici eiusdem ecclesie, ac Hugonis dicti Bere, Helemberti de Horst et Lutberti dicti de Linge militum predictorum fidelium sive ministerialium ecclesie nostre Osnaburgensis predicte fecimus communiri. Et quia ego Helembertus predictus sigillum proprium non habeo, utor in hac parte sigillo Theoderici de Horst militis consanguinei mei dapiferi domini mei Osnaburgensis episcopi predicti ad petitionem meam presentibus appenso. Ego vero Theodericus de Horst predictus ad petitionem eiusdem Helemberti patrui mei sigillum meum apposui huic scripto. Nos etiam prepositus, decanus, scholasticus ac capitulum ecclesie Osnaburgensis

necnon et ministeriales supradicti huiusmodi ordinationi in hiis que dominum nostrum episcopum predictum et ecclesiam nostram Osnaburgensem contingunt plenum et expressum consensum adhibentes, sigilla nostra ex certa nostra scientia hiis litteris in testimonium duximus apponenda. Datum et actum anno Domini M°CCLXXX°II°, IV Idus Martii.

Nach einer Abschrift aus dem Archiv des kölnischen Domcapitels gedr. Osnabr. Mitth. V S. 133 ff.

1862.

Mit Zustimmung des Abtes Otto von Werden verpfändet Adam von Isenberg die von der Abtei lehnrührigen Güter in Rindesbruke *(Kspl. Bochum) an Mathilde von* Honhus, *die sie ihrerseits wieder der Abtei übergiebt, sich aber den Niessbrauch vorbehält.*
1282 (1283) März 20 und 1284 September 26.

Otto Dei gratia abbas Werdinensis universis presentes litteras inspecturis et audituris cognoscere veritatem. Universitati vestre tenore presentium facimus manifestum, quod constituti coram nobis Adam de Isenberg, . . sua uxor legitima et heredes ipsorum legitimi vendiderunt et venditionis titulo tradiderunt bona ipsorum sita sive dicta Rindesbruke, que a nostro monasterio in feudo tenebant, pro viginti marcis denariorum Coloniensium Megtheldi filie Conradi de Honhus, nostre ministeriali sub tali conditione, quod, si in Cathedra Petri infra quinque annos, quandocunque voluerint, predicti Adam, . . uxor aut heredes ipsi Megtheldi dederint pecuniam XX^ti^ marcarum supradictam, possunt extunc recuperare bona supradicta et reemere cum eadem pecunie quantitate; alioquin cum terminus supradictus videlicet V^que^ annorum a festo Petri predicti fuerit completus, si ab eisdem Ade et suis heredibus predicta bona interim reempta non fuerint, extunc ad ipsam Megtheldem integraliter devolventur et reemendi conditio expirabit. Presentes erant: Henricus Primo, miles, Semannus frater suus, Symon de Ovethe, Bertrammus de Speldorp, Henricus et Johannes de Vore et plures alii probi viri, nostri ministeriales. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°CC^mo^LXXX^mo^ secundo, sabbato ante festum Annunciationis beate Marie.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Werden 86. An Pgtstr. das Siegel des Abtes mit Rücksiegel. Auf der Rückseite des Pergaments findet sich die folgende Notiz: Megtheldis, de qua facit presens littera mentionem, resignavit dicta bona et dedit nostro monasterio reservato sibi usufructu, sed potest dare ad pia loca religiosorum post mortem eius de ipsis ad valorem X marcarum. Presentes erant huic traditioni sive legato de . . Stuce (?) et . . Nova ecclesia plebani, Godefridus custos Werdinensis, Bertrammus Malo, Symon de Ovethe, Rotgerus de Benishem et Ludolfus de Kothusen. Actum in vigilia Cosme et Damiani anno Domini M°CC^mo^LXXX quarto. *Von einer Hand des XV. Jhs. ist bemerkt:* Rindersbroke in parrochia Bokem.

1863.

Trennung der Güter des Propstes und Kapitels von Mariengraden in Köln, darin heisst es: Item ipse prepositus de cetero concedet obedientias ecclesie nostre que infra sequntur canonicis ecclesie nostre prout hactenus est consuetum, quando ipsas vacare contingit, videlicet in Swelme . . . . . *1282 (1283) März 24.*

Abschr. Gelenii Far. IV 204 b ff.

1864.

Graf Ludwig von Arnsberg tauscht mit Alexander von Meyninchusen *(Meiningsen Kr. Soest) Hörige aus. 1282 (1283) April 1.*

Nos . . Ludewicus comes iuvenis de Arnesberg omnibus presencia visuris seu audituris notum facimus tenore presencium publice protestando, quod nos de consensu ac bona voluntate domine Peronette comitisse uxoris nostre presentibus Sifrido dicto Scoke nostro dapifero[1]) necnon Theoderico dicto Stric concambium sive permutacionem facientes cum Alexandro dicto de Meyninchusen dedimus ipsi Alexandro quendam virum nobis pertinentem videlicet Albertum de Cokelinchusen omnino eodem iure ac eadem proprietate, que nobis in eo conpetebat, recipientes pro eodem Alberto Sifridum de Ebdischinc videlicet filium Johannis de Ebdischinc penitus eodem iure ac eadem proprietate, que ipsi Alexandro conpetere videbatur in eodem. Ne igitur huiusmodi concambium sive permutacio a nostris successoribus seu heredibus aut ipsius Alexandri infringi valeat aut infirmari, et in maiorem evidenciam premissorum presentem paginam super eo conscriptam contulimus ipsi Alexandro nostri sigilli munimine roboratam. Actum et datum in octava Annunciacionis beate Virginis anno Domini M°CC° octuagesimo secundo.

[1]) „nostro dapifero" *über die Zeile geschrieben.*

Or. im Fürstl. Hatzfeldschen Archiv in Trachenberg (Schles.) Nr. 3. An Pgtstr. in weissem Wachs Rest des Siegels des Grafen (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Reg. Zeitschrift LXI S. 55.

1865.

Die Aebtissin Agnes von Geseke überträgt die Duvelbithinc *genannten Güter in der Stadt Geseke, welche vordem der Vogt Rudolf (von Erwitte) von ihr zu Lehen hatte, dem Kapitel in Geseke. Geseke 1283 April 9.*

Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, nos Agnes Dei gratia abbatissa ecclesie sancti Cyriaci in Gyseke presentibus profitemur et notum facimus visuris presentes litteras et audituris, quod bona infra oppidum Gyseke sita de manu nostra porrigenda dicta Duvelbithinc que pie memorie Rodolfus miles ecclesie nostre advocatus de manu nostra sibi porrecta tenuit, que bona cum omnibus attinentiis tam in silvis quam terris et aquis ipse miles et domina Bertradis advocatissa nostra sua legitima divine pietatis remunerationem sperantes nobis presentibus et consentientibus ad usus dominarum nostrarum et canonicorum capitulo nostro dudum prius legaverant et assignaverant, nos ob reverentiam Jesu Christi et beati Cyriaci ecclesie nostre patroni, habito consensu totius capituli nostri, actioni nostre et omni iuri nostro, quod ratione dignitatis nostri nominis et abbatie in bonis predictis de cetero porrigendis aut locandis habere dinoscimur, libere et absolute renunciamus et ad prebendas dominarum nostrarum et canonicorum emendandas, ut nostri memoria fidelius habeatur, presentibus reliquiis beati Cyriaci et sociorum eius capitulo nostro ad communes usus tradimus et legamus. Astiterunt autem, cum hec fierent, Philippus et Arnoldus fratres de ordine Minorum, dominus Swetherus quondam prepositus, Johannes, Arnoldus et Arnoldus ecclesie nostre canonici, Goswinus rector ecclesie beati Petri, Conradus subdiaconus; Bernhardus Canne miles, Lambertus opidi Gyseke proconsul, Gerhardus de Minda, Johannes de Suberdinchusen, Andreas, Hartlevus pistores, Hermannus Praz, Thetmarus Muco, Helmicus de Dudelinchusen, Elricus de Pallude, Hermannus Rabodinc, Wernherus de Strot et Machorius opidi consules, Luderus, Tucko, Lodewicus gener huius, Johannes Mars, Arnoldus Gortthevigent, Druckeberg, Conradus de Adenen, Johannes de Herdinchusen, Arnoldus Comes, Scarlaken, Scrappo, Vegepot, Vulbero Pavo, Johannes et Walbertus de Holthusen fratres et alii quam plures.

In evidentiam etiam huius nostri facti presentibus sigillum nostrum, ecclesie nostre et oppidanorum Gyseke ad petionem (!) nostram est appensum. Datum et actum in capitolio nostro anno Domini M°.CC°.LXXX°.III°., V° Idus Aprilis.

Or. Kl. Geseke 17. An rothen Seidenfäden die Siegel des Kapitels (Westf. Siegel Taf. 107, 3), der Aebtissin Agnes (ebenda Taf. 128, 4) und der Stadt Geseke (ebenda Taf. 66, 5). Abschrift des XV. Jhs. in Msc. VII 5725 fol. 11 a.

1866.

Der Pfarrer und die Rathsleute von Brilon erklären, dass Ritter Schwicker (von Brilon) dem Kl. Bredelar den Besitz eines Hofes in Thülen bestätigt hat, aus dem auch das Kl. Flechtorf, das Kl. Küstelberg und der Pfarrer von Brilon eine Rente beziehen. 1283 April 14.

Nos Werherus rector ecclesie, Wichmannus dictus de Givelinchusen magister consulum, Gerbertus Grube, Rubertus, Godefridus Ruberg, Dodo, Gerlacus Stolleman universitasque consulum opidi in Brylon universis has litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Res geste ideo scriptis annotantur, ne per evolutionem temporis a memoriis hominum elabantur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod Swicherus filius Swicheri militis donationem curtis in Tulon, quam avus suus cum omni integritate pro salute anime sue et suorum heredum monasterio in Breydelare possidendam contulit, ipsam donationem licitam et iustam approbavit et ratam se habere perpetuo protestabatur in nostra presentia constitutus, recognoscens etiam se nichil iuris in predicta possessione sibi [1]) posse de cetero vendicare . . atque (?)[2]) hac tamen interposita conditione, ut de redditibus supradicti mansi monasterio in Vlechtorp duodecim denarii, in Questelberg duodecim et totidem plebano in Brylon in festo sancte Walburgis ab abbate in Breydelare singulis annis persolvantur, ut ibidem tam sui memoria quam patris et avi perpetuo habeatur. Et ne diurnitas[3]) temporis oblivionem inducere valeat, presentes litteras precibus utriusque partis tam ego plebanus quam nos consules sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Testes huius rei: Johannes miles Gogravius, Tydericus de Snellenberg, Conradus et Arnoldus fratres de Tulon et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX.III°, Tyburcii et Valeriani martirum.

[1]) *Dahinter* „nichil" *durchstrichen.* [2]) *Corrigirt.* [3]) *Seibertz corrigirt* „diuturnitas".

Or. Kl. Bredelar Nr. 126. An weissen gedrehten Hanffäden die Siegel: 1) des Pfarrers Werner stark beschädigt, 2) der Stadt Brilon (Westf. Siegel Taf. 66, 1) ebenfalls beschädigt. Gedr. Seibertz UB. I 407. Reg. Westf. UB. IV 1734.

1867.

Statut über die Rathswahl in Soest. 1283 April 16.

In nomine Domini, amen. Proconsules, consules et universi burgenses Susacienses omnibus presentes litteras percepturis fidem presencium continencie adhibere, opidi nostri dictante providencia propter commune bonum et commodum omnium nostrum numerum consulum nostrorum in pauciores personas duximus contrahendum. Statuimus itaque in his scriptis, ut consilium opidi nostri quod stare solebat in triginta sex personis consisterit deinceps in numero viginti quatuor personarum, quamdiu prudentibus opidi nostri hoc visum fuerit expedire, salvo electoribus consulum per omnia iure suo, secundum ipsorum continenciam litterarum. Hoc adiecto et approbato, quod electores ipsi aliquem de nostris conburgensibus qui eis visus fuerit vir ydoneus et discretus eligere poterunt in consilium non obstante, si antea ille non fuit electus in magistrum burgensium, qui *burrychtere* vulgariter appellatur.

In cuius rei testimonium presentem paginam super eo conscriptam opidi nostri sigillo fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M°CC°LXXX° tertio, XVI Kalendas Maii.

Nach dem Or. im Archiv der Wollenweberzunft zu Soest, von dem das Siegel abgefallen war, gedr. Seibertz UB. I 408.

1868.

Der Dechant Gottfried, der Scholastiker Rutger, die Magister Gerlach und Regenhard, Minricus, Robert, Gerhard von Osthoven, Hermann Rese, der Thesaurar Engelbert, Dietrich von Altena, Ludwig von Sunhere, Ludolf Fernere, Conrad von Hustene Canoniker der Soester Kirche, der Prior Wilhelm von Attendorn und der Lector Heinrich vom Dominikanerkloster, der Guardian Thomas und der Lector Luppold vom Minoritenkloster in Soest bekunden die vom Kämmerer Lubert der Soester Kirche und dem päpstlichen Zehntsammler Reyner von Orio erfolgte Rechnungsablage über die seit 1279 aus den Decanien Meschede und Dortmund und der Propstei Soest eingesammelten Zehnten. Soest 1283 April 19.

Gedr. Westf. UB. V 736 nach dem Or. Soest-Patroclus Nr. 55.

1869.

Graf Everhard von der Mark tauscht mit dem Grafen Dietrich von Cleve Ministerialen aus. 1283 Mai 1.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, nos Everardus comes in Marca salutem cum notitia veritatis. Ne, que aguntur in tempore, simul cum tempore transeant, consultum est, ut que aguntur in scripta publica redigantur. Noverint igitur universi presentes litteras visuri, quod nos Gertrudim relictam quondam Bernardi de Rodenberg suumque filium Theodericum, suos pueros nunc generatos ac in posterum generandos, qui nostri ministeriales fuerunt seu esse deberent, dedimus viro nobili domino Th(eoderico) comiti Clevensi in ministeriales, Beatricem uxorem Arnoldi de Altena, suum filium Theodericum nunc generatum ac pueros in posterum generandos recipientes simili concambio pr[o eisdem] in iddem (!) ius ministeriale, quo ipsi nobis fuerant obligati. Unde ne in posterum suboriri posset questionis materia, presens scriptum sigilli nostri munimine tradidimus roboratum. Datum anno Domini M°.CC° octogesimo III°, in die apostollorum Philippi et Jacobi Walburgisque virginis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark 52, stark beschädigt. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Everhard (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2).

1870.

Jonathan von Dolberg genehmigt den Verkauf von Theilen des Zehnten in Thyedinchusen *(Dedinghausen, Kr. Lippstadt?), den er vom Erzbischof von Köln zu Lehen trug, an das Kl. Welver. Soest 1283 Mai 3.*

Omnibus presentia visuris imperpetuum ego Yonathas de Duleberg notum esse cupio publice protestando, quod Hartwicus de Aldengeyschen cum consensu et bona voluntate matris sue domine Mechtheldis et fratris sui Remigii de decima in Thyedinchusen, que de manu mea tenebatur in feodo, medietatem cum minuta decima attinente ecclesie in Welvere in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavit. Bruno quoque dictus de Foro Ovium opidanus Susaciensis . . uxore ac pueris suis omnibus plene consencientibus quartam partem eiusdem decime similiter cum minuta decima huic parti

attinente vendidit ecclesie memorate et quod ego meis legittimis heredibus consencientibus venditiones huiusmodi gratas et ratas habui et habeo et approbo in hiis scriptis benevolens et in hoc consenciens, ut a reverendo patre domino meo . . archyepiscopo Coloniensi, a quo predictam teneo decimam in feodo, eiusdem decime proprietas ecclesie sepedicte quantum ad partes huiusmodi venditas conferatur. Preterea recognosco et profiteor predictum Brunonem, Radolphum quoque et Albertum filios eius, Henricum etiam de Wiginchusen et filium suum Wichmannum ad resignacionem predictorum Hartwici, Mechteldis, Remigii et omnium, qui aliquid in eis iuris habuerunt, eosdem[1]) decime partes venditas pro ecclesia ipsa et eius nomine ad usum eiusdem ecclesie de manu mea in feodo recepisse, quas ipsi dimittent et resignabunt libere, cum ex parte ipsius ecclesie fuerint requisiti. In testimonium igitur premissorum et robur perpetuum presenti scripto sigillo meo signato muniendam duxi ecclesiam supradictam. Hiis presentes aderant: Bodo de Ostberge miles, Stevano et Steynico filii eius, Godescalcus de Wiginchusen, Henricus frater suus, Albertus de Palsode maior, Henricus de Winda, Alexander de Rotberninchusen et alii quam plures opidani Susacienses, qui omnes admissi sunt testes super premissis nomine vasallorum. Actum prope Susatum in curia advocati anno Domini M°.CC°.LXXX° tercio, in die Inventionis Sancte Crucis.

[1]) *So Or.*

Or. Kl. Welver Nr. 80. Siegel von Pgtstr. ab.

1871.

Der Dompropst Arnold von Solms zu Goslar, sein Bruder Conrad, Domherr zu S. Gereon in Köln, seines Bruders des Grafen Reinbold Wittwe Elisabeth und ihr Sohn Reinbold verpflichten sich, dem Domstift zu Goslar für die Abtretung der Güter zu Mengede wiederkäufliche Renten aus anderen Gütern zu zahlen. 1283 Mai 9 (VII idus Maii).

Gedr. Vaterl. Archiv f. Niedersachsen 1841, 160. Heineccius, Antiq. Goslar. 298 und Bode, UB. der Stadt Goslar II, 307 nach dem Or. im Stdt.-A. zu Goslar. Vgl. Nr. 1615.

1872.

Der Ritter Conrad von Elverveldt und sein Sohn Arnold geben ihren Eigenhörigen Hartung als Wachszinsigen an das Kl. Kappenberg zu Händen des dortigen Priesters Gottfried von Heessen. 1283 Mai 12.

Nos Conradus miles dictus de Elverevelde et Arnoldus filius noster universis ad quos presentia pervenerint protestamur, quod nos de consensu uxorum et heredum nostrorum Hardungum exhibitorem presencium iure nobis quondam proprietatis attinentem . . preposito et conventui monasterii Capenbergensis per manum fratris Godefridi sacerdotis dicti de Hesnen contulimus et conferimus in hiis scriptis iure cerocensualitatis perpetuo possidendum. Cuius rei testes sunt: Hermannus et Everhardus de Wittene, fratres, milites, Bernhardus et Fredericus filii domini Everhardi predicti, Hermannus de Kothusen, Adolphus de Benrode et alii quam plures. In cuius rei testimonium evidens sigillum nostrum et sigilla Hermanni et Everhardi militum predictorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CC° octogesimo tercio, quarta feria post dominicam Jubilate.

Or. Kappenberg K 153. An gelben Seidenfäden die beschädigten Siegel des Hermann von Witten (Westf. Siegel Taf. 201, 1), des Conrads von Elverfeldt (Elverveldter UB., Siegeltafel 3 Nr. 9) und des Everhard von Witten (ebenda Taf. 201, 4). Gedr. Elverveldter UB. I, 438. Reg. Westf. UB. III 1214.

1873.

Graf Everhard von der Mark bestätigt dem Kl. Kappenberg das Patronatsrecht über die Kirche in Mark und die Kapellen in Mark und Hamm. (Erhalten in einem Transsumpt Bischof Everhards von Münster vom 6. September 1297.) 1283 Juni 12.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis visuris presencia protestamur, quod litteras subscriptas cum omni suo tenore vidimus non cancellatas, non obolitas nec in aliqua sui parte viciatas in hunc modum:

Everhardus Dei gratia comes de Marcha universis visuris presentia salutem et cognoscere veritatem. Cum comes Engelbertus recolende memorie pater noster ob salutem animarum progenitorum nostrorum suamque propriam ius patronatus ecclesie de Marcha cum capellis in Marcha et in Hammone et appendiciis suis universis sub libere donationis titulo in . . prepositum et conventum ecclesie Capenbergensis pleno iure transtulerit, nos dictam Capenbergensem ecclesiam favore simili prosequentes de consensu domine Ermegardis uxoris nostre et Engelberti unici heredis nostri voluntario et expresso prefatam donationem patris nostri iuris patronatus ecclesie de Marca et capellarum de Marka et de Hammone cum attinentiis suis pari etiam nostre donationis liberalitate gratam et ratam habentes presentibus innovamus, volentes prehabitos . . prepositum et conventum Capenbergensis ecclesie iure patronatus predicte ecclesie de Marca et capellarum de Marca et de Hammone memoratarum cum suis attinentiis perfrui inviolabiliter et gaudere. Cuius rei testes sunt: Hartlewus prepositus, Bruno prior, Godefridus supprior, Conradus cellerarius, Warmundus custos, Bernardus de Werne, Johannes dictus Crampe, Godefridus de Hesnen, Conradus de Herboren, Albertus de Danne sacerdotes et totus conventus prehabite Capenbergensis ecclesie, Theodericus Volenspit, Rotcherus[1]) dictus Vetele dapifer noster, Conradus notarius noster et alii quamplures. Nos igitur iamdictis . . preposito et conventui prefate Capenbergensis ecclesie presentes litteras roboratas nostro sigillo contulimus in testimonium evidens premissorum. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo tercio, sabbato post festum Penthecostes. Datum autem per copiam a nobis anno Domini M°.CC° nonagesimo septimo, feria sexta ante Nativitatem Marie virginis gloriose.

[1]) *von Schwansbell, vergl. Nr. 1891, 1898.*

Or. Kl. Kappenberg A 38. Von weissen Hanffäden das Siegel Bischof Everhards von Münster ab. Reg. Westf. UB. III 12 u. 1584. Gedr. Niesert US. II 432.

1874.

Soest schreibt an Lübeck über seinen Versuch, in dem Streite mit den Herren von Steinfurt zu vermitteln und bittet um Wiedererstattung seiner Auslagen für die Gesandtschaft nach Flandern. 1283 Sommer.

Viris honestis et discretis, amicis suis dilectissimis, advocato, scabinis, consulibus ac universitati civium Lubicensium scultetus, consules et universi oppidani Susatenses cum speciali favore dilectionis et honoris quicquid possunt. Sicut alias vestre probitatis dilectioni litteris nostris directis scripsisse meminimus, ita rursum nunc scribendo significamus: quod Deo teste a nobilibus viris dominis de Steynvorde vel a quoquam alio vobis alique iniuriose violencie ac alique inferuntur perplexiones, vobis tamquam amicis nostris dilectissimis ex toto corde condolemus, et ubicunque vestris dampnis aut incommodis possemus precavere, nequaquam parceremus laboribus et expensis. Misimus igitur iam sepius bonos nuncios cum nostris litteris dictis dominis de Steynvordia ad querendum vias super negocio vestro cum magna diligencia ac fidelitate, licet nichil profecerimus usque modo; et volumus adhuc libenter ad amicos nostros cives Monasterienses, quibus dicti domini Steynvordenses plus quam

nobis sunt familiares, bonos nuncios nostros transmittere, ut temptetur, si adhuc aliqua via utilis et expediens ad dictum negocium possit inveniri ipsorum et aliorum amicorum nostrorum consilio et auxilio mediante, volentes in hiis et in omnibus ad vestram utilitatem et honorem vergentibus semper vobis expositi esse et parati. Sciatis eciam, quod ad refusionem denariorum, quos pro utilitate omnium mercatorum exposuistis, pro parte nostra libenter facere volumus de bonis concivium nostrorum a partibus marinis versus Flandriam traductis, sicut per vos ordinatum est et institutum; et quia in dicto negocio labores et expensas fecimus, nuncios nostros cum vestris nunciis, sicut bene vobis constat, eciam Flandriam transmittendo, videmus libenter, ut ab omnibus mercatoribus omnium civitatum quarum interest tantum accipiatur, ut de nostris eciam expensis, in sepedicto negocio factis, nobis recompensatio fiat et restaurum.

Nach dem Or. Stdt.-A. Lübeck gedr. Lübecker UB. I 372 zu 1250—1275, verzeichnet Hanserecesse I 26 zu 1283 Sommer; vgl. Hansisches UB. I 918.

1875.

Die Stadt Dortmund schreibt an Lübeck über ihre vergeblichen Bemühungen, den Edlen von Steinfurt zum Ablassen von seinen Gewaltthätigkeiten gegen Lübeckische und andere Kaufleute zu bewegen, und berichtet über die ihr selbst zugefügten schweren Schädigungen.
O. J. (1283 nach Juni 24).

Viris honorabilibus et discretis, . . advocato, . . consulibus et civibus universis Lubycensibus . . iudex, . . sculthetus, . . consules ceterique burgenses Tremonienses honoris et obsequii quicquid possunt. De dampnis, molestationibus et perturbationibus civibus vestris a nobili viro de Stenvordia illatis tamquam de pressuris et incommodis propriis dolentes incessanter, pro quibus ob dilectionem specialem, quam ad vos et alias civitates maritimas semper habuimus et habemus, omni fide pluries laboravimus, si nostre monitiones et peticiones quicquam utilitatis inportassent. Nam quotienscunque dictum nobilem ad placita venire contingebat, ipsum, vocatis et rogatis adhuc aliis nobilibus, cum ferventi desiderio rogavimus, ut vestrorum et aliorum mercatorum ac nostrorum concivium captivacioni et spoliacioni supersederet, de nostris enim civibus plures graviter captivavit et adhuc de bonis nostris ad estimacionem C marcarum detinet, de quibus nullam restauri gratiam consequi possumus aut valemus, civibus nostris, quos captivaverat, ad preces terre dominorum nostrorum libertati pristine restitutis. Que omnia et singula occasione civitatis vestre sustinemus, illam nobis solummodo culpam inponendo, quod vos et cives vestros, per terram transeuntes, promoveamus secrete deducendo et bona vestrorum civium nostris bonis annexa et commixta sic per terram sub nostra protectione deducantur. Sicuti adhuc in vigilia Nativitatis beati Johannis baptiste in placito quodam nobis egre ferentibus obiecit, ubi reverendus dominus . . Monasteriensis episcopus et dominus . . comes de Marcha reformati fuerunt, in presencia eorumdem et aliorum nobilium plurimorum et qui dedignanter a nobis recessit, dicens, se velle nostros concives in omnibus quibus poterit maliciose pertractare; asseruit etiam, quod dominus comes de Marcha predictus inter ipsum et vos treugas amicabiles ordinasset, que die beati Johannis, ut credimus, exspirabant, ut treugis illis durantibus de bono pacis potuissetis ordinasse, in quo se contemptum quam plurimum reputavit, ibidem querulis affatibus aperiendo, quod bona sua sint de vestra civitate predicta per furtivum incendium concremata, et quod a vestris civibus omnibus diebus vite sue vindictam resumere velit, quousque sibi de premissis recompensationem amicabilem faciatis. Unde videtur nobis, qui innocentes sumus in premissis, tot et tanta gravamina, que a vobis habemus, satis indebite tolerare.

Nach dem Or. auf der Trese in Lübeck. Gedr. Lübecker UB. I 371 zu 1250—75, im Hansischen UB. I 919 zu 1283; vgl. Dortmunder UB. I 164.

1876.

Die vom Kölner Erzbischof bestellten Richter, der Dechant und der Canonikus Gottfried von St. Georg in Köln setzen in dem Rechtsstreit zwischen der Stadt Dortmund und dem Dechanten von Mariengraden in Köln über das Patronat von S. Marien und S. Nicolai in Dortmund, nach Zulassung der von der Stadt Dortmund bestellten Prokuratoren den 30. September zum Termin für die streitenden Parteien. 1283 Juli 10.

Decanus et magister Goddefridus canonicus ecclesie sancti Georgii Coloniensis iudices a reverendo patre et domino Coloniensi archiepiscopo constituti. Citatis peremptorie ad nostram presentiam iudice scabinis, consulibus, maioribus et universitate opidi Tremoniensis contra venerabilem virum decanum ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis ad feriam sextam ante festum beate Margarethe virginis hora prima sub hac forma: Decanus et magister Godefridus canonicus ecclesie sancti Georgii Coloniensis iudices a reverendo patre et domino Sifrido Coloniensi archiepiscopo constituti dilecto in Christo decano Tremoniensi salutem in Domino. Noveritis nos literas infrascriptas recepisse in hec verba: Sifridus *(folgt Nr. 1841).* Huius igitur auctoritate mandati vobis precipiendo mandamus, quatenus predictos iudices, scabinos, consules, maiores et universitatem opidi Tremoniensis citetis peremptorie coram nobis, ut feria sexta proxima ante festum beate Margarete virginis hora prima per se vel per suum procuratorem legitimum compareant decano ecclesie sancte Marie super premissis responsuros et iuri parituros et sabbato ante festum beate Margarete predicte continuato a feria sexta precedente predicta, comparentibus coram nobis eodem decano pro se et Theoderico sculteto et Johanne de Wigkede laycis opidi Tremoniensis procuratoribus dictorum iudicis, scabinorum, consulum, maiorum et universitatis opidi Tremoniensis nomine procuratorio pro eisdem cum mandato procuratorio sigillato sigillo opidi Tremoniensis, cuius procuratorii tenor talis est: Reverendis viris dominis, domino decano sancti Georgii Coloniensis et magistro Godefrido canonico ibidem iudicibus, ut dicitur, a venerabili patre Sifrido sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo constitutis iudex, consules, scabini, maiores et universitas opidi Tremoniensis salutem ac obsequium et honorem. In causa, quam nobis dominus decanus sancte Marie ad Gradus Coloniensis movere intendit, ad cuius instantiam nos citastis ad feriam sextam proximam ante Margarethe Theodericum scultetum nostrum et Johannem de Wigkede laycos, exhibitores presentium, pro nobis singulis et universis adhibitis solempnibus et consuetis nostros constituimus procuratores ad defendendum, respondendum, petendum, appellandum, si necesse fuerit, iurandum in animas nostras de calumpnia seu cuiuslibet alterius generis sacramentum et ad faciendum alia omnia et singula, que possunt facere veri et legitimi procuratores et nos ipsi facere possemus, si personaliter presentes essemus, damus etiam prenotatis procuratoribus nostris mandatum speciale alium vel alios substituendi procuratorem vel procuratores et ipsum vel ipsos revocandi et item in se procuratoris officium resumendi, quotienscunque ipsis visum fuerit expedire, ratum et gratum habituros, quidquid per dictos procuratores nostros vel ab eis substitutum vel substitutos servato iuris ordine factum fuerit in premissis, promittimus etiam, pro eisdem iudicatum solvi, ad id obligantes nos sub rerum nostrarum ypoteca, etiam hoc vobis et parti adverse sub sigillo nostro signamus. Datum anno Domini MCCLXXX tercio, feria quarta ante Margarethe, et ipsis procuratoribus auctoritate pro eisdem iudice, scabinis, consulibus, maioribus et universitate admissis factaque eisdem copia autentica et citationis huiusmodi sub sigillis nostris prefatis dictis partibus de consensu earundem et propter bonum pacis, quod medio tempore intervenire speratur, crastinum beati Michaelis quod si fuerit feriatum, sit sequens dies proxima non feriata ad procedendum inter ipsas partes[1]), prout iustum fuerit super hiis, de quibus fit mencio in autentico predicto nobis directo iuxta traditam nobis formam. Actum sabbato predicto continuato a feria sexta predicta anno Domini

MCCLXXX tercio et retinuimus penes nos autenticum predictum originale procuratoriorum predictorum. Actum ut supra.

[1]) *Fehlt etwa* „prefigimus".

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 714 c. Beide Siegel abgefallen. Vgl. oben Nr. 1841. Gedr. Fahne, UB. der Stadt Dortmund II, 319 und Rübel, Dortmunder UB. I, 165.

1877.

Graf Adolf von Berg überlässt Conrad und Alexander von Meninchusen *(Meiningsen, Kr. Soest?) Güter bei der Kirche daselbst zu Lehen. Jülich 1283 August 8.*

Universis presens scriptum visuris vel audituris. A(dolfus) comes de Monte cupimus esse notum, quod nos Cunrado et Alexandro de Meninchůsen bona iuxta ecclesiam predictam que Wolquinus inhabitat concessimus iure feodali. Huius rei testimonio sunt R(ichardis) comitissa Juliacensis ac[1]) Henricus dominus de Windechen, Johannes de Durscheit, Cunradus de Meninchusen, Th(eodericus) de Elner et quam plures fide digni. Datum apud Juliacum anno Domini M°.CC°. octogesimo tercio, proxima dominica ante festum beati Laurencii.

[1]) *Auf Rasur.*

Or. Fürstlich-Hatzfeldtsches Archiv in Trachenberg in Schl. Nr. 5. An Pgtstr. Reitersiegel des Grafen Adolf mit Rücksiegel stark beschädigt. Regest Zeitschrift LXI S. 55.

1878.

Beilegung eines Prozesses zwischen Detmar Riddere und dem Kl. Paradies wegen einer von Letzterem schuldig gebliebenen Geldsumme aus dem Ankauf des Hofes Alveldinchusen. *1283 August 15.*

Theodericus Dei gratia prepositus ecclesie Susatiensis omnibus presencia percepturis seu visuris salutem in Domino perpetuam. Tenore presentium protestamur et protestando ad noticiam universorum volumus pervenire, quod, cum Dethmarus dictus Riddere laycus religiosas ac Deo devotas virgines, priorissam et conventum monasterii ad Paradysum coram officiali nostro magistro Johanne super quadam pecunie summa, debitis et rebus aliis in causam traheret, peticio dicti layci continebat: Coram vobis domine viceprepositie Susatiensis dicit et proponit Dethmarus dictus Riddere contra priorissam et conventum monasterii ad Paradysum, quod Bertwinus provisor quondam dicti monasterii nomine priorisse pro tempore existentis et tocius conventus emit rite et legitime erga ipsum et suos coheredes quandam curtim, que vocabatur Alveldinchus ad usum et utilitatem dicti monasterii, supra cuius aream edificia ipsi claustro seu conventui conveniencia sunt posita pro quadam certa summa videlicet centum et quinquaginta marcis legalium denariorum, cuius summe partem scilicet centum et triginta marcas solvit nomine dicti monasterii, manens debens in residuis viginti marcis; quas viginti marcas idem provisor et sui successores pro tempore existentes solvere recusarunt minus iuste, ab ipso sepius requisiti, ob quas viginti marcas non solutas idem Dethmarus dampnum sustinuit ad estimacionem viginti marcarum legalium denariorum. Preterea dicit contra priorissam et eius conventum, quod consumato contractu dicte emptionis et venditionis ipsa una cum consensu tocius conventus ac omnium, quorum consensus ad hoc requirebatur, liberaliter et pure propter Deum ac sine aliqua contradictione promisit per stipulacionem, quod duas sorores carnales ipsius Dethmari vellet recipere in eius consorcium ac tocius conventus monasterii predicti, quarum unam eadem priorissa et conventus in earum sororem receperunt, aliam vero recipere recusarunt et adhuc

recusant contra racionem sepius super hoc requisiti. Quare petit, domine vicepreposite, cum vobis constiterit de premissis vel aliquo ex eis, quod sufficiat ipsam priorissam et conventum in dictis viginti marcis loco principalis et aliis viginti nomine dampni per vestram diffinitivam sententiam condempnari et ad solucionem earum cogi et compelli. Petit eciam, ut suam sororem, quam adhuc recipere in suum consorcium indebite recusarunt, recipiant et eam tamquam unam de suis sororibus favorabiliter pertractent. Hec dicit et petit salvo sibi iuris beneficio in omnibus et salvis expensis factis et protestatur faciendas; protestatur etiam, quod non astringit se ad probandum omnia premissa, sed que ex eis probaverit, sibi prosint, acsi plura non dixisset. Et nos iudex porrecto huiusmodi libello prefigimus parti ree feriam quartam proximam post dominicam Letare ad litem contestandam, nisi aliquid preponatur, quod litis contestationem valeat impedire. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo secundo, feria quarta post dominicam Invocavit. Lite vero super dicta peticione legitime contestata ipsa demum causa per transactionem iuxta ordinacionem proborum virorum de parcium consensu desiit esse causa et sopita quievit in hunc modum: videlicet quod predictus Dethmarus et filii eius Johannes presbiter, Hermannus, Dethmarus, Conradus, Emelricus, Gozwinus et Hinricus coram officiali nostro predicto in figura iudicii constituti summa XVIII solidorum Susatiensium a predictis priorissa et conventu recepta ab omni iure, quod ipsis conpetebat seu conpetere posset, ex peticione predicta recesserunt ac omni actioni intentate per formam eiusdem libelli tam mote quam movende renunciaverunt simpliciter exclusis omni malitia atque dolo. Quare nos viso et intellecto plenius huiusmodi processu officialis nostri sepedictas priorissam et conventum ab impeticione dicti Dethmari, et suorum filiorum ac heredum per nostram diffinitivam sententiam absolvimus eisdem Dethmaro, filiis suis et heredibus super prefata inpeticione perpetuum silencium inponentes. In cuius rei testimonium et robur perpetuum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum de consensu parcium predictarum anno Domini M°.CC°. octogesimo tertio, in Assumptione Virginis gloriose. Huic autem ordinacioni interfuerunt: dominus Johannes de Rivo, dominus Godefridus de Benthvelde, dominus Borchardus de Borghelen miles, dominus Bruno de Bocke tunc magister burgensium in Sosato, dominus Arnoldus de Lunen, dominus Herbordus Macho, dominus Johannes de Sunhere, dominus Gerhardus de Attendern, dominus Robertus Stikelinch, Wenemarus Camenata, Hermannus de Sveve.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 25—26.

1879.

Detmar Opolt (von Waldeck) überträgt die Kapelle in Medebach, deren Patronatsrecht ihm zusteht, der Pfarrkirche daselbst. 1283 August 29.

Nos Thimarus Opolt tenore presentium publice protestamur, quod intuitu Dei ac divine remunerationis capellam in Medebeke sitam cuius ius patronatus ad nos dinoscitur pertinere ecclesie parrochiali eiusdem oppidi et suo provisori contulimus perpetue possidendam, ita videlicet quod pro remedio anime nostre nostrorumque carorum due misse in eadem capella singulis septimanis celebrentur. Ne ergo hoc factum aut oblivio deleat aut potestas ingenii malignantis infringat, presentem paginam inde conscriptam ad utilitatem supradicte ecclesie fecimus conscribi et nostri sigilli appensione iussimus communiri. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. tertio, in die Decollationis Johannis Baptiste.

Or. ehedem im Pfarrarchiv zu Medebach, durch Nässe stark beschädigt; jetzt verloren. Abschrift des XVI. Jhs. in Msc. VII 5702 fol. 1, der äussere Rand der Seite durch Mäusefrass beschädigt. Eine zweite schlechte Abschrift aus dem XVII. Jh. im Stadtbuch der Stadt Hallenberg I, welche wohl der ersten entnommen ist. Gedr. Seibertz UB. I 409 nach Or. Regest Westf. UB. IV 1762.

1880.

Der Schultheiss (von Soest) Heinrich in Hovestadt bekundet, dass das Kl. Marienfeld seine Anrechte auf die Hufe in Bennincdorp *(Colonat Vielhaber im Krspl. Herzfeld) bewiesen habe. Hovestadt 1283 September 8.*

Nos Heinricus sculthetus in Hovestat Coloniensis dyocesis presenti scripto sigillo nostro confirmato publice protestamur, quod Johannes et Johannes morantes Medebeke, Johannes, Hermannus et Johannes morantes Arnesberg et Arnoldus consanguineus eorum movissent causam abbati et conventui campi sancte Marie super manso in Bennincdorp, dicentes se aliquid iuris habere in ipso, dicti abbas et conventus in contrarium asserentes, ipsum mansum ad se pleno iure pertinere, firmatione iuramenti advocati sui, sicut eis iudicialis dictavit sentencia, legitime probaverunt. Quo facto prefati famuli ab impetitione predictorum abbatis et conventus cessantes publice professi sunt, se vel heredes suos in posterum super predicto manso dictis abbati et conventui questionem aliquam non moturos. Acta sunt hec apud Hovestat coram nobis anno Domini M°CC°LXXXIII°, die Nativitatis Virginis gloriose presentibus castellanis nostris: Godefrido de Hesnen, Stephano Godescalco dictis Thoric militibus et ceteris castellanis nostris. Et nos castellani supradicti sic actum esse protestamur sub sigillo scultheti nostri in presenti littera, quia propria non habemus.

Or. Kl. Marienfeld Nr. 239. An Pgtstr. Siegel des Schultheissen (Westf. Siegel Taf. 183, 2). Gedr. Westf. UB. III 1221.

1881.

Der Münsterische Domherr Everhard von Volmestein verzichtet auf die beiden von seinem Bruder Heinrich an Lippstädter Bürger verkauften Höfe in Broke *(Brochof im Kspl. Erwitte). Lippstadt 1283 October 16.*

Nos Everhardus de Volmenstene, Monasteriensis ecclesie canonicus, universis presens scriptum visuris notum esse cupimus et publice protestamur, nos firmiter promisisse, quod duas curtes in Broke sitas cum omnibus earundem attinentiis, quas Henricus de Volmunstene miles, frater noster, et Henricus filius suus cum consensu heredum ipsorum et Th(eoderici) de Volmunstene, fratris nostri, vendiderunt et in feodum contulerunt, scilicet Volperto oppidano Lippensi et Volperto filio suo, Johanni Wilmarinc, Frederico Regi, Johanni et Hermanno filiis Ludolfi Lucinc et ipsorum iustis heredibus sive quibuscumque aliis, nunquam impetemus, omni actioni et iuri, que nobis in dictis bonis competere videbantur, penitus renuntiando. Testes huius facti sunt: Ludolfus iudex in Bekehem, Rodolfus de Hornen milites; Henricus Wrede, Rodolfus de Wardeslo famuli; Johannes de Monasterio, Hermannus Wamboystickere, Johannes Elrici, Wichman de Lembece et Lubertus (filius) suus, Ecbertus Wigandinc, Conradus de Harehusen, Henricus Goldekinc, Livoldus famulus iudicis de Bekehem, Hermannus Werencinc, Boderko Stakele et alii quam plures. Ad maiorem huius rei confidentiam presens scriptum sigillis Henrici scolastici sancti Mauritii extra muros Monasterienses, Hunoldi de Beveren canonici Monasteriensis, nostro et oppidanorum Lippiensium duximus roborandum. Actum anno Domini M°CC°LXXX°III° in die beati Galli, in cimiterio forensis ecclesie oppidi Lippiensis.

Abschr. des XV. Jhs. im Copiar des Kl. Marienfeld, Msc. I 106, f. 111; daraus copiert Msc. II 43 p. 199. Gedr. Kindlinger, Volmestein II p. 190 und Westf. UB. III 1224.

1882.

Graf Everhard von der Mark übereignet dem Werenso von Beckum den ihm gehörenden Theil das Hofes in Sutholte *(im Kspl. Beckum, später Rüschenbeck). 1283 November 18.*

Nos Everhardus comes de Marca notum esse cupimus universis presens scriptum intuentibus, nos de voluntate et consensu omnium heredum nostrorum dedisse Werensoni de Bekehem partem proprietatis curtis in Sutholthe nos contingentem, libere et quiete perpetue possidendam. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum in presentia Domini Theoderici de Volmestene, Weseli de Galen, Rotcheri de Svansbole, Arnoldi Calf, Goscalci de Hesnen, Pulsiani militum; Hermanni de Hovele, Lodewici Riseberen, Johanni[s] de Rura et aliorum quam plurium. Anno Domini M°CC°LXXX tercio, in octava beati Martini hyemalis.

Or. Kl. Marienfeld 240. An rothen Seidenfäden das beschädigte Siegel Everhards mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2). Gedr. Kindlinger, Volmestein II 43. Reg. Westf. UB. III 1227 (vgl. 1228).

1883.

Graf Everhard von der Mark überträgt der Kirche in Heessen das Eigen einer Hufe in Rumpenhorst zur Entschädigung für die durch den Bau des Hospitals in Hamm erlittenen Benachtheiligungen. Hamm 1283 November 25.

Acta hominum tollit oblivio que nec testibus nec litterarum testimonio perhennantur. Hinc est, quod nos Everhardus comes de Marcka scire presentes volumus et futuros nolumus ignorare, quod ad instantiam castellanorum in Marcka ac opidanorum nostrorum in Hammone proprietatem mansi cuiusdam siti in Rumpenhorst ad nos pertinentem contulimus ecclesie in Heezen[1]) perpetuo possidendam. Qui quidem mansus a dictis castrensibus ac opidanis pia intentione comparatus dicte ecclesie existit assignatus in hunc modum, ut, si plebanus sive clericus ipsam ecclesiam officians ex constructione hospitalis ibidem in parrochia aliquod pateretur impedimentum, de redditibus subscripti mansi reciperet supplementum. Super qua donatione nostra presens scriptum appensione sigilli nostri fecimus communiri. Datum et actum apud Hammonem anno Domini M.CC.LXXX tertio, in die Katharine virginis et martiris.

[1]) *B u. C* „Heessen".

Abschrift des XVI. Jhs. (A) in Msc. II 12, 193, des XVII. unter F. Münster Nr. 176 (B), die nur unwesentlich von einander abweichen, und von Kindlingers Hand (C) in Msc. II 29, 125 mit Auslassungen. Reg. Westf. UB. III 1229.

1884.

Der Pfarrer und die Rathsleute von Brilon bekunden, dass Albert Tutele auf alle Ansprüche an das Kl. Bredelar insbesondere auch wegen des Gutes zu Ekesbyke *(Wüstung bei Padberg) verzichtet hat. 1283.*

Nos Wernherus rector ecclesie, Wichmannus magister burgencium, Dithmarus iudex, Gerbertus Grube, Goswinus Rodenberg, Robertus, Volmarus Faber, Volmarus, Volpertus, Volchardus, Godefridus, Johannes Brunhart, Gerlacus Stolleman et Dodo consules in Brylon notum esse volumus omnibus hoc scriptum visuris presentibus et futuris, quod Albertus connomine Tutele cum pueris suis Godefrido et Alberto coram nobis in iudicio et pluribus viris discretis omni actioni et causa (!) quam habuerat contra abbatem et conventum de Breydelare plane totaliter renunciavit, quod etiam nunquam ammodo

questionem moveret de bonis in Ekesbyke specialiter firmiter promittendo. Quod factum ut firmius permaneat et invulsum, rogati ex utraque parte sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum in Brylon anno Domini M°.C°C°.LXXX° tercio, fratre Bertoldo existente abbate in Breydelare.

Or. Kl. Bredelar Nr. 131. Die beiden Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. I 410. Reg. Westf. UB. IV 1778.

1885.

Reiner Decan von Servatii in Utrecht transsumirt das Transsumpt des päpstlichen Auditors Bernhardus Johannini vom 10. März 1283, in welchem die Bulle Alexanders IV. vom 16. October 1257 für den Minoritenorden enthalten ist. 1283.

Universis presentes litteras inspecturis Reinerus decanus ecclesie sancti Servacii in Trajecto salutem et cognoscere veritatem. Noveritis nos litteras domini Bernardi Johannini canonici Agathensis causarum tamen domini pape generalis auditoris non abrasas, non viciatas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas vidisse ac etiam diligenter inspexisse tenorem subscriptum continentes: Universis presentes litteras inspecturis magister Bernardus Johannini canonicus Agathensis causarum tamen domini pape generalis auditor salutem in Domino. Exigentibus frequentibus necessitatum articulis provida utriusque iuris deliberatione statuitur, ut scriptum ex auctentico scripto et transscriptum et fidedignis assercionibus comprobatum ac auctentico munimine roboratum fidem ubilibet faciat in agendis. Ad vestram igitur noticiam volumus pervenire nos vidisse ac diligenter inspexisse quasdam litteras felicis recordacionis domini Allexandri pape quarti cum vera bulla plumbea et filo serico non viciatas, non abrasas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas forma huiusmodi continentes: *Es folgt die Bulle Papst Alexander IV. vom 16. October 1257 (Potthast Reg. 17039).*

In cuius rei testimonium presentes litteras transcribi et exemplari fecimus et sigilli câmere domini pape ad causas appensione muniri. Datum apud Urbem Veterem VI Idus Martii, indictione XI, anno Domini M°CC.LXXXIII, pontificatus domini Martini pape IIII anno secundo. Et ego Guillelmus Martini de Narbona imperiali auctoritate publicus notarius predictas litteras origenales vidi et diligenter inspexi cum vera bulla et filo serico bullatas, non viciatas nec in aliqua sui parte suspectas, ut dictum est. Et de mandato dicti domini auditoris nichil addito vel diminuto, quod sensum mutet vel intellectum, fideliter transcripsi et exemplavi, publicavi meoque signo signavi. Et erat littere signum dicti publici notarii adnotatum. Nos igitur dictam litteram exemplatam ac de verbo ad verbum fideliter transscriptam per nos quoque, prout predictum est, diligenter examinatam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXIII.

Abschrift aus dem Anfang des XVI. Jhs. im Copiar des Minoritenklosters in Soest, Msc. I 217 S. 69.

1886.

Der Propst Alexander von Cappel, der Pastor Johannes in Oestinghausen und der Schultheiss Heinrich von Soest bekunden, dass die Brüder Walram und Johann gen. von Mildelstena *zu Gunsten des Kl. Liesborn auf das Herbergsrecht in dem Klosterhof Nordwald (Kr. Soest) verzichtet haben. Schemme (bei Soest) 1283.*

Nos miseratione divina Alexander prepositus Cappellensis, Johannes pastor ecclesie in Ostinchusen, Henricus miles schulthetus Sosatiensis duximus protestandum, quod Walramus et Johannes fratres dicti de Mildelstena[1]) omni iuri hospitalitatis, quo frivola occasione inpetebant religiosos viros dominum Gerhardum abbatem et conventum monasterii Lesebernensis in curia ipsorum Nortwalde, accepta quadam pecunie summa penitus renunciaverunt et in recognitionem decime minute, scilicet XII dena-

riorum monete usualis quam villicus curtis predicte a Johanne tenet in feodo et a suis heredibus perpetuo possidebit, eisdem fratribus seu eorum heredibus in morte villici colentis predictam curiam XII dabuntur denarii monete supradicte, tantum sicut dictum est villico colente curiam decedente. In cuius rei evidens testimonium de consensu et petitione utrarumque parcium, videlicet domini abbatis et conventus Lesebernensis ex parte una et dictorum fratrum Walrami et Johannis ex parte altera, sigillis nostris presentem paginam roboramus. Testes huius rei sunt: milites Godefridus de Hesnen, Stephanus et Godeschalcus fratres dicti Thoric castellani in Hovesthat; Wetzelus de Galen, Theodericus et Johannes fratres dicti Volenspit, Antonius de Schedinge castellani in Marcha et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec trans Lippiam in loco dicto Schemme anno Domini M°CC°LXXX° tercio.

[1]) *Von* dicti *an übergeschrieben.*

Or. Kl. Liesborn Nr. 78. Von den Siegeln nur noch das beschädigte des Propstes von Cappel an Pgtstr. anhängend. Gedr. Westf. UB. III 1233.

1887.

Testament der Gräfin Mathilde von Sayn, durch welches sie den „den nuonen von Drůlshagen zin marc“ *vermacht. Zum Stellvertreter eines ihrer Treuhänder des Meisters des Johanniterordens bestellt sie den* „bruder Luprechte den meister van Steinvorde einen prister“. *1283.*

Gedr. Hoefer, Auswahl der ältesten Urkunden deutscher Sprache im Kgl. Geh. Staats- etc. Archiv zu Berlin Nr. 12 S. 29 ff.

1888.

Der Bruder Heinrich, Prior des Dominikanerordens für Deutschland, nimmt den Convent von Oelinghausen in die Gemeinschaft der guten Werke seines Ordens innerhalb der Provinz auf. Soest im Provinzialcapitel, o. D. (um 1283). [1])

Devotis Christi ancillis: priorisse[2]) ceterisque sororibus conventus in Olinhusen frater Henricus fratrum ordinis Predicatorum per Theut(oniam) prior et servus salutem cum augmento continuo celestium gratiarum[3]). Quia sancti propositi desiderium ex humane infirmitatis condicione a suo salutari sepius retardatur effectu, nisi divinis obtentis suffragiis supplicatione fidelium adiuvetur, vestre fidei sinceritas fratrum nostrorum, quos Dei domesticos creditis et amicos, adhiberi sibi auxilia postulavit[4]) ideoque vestra devotione quam ad nostrum habetis ordinem debita meditatione pensata vobis omnium missarum, orationum, predicationum, ieiuniorum, vigiliarum, abstinenciarum, laborum ceterorumque bonorum que per[5]) fratres nostri ordinis in provincia Theutonica Dominus fieri dederit, participationem concedo tenore presencium specialem; volo insuper, ut anime vestre post decessum vestrum recommendentur in nostro capitulo provinciali fratrum nostre[6]) provincie[7]) orationibus, si vestri obitus ibidem fuerint nunciati. In concessionis testimonium sigillum nostrum duxi presentibus apponendum. Datum apud Susatum in capitulo provinciali.

[1]) *Zur Datierung vgl. Westf. UB. VI 1271.* [2]) *Vor* priorisse *ist Raum gelassen.* [3]) *Uebergeschrieben.* [4]) *Der letzte Theil auf Rasur.* [5]) *Auf Rasur.* [6]) *Von* nostro *bis* nostre *auf Rasur.* [7]) *Uebergeschrieben.*

Or. in der Sammlung des Alterthumsvereins zu Paderborn. Auf der Rückseite Spuren eines aufgedrückt gewesenen spitzovalen Siegels von rothem Wachs. Die Rückschrift aus dem XIV. Jh.: Fraternitas fratrum Predicatorum in Zůsato *deutet darauf hin, dass auch dieses Stück dem Archiv von Oelinghausen einverleibt gewesen ist.*

1889.

Goswin von Rodenberg überträgt dem Kl. Paradies eine Hufe in Endeke *(Einecke, Kr. Soest). Flerke 1283 (1284) Januar 17.*

Ego Gozwinus dictus de Rodenberg notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod de consensu et voluntate fratrum meorum videlicet Bernhardi et Theoderici proprietatem mansi siti in Endeke, quem vendidit Godefridus dictus de Meskede . . conventui de Paradiso, dicto . . conventui contuli et confero per presentes eo iure, quo dicta proprietas ad me a meis antecessoribus extitit devoluta. Ad roborationem et firmitatem huius facti sigillo avunculi mei Themonis de Honrode usus sum in hac parte, quia proprium sigillum non habeo. Ego vero Themo predictus ad petitionem dicti Gozwini cognati mei sigillum meum duxi presentibus apponendum. Acta sunt hec in Vlereke coram Burghardo milite dicto de Borgelen presidente iudicio, quod dicitur *vriedinc*, presentibus: predicto Gode(frido) de Meskede, Johanne de Osthunen, filio suo Henrico, Sifrido precone, Gerhardo et Arnoldo de Ekdorpe, Gerwino de Andoppen et aliis quam pluribus fide dignis anno Domini M^mo^.CC^mo^. octuagesimo tercio, feria quinta post octavam Ephiphanie Domini.

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 37. Siegel von blauen Hanffäden abgefallen. Von derselben Hand geschrieben wie oben Nr. 1852. Gedr. Fahne, UB. des Geschlechts Meschede Nr. 22.

1890.

Die Brüder von Rüdenberg übertragen dem Kl. Welwer ein Erbe in Meyerich. Welver 1283 (1284) Januar 20.

Noverint universi presentis pagine inspectores, quod nos Conradus, Johannes[1]) et Godefridus fratres dicti de Rutdenberg de consilio amicorum nostrorum et pleno consensu nostrorum coheredum proprietatem domus Symonis filii Anshelmi site in Mederike cum omnibus attinenciis, rubetis videlicet cultis et incultis contulimus ecclesie in Welvere ordinis Cisterciensis et per presentes litteras conferimus perpetuo possidenda. Ne igitur hanc nostram donationem in posterum aliquis infringere presumat, in evidens testimonium et veritatem ecclesie memorate presens scriptum dedimus et damus sigilli nostri munimine roboratum. Datum et actum Welvere anno Domini M°.C°C°.LXXX° tercio, in die sanctorum martirum Fabiani et Sebastiani, presentibus: Goswino filio meo, qui plenarie consensit, domino Burchardo de Burgelen, Godefrido de Langholen, Henrico Scinkel, Arturo famulo meo; fratre Ewerwinno, fratre Hermanno camerario,[2]) fratre Henrico.

[1]) *Uebergeschrieben.* [2]) *Durch übergesetztes* „e" *corrigirt aus* „camarario".

Or. Kl. Welver Nr. 81. An geflochtenen Hanffäden das beschädigte Siegel Johanns von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 4), das Conrads von Pgtstr. ab, das Gottfrieds (ebenda Taf. 27, 6) ebenfalls an Pgtstr. beschädigt. Mehrfache Rasuren. Gedr. Seibertz UB. I 406.

1891.

Graf Dietrich von Limburg schenkt dem Kl. Fröndenberg das Eigen des Hofes in Budberg (Kr. Soest). Kirchhof Hamm 1283 (1284) Januar 26.

Acta hominum tollit oblivio, que nec litteris nec testibus perhennantur. Hinc est, quod nos Thidericus comes de Limburg et dominus Everhardus filius noster notum facimus universis presencia visuris, quod de consensu heredum nostrorum omnium damus proprietatem curtis Budberg conventui in Vrondeberg ordinis Cisterciensis perpetuo possidendam, super quo presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo filii nostri prefati communitum dedimus conventui memorato. Acta sunt hec anno

Domini M°.CC°.LXXX° tercio, in crastino Conversionis beati Pauli, in cimiterio Hammonensi, presentibus: domino . . de Volmenstene, Rutchero de Svansepole dapifero comitis de Marca, Wilhelmo de Nehem, Engelberto de Herburne, Rutchero de Altena, Alberto de Herewitinchusen militibus et aliis fide dignis.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 39. An erster und zweiter Stelle hängen zwei Pgtstr., von denen die Siegel ab sind — an erster zweifelhaft, ob überhaupt ein Siegel daran befestigt war —; an dritter Stelle an geflochtenen weissen Hanffäden das Siegel Dietrichs von Limburg (Westf. Siegel Taf. 31, 4).

1892.

Mandat Papst Martin IV. an den Domdechanten von Verden die Canonissin zu Essen Sophia von Grafschaft gegen ihre Brüder, Widukind und Craft, die sich an den Einkünften ihrer Präbende vergreifen, zu schützen. Orvieto 1284 Februar 1.

Martinus episcopus . . . . filio . . decano ecclesie Verdensis salutem . . . . . . Sophia dicta [de] Graschaph canonica secularis ecclesie Asnidensis . . . . quod Widekindus et Crafto eius fratres laici Coloniensis diocesis super terris, debitis, possessionibus et aliis rebus ad prebendam suam ipsius ecclesie spectantibus iniuriantur eidem. Ideoque . . . .
Datum apud Urbem Veterem, Kalendis Februarii, pontificatus nostri anno tertio.

Abschr. von Kindlinger nach nicht mehr nachweisbarem Or. in Msc. II 107 S. 32. Auf dem Umbug stand die Schreibernotiz: A. O. *nicht in Westf. UB. V.*

1893.

Graf Ludwig von Arnsberg trägt dem Bischof Everhard von Münster seinen Hof Wickede an der Ruhr (Kr. Soest) als Lehen auf. 1283 (1284) Februar 19.

Nos Ludwicus nobilis comes de Arnsberghe omnibus presentia visuris et audituris notum facimus, quod proprietatem curtis nostre Wicke super Rure prope claustrum Scethe site ad nos pleno iure pertinentis cum frondibus et cespite, agris, pascuis, piscariis, pratis et omnibus suis attinentiis in manus venerabilis patris domini nostri Everardi Monasteriensis episcopi et ecclesie sue Monasteriensis resignavimus et resignamus in hiis scriptis libere et expresse, recipientes eandem curtem cum attinentiis suis predictis ab eodem domino nostro et dicta ecclesia Monasteriensi ipsius pro nobis et heredibus nostris iure homagii perpetuo possidendam. Acta sunt hec presentibus: Hermanno de Hachen, dapifero nostro, Hunoldo de Plettenbracht, Godfrydo de Summeren, Ulrico de Heldene, Tyderico Volenspiit, Ludolfo iudice in Bechem, et Bertrammo de Walgarden militibus; Wilhelmo de Ardeyo et Hinrico de Holthe nobilibus, Gerwino Herynch oppidano in Hamme, Hinrico notario nostro et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° ducentesimo LXXX°III°, sabbato ante dominicam Esto michi.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. I, 1 pag. 170. Gedr. Westf. UB. III 1241, v. Ledeburs Archiv V 170, Wigands Archiv VII 7, 148.

1894.

Die Aebtissin Bertha von Essen bekundet, dass der Dortmunder Bürger Heinrich Scere eine Hufe in Dorstfeld erworben hat. 1283 (1284) Februar 21.

Berta Dei gratia ecclesie Asnidensis abbatissa universis presentes litteras visuris et audituris salutem in Domino. Intelleximus, quod Henricus Scere opidanus Tremoniensis mansum in Dorstfelde

situm racionabiliter comparasset et illum per donationem filii sui ecclesie nostre predicte coram scultheto in Hůkerde et litonibus curtis et duodecim iuratis suscepisset secundum ius et consuetudinem ecclesie Asnidensis. Quare epmtionem (!) huiusmodi tenore presentium approbamus salvo iure ecclesie nostre, volentes dictum H(enricum) Sceren prenotatum mansum pacifice possidere et quiete, dantes eidem has nostras patentes litteras in testimonium super eo. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° tercio, mense Februario in vigilia Cathedre beati Petri apostoli.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 101. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. nach Abschrift in Kindlingers Handschriftensammlung Msc. II 121, 34 im Dortmunder UB. II 403. Ferner gedr. Kindlinger, Geschichte der deutschen Hörigkeit 316.

1895.

Abt Gottfried von Grafschaft bekundet die Uebertragung eines Eigenhörigen an das Kl. Oelinghausen. 1283 (1284) März 1.

Nos Godefridus Dei gratia abbas ecclesie Graschapensis tenore presentium publice protestamur Conradum Bernhardi de Slipruden filium legitimum in presentia nostra renunciasse super omni iure, quod habuerat in quodam homine sui iuris dicto Corvo cognomine morante in villula dicta Rocginchusen, quem videlicet hominem ecclesie sancte Marie in Olinchusen servicio delegavit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt: Thidericus de Ittare, canonicus Paderburnensis, Conradus cellerarius, Hermannus notarius noster sacerdotes et monachi in Graschaph. Ludiko de Olinchusen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. octuagesimo tercio[1], in die beati Switberti episcopi et confessoris.

[1] *Auf Rasur.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 139. Siegel von Pgtstr. ab.

1896.

Der Ritter Johann gen. Schreiber verkauft dem Soester Bürger Heinrich gen. de Winda eine Rente von 23 Schillingen aus dem Hofe Berwicke (Kr. Soest) zu Eigen. Soest 1283 (1284) März 20.

Omnibus presentes litteras inspecturis ego Johannes miles dictus Scriptor notum esse cupio, quod ego cum consensu et bona voluntate Sophie uxoris mee et filiorum meorum Johannis videlicet et Godefridi et aliorum heredum meorum Henrico dicto de Winda oppidano Sůsaciensi pensionem viginti trium solidorum, que michi quolibet anno solvebatur ac dabatur ex curti sita in Berewic prefato Henrico attinente in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavi titulo proprietatis, que *ledichgen* theutonice dicitur, tamquam proprium allodium perpetuo possidendam. Ut igitur venditio huiusmodi a me et heredibus meis rationabiliter facta firma et inconvulsa permaneat et ne aliquis ipsam conetur infringere, quia sigillum proprium non habeo, sigillum nobilis viri domini Johannis de Bilstene tunc temporis marscalci Westphalie et sigillum oppidi Sůsaciensis apponi presentibus impetravi. Testes huius rei sunt: Albertus de Palsode iunior et Adam de Lunen tunc magistri oppidanorum Sůsaciensium, Gerlacus itaque dictus de Lake, Ecbertus de Foro, Volcwinus de Ostinchusen, Henricus de Wiginchusen, Theodericus Monetarius, Vulfhardus dictus Eppinc, Godefridus dictus de Kiwo, Wernherus Rufus, Dihtmarus de Medebeke, Johannes Scotto et totum consilium prenotati oppidi. Preterea presentes erant: Wilhelmus de Nehem, Hermannus de Budrike, Borchardus de Borgelen, Gerwinus de Ufflen

milites; Godefridus de Růdenberg, Johannes dictus Cesar tunc temporis iudex, Hermannus de Gesike, Henricus Rysop, Henricus de Aquis, Conradus de Winda et alii quam plures. Facta sunt hec in domo consulum in Sůsato anno Domini M°.CC°.LXXX°. tercio, in crastino dominice Letare Jerusalem.

Abschr. Abschr. des XIV. im Msc. VII 6102 fol. 46.

1897.

Graf Everhard von der Mark schenkt dem Nonnenkloster in Hamm das Haus Busche bei Hamm. Hamm 1283 April 6 (1284 März 28).

Elemosinarum largitio salutem conparat et penam imminuit delictori. Nos igitur Everhardus comes in Marca tam nostros quam predecessorum nostrorum considerantes errores et tam ipsis quam nobis a summo iudice sperantes veniam domum quandam Busche dictam penes Hammonem civitatem nostram sitam de unanimi uxoris nostre consensu videlicet domine Ermengardis cometisse et Engelberti filii nostri tunc geniti necnon heredum nostrorum omnium donavimus conventui sanctimonialium in Hammone ordinis Cisterciensis in proprietate perfecta perpetuo possidenda. Unde ne a quoquam forsan in posterum subinferri possint contraria que hoc factum nostrum perturbent, presens scriptum super hoc confici fecimus cum nominibus eorum qui presentes aderant et sigillo nostro duximus roborandum. Huius donationis nostre testes sunt Rutcherus miles de Svanesbůle tunc pro tempore dapifer noster, Hermannus de Vorste, Antonius de Scedinghe, Everhardus de Hesnen, Randolfus Uncus, Arnoldus Vitulus et Goscalcus de Hesnen milites, Gerwinus dictus Herinc, Gotfridus de Berga et Thimo de Hornen burgenses oppidi Hammonensis cum aliis fide dignis. Datum et actum apud Hammonem anno Domini M°CC°LXXX° tercio, feria tercia proxima post dominicam qua cantatur Judica Domine.

Or. Kl. Kentrup Nr. 8. An rothen Seidenfäden das Siegel des Grafen Everhard mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 33, 1 und 2). Auf der Rückseite Bushus *von Hand des XV. Jhs., von anderer darunter gesetzt:* op Busmans hoff tho Weries.

1898.

Der Edle Hermann von Witten schenkt dem Kl. Fröndenberg die Burgmühle im Kspl. Unna und bestätigt ihm den Erwerb verschiedener anderer namhaft gemachter Güter, deren Besitzer diese bisher von ihm inne hatten. 1283 (1284) März 28.

Nos Hermannus nobilis de Wintene miles et Greta uxor eiusdem ad universorum noticiam cupimus pervenire tenore presencium puplice protestantes, quod nos divinitus inspirati cupientes commutare temporalia pro eternis accedente etiam ad hec consensu liberorum nostrorum manibus coniunctis et pari voluntate damus, conferimus et donamus donacione inter vivos religiosis dominabus et nobis in Christo dilectis . . abbatisse et conventui monasterii beate Virginis in Vrundenberg molendinum nostrum, quod dicitur vulgariter Burgmolen, situm in parrochia de Unna perpetuo libere et pacifice possidendum proprietatem, ius et dominium eiusdem molendini in dictum monasterium in instanti penitus transferentes; item proprietatem diversorum bonorum a dictis religiosis emptorum a diversis personis successive a viginti annis et deinceps, que venditores ipsorum bonorum a nobis tenebant, quorum bonorum et personarum vendencium ius hereditarium inferius nomina sunt expressa, ipsis religiosis dominabus contulimus et conferimus per presentes cum omni solempnitate ad hoc debita et consueta. Renunciavimus itaque et per presentes renunciamus pro nobis et successoribus et heredibus nostris universis omni iuri et proprietati, quod vel quam in dictis bonis habuimus et habemus ad manus . . abbatisse et conventus de Vrundenberg predictarum. Sunt autem hec bona: tres aree seu

tres particule terre, quas emerunt a Lodewico de Ulfersene, site in parrochia de Unna, area in Buren, quam emerunt ab Henrico de Buren et fratribus eius, item area in Ulfersene sita in parrochia de Unna, item area in Buren sita in parrochia de Vrůnenberne, que (!) emerunt ab Anthonio milite dicto Platere et heredibus ipsius, item area in Belemerke. Que omnia bona ab omni iure, quo nobis astricta fuerant, clamamus libera et absoluta et ad predictas . . abbatissam et conventum pleno iure debere perpetuo pertinere. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentis donacionis instrumentum sigillo mei Hermanni predicti, quo unico utimur, fecimus sigillari. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX^me^ tercio, feria tercia ante ramos Palmarum.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 40. An Pgtstr. das stark beschädigte Siegel Hermanns von Witten (offenbar identisch mit Westf. Siegel Taf. 201, 1).

1899.

Vor dem Decan Pilgrim von Mariengraden zu Köln erkennt der Pfarrer Sibodo in Büderich (Kr. Soest) die Verpflichtung seiner Kirche zur Zahlung einer Rente an Decan und Kapitel von S. Cunibert zu Köln an. (1283) 1284 März 29.

Pelegrinus Dei gratia decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis universis presentes litteras inspecturis salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod constitutus propter hoc coram nobis Sibodo plebanus in Buderich recognovit publice, se debere solvere singulis annis nomine pensionis quatuor marcas Coloniensium denariorum et legalium, XII solidis pro marcha computandis, terminis infrascriptis videlicet in octavis Pasche duas marchas et in festo beati Martini hiemalis duas marchas honorabilibus viris decano et capitulo ecclesie sancti Cuniberti Coloniensis racione ecclesie de Buderich, ad que omnia se sub penis suspensionis et excommunicacionis se coram nobis fideliter astrinxit, necnon sub penis aliis in privilegio dictorum decani et capituli contentis. Et nos precipimus sub penis predictis dicto Sibodoni, quod omnino premissa fideliter adimpleat et observet. In cuius rei testimonium presentes litteras tradidimus dictis decano et capitulo ad instantes preces memorati Sibodonis sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini M°.CC°LXXX tercio, feria quarta ante festum Palmarum.

Abschr. des XV. Jhs. (2. Hälfte) im St.-A. Düsseldorf, Msc. B 63 fol. 46.

1900.

Baldewin, Edelherr von Steinfurt, belehnt Vrowin von Berge mit Gütern und Renten in den Kchspln. Bocholt, Winterswyk und Aalten. Burgsteinfurt 1284 April 12.

Nos Baldewinus dominus in Stenvordia, omnibus presencia visuris cupimus notum esse, quod cum consensu et voluntate uxoris nostre domine Elizabeth et Ludolfi filii nostri Vrowino dicto de Barge, Vrowino et Conrado filiis eius mansum dictum Kotering situm in parrochia Bocholte in legione Hemeden cum omnibus suis attinenciis ad nos iure proprietatis a progenitoribus nostris devolutum et pertinentem, item in domo dicta Blecking in parrochia Winterswic sita duo molt mensura decimali et decimam minutam, item in domo Alienting sita in parrochia Alethen viginti modios mensura decimali et decimam minutam, item in domo dicta Wimeking sita in parrochia Bocholte IIII modios siliginis mensura decimali vendidimus et porreximus nomine homagii libere et quiete iure hereditario perpetuo possidenda. Item presentibus protestamur, quod Hadewigi uxori predicti Vrowini in manso et in bonis predictis per Henricum de Wenschelo transmisimus usufructum. Item quicunque post mortem dicti Vrowini et filiorum suorum a manu nostra et successorum nostrorum predicta bona petit sibi porrigi secundum quod ius est, nobis vel successoribus nostris dabit marcam Monasteriensium denariorum legalium pro

herwadio. Preterea promisimus dicto Vrowino et filiis suis, quandocunque ipsi hoc efficere possunt, quod uxor Bernardi de Velen una cum pueris suis quinque molt annone et duos modios per mensuram decimalem, que a manu nostra tenet, resignat, que sepedictus Vrowinus a manu dicte domine nomine homagii tenet, ipsi et duobus filiis suis predictis sine eo, quod *herewede* dicitur, porrigemus. In huius rei testimonium et evidens documentum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Stenvordia anno Domini M°CC°LXXXIIII° feria quarta post Pascha, Hinrico de Detthen, Johanne de Eschedorpe militibus fidelibus nostris, Reynero dicto Wolf, Ludolfo de Wullen, Gisikino de Havekesbeke, Hinrico de Wensgelo, Bernardo de Eschedorpe et aliis quam pluribus fide dignis presentibus.

Or. Haus Beck bei Feldhausen (Kr. Recklinghausen). An rothen Seidenfäden das Siegel Baldewins mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 22, 2 u. 4).

1901.

Sigfried Erzbischof von Köln ertheilt allen die zum Bau des Conventshauses der Minoriten in Soest beisteuern, Ablass von 40 Tagen. Köln 1284 April 27.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur cum sibi servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri. Cupientes tamen quoslibet Christi fideles quibusdam allectivis indulgentiis videlicet et remissionibus ad karitatis instinctum et pia opera invitare, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis omnibus vere penitentibus et confessis qui ad structuram domus et conventus fratrum Minorum in Susato manum porrexerint adiutricem vel ad ipsum locum causa devotionis accesserint, divine propitiationis gratiam petituri, quadraginta dies et unam carenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus indulgentias suffraganeorum nostrorum aliorumque episcoporum pro structura huiusmodi dictis fratribus concessas vel concedendas presentibus confirmantes. Datum Colonie anno Domini millesimo CC°.LXXX°IIII°, V°. Kalendas Maii.

Or. Soest-Minoriten und -Dominicaner Nr. 11. An Pgtstr. das Mittelstück vom spitzovalen Siegel des Erzbischofs erhalten.

1902.

Erenfried von Bredenol überlässt dem Grafen Ludwig von Arnsberg seinen Hof Verse im Kchspl. Herscheid (Kr. Altena) und empfängt dafür den Hof Langenohl bei Waldenburg (Kr. Olpe). Meschede 1284 April 29.

Nos Erenfridus miles dictus de Breydenole litteris presentibus recognoscimus, quod proprietatem curie nostre dicte de Verse site in parrochia Herschede cum omnibus attinenciis suis damus domino nostro domino comiti Ludewico de Arnsberg et suis heredibus perpetuo possidendam recipientes proprietatem curie de Langenole site prope castrum Waldenberg cum universis attinenciis suis pari comcambio pro eadem, quod sigilli nostri munimine roboramus. Datum apud Messchede anno Domini M.CC^mo^. octuagesimo quarto, sabbatho ante festum beate Walburgis. Presentes fuerunt: Theodericus dictus Rump, Hermannus de Hagnen milites; Conradus dapifer de Waldenberg, Eckehardus frater suus, Rutcherus de Hustene, Hermannus de Bynole, Hermannus dictus Schurman, Henricus notarius de Arnesberg et alii quam plures viri probi et honesti.

Abschriften des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 4 v und 109 B Bl. 6 b. Regest auch bei Kindlinger Msc. II 71 S. 142.

1903.

Vor dem Rat der Stadt Dortmund überlässt Pilgrim, Decan von Mariengraden-Köln, den dem Decanat gehörigen kleinen Zehnten zu Dorstfeld den Zehntpflichtigen gegen eine Jahresrente. Dortmund 1284 April 29.

Nos .. consules Tremonienses notum facimus universis, quod venerabilis vir dominus Pelegrimus, decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis, pensata utilitate propria suorumque successorum ac ecclesie sue predicte, decimam suam minorem decanatui specialiter attinentem sitam in villa Dorstfelde tam in denariis, ordeo et avena quam in pullis et anseribus tradidit hominibus decimalibus dicte ville tenendam et possidendam pro septem solidis et novem denariis Tremonie bonis et legalibus sibi de dicta decima in festo Nativitatis beate Virginis in domum suam Coloniam annis singulis assignandis sub eorum periculo, laboribus et expensis hoc adiecto, quod si predicta pecunia sibi vel successori suo loco et termino predictis non fuerit assignata, extunc dicti homines cadent in penam quatuor solidorum eiusdem monete, sibi vel successori suo persolvenda cum sorte et ita singulis mensibus in eandem penam cadent, si in solutionem dictorum denariorum et pene negligentes fuerint vel remissi; et in huius rei testimonium idem dominus decanus dictis decimalibus litteras suas tradidit sigilli sui munimine roboratas, dicti vero homines decimales versa vice petierunt a nobis, ut prenotatam formam sigillo Tremoniensis civitatis sigillare dignaremur, unde nos eorum precibus annuentes dictum sigillum duximus presentibus apponendum. Actum et datum Tremonie anno Domini M°CC°LXXX° quarto, sabbato ante festum beate Walburgis. Isti fuerunt consules illius anni: Hermannus dictus Sculo, Winandus de Herrike, Johannes de Crispin, Conradus de Hirrike, Hinricus de Wipperewordе, Rutgerus Forpex, Johannes Longus, Winandus de Isperincrode, Arnoldus dictus Miles, Johannes de Wischele, Hildebrandus de Platea Trabis, Bertramus dictus Hilegeman, Bernardus de Braken, Ertmarus de Sunthem, Bertrammus de Holtekoten, Gotfridus de Kusfelde, Henricus dictus Wise et Godeschalcus de Odendale. Datum et actum anno et die predictis.

Or. Katharinen-Dortmund Nr. 39. Gedr. Rübel, Dortmunder UB. I 166. Siegel von Pgtstr. ab.

1904.

Ablassbrief des gewesenen Bischofs Hermann von Samland, Weihbischofs des Erzbischofs Siegfried von Köln, für das Kl. Himmelpforten. 1284 April 30.

Frater Hermannus Dei gratia episcopus quondam Sambiensis, in spiritualibus gerens vices domini Sifr(idi) archiepiscopi Coloniensis, omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devocionis obsequia promerentur illumque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est et retribucio meritorum. Sane igitur nos ad consequenda predicta gaudia causam dare fidelibus populis cupientes, omnibus vere penitentibus, qui ad capellam claustri sanctimonialium Cisterciensis ordinis in Porta Celi Coloniensis dyocesis in die consecracionis et per tricesimum, in tricesimis et in anniversariis dedicacionis capelle et altarium a nobis consecratorum devote accesserint, de capella annum et karenam et de quolibet altari a nobis consecrato annum et karenam, insuper qui in festis beate et gloriose virginis Marie ac aliorum patronorum eiusdem capelle causa devocionis accesserint vel qui ibidem pias elemosinas irrogaverint, de omnipotentis Dei misericordia confisi, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M°.CC^{mo}. octuagesimo quarto, dominica qua cantatur Iubilate Deo.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 37. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (spitzoval, der Bischof im Ornate sitzend, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Stab haltend).

1905.

Die Städte Münster, Osnabrück, Soest und Dortmund ändern drei Artikel ihres Bündnisses (vgl. oben Nr. 1289). Dortmund 1284 Mai 5.

Nos iudices, scabini, consules universique burgenses civitatum et opidorum Monasteriensis, Osnaburgensis, Susatiensis et Tremoniensis notum facimus universis, quod cum nos propter communem utilitatem et commodum generale inter nos quandam confederationem fecerimus et articulos in ea contentos promiserimus observare fide data et prestito iuramento, nos tamen habito sano consilio, tres articulos decrevimus immutare, confederatione nichilominus in suo robore permanente. Primum, quod nulla civitatum predictarum bellum aliquod iniciet vel instauret, nisi aliarum civitatum confederatarum consilio mediante. Secundum, quod si aliquis concivium nostrorum in aliam civitatem venerit et ibidem debita contraxerit emendo, vendendo vel fideiubendo, quod in eadem teneatur, si culpatus fuerit, de singulis respondere. Tercium, si aliquis articulum confederationis nostre incusatus fuerit violasse et emendam suam fecerit secundum nostrarum continentiam litterarum, ex eo non sit honore privatus, sed honestis et fidedignis hominibus possit nichilominus coequari. In premissorum testimonium presentem litteram sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Actum Tremonie anno Domini M°CC°LXXX° quarto, feria sexta proxima post festum Walburgis.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 49. An Seidenschnüren die Siegel der Städte Dortmund (Westf. Siegel Taf. 75, 2 u. 84, 2), Soest (ebenda Taf. 76, 1 u. 89, 2) und Osnabrück mit Rücksiegel; das der Stadt Münster abgefallen. Gedr. Fahne, UB. von Dortmund I 30; Rübel, Dortmunder UB. I 167; im Auszug Höhlbaum, Hansisches UB. I 942. Vgl. Zurbonsen, Der westfälische Städtebund S. 54 f.

1906.

Das Kl. Freckenhorst lässt einen Hörigen im Interesse des Kl. Welver frei. 1284 Mai 11.

Venerabilibus et in Christo dilectis . . abbatisse totique conventui in Welvere Coloniensis dyocesis Cisterciensis ordinis Jutta miseratione divina abbatissa et conventus monasterii in Vrekenhorst Monasteriensis dyocesis cum devotis orationibus salutem in virginis filio Jesu Christo. Heinricum ab A longe retroactis temporibus nostro pertinentem monasterio iure servitutis ob reverentiam Dei patris et sanctorum eius necnon et vestram promotionem libertamus seu manumittimus in hiis scriptis abrenunciantes omni iuri, dummodo in ordine manserit et utilis vobis fuerit, quod habuimus in eodem. In cuius facti testimonium nos abbatissa predicta sigillum nostrum presentibus appendimus, quo nos conventus utimur in hac parte. Actum in vigilia Pancratii et sociorum eius anno Domini M°.CC°.LXXX°. quarto.

Or. Kl. Welver Nr. 84. An Pgtstr. das Siegel der Aebtissin Jutta von Freckenhorst (Westf. Siegel Taf. 127, 4).

1907.

Graf Dietrich von Limburg belehnt Engelbert von Herbern mit den von den Söhnen Wessels gen. Kolve aufgelassenen Lehngütern zu Werries. Styrum 1284 Mai 17.

Nos Th(eodericus) comes de Limburg notum facimus universis et tenore presentium publice protestamur, quod nos recepta resignatione curtis in Weryeis, mansus et molendini ibidem cum universis eorum appendiciis a pueris quondam Weszeli dicti Kolven, videlicet Godefrido, Hermanno et Adolfo, predicta bona, curtim, mansum et molendinum cum omnibus eorum attinentiis porreximus in

libero feodo Engelberto de Hereborne militi ac suis heredibus, domini Everhardi filii nostri ac Theoderici et Frederici puerorum quondam domini Johannis filii nostri ac omnium heredum nostrorum unanimini (!) assensu ac plenario de consensu. Huius rei testes sunt videlicet: Henricus de Vitinchove ac Conradus de Magna Domo milites; Volquinus cappellanus noster, Aabraham de Kikeshem, Conradus de Vitinchove, Theodericus de Magna Domo, Everhardus de Kodincdorpe, Wilhelmus de Worden, Rodolfus de Capella, Johannes de Asscheberge ac alii plures fide digni. Actum et datum in Styrem anno Domini M°CC°LXXX° quarto, in vigilia ascensionis Domini.

Or. auf Haus Loburg bei Westbevern im Besitz des Freiherrn von Beverförde-Werries. Gedr. Westf. UB. III 1249 nach einer Abschrift in Msc. II, 46 p. 87.

1908.

Heinrich Erzbischof von Trier ertheilt allen, die zum Bau des Conventshauses der Minoriten in Soest beisteuern, Ablass. Trier 1284 Mai 20.

H(einricus) Dei gratia Trevirorum archiepiscopus universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur cum sibi servientibus multa maiora tribuat quam valeant promereri, cupientes tamen quoslibet Christi fideles quibusdam allectivis indulgentiis videlicet et remissionibus ad caritatis instinctum et pia opera invitare, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad structuram domus et conventus fratrum Minorum in Susato manum porrexerint adiutricem vel ad ipsum locum causa devotionis accesserint, divine propitiationis gratiam petituri quadraginta dies dyocesani consensu accedente de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum in Treveri anno Domini M°.CC°.LXXX°. quarto, tertio decimo Kalendas Junii.

Or. Soest-Minoriten und -Dominicaner Nr. 12. An Pgtstr. Fragment vom grossen spitzovalen Siegel des Erzbischofs.

1909.

Der Edle Widukind von Grafschaft verkauft dem Kl. Grafschaft eine Rente, die sein Vater von dem Kloster bei einem Vergleich erhalten hatte, ferner seinen Hof in Ober-Dreve *(bei Schmallenberg) und drei Hufen in Grafschaft. 1284 Mai 28.*

In nomine Domini, amen.[1]) Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Widekindus de Graschaph nobilis et Gerthrudis eius legitima paratam ad beneplacita voluntatem. Que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum apicibus, testium veracium assertionibus necnon sigillorum munimine debent quam firmiter perhennari. Inde est, quod ego Widekindus de Graschaph nobilis una cum Gerthrude mea uxore legitima ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum Christi fidelium volo pervenire, quod scrupulus litis et discordie inter venerabilem virum dominum Widekindum abbatem monasterii in Graschaph felicis memorie defunctum et conventum eiusdem loci tunc temporis existentem ex parte una et inter Adolphum de Graschaph nobilem patrem meum bone memorie defunctum parte ex altera quondam habitus super quatuor allodiis ad ecclesiam Graschapensem pertinentibus videlicet in Glydorp, in Herentorp et in Lenninchoven duobus prout in scriptis privilegii cuiusdam super eo exarati et in ecclesia Graschapensi conservati lucidius continetur mediantibus viris honestis ac discretis quorum nomina huiusmodi privilegio inserta habentur, hoc modo fuerat sopitus, videlicet ut post decisionem huius litis extunc ecclesia Graschapensis dicto . . nobili ac suis heredibus pro hiisdem quatuor allodiis iamdictis et iure, si quod in ipsis habuerant, quolibet anno

in festo beati Martini unam marcam legalium denariorum persolveret incunctanter. Cum igitur redditus de marca denariorum iam dicta hoc in tempore specialiter me contingant, eosdem inquam redditus annuente Gerthrude mea legitima, de consensu etiam fratrum meorum scilicet Craftonis et Hinrici ac reliquorum heredum, adiectis nichilominus tam curte mea in Superiori Dreve apud Smalenborg sita quam et aliis tribus mansis suis in villa Graschaph monasterio adiacente, videlicet manso Dytheri, manso Hildebrandi et manso, qui Nyegehus vulgariter nuncupatur, quos mansos una cum curte iamdicta ab ecclesia Graschapensi in feodo tenebam, decrevi propter solutionem debitorum meorum vendendos et vendidi absolute viris religiosis et honestis videlicet domino Godefrido abbati monasterii in Graschaph et . . conventui eiusdem loci pro summa viginti quatuor marcarum legalium denariorum sine quolibet servitio, sine omni iure advocatico et absque omni inquietudine tam in agris quam et in frutectis (!) in nemore seu in lignis, que vulgariter marka dicuntur, ad hoc pertinentibus et sine omni decimatione maiore vel minuta sive in agris sive in domibus seu in quibuscunque ad hoc pertinentibus iure hereditario perpetuo possidendos. Et ut dictis . . abbati et conventui in Graschaph magis cautum existat, ego . . Widekindus, Gerthrudis mea legitima, Crafto et Hinricus fratres mei ac reliqui heredes renunciamus[2]) super eo omnibus excepcionibus ac defensionibus iuris canonici et civilis, que nobis contra predicta omnia poterunt subtilitate aliqua suffragare. In cuius rei testimonium sigilla videlicet domini Johannis nobilis viri de Bylsteyne Westfalie nunc marschalci, domini Widekindi comitis de Widegensteyne, Hinrici decani in Wormbike, Erenfridi militis de Bredenole una cum meo sigillo duxi presentibus appendenda. Testes huius rei sunt: Hinricus decanus in Wormbike, Herbordus et Wilhelmus et Conradus cellerarius, Hermannus notarius et Adolphus monachi in Graschaph, Otto dictus Stumpel, Hermannus iudex, Hermannus de Gruwelsipe, Remboldus, Hinricus magister burgensium, dictus Sudertzu cognomine, Tidericus Pistor, Antonius, Johannes de Wormbike, Luthardus de Mysselenbike, Volmarus de Langenbike burgenses in Smalenborg, Volmarus de Ebinchoven et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. quarto, in die sancto Pentecostes.

[1]) *Verlängerte Schrift.* [2]) *Die Zeilen von hier ab enger zusammengedrängt.*

Or. Kl. Grafschaft Nr. 15. An grünblauen Seiden- und Wollfäden die Siegel: 1) Johanns von Bilstein (Westf. Siegel Taf. 14, 1 u. 16, 13), 2) des Decans von Wormbach (spitzoval, der Decan stehend, die Hände vor der Brust gefaltet), 3) Erenfrieds von Bredenol (Westf. Siegel Taf. 194, 7), 4) Widukinds von Grafschaft (ebenda Taf. 34, 4). Das Graf Widukinds von Wittgenstein an zweiter Stelle fehlt. Gedr. Seibertz UB. I 411.

1910.

Volcmar von Eickelborn lässt dem Kl. Paradies seinen Hof in Schwefe auf. Ostönnen 1284 Juni 8.

Omnibus presentes litteras inspecturis inperpetuum. Ego Volchmarus dictus de Ekenebern notum esse cupio presencium tenore publice protestando, quod ego de consensu uxoris mee et omnium heredum meorum ac cum matura deliberacione amicorum meorum curtem meam in Sveve in fine ville sitam super viam, que ducit in Merghelinchusen ad plagam occidentalem, quam olim conventui sororum de Paradyso cum proprietate et fructibus, omnibus attinenciis eius vendidi, racionabiliter atque rite resignavi libere et absolute coram domino Burghardo dicto de Borghelen vrigravio nobilis viri Godefridi de Rudenberg in manus fratris Gyseleri et fratris Hildebrandi et Brunonis de Boge civis Sosaciensis, qui eam nomine prefati conventus de manu mea publice receperunt. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX°IIII°, VI° Idus Junii in Ostthunen presentibus: predicto nobili Gode(frido) de Rudenberg, Alberto Palsode, Adam de Lunen tunc temporis magistris civium Susaciensium, Brunone de Bocge, Brunone de Scapmarch, Bodone Guten, Lutberto de Thodinchusen, Wichmanno de Vlereke, Henemanno

de Ostinchusen, Henemanno de Lunen, Alexandro de Meninchusen, Henrico de Hammone et Helmico fratre eius, Theoderico dicto Rodenberg civibus Susatiensibus; Johanne Vrige de Thunen, Margquordo et Hinrico ac Johanne filiis eius, Arnoldo et Winando de Rithem; Siffrido et Gerhardo preconibus. In omnium autem premissorum perpetuam firmitatem sepedicto conventui presentem tradidi litteram sigilli sepedicti nobilis Gode(fridi) de Rudenberg munimine roboratam.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies Msc. VII 6107 fol. 43—44. Gedr. Tross, Westphalia 1824 (8°) S. 109.

1911.

Gottfried von Rüdenberg bekundet die Auflassung eines Hofes in Schwefe seitens des Volcmar von Eikelborn an das Kl. Paradies. 1284 (um Juni 8).

Godefridus nobilis de Rudenberg universis hanc litteram visuris salutem et cognoscere veritatem. De gestis hominum eciam laudabilibus gravis sepe emergit calumpnia, nisi robur testium hoc inhibeat aut scriptura. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod Volchmarus dictus de Ekenebern cum consensu uxoris sue ac heredum suorum proprietatem cuiusdam curtis in Sveve, in qua moratur Johannes dictus Berman, coram Borchardo nostro wrigravio dicto de Borgelen cum matura deliberatione amicorum suorum manu emisit ac ecclesie in Paradyso contulit libere possidendam. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, munimine sigilli nostri duximus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX.IIII°. Presentes erant: Albertus de Palsode, Adam de Lunem (!) tunc temporis proconsules in Susato, Bruno de Bocge, Bruno de Ovili Foro, Bodo Gute, Lůtbertus de Thodinchusen, Wichmannus de Wlerike, Henemannus de Ostinchusen, Henemannus de Lunen, Alexander de Meninchusen, Henricus de Hammone et Helmicus frater suus, Theodericus Rodenberg cives Sosatienses; Johannes Vrige de Thunen, Marquordus et Henricus ac Johannes filii sui, Arnoldus et Winandus de Rithem; Siffridus et Gerhardus precones; et frater Gyselerus et frater Hildebrandus et Bruno de Bocge civis Sosaciensis, qui proprietatem curtis dicte nomine ecclesie receperunt, et alii quam plures.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. 6107 fol. 44. Vgl. die vorhergehende Nr. 1910.

1912.

Balduin von Steinfurt schenkt dem Kl. Marienhof in Hamm (später Kentrup) den Pachtzins aus dem Hof Beygerinchof *den früher von ihm Ritter Heinrich Palster und Friedrich von Rechede zu Lehen hatten. 1284 Juni 11.*

Omnibus presentia visuris nos Baldewinus dominus in Stenvordia notum facimus et presentibus firmiter protestamur, quod constituti coram nobis Hinricus miles dictus Palster quondam noster castellanus et omnes filii sui cum consensu uxoris sue, filiorum et filiarum suarum necnon omnium heredum suorum pensionem, quam habuit annuatim in curia dicta Beygerinchof, que vulgaliter dicitur *pacht*, quam a nobis tenuit nomine homagii, in manus nostras dictus Hinricus miles libere resignavit. Nos igitur recepta resignatione in presencia proborum virorum dictam pensionem porreximus nomine homagii Frederico famulo dicto de Rechede consanguineo nostro predilecto. Preterea notum facimus universis presencia inspecturis, quod dictus Fredericus predictam pensionem vendidit ecclesie Curie sancte Marie in Hammone abrenuncians omni iuri quod in ipsa pensione habere dinoscebatur. Nos vero ab ipso resignatione recepta velut a supradictis dictam pensionem intuitu Dei et pro fideli instancia predicti Frederici dicte ecclesie sancte Marie in Hammone ordinis Cisterciensis pro iusto et vero proprio donavimus et in hiis scriptis donamus iure hereditario perpetuo possidendam. Huius facti testes sunt:

Hadewercus miles dictus Blome, Thidericus cappellanus noster, Ludolfus de Monasterio, Cesarius de Hec et Hinricus Blome et alii quam plures. In huius igitur facti evidens documentum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXIIII°, ipso die Barnabe apostoli.

Or. Reichsarchiv München, Habelsche Sammlung. Ein Rest des Siegels Balduins von Steinfurt (Westf. Siegel Taf. 22, 2 mit Rücksiegel Taf. 22, 4) an Pgtstr. angehängt gewesen, liegt an. Abschr. von Kindlinger in Msc. II 49, S. 126.

1913.

Der Junker Wilhelm von Ardey lässt einen Hörigen frei. Vogtshof vor Soest 1284 Juni 25.

Universis et singulis presentes litteras visuris imperpetuum. Ego Wilhelmus domicellus de Ardeyo notum facio publice protestando, quod, cum Christianus presentium exhibitor ex sua conditione ad me pertineret, ego accepto ab eo competente servicio ipsum manumisi absolvens eum a iugo servitutis et dimittens eum ab omni iure, quo michi tenebatur vel teneri videbatur, liberum et solutum. In cuius rei testimonium et robur ipsum muniendum duxi presenti scripto sigilli mei munimine roborato. Actum et datum extra muros Susatienses in curia advocati anno Domini M°.C°C°.LXXX^mo^ quarto, in crastino Nativitatis beati Johannis Baptiste.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das Siegel Wilhelms von Ardey (Westf. Siegel Taf. 30, 10). Nach der Aufschrift auf der Rückseite von einer Hand des XVI. Jhs.: „eyn vrygbreff" *gehört die Urkunde zu denen des Kl. Flasheim.*

1914.

Graf Everhard von der Mark, der mit der Wahrung des Landfriedens in Westfalen betraut ist, lädt den Grafen von Ravensberg wegen Verletzung desselben auf den Tag zu Warendorf am 2. Juli vor. O. J. (1284) Juni 25.

Viro nobili domino comiti de Ravensberg Everardus comes de Marka paratam ad eius obsequia voluntatem. Licet faceremus inviti totis quantum potuimus viribus renitentes, compulsi[1]) tamen per iuris sententias ratione auctoritatis regie super pacis generalis conservantia per partes Westfalie[2]) nobis commisse oportuit nos ad instantiam reverendi patris domini Monasteriensis episcopi sueque totius ecclesie necnon civitatum universarum Westphalie preterita dominica in crastino videlicet Nativitatis beati Johannis Baptiste Bekeheym iudicio presidere, ubi accepta de vobis queremonia predictorum omnium super pacis sacre generalis violacione, legaliter ibidem vobis citatis et ad arma proclamatis diem assignamus, quemadmodum secundum pacis statutum processum extitit, proximam videlicet dominicam post Petri et Pauli nunc instantem, ut Warendorpe hora debita coram nobis tunc compareatis ad que vobis ibi obiecta[3]) fuerint responsuri, ne forsan contra vos, quamquam inviti hoc faciamus, secundum iuris exientiam[4]) contra vos[5]) procedere compellamur. Damus ad hoc vobis conductum firmum quem omnibus prenominatis videlicet Monasteriensi episcopo, sue ecclesie[6]) totali, civitatibus ac omnibus ipsorum intuitu facere volentibus super hac videlicet causa de qua ad presens agitur illuc secure veniendi et ad propria revertendi, cuius conductus ad nos et ad presentes indubitatum debet habere respectum. Datum in crastino Nativitatis beati Johannis Baptiste.

[1]) *Abschrift* „compuli". [2]) *Abschrift* „Wastfalie". [3]) *Abschrift* „abiecta". [4]) *Offenbar für* „exigentiam". [5]) *Abschrift* „ius". [6]) *Abschrift* „sua ecclesia".

Abschr. des XIII. Jhs. Stdt.-A. Köln, Copiar Erzbischof Siegfrieds von Köln Bl. 31 Nr. 109, mit folgender Ueberschrift: Littera infrascripta omissa fuit et est in preiudicium ecclesie Coloniensis, unde ipsi littere dominus Sifridus archiepiscopus Coloniensis contradixit et contradicit ac

eam fecit huiusmodi registro ad memoriam annotari, cuius tenor talis est. *Vergl. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln XII, S. 51, Nr. 84. Das Jahr ergiebt sich aus dem Datum des Beckumer Termins und wird bestätigt durch die sonstigen uns erhaltenen Nachrichten, denen zufolge König Rudolf um diese Zeit dem Grafen Everhard von der Mark den Schutz des Landfriedens in Westfalen übertragen hat. S. Zurbonsen, der Westfälische Städtebund von 1253 bis zum Territorialfrieden von 1298, S. 52. Dessen Vermuthung (a. a. O. Anm. 4), dass in den Worten des Verbundbriefes, der zwischen dem Erzbischof Siegfried von Köln und dem Bischof Conrad von Osnabrück am 13. März 1284 (5) (s. unten), aufgerichtet wurde,* in preiudicium iuris et honoris *eine Beziehung auf die den Erzbischof verletzende Schutzherrlichkeit Graf Everhards über den Landfrieden vorliegt, wird durch die Ueberschrift des obigen Schreibens zur Gewissheit. Vergl. auch Hansisches UB. III S. 404.*

1915.

Der Comthur des Deutschordenshauses in Mülheim, Simon, verkauft dem Johann von Alapa *zwei Morgen von dem Hofe in Alpe. 1284 Juni.*

Simon commendator domus in Mulenhem ceterique fratres ibidem ordinis de domo Teuthonica omnibus hoc scriptum visuris vel audituris salutem in eo, qui est vera salus omnium. Notum facimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos Johanni de Alapa, Ide uxori sue ac eorum heredibus, scilicet Johanni, Wilhelmo et Godescalco, duo iugera agrorum ad nostram curtem in villa Alapa sitam pertinentium inter agros dicti Johannis sita et curie ipsius adiacentia legitime ac rationabiliter vendidimus et assignavimus cum proprietate et pleno iure ipsis et ipsorum heredibus seu legitimis successoribus perpetualiter optinenda. In cuius rei testimonium, evidentiam ac firmitatem perpetuam presens scriptum sigilli nostri, videlicet commendatoris munimine duximus roborandum. Testes autem horum sunt hii: dominus Boymundus plebanus in Osedinchusen, Sifridus dictus Cribigel, Thidericus frater ipsius, Henricus dictus de Dedinchusen, Henricus dictus Clericus, Regenhardus Stolperoc et Thidericus pistor, oppidani Lippenses, Liefhardus, noster famulus et Henricus villicus noster in Mulenhem et alii quam plures. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, mense Junio.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 47. An Pgtstr. das Siegel des Comthurs (Westf. Siegel Taf. 141, 13). Rückschrift: de Alepe.

1916.

Reinald Graf von Geldern und Herzog von Limburg verbündet sich mit dem Erzbischof Siegfried von Köln gegen den Herzog Johann von Brabant u. A., darunter auch Everhardum comitem de Marca. Vennebruke *1284 August 16.*

Nach dem Or. im St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 298 gedr. Lacomblet UB. II 793; danach Sloet, Oorkondenboek III Nr. 1080.

1917.

Gottfried von Rüdenberg bekundet, dass Gerhard gen. Wrihe dem Kl. Welver $1^1/_2$ Ackerland bei Hettorpe *(Hattrop, Kr. Soest) verkauft hat. 1284 August 22.*

Ego Godefridus dictus burgravius[1]) de Ruddeberg universis hanc paginam visuris eternam in Domino salutem. Tenore presentium protestor et notum facio tam modernis quam futuris, quod Gerhardus dictus Wrihe de Hettorpe agrum unum et dimidium iuxta dictam villam sitos voluntate nostra

vendidit conventui de Welvere ordinis Cysterciensis iure perpetuo libere possidendos. Quos eciam agros dictus iam Gerhardus cum uxore sua Elizabeth et filio suo Gerhardo ac tribus filiabus eorundem scilicet Elizabeth, Lůtgarde, Kůnegunde nobis et domino Burchardo de Borgelen presentibus voluntarie resignaverunt ab omni iure, quod in eisdem habere videbantur, totaliter discedentes. Ne autem in posterum aliquis hoc factum infringere aut etiam retractare conetur, presentem paginam super hiis confectam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX° quarto, in octava Assumptionis sancte Marie virginis.

[1]) *Im Or. ursprünglich* „brurgravius".

Or. Kl. Welver Nr. 55. Siegel von Pgtstr. ab. Geschrieben von derselben Hand wie unten Nr. 1932.

1918.

Der Decan und der Canonikus Magister Gottfried von S. Georg zu Köln beauftragen als Richter den Pfarrer von S. Marien zu Dortmund, die Richter, Schöffen und Bürger von Dortmund auf September 16 zur Verantwortung gegen die Klageschrift des Decans von Mariengraden vorzuladen. 1284 August 31. Die eingerückte Klageschrift lautet:

Coram vobis dominis iudicibus dicit et proponit decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis contra iudices, consules, scabinos et universitatem opidi Tremoniensis et eorum procuratores, quod licet ecclesia beati Reynoldi Tremoniensis, a qua tamquam a sua matrice sancte Marie et sancti Nicolai ecclesie parrochiales dicti opidi dependent cum decania ibidem ac aliis eorum pertinentiis universis, ad decanos ecclesie sancte Marie predicte, qui pro tempore fuerint et ad ipsum decanum, qui nunc est, pertinuerit et pertinere dinoscatur, quamquam etiam in matrice ecclesia predicta ac aliis ecclesiis ab eadem dependentibus predictis et earum pertinentiis habuerint et ad eos pertinuerit ius investiendi, instituendi et destituendi personas ibidem institutas, et ipsi decani, qui pro tempore fuerint, nomine ecclesie sue predicte fuerint patroni et ad eos pertinuerit ius patronatus et conferendi huiusmodi ecclesias cum pertinentiis earundem pleno iure, quamquam etiam in possessione vel quasi premissorum ipsi decani ecclesie sancte Marie ad Gradus, qui pro tempore fuerint, et ipse decanus, qui nunc est, nomine ecclesie sue predicte fuerint et sit, tamen dicti iudex, consules, scabini et universitas opidi predicti contendentes pro sue libitu voluntatis, se patronos sancte Marie, sancti Nicolai ecclesiarum Tremoniensium et sancti Stephani et sancti Johannis baptiste altarium existentium in ecclesia beati Reynoldi predicta, et ius patronatus ipsarum ecclesiarum et altarium ad se pertinere, impedimentum prestant, eidem decano et suis predecessoribus prestiterint, eosdem super premissis vexando de facto, cum de iure non possent, et se eidem decano opponunt in premissis minus iuste, non permittendo eundem possessione vel quasi eorundem gaudere pacifica et quieta in non modicum ipsius decani preiudicium, vituperium et dampnum, quare petit: *Folgt die Forderung, dem Dechanten das Patronatsrecht über die streitigen Altäre zuzuweisen.* Datum in octava beati Bartholomei apostoli anno Domini M°CC°LXXX° quarto.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 714 d mit Siegelresten. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I 168.

1919.

Ritter Adolf von Allant einigt sich mit dem Kapitel von S. Patroclus in Soest wegen der rückständigen Pacht vom Hofe Calle u. A. Soest 1284 September 2.

Universis presentes litteras visuris seu percepturis ego Adolphus dictus Allant miles notum facio, quod, cum ego dominorum meorum domini . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Susatiensis ex iusta conputatione in triginta et sex marcis denariorum ratione villicationis curtis in Calle ipsis attinentis

debitor existerem et pro dictis denariis necnon pro dimenbratione dicte curtis vinculo excommunicationis ad instantiam dictorum dominorum[1]) innodatus fuissem, dicti domini michi gratiam non modicam facientes de prefatis triginta et sex marcis duodecim marcas relaxarunt, quam gratiam gratam acceptans ipsis in summa viginti quatuor marcarum maneo obligatus, talem etiam mecum ordinationem facientes, quod ego medietatem dictorum denariorum videlicet duodecim marcas duobus terminis subscriptis scilicet in Nativitate Domini proxima nunc ventura sex marcas, et infra Nativitatem Domini predictam et Carnisprivium proximum subsequens sex marcas dicto capitulo me obligo soluturum et ad maiorem securitatem solutionis amicos meos statui fideiussores pro duodecim marcis memoratis. Preterea duodecim marcas residuas terminis subscriptis videlicet infra octavam beate Walburgis, que erit anno Domini M°.CC°.LXXX°.[2]) quinto tres marcas, in Nativitate beate Marie tunc proxima subsequente tres marcas ac deinde in Nativitate Domini eodem anno tres marcas ac iterum infra octavam beate Walburgis, que erit anno Domini M°.CC°.LXXX°.[3]) sexto tres marcas fide corporali prestita ego et filius meus Rutgerus,[4]) mecum et pro me dicto capitulo solvere promisimus et firmiter promittimus litteras per presentes. Quod si vero in dictis terminis seu aliquo ipsorum, quod absit, in solutione neggligens[5]) fuero vel remissus, extunc opidum Susatiense ego et filius meus Rutgerus predictus intrabimus ibidem per unum mensem tantum mansuri et si infra predictum mensem predicto capitulo de non persolutis integraliter non satisfecero, extunc ipso facto pristinam excommunicationis sententiam me offero et astringo in hiis scriptis incurrisse, gratiam etiam relaxationis duodecim marcarum mihi[6]) a dicto capitulo prestitam penitus amisisse et pro non relaxatis habiturum. Item promitto firmiter in hiis scriptis, quod de annona curtis et decimarum ad dictam curtem in Calle attinentium[7]) ac etiam aliis redditibus predicte curtis me de cetero nullatenus intromittam, nisi primitus et ante omnia dicto capitulo de suis prebendis integraliter fuerit satisfactum et extunc, quicquid de annona et redditibus predictis supercreverit, hoc in usus meos libere convertetur. Si vero, quod absit, aliquo casu contigerit,[8]) quod de predicta annona et[9]) aliis redditibus curtis et decimarum ad curtem in Calle attinentium prefato capitulo de suis prebendis plenarie satisfactum non fuerit, defectum huiusmodi statutis ad hoc temporibus supplere teneor et ad hoc me astringo, sicut in registro dicti capituli est determinatum. Porro mansos, decimas, homines ac omnia et singula a dicta curte alienata seu distracta redimere debeo et ad dictam curtem integraliter revocare infra terminos subscriptos: videlicet infra octavam beate Walburgis proximam nunc venturam duos mansos et in Nativitate Domini tunc subsequente duos mansos, item duos mansos[10]) infra octavam beate Walburgis, que erit anno Domini M°.CC°.LXXX°. sexto et in Nativitate Domini eodem anno duos mansos, ita sane quod evolutis terminis predictis ultimo termino videlicet in Nativitate Domini predictam curtem in Calle tam mansis, decimis, hominibus quam omnibus et singulis attinentiis redintegratam habeam per omnia et cum omni iure suo plenarie revocatam. Si vero, quod absit, in predictis terminis vel aliquo ipsorum predictos mansos ad curtem in Calle non revocavero, sicut superius est expressum, omnem warandyam[11]) possessoribus dictorum mansorum penitus debeo denegare et dictum capitulum predictos mansos ad se revocabit ac requiret et de mansis, si quos ad se antedictum capitulum revocaverit, nullam recompensationem seu emolumentum michi facere tenebitur nec debebit, ego tamen nichilominus ad amministrationem prebendarum dicti capituli cum omni integritate permaneo obligatus. Omnia igitur et singula in presenti pagina prenarrata me promitto fideliter observaturum tali etiam apposita conditione, quod si omnia predicta vel aliqua ex ipsis non observavero, sicut superius est expressum, quod extunc ipso facto sine aliqua contradictione ab omni iure seu officio villicationis dicte curtis in Calle et ipsius attinentiis michi a dicto 'capitulo prestito penitus sim[12]) exclusus. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli mei munimine duxi roborandam, sigillum etiam reverendi patris et domini domini Sifridi Coloniensis[13]) archiepiscopi ac sui . .[14]) officialis necnon sigilla honorabilium virorum domini Everhardi comitis de Marcha,[15]) domini Johannis de Bylstene[16]) marschalci[17]) Westfalie,[18]) Hunoldi Plettenbracht,[19])

Erenfridi de Breydenole,[20]) Godefridi de Summeren, Theoderici dicti Vůlenspit, Godefridi de Huvele, Rutgeri dapiferi de Marcha[21]) et Rutgeri de Althena[22]) militum ac opidi Susatiensis presentibus impetravi[23]) apponi ad maiorem evidentiam premissorum. Testes huius rei sunt et presentes fuerunt: Godefridus . . decanus ecclesie Susatiensis, magister[24]) Rutgerus scolasticus, magister Gerlacus, Lutbertus camerarius, magister Regenhardus, Engelbertus[25]) thesaurarius, Rotbertus, Henricus de Dungelen, Gerhardus de Osthoven, Theodericus de Althena, Lodewicus[26]) de Sunhere et[27]) Ludolphus dictus Fernere canonici ecclesie Susatiensis; preterea Johannes de Kefflike,[28]) Godefridus de Bentvelde, Godefridus Rufus, Johannes de Vrowendorp et Hermannus de Effle[29]) sacerdotes; Albertus de Palsole[30]) et Adam de Lůnen magistri consulum Susatiensium, Ecbertus de Foro, Herbordus dictus Make, Volcwinus[31]) de Ostinchusen,[32]) Hermannus de Benekinchusen, Johannes de Kefflike,[33]) Theodericus[34]) de Ludrinchusen et alii quamplures viri providi et fidedigni. Facta[35]) sunt hec in monasterio beati Patrocli in Susato anno Domini millesimo octogesimo[36]) quarto, in crastino beati Egidii confessoris post horam vesperarum.

[1]) *In A an den letzten beiden Worten radirt.* [2]) *In B* „millesimo ducentesimo octogesimo“. [3]) *B* „millesimo ducentesimo octogesimo“. [4]) *B* „Růtgerus“. [5]) *B* „neggliens“. [6]) *B* „michi“ [7]) *B* „attinensium“. [8]) *A* „contingerit“. [9]) *B* „ac“. [10]) *In B fehlt:* „item duos mansos“. [11]) *B* „warandiam“. [12]) *B* „sum“. [13]) *Folgen in B* . . [14]) *In B fehlen die Punkte.* [15]) *B* „Marka“. [16]) *Folgen in B* . . [17]) *B* „marscali“. [18]) *B* „Westphalie“. [19]) *B* „de Plittenbracht“. [20]) *B* „Bredennole“. [21]) *B* „Marka“. [22]) *B* „Altena“. [23]) *B* „inpetravi“. [24]) *Fehlt in B.* [25]) *B* „Egelbertus“. [26]) *B* „Lůdewicus“. [27]) *Fehlt in B.* [28]) *B* „Keflike“. [29]) *B* „Efle“. [30]) *B* „Palzole“. [31]) *B* „Volquinus“. [32]) *B* „Ostinhusen“. [33]) *B* „Keflike“. [34]) *In A* „Theodicus“. [35]) *B* „Acta“. [36]) *In A* „M°.CC°. octuagesimo“.

Or. in doppelter Ausfertigung, Stift Patroclus-Soest Nr. 56 und 57 (A u. B) von verschiedenen Händen geschrieben. An den 12 Pgtstr. von A scheinen überhaupt niemals Siegel gehangen zu haben. An B hängt noch das Siegel des Johann von Bilstein (Westf. Siegel Taf. 14, 1) und es trägt der erste Pgtstr. auch Spuren eines angehängt gewesenen Siegels. Auf der Rückseite von B hat denn auch eine Hand des XVI. Jhs. bemerkt: episcopus sigillavit. *An den übrigen 10 Pgtstr. von B dürften ebenfalls keine Siegel befestigt gewesen sein. Zu beiden Ausfertigungen ist der Transfixbrief vom 2. October 1284 (s. Nr. 1923) erhalten.*

1920.

Der Decan und der Canoniker Gottfried von S. Georg zu Köln setzen in dem Streit zwischen dem Decan von Mariengraden und der Stadt Dortmund als neuen Termin den October 30. 1284 September 16.

Decanus ecclesie sancti Georgii Coloniensis et magister Godefridus canonicus ibidem, iudices a reverendo patre ac domino Sifrido, Coloniensi archiepiscopo, constituti in causa, que coram nobis vertitur inter venerabilem virum decanum ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis ex una parte, iudicem, scabinos, consules ac universitatem opidi Tremoniensis ex altera, prefigit de consensu partium feriam secundam post festum beatorum Symonis et Jude apostolorum ad faciendum idem, quod fieri debuit, sabbato ante festum beati Mathei apostoli. Actum sabbato predicto anno Domini M°CC°LXXX° quarto.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 715 mit zwei Siegelresten. Gedr. Rübel, Dortmunder UB. I, 169.

1921.

Mandat Erzbischof Siegfrieds von Köln für den Official der Bonner Präpositur, das Urtheil in der Appellationssache des Nonnenklosters in Hamm wider das Kl. Kappenberg wegen der Kapelle in Hamm zu sprechen. 1284 September 15.

Eingerückt in die Urk. d. d. 1284 October 13 (Nr. 1924).

1922.

Mathilde, die Tochter Curds von Honhus, *überträgt das Gut* Rindesbroke *im Kirchspiel Bochum der Abtei Werden. 1284 September 26.*

Notiz auf der Rückseite vom Or. Stift Werden Nr. 86 im St.-A. Düsseldorf, s. oben Nr. 1862.

1923.

Ritter Adolf von Allant bittet den Grafen Everhard von der Mark u. A. den beigehenden Hauptbrief von 1284 September 2 (Nr. 1919) besiegeln zu wollen. 1284 October 2.

Nobilibus viris, domino E(verhardo) comiti de Marka et domino Jo(hanni) de Bylstene marscalco Westfalie, Hunoldo de Plettenbraht, Erenfrido de Eredennole, Godefrido de Summeren, Theoderico dicto Wůlenspit, Godefrido de Hůvele, Růtgero dapifero de Marka, Růtgero de Althena militibus necnon honestis viris magistris civium et consulibus opidi Susatiensis Adolphus dictus Allant miles quicquid potest obsequii et honoris. Ordinationem super curte in Calle et attinenciis inter dominos meos . . decanum et capitulum Susatiensis ecclesie ex una parte et me ex altera factam talem esse recognosco et fateor, qualis est forma publici instrumenti super hoc confecti, quam vobis lator presentium presentabit. Quia igitur in eodem instrumento vestrorum fit mentio sigillorum, rogo una cum predicto capitulo, quatenus, cum reverendi patris domini archiepiscopi Coloniensis et meum sigilla sint appensa, vestra quoque sigilla in testimonium apponatis. Datum in crastino beati[1]) Remigii anno Domini M°.CC°LXXX^{mo}. quarto.

[1]) *Fehlt in A.*

Or. in doppelter Ausfertigung Stift Soest-Patroclus Nr. 56 u. 57 (A u. B). Transfixbrief zu 1284 September 2 (Nr. 1919). An A an Pgtstr. das stark beschädigte Siegel Adolf Allants (Westf. Siegel Taf. 198, 1), von B ab.

1924.

Rundschreiben des Officials der Bonner Präpositur an den Decan von Dortmund, die Pfarrer von S. Marien in Dortmund, von Brechten (Kr. Dortmund) und S. Lorenz in Köln mit der Mittheilung, dass ihm Erzbischof Siegfried von Köln laut eingerückten Mandats vom 15. September die Entscheidung in der Appellationssache zwischen dem Kl. Kappenberg und dem Nonnenkloster in Hamm wegen der Kapelle daselbst übertragen habe. 1284 October 13.

. . Officialis . . prepositure Bunnensis iudex appellationis a reverendo patre et domino Sifrido Coloniensi archiepiscopo constitutus dilectis in Christo . . decano et sancte Marie Tremoniensis, in Breichthene et sancti Laurentii Coloniensis . . plebanis salutem in Domino. Noveritis nos litteras domini . . archiepiscopi predicti recepisse in hec verba: Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilecto in Christo . . officiali . . prepositure Bunnensis salutem in Domino. Petitio dilectarum in Christo . . abbatisse et conventus sanctimonialium in Hammone ordinis Cisterciensis Coloniensis dyocesis nobis exhibita continebat, quod cum Brůno canonicus Cappenbergensis Monasteriensis dyocesis Premonstratensis ordinis asserens, se ad ecclesiam parrochialem de Marka dilecto in Christo . . decano ecclesie sancte Marie de gradibus Coloniensis, ad quem institutio rectoris in ipsa ecclesia de Marka dicitur pertinere, canonice presentatum, ipsas . . abbatissam et conventum super cappella de Hammone ad ipsas abbatissam et conventum pertinente, quam falso ad eandem matricem ecclesiam pertinere dicebat, traxisset in causam; eedem . . abbatissa et conventus sentientes per eundem decanum indebite se gravari per hoc, quod earum pro-

curatorem iudicavit, cum non essent, contumacem pro suo libito voluntatis, cum id ad earum pervenit notitiam, nostram audientiam appellarunt. Quocirca discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod canonicum fuerit statuas et decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili cogas veritati testimonium perhibere. Datum anno Domini M°CC°LXXX° quarto, crastino Exaltationis sancte Crucis. Hinc est quod vobis et cuilibet vestrum sub pena suspensionis officii et excommunicationis sententie late in vos in hiis scriptis, si non feceritis quod mandamus districte precipiendo, quatenus dictum Brůnonem qui se asserit presentatum ad ecclesiam de Marka et capellam predictam necnon . . prepositum et conventum monasterii Cappenbergensis, si sua viderint interesse, citetis peremptorie in monasterio Cappenbergensi, ut coram nobis Bunne in vigilia beatorum Symonis et Jude apostolorum legaliter conpareant processuri in dicta causa appellationis, sicut de iure fuerit procedendum, cum intimatione quod, sive venerunt sive non, nos nichilominus in ipsa appellationis causa, prout iustum fuerit, procedemus, inhibentes nichilominus vos sancti Laurentii plebane . . decano sancte Marie ad Gradus Coloniensis predicto, quantum ius permittit, vice et auctoritate nostra, ne lite et causa appellationis huiusmodi pendentibus coram nobis aliquid contra dictas . . abbatissam et conventum innovet vel attemptet quod sit in nostre iurisdictionis preiudicium et dictarum . . abbatisse et conventus iniuriam et gravamen. Et in hiis exequendis unus vestrum alium vel alios non exspectet. Reddite litteras sigillatas. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° quarto feria sexta post octavas beati Remigii.

Or. Kl. Kentrup Nr. 12. An Pgtstr. 1) Rest eines Siegels mit dem Bilde des heiligen Cassius, 2) desgl. mit dem des heiligen Reinoldus, 3) desgl. mit dem des Erzengels Michael, von der Umschrift noch zu lesen: . . . ecclesie sancte Marie in Tr., *4) beschädigtes spitzovales Siegel mit dem Bilde Johannes des Täufers; von der Umschrift zu lesen:* S. (LVT) GERI DE ICHOR(NE) SAC(ERDOTIS). *Ein fünftes Siegel von Pgtstr. ab. Gleichzeitige Rückschrift:* Hec est littera inhibitionis iudicis appellationis monialium officialis Bunnensis, qui inhibuit decano de gradibus, ne procederet novem diebus antequam monachos mitteret in possessionem; sabato inhibuit et missio facta fuit (?) alia Dominica sequente.

1925.

Bischof Everhard von Münster ertheilt allen, welche zum Bau des Minoritenklosters in Soest beitragen, einen Ablass von 40 Tagen. Münster 1284 Oktober 16.

E(verhardus) Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoniam ex iniuncto nobis officio ad ea fore nos convenit liberales, per que Christi fidelium excitatur devotio et cultus divini nominis ampliatur, hinc est, quod omnibus contritis et confessis qui ad structuram fratrum Minorum in Susato vel in laboribus vel in elemosinis manum porrexerint adiutricem XL. dierum indulgenciam misericorditer elargimur. Datum Monasterii anno Domini M°.CC° octogesimo IIII°., XVII. Kalendas Novembris [1]). — Unam carenam dedit scilicet dedit quam secure pronunciabimus.

[1]) *Von anderer Hand?*

Or. Soest-Minoriten u. -Dominicaner Nr. 13. Das Siegel des Bischofs (Westf. Siegel Taf. 44, 5, Rücksiegel 45, 7) ist jetzt, weil abgerissen gewesen, verkehrt angeheftet.

1926.

Graf Ludwig von Arnsberg schenkt dem Kl. Küstelberg das Patronatsrecht über die Kapelle in Glintfeld. 1284 October 18.

Nos Ludewicus comes in Arnesberg tenore presentium publice protestamur, quod de consensu Gotfridi patris nostri et uxoris nostre legittime . . necnon heredum nostrorum pro remedio animarum nostrarum donationem et ius patronatus capelle in Glinwelden cum advocatia et ceteris suis attenentiis eo iure, quod ad nos pertinuit, contulimus preposito et conventui ecclesie sancte Marie in Quistelberg quiete et libere possidenda. Ita videlicet, ut nostri ac carorum nostrorum anniversarius et memoria apud eundem conventum perhenniter habeatur. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillo[1]) nostro presens scriptum duximus roborandum. Datum anno Domini M°CC°LXXX° quarto die Luce ewangeliste. Presentibus: domina abbatissa de Meschede, Ottone comite in Waldeche, Gotfrido plebano in Meschede, Florino plebano in Calle, Herenfrido milite de Bodewelde, Hermanno milite dicto Quatterlant, Gotscalco de Mulehusen, Sifrido Wasolt, Conrado Klenke et aliis quam pluribus.

[1]) *Lücke und Rasur:* patris nostri et?

Or. Glintfeld Nr. 10. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. I 412. Trippe, Anh. Nr. 24.

1927.

Here Ludewig von Arnsperg *Bürge der Witwe* Lucgart von Bolenden *beim Verkauf ihrer Güter zu* Caub *an den Pfalzgrafen Ludwig. 1284 November 1.*

Gedr. Nassauisches UB. I 1038.

1928.

Der päpstliche Zehntsammler Reyner von Orio bittet den Erzbischof Siegfried von Köln, dieser möge den Grafen Everhard von der Mark veranlassen, ihm die zu seiner Befreiung aus der Gefangenschaft des Edelherrn Simon von der Lippe deponierte Summe zurückzuzahlen. 1284 November 5.

Venerabili in Christo patri domino S(ifrido) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo ac sacri imperii per Ytaliam archicancellario R(aynerius) de Orio prepositus Clavaxie, canonicus Leodiensis ac domini pape nuncius ad colligendas decimas per Coloniensem, Bremensem et Magdeburgensem provincias deputatus, salutem et paratam ad eius beneplacita voluntatem. Cum hactenus specialiter per dominum E(verhardum) comitem de Marca fuerimus a carcere nobilis viri S(imonis) domini de Lippia, quo graviter tenebamur, certis condicionibus liberati, videlicet ut infra Carnisprivium proximo futurum absolucionem excommunicacionis sententie, quam idem dominus de Lippia incurrerat cum suis complicibus, deberemus sumptibus propriis impetrare, alioquin mille marcas per eundem comitem dicto domino de Lippia solveremus et propter hoc Willelmum fratrem nostrum dimisimus obsidem, quousque de predictis mille marcis dicto comiti facta fuisset caucio specialis, super qua volebat certificari per dominum Adulphum de Waldecghen nostrum concanonicum, quem ad hoc nobiscum Leodium destinavit, quo redditus certior per eundem concanonicum predictum fratrem nostrum W(illelmum) nobis remisit, assignatis et traditis ipsi domino A(dulpho) per nos octingentis marcis Leodiensibus prius necessitate cogente et licet, sicut Domino placuit[1]), per vestram industriam dicte condiciones fuerint irrite, casse, vane et penitus annulate, sicut prefatus comes nobis suis litteris declaravit, idem dominus Adulphus, quamquam a nobis fuerit specialiter requisitus et monitus, ut dictam summam pecunie nobis integre redderet, cum ad nichilum essent condiciones eedem reddacte, idem nobis bona fide respondit, quod prefatam summam pecunie a loco, in quo eam deposuerat,

scilicet a domo fratrum Minorum Traiectensium nullatenus[1] nec per se nec per alium removeret, donec cum dicto comite et cum beneplacito nostro aliter ordinasset. Quia vero idem dominus A(dulphus) motui proprio magis innititur quam usui rationis, prefatam summam pecunie sue promissionis facte nobis oblitus a dicto loco, in quo eam deposuerat, transportavit et transportari fecit pro sue libito voluntatis in dispendium Terre Sancte, cuius pecunia existit, et ecclesie Romane contemptum. Quare paternitatem vestram affectuose rogamus humiliter requirentes, quatenus prefato domino E(verhardo) comiti de Marca vestris litteris demandetis vel, si presens fuerit, sibi firmiter iniungatis, ut dictam summam pecunie nobis integre restituat et restitui faciat sine mora ita, quod contra eum non habeamus materiam procedendi. Insuper paternitati vestre supplicamus, quatenus modum pacis et formam composicionis inter nos et dominum de Lippia inhite(!) et per quem modum prefate condiciones inter nos et ipsum habite sint cassate, nobis vestris litteris placeat[2]) intimare, ut vos super hoc apud Romanam ecclesiam valeamus merito commendare. Datum dominica post Omnium Sanctorum anno Domini MCCLXXXIIII[to].

[1]) „et licet" *bis* „placuit" *doppelt geschrieben, einmal durch Punkte getilgt.* [2]) „ceat" *corrigirt.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 298½. Siegel nebst dem aus dem Pgt. geschnittenen Streifen abgerissen. Gedr. Westf. UB. V 745. Reg. UB. IV 1804. Vgl. UB. V Nr. 708 u. 718 (oben Nr. 1661).

1929.

Graf Ludwig von Arnsberg schenkt dem Kl. Rumbeck seine Vogtei über dessen Güter in Melxter (bei Werl) unter der Bedingung der Zahlung eines jährlichen Zinses. Arnsberg 1284 November 11.

In nomine Domini, amen. Lůdewicus comes de Arnesberg universis Christi fidelibus cognoscere veritatem inperpetuum. Cum scripti tenacitas oblivionem tollat et calumpniam, cautum est et utile, ut ea que fiunt in tempore, ne oblivioni tradantur, scripture memoria perennentur. Noverint igitur universi Christi fideles tam futuri quam presentes, quod nos de bona voluntate Peronette comitisse domine uxoris nostre, Frederici, Wilhemmi filiorum nostrorum ac aliorum heredum nostrorum pleno de consensu, accedente quoque castellanorum nostrorum Arnesberg et Hagnen consilio advocatiam nostram quam habemus in bonis ecclesie de Rumbike Melkestere sytis ob reverentiam Dei et beate virginis Marie damus eidem ecclesie in anime nostre, uxoris nostre, progenitorum atque successorum nostrorum salutem perpetuo possidendam hoc adiuncto, quod ecclesia de Rumbike et eius prepositus dabunt nobis et heredibus nostris singulis annis in vigilia beati Martini duodecim pullos et redditus denariorum quatuor solidorum nec quidquam plus per nos seu per officiales nostros de eisdem bonis postmodum requiremus. Ne igitur hoc factum nostrum alicuius in posterum irritare[1]) valeat calumpnia, presentem paginam super hiis conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum et actum Arnesberg anno Domini M°.C°C°.L°XXX° quarto, in die beati Martini. Presentes fuerunt: Wigandus prepositus de Wedinchusen, Johannes prior, Johannes custos ibidem, Erenfridus cappellanus noster sacerdotes; item Johannes frater noster, Wilhelmus de Ardeio, Heinricus de Holthe viri nobiles; item Hermannus de Hagnen, Johannes dictus Rise, Johannes filius suus milites; item Rutgerus de Hustene, Wighardus et Antonius fratres de Ense castellani nostri Arnesberg et Hagnen; item Everhardus de Zetvelde, Lůtbertus de Hustene, Heinricus notarius noster, Stacius iudex noster Arnesberg, Conradus Vinitor magister consulum ibidem, Heinricus de Hustene, Heinricus de Berigfret, Johannes dictus Sconeweder consules ibidem et alii quam plures viri probati et honesti, qui presentia viderunt et cognoverunt iuste et rationabiliter esse facta.

[1]) *Or.* „irritate".

Or. Kl. Rumbeck Nr. 34. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. I 413. Rückschrift von Hand des XVI. Jhs.: Koningerheide.

1930.

Simon von der Lippe stellt Bürgen behufs rechtzeitiger Zahlung der Summe von 800 Mark, die ihm zum Ersatz für die dem Erzbischof Siegfried von Köln zugefügten Schädigungen auferlegt ist. Essen 1284 November 29.

Nos Simon dominus de Lippia notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod cum super dampnis venerabili patri et domino nostro Sifrido archiepiscopo Coloniensi et ecclesie Coloniensi illatis inter eundem dominum nostrum et nos questio verteretur, mediantibus tandem . . Gelrie et . . Cleyve comitibus, viris nobilibus, nostris consanguineis, huiusmodi questio et discordia taliter est sopita, ita videlicet, quod nos in recompensacionem dampnorum predictorum promisimus et promittimus per presentes, fide prestita corporali, eidem domino archiepiscopo, seu . . decano et . . capitulo Coloniensi, si ipsum decedere contigerit, octingentas marcas Coloniensium denariorum bonorum et legalium. De quibus octingentis marcis dabimus W(igboldo) scolastico Coloniensi centum marcas denariorum predictorum. De predictis vero octingentis marcis medietatem solvemus in octava beatorum Philippi et Jacobi proximo nunc futura, ita quod dictus scolasticus suas centum marcas predicto termino recipiet, et alias trecentas marcas predictus dominus archiepiscopus; reliquam vero medietatem in octava beati Martini hiemalis proximo subsequente. Et ut eidem domino archiepiscopo magis cautum existat, dedimus et constituimus fideiussores prefato domino archiepiscopo Ottonem comitem de Waldecke, Adolphum comitem de Svalenberg, Rudolphum de Diflholthe, Henricum prepositum de Sterrenberg, Hermannum de Monasterio, Arnoldum de Goiterswich, Henricum de Gelria filium Karoli, Svederum de Alpen, Henricum de Burclo, filium . . domini de Burclo, Hermannum de Ludinchusen, Bernardum fratrem eius, Bernardum de Strůngede, Henricum filium Ber(nardi) de Ludinchusen, Hermannum iuniorem filium . . domini de Withene, Bernardum de Důngele, Johannem de Recchede, Johannem de Linge, Fredericum dictum Wint, Gerardum de Wederde, Willelmum de Kervene, Lubertum Wint et Hermannum Wint, qui se una nobiscum fide prestita corporali in solidum obligantes, promiserunt, quod si dictam pecuniam terminis predictis seu aliquo terminorum predictorum non solverimus, extunc Susatum non moniti intrabimus ad iacendum cum tribus militibus ad unum mensem; quod si infra mensem dictam pecuniam, quod absit, non persolverimus, extunc fideiussores nostri predicti non moniti vel vocati ab archiepiscopo memorato Susatum ad nos intrabunt ad iacendum personaliter more bonorum fideiussorum una nobiscum, inde nullatenus recessuri, quousque summa predicta suis terminis prenotatis fuerit integraliter persoluta. Promisimus insuper fide data, quod nos Henricum dictum Wint militem, Lubertum fratrem suum, vel Hermannum dictum Wint, seu duos ex ipsis tribus, eidem domino archiepiscopo vel suo . . marescalco Westphalie infra crastinum Nativitatis Domini constituemus nostros fideiussores predictos cum aliis nostris fideiussoribus pro pecunia memorata. Quod si huiusmodi fideiussores, duos ex ipsis, infra crastinum predictum non constituerimus, extunc Susatum intrabimus ad iacendum, inde nullatenus recessuri, quousque constituerimus fideiussores nostros predictos. Nullus etiam fideiussorum nostrorum liberabitur solvendo partem suam. Et nos fideiussores predicti recognoscentes et confitentes omnia et singula premissa vera esse, et nos fide prestita corporali in solidum obligasse modo predicto pro pecunia antedicta, renunciantes nichilominus epistole divi Adriani et omni iuris auxilio, quod nobis contra premissa vel aliquod premissorum posset aliquatenus suffragari. In cuius rei testimonium nos Simon predictus, et nos fideiussores predicti sigilla habentes sigilla nostra apposuimus et apponemus in castro Volmunsteyne infra Ephiphaniam Domini proximo futuram, et ad hoc nos fide prestita obligamus. Nos vero reliqui fideiussores sigilla non habentes utimur et contenti sumus sigillis dicti Simonis et aliorum confideiussorum nostrorum. Actum et datum apud Essenden, vigilia beati Andree apostoli, anno Domini M^{mo}.CC^{mo}.LXXX^{mo}. quarto.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 299. Es hängen an die Siegel: 1) des Herrn von der Lippe (Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg., Siegeltafel 18), 2) des Grafen Otto von Waldeck (Varnhagen, Urkundenbuch zur Waldeckischen Landes- und Regentengeschichte, Siegeltafel 7), 3) des Grafen Adolf von Schwalenberg (Lipp. Reg., Siegeltafel 20), 4) des Rudolf von Diepholte, gross, schildförmig, getheilt, schreitender Löwe und Adler, Umschrift: † S. RODOLFI NOBILIS DE DEPHOLTE, *5) des Propstes Heinrich von Sternberg (spitzoval, Bischofsfigur und Krieger mit Lanze stehend unter Baldachin, den Sternberger Schild vor sich haltend), 6) Hermanns von Münster (ebenda Taf. 142, 1). Die Einschnitte für 14 weitere Siegel sind anscheinend nicht benutzt worden, da sie mit Punkten versehen sind. Gedr. Lacomblet, UB. II 794.*

1931.

Albert von Hörste verkauft dem Lippstädter Bürger Johann gen. von Dedinghausen sein Holzungsrecht im Westbroicke bei Dedinghausen. Hörste 1284 nach December 25.

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris sive audituris, quod Albertus de Horste cum consensu et voluntate uxoris sue et omnium heredum sorum Johanni dicto de Dedingkhusen civi Lippiensi et iustis heredibus eius, ius suum universum sive proprietatem quam habuit vel habere videbatur in Westbroicke apud villam Dedinghausen sito videlicet in sectione (?) lignorum ibidem crescentium pure vendidit ac in manus Johannis predicti et heredum suorum ante fores ecclesie in Horste coram parochianis ibidem commorantibus penitus resignavit et heredibus suis perpetuo possidendum. Ad perpetuam vero contractus huiusmodi firmitatem nos consules Lippienses de consensu et peticione parcium sigillum oppidi nostri presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt: Volbertus, Johannes de Monasterio, Regenhardus de Monte, Johannes de Strot, Brunhardus de Salicen . . (?), Henricus Corvus, Tesserus (!)[1]) de Casis, Helmicus, Bernhardus Punde(re) Henricus de Clero,[2]) Arnoldus de Capella, Helmicus de Roachina (?)[3]) Bedico Stakela[4]) cives Lippienses, Theade(ricus) (?) de Horst, Johan(nes) Vogelhemme (?) Joha(nnes) de Mor, Hermannus Lepus, Henricus Stellebom, Lambertus de Dedinchausen, Volquinus de Aliken, Gerhardus filius Jutte Dinckelborc, Henricus de Dedingkhausen, Johannes Benneveldt, Hermannus de Ochtrinnghusen presentes. Actum anno Domini M°.CC°.LXXX. quarto, post Nativitatem Domini.

[1]) *Vielleicht* „Tescelinus". [2]) „Cleio" (!). [3]) *Statt* „Machina". [4]) *Sonst* „Bodekinus Stakele".

Fehlerhafte Abschrift aus dem Ende des XVI. Jhs. im Fürstl. Lippischen Landesarchiv in Detmold Rep. XXXVI A. Sect. IV Nr. 1 a. Reg. Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I 410.

1932.

Heinrich von Holte, der Sohn Heinrich des Schwarzen von Arnsberg, bestätigt den von seinem Vater bewirkten Ankauf des Welschholzes durch das Kl. Welver. 1284.

Ego Henricus dictus de Holte[1]) filius Henrici de Arnesberg dicti Nigri omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam. Presencium tenore protestor et notum facio tam modernis quam futuris, quod ego et uxor mea et heredes nostri vendicionem silve sive lignorum que Welscholt dicuntur, que conventus sanctimonialium de Welvere erga patrem meum H(enricum) comparavit, ratam habemus et firmam et dictam[2]) iam silvam a prefato conventu perpetuo liberaliter possidendam. Ne igitur in posterum aliquis nostrum hoc factum retractare conetur, presentem paginam super hiis confectam sigilli nostri appensione munitam ecclesie contuli memorate. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX quarto.

[1]) *Vergl. Westf. UB. III 1181.* [2]) *Ursprünglich stand* „predictam;" *das* „p" *radirt.*

Or. Kl. Welver Nr. 83. An Pgtstr. das Siegel Heinrichs des Schwarzen von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 30, 5 vgl. Einl. S. 23). Geschrieben von derselben Hand wie oben Nr. 1917. Vgl. oben Nr. 603. Gedr. Seibertz, UB. I 414.

1933.

Gottschalk von Padberg schenkt für die Gedächtnisfeier seiner verstorbenen Gemahlin Iliane dem Kl. Bredelar mehrere Aecker in Upsprungen. 1284 o. D.

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris ego Godescalcus dominus castri in Padberg utriusque vite salutem et veritatis testimonium perhibere. Gesta rerum scriptis utiliter commendantur, ut annotata scriptis memorie commendentur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod ego pia voluntate et affectu quosdam agros sive iugera in villa Upsprungen inferiori sita, que a progenitoribus meis ad me devoluta iure hereditario possedi, a quibus iugeribus quatuor moldra annone in annua pensione recepi, accedente consensu et assensu filiorum meorum Frederici, Godescalci et Johannis venerabili viro abbati et conventui monasterii in Breydelare cum omni integritate et utilitate favorabiliter contuli in die sepulture uxoris mee Jliane ibidem sepulte quiete et perpetuo possidenda pro eo, ut in eadem domo mei et parentum meorum et specialiter et precipue predicte uxoris mee iugiter memoria peragatur et ut devotionum et orationum dicti conventus participes fieri mereamur. Ad huius donationis evidentiam presens scriptum sigilli mei munimine roboravi et etiam testes (!) presentes (!) huius facti volui ad maiorem confirmationem singulorum nomina annotare: Nobilis vir Bertoldus de Buren, Ekbertus dictus Spegel, Stephanus de Horhusen, Conradus, Raveno fratres dicti de Papenhem, Swickerus de Westhem, Albertus de Mulenhusen, milites; Conradus de Horhusen, Stephanus, Rudolfus de Esnethe, Johannes de Bilinchusen, Henricus de Nutlon et filius eius, Heinricus de Capella, burgenses Montis Martis et alii quam plures. Datum anno Domini M°CC°LXXX° quarto.

Or. Kl. Bredelar Nr. 123. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 220, 2). Gedr. Westf. UB. IV 1814.

1934.

Gottfried von Hövel, Wessel von Galen und Everhard von Heessen bekunden, dass auf der Burg Mark Sluth von Lunthere im Namen Bernhards von Suneborne, ferner Bernhards Brüder Dietrich und Bruno zu Gunsten des Kl. S. Aegidii in Münster auf die Hufe gen. Sunchere (Nigehus K. Albersloh), die sie vom Grafen Everhard von der Mark zu Lehen trugen. 1284.

Nach dem Or. Kl. Aegidii 48 gedr. Westf. UB. III 1261.

1935.

Frater Hermannus episcopus Sanbruensis (*statt* Sambiensis [1])) gessit vices d. Sifridi circa annum 1284 (colligitur ex monumentis ecclesie Xanctensis). 1284.

[1]) *Vergl. Nr. 1904.*

Notiz in Gelenius Farrag. II 54 v im Stdt.-A. Köln.

1936.

Der Prior und Lector des Predigerklosters in Soest berichten dem Erzbischof Siegfried von Köln über das 1283 November 24 zu Courl abgehaltene Zeugenverhör und die weiteren Verhandlungen wegen der zwischen dem Kl. Kappenberg und dem Nonnenkloster zu Hamm streitigen Kapelle in Hamm. O. J. (1284).

Venerabili patri ac domino suo S(ifrido) Coloniensi archiepiscopo V. prior et H. lector ordinis fratrum Predicatorum in Susato cum sincera dilectione quicquid poterunt reverencie et honoris. Ad devotam sanctimonialium instanciam in Hammone ea que nobis constant de ecclesia predicti loci vestre reverencie tenore presencium intimamus ea fide, qua nuper eadem apud auditores decani de gradibus deposuimus sub prestito iuramento anno preterito in vigilia beate Katerine. Nos una cum custode, lectoribus Susaciensibus et Monasteriensibus et fratre Arnoldo ordinis fratrum Minorum vocati a

nobili viro comite de Marca[1]) ad quendam locum qui dicitur Curlare presentibus domino preposito de Cappenburg et domino preposito de Scheyda, cellerario Cappenburgensi, plebano de Werne et quibusdam aliis monachis quorum nomina ignoramus ac militibus Rutgero dapifero, Th(eoderico) dicto Vullespit, Engelberto de Herreborng, Conrado Scriptore a dicto comite et domino preposito Cappenburgensi eiusque fratribus rogati fuimus cum instancia, ut de collatione dicte ecclesie olim facta per dominum[2]) comitem Engelbertum et nunc per filium eius dominum Everhardum comitem iterata, an legitima foret, secundum iuris exigentiam et eorum et nostras conscientias expedire vellemus eosdem. Comite igitur narrante, quod ecclesiam illam de Hammone contulisset monachis memoratis, ego frater H. lector respondi comiti in hec verba: Domine comes hoc facere non potuistis, quia, priusquam pater vester dictam ecclesiam a dominis de Cappenburg tamquam viciose collatam de consilio fratris Gotfridi tunc prioris nostri recuperasset, libere atque plene postmodum ad instanciam amite vestre domine abbatisse pie memorie ac in remedium suorum peccatorum sanctimonialibus contulit memoratis. Quare ecclesiam sic legitime collatam aliis conferre minime potuistis, maxime cum super hoc habeantur littere confecte sigillis domini Coloniensis archiepiscopi ac patris vestri roborate, vestro nichilominus consensu ut in eisdem patet litteris accedente. Finita narratione comitis prepositus Cappenburgensis in audiencia omnium retulit in hunc modum: Olim ecclesia nostra dampnificata fuit a domino comite pro quo laboratum fuit a nobis quod ipso excommunicato terra sua ecclesiastico fuit subposita interdicto.[2]) Tandem talis compositio intervenit, quod in restaurum dampnorum illatorum nobis re vera contulit ecclesiam de Marca cum capella in Hammone, licet apparenter pretenderet causam collationis fore suorum remedium peccatorum, quod patet ex eo quod hac collatione facta a dampnis irrogatis omnino quievimus repetendis. Post aliquantum vero temporis ceperunt verba suboriri et nostre conscientie gravari tamquam super iniusta collatione et possessione facta ecclesie sepedicte et cum super hoc a viris litteratis salutis consilia peteremus a multis, tandem a magistro Johanne scolastico Coloniensi fuimus expediti, quod dictam ecclesiam vicioso titulo teneremus. Hiis a domino preposito recitatis nos fratres devote rogati a preposito respondimus una voce sicut magister Johannes responderat et alii, videlicet quod dicta collatio non teneret et eandem malo titulo possiderent. Postea ab eodem comite rogati venimus in Hammonem et ibi audita narracione conventus concordante verbis lectoris iam premissis videbatur nobis omnibus fratribus ac ad comitem retulimus, quod dicte moniales dictam ecclesiam legitime possiderent et quod nullius esset momenti collatio iterata. Quo audito comes intulit: placet mihi quod eam habent, invite vellem auferre eis. Ego frater Lippoldus lector fratrum Minorum in Susato hec que predicta sunt omnia me audivisse presenti protestor subscriptione, sicut si necesse foret auderem confirmare prestito iuramento. In cuius testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum.[3])

[1]) *Or.* „Mrca". [2]) *Uebergeschrieben.* [3]) *Von* Ego frater Lippoldus *an von anderer Hand geschrieben.*

Or. Kl. Kentrup Nr. 9. An Pgtstr. das Siegel des Priors des Predigerklosters in Soest (Westf. Siegel Taf. 141, 11) und das des Bruders Lippold (spitzoval, Pelikan sich die Brust aufschlitzend). Von gleichzeitiger Hand steht auf der Rückseite: Ista littera est rescripta. *Von anderer aber gleichfalls dem XIII. Jh. angehöriger Hand:* Ista littera probat, quod ecclesia de Amone fuit data monachis pro dampno temporali eis illato.

1937.

Edmund von Garfeln verkauft Güter in Withem[1]) welche er von dem Ritter Lutbert Graf in Besitz hatte, der Pröpstin Cunegunde und Canonissin Bela von Lon des Stiftes Geseke.
Kloster Geseke 1284 (1285) Januar 16.

Universa [negocia litteris] commissa ex earum tra[hunt memoria] firmamentum. Unde noverint universi presentes litteras audituri, quod Emundus dictus de Garfelen et Alheydis sua legitima cum

eorum heredibus bona quedam apud Withem sita singulis annis unum maltum siliginis et unum maltium ordei et unum maltium avene cum quatuor pullis et omnibus attinentiis bonis eisdem tam in silvis quam pascuis et aquis domine Cunigundi preposite et domine Bele de Lon canonicabus ecclesie beati Ciriaci in Gesike vendiderunt et in presentia venerabilis Jutte abbatisse et capituli in Gesike personarumque fide dignarum constituti predicta bona a Lutberto Comite milite ipsis porrecta eidem militi absolute resignarunt. Hoc autem facto predictus miles et sui heredes Goswinus videlicet et Lutbertus predictorum proprietatem bonorum ad dilectionem dominarum Cunigundis preposite et Bele de Lon canonicarum beato Ciriaco martiri ecclesie nostre patrono unanimi consensu legaverunt spondentes fratrem eorum . . absentem eorum factum ratum habiturum et se facturos warandyam proprietatis eorundem bonorum habundantem. Predicte vero domine . . preposita et Bela que bona prefata eorum propriis denariis compararunt ad luminaria per anni circulum perpetuo procuranda custodie ecclesie assignaverunt condicione tali, ut post obitum unius earum medietas pensionis bonorum et post alterius obitum residua medietas ecclesie cedat, quemadmodum est prescriptum, adiecto nichilominus eo, quod conventui in annuntiatione Dominica triginta denarii dominabus canonicis et ministris ecclesie de bonis eisdem singulis annis sint distribuendi: duo videlicet solidi dominabus, tres denarii tribus canonicis . . subdycano (!) denarius, legenti psalterium denarius et duobus campanariis denarius sit tribuendus. Huic facto, cum fieret in medio monasterii, astiterunt dominus Godefridus decanus de Athenderne, dominus Bertoldus prepositus beatorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne, Widekindus suus concanonicus, Johannes, Arnoldus et Arnoldus sacerdotes ecclesie nostre canonici, Goswinus et . . Spikherus sacerdotes ecclesie Petri rectores, Theodericus de Vane, Hermannus de Scathenhosen et Ecbertus Ernesti sacerdotes, Boymundus de Ervethe, Johannes de Boke, Jachinus (!) de Pistrino, Conradus, Bertoldus de Makenlo, Helmicus Werensonis, Hermannus frater suus, Vrowinus puerorum in scolis rector clerici: Arnoldus Gortevigent tunc iudex, Ulricus frater suus gogravius, Ecbertus in Foro proconsul, Hermannus Pavo, Lutbertus de Pomerio, Lutbertus de Stochem, Godescalcus de Herdinchosen, Hermannus Scadelant, Conradus Pistor, Robertus de Strot, Godefridus Scarlake, Henricus Wardeman, Hermannus de Ricwordinchosen, Conradus de Adenen et Hermannus Fubeses opidi Gesike consules, Degenhardus gogravius, Henricus Slepere, Meynricus Budel et suus consanguinens Helmicus, Dethardus de Herdinchosen, Helmicus Vegepot, Johannes de Suberdinchosen, Thetmarus Muke, Wernerus de Strot, Conradus claviger domine . . abbatisse, Johannes de Garfelen, Henricus de Stalpe, tres famuli domini . . decani de Athenderne prescripti, burgenses et alii quam plures. Ad maiorem etiam huius emptionis et facti veritatis evidentiam presentes littere sunt conscripte et ad supradicti militis Lutberti, suorum heredum predictorum et Emundi petitionem sigillo beati Ciriaci in Gesike et venerabilis domine Jutte abbatisse sigillo confirmate; preterea sigilla domini Bertoldi prepositi Orientalis ecclesie Paderbornensis, Arnoldi et Arnoldi canonicorum et Goswini rectoris ecclesie beati Petri presentibus sunt appensa. Datum et actum in monasterio beati Ciriaci anno Dominice incarnacionis M°.CC°. octuagesimo quarto, septimo decimo Kalendas Februarii.

[1]) *Wüstung zwischen Geseke und Störmede.*

Or. Kl. Geseke Nr. 18. Siegel von Hanffäden ab. Vergl. die folgende Nr. 1938.

1938.

Der Ritter Lutbert Graf überträgt dem Kl. Geseke eine von ihm lehnrührige Hufe bei Withem[1]) *welche Emund von Garfelen an die Pröpstin Cunegund und die Canonissin Bela von Lon verkauft hatte. Kl. Geseke 1284 (1285) Januar 16.*

Universa negocia litteris commissa ex earum trahunt memoria firmamentum. Unde noverint universi presentes litteras inspecturi, quod Eymundus dictus de Garfelen et Alheydis sua legitima cum

eorum heredibus in presentia venerabilis domine Jutte abbatisse et capituli in Giseke constituti mansum quendam apud Withem situm cum omnibus attinentiis tam in silvis quam in pascuis et aquis a Lutberto Comite milite habitum eidem militi resignarunt. Quo facto predictus miles et sui heredes, Goswinus videlicet et Lutbertus predictorum proprietatem bonorum ad dilectionem domine Cunegundis preposite et Bele dicte de Lon canonicabus beato Ciriaco martiri ecclesie nostre patrono consensu unanimi legaverunt spondentes se facturos warandyam proprietatis dictorum bonorum habundantem. Predicte vero domine .. preposita et Bela que mansum eorum propriis denariis conpararunt ad luminaria per anni circulum perpetuo procuranda custodie ecclesie assignarunt condicione tali, ut post obitum earum unius medietas pensionis et post obitum alterius residua medietas ecclesie cedat, quemadmodum est predictum, adiecto nichilominus eo, quod conventui in Annunciatione Dominica triginta denarii dominabus, canonicis et ministris de bonis eisdem singulis annis sint distribuendi: duo videlicet solidi dominabus, tres denarii tribus canonicis, subdyacono denarius, legenti psalterium denarius et duobus campanariis unus sit denarius tribuendus. Huic autem facto, cum fieret in medio monasterii beati Ciriaci, astiterunt dominus Godefridus decanus de Athenderne, dominus Bertoldus prepositus beatorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne, Widekindus suus concanonicus, Johannes, Arnoldus et Arnoldus sacerdotes ecclesie nostre canonici, Goswinus et Hinricus Spicherus sacerdotes ecclesie beati Petri in Giseke rectores, Theodericus dictus de Vanhen, Hermannus dictus de Scathenhosen et Ecbertus Ernesti sacerdotes Boymundus de Ervethe, Jachinus (!) de Pistrino dyaconi, Conradus et Bertoldus de Makenlo subdyaconi, Johannes de Boke plebanus, Helmicus Werensonis et Hermannus frater suus, Vrowinus puerorum in scolis rector, Arnoldus dictus Gortevighent tunc iudex, Ulricus frater suus gogravius, Ecbertus proconsul in Foro, Hermannus Pavo, Lutbertus de Pomerio, Lutbertus de Stochem, Goscalcus de Herdinchosen, Hermannus Scadelant, Conradus Pistor, Robertus de Strod, Godefridus Scarlaken, Henricus Wardeman, Hermannus de Ricwordinchosen, Conradus de Adenhem, Hermannus Fubeses opidi Giseke consules, Degenhardus quondam gogravius, Henricus Slepere, Meynricus Budel et suus consanguineus Helmicus, de Herdinchose Dethardus, Lutbertus Everhardi dicti Boleken cognatus, Helmicus Vegepoth, Johannes de Suberdinchosen, Detmarus Muke, Wernerus de Strod, Conradus Claviger domine . . abbatisse, Johannes de Garfelen Dethardi de Herdinchosen consanguineus, Hinricus Stapel (!), de Athenderne tres famuli domini decani prescripti, burgenses et alii quam plures. Ad maiorem etiam huius facti veritatis evidentiam presentes littere sunt conscripte et ad sepedicti militis Lutberti et suorum heredum predictorum petitionem sigillo opidi Giseke confirmate. Insuper sigilla ecclesie beati Ciriaci Giseke, venerabilis domine Jutte abbatisse, domini Bertoldi prepositi Orientalis ecclesie Paderbornensis, Johannis, Arnoldi et Arnoldi trium canonicorum in Giseke sunt appensa. Datum et actum in monasterio beati Ciriaci anno Dominice incarnationis M°.CC°.LXXX. quarto, septimo decimo Kalendas Februarii.

[1]) *Wüstung zwischen Gesecke und Störmede.*

Or. Kl. Geseke Nr. 19. An geflochtenen Hanfschnüren die zum Theil beschädigten Siegel der Aebtissin Jutta (spitzoval: die Aebtissin stehend in der Rechten Palmzweig in der Linken Buch) des Kapitels von Geseke (Westf. Siegel Taf. 107, 3) des Propstes von Busdorf (Asseburger UB. II S. T. V Nr. 11 (rund; halbe Figur mit Schlüssel und Buch) der Stadt Geseke (Westf. Siegel Taf. 66, 5) des Canonikers Johannes (rund: Gotteslamm mit Fahne) des Canonikers Arnold (spitzoval: Vogel in Zweigen) das des zweiten Canonikers Arnold ab. Ausserdem die Löcher für ein achtes Siegel vorhanden. Vergl. die vorhergehende Nr. 1937.

1939.

Franco von Brochusen *verzichtet Dietrich von* Estinchusen *gegenüber auf alle Anrechte an dem Zehnten in* Holthusen *(Langenholthausen) und an den Gütern in* Estinchusen *(Estinghausen). (Attendorn) 1284 (1285) Februar 11.*

Ego Franco dictus de Brochusen notum facio omnibus presens scriptum intuentibus, quod cum consensu et voluntate heredum meorum videlicet Godefridi, Theoderici, Ulrici et Henrici omni iuri, quod dixi me habere in decima sita in Holthusen et in bonis sitis apud villam Estinchusen, et tam ego quam heredes mei prenotati recognovimus in cimiterio Attenderne, dictum ius dicte decime et dictorum bonorum Theoderico de Estinchusen et suis heredibus pertinere. Cum id fieret, affuerunt in testimonium hii subscripti videlicet Otbertus magister burgensium in Attenderne, Gerhardus Pipelhane, Hertwinus super Rivum, Erenfridus miles de Bredenole, Ludewicus miles de Middelstena, Herbordus miles de Heldene, Hermannus de Osterendorp, Helmicus de Osterendorp, Rigenhardus de Vinnincdorp, Wilhelmus Kerl, Thilemannus de Bredenbeke et alii quam plures. In cuius rei evidentiam et maiorem noticiam presens scriptum ego et heredes mei predicti rogavimus sigillo civium in Attenderne roborari. Datum et actum sabbato ante dominicam Invocavit, anno Domini M°.CC°.LXXX° quarto.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 140. Siegel von Pgtstr. ab. Regest Brunabend, Attendorn Beilage 2 b.

1940.

Der Edle Wilhelm von Ardey bestätigt dem Kl. Fröndenberg die von der Witwe Hermanns von Aldendorp *erworbenen Güter in Ardey. 1284 (1285) Februar 20.*

Ego Wilhelmus nobilis vir de Ardeya notum facimus universis tenore presencium protestando, quod, cum Gerthrudis dicta de Aldendorp relicta quondam Hermanni vocati Gundolf et filius eius Godefridus cum aliis liberis suis vendiderint . . religiosis dominabus . . abbatisse et conventui de Vrundenberg bona sua sita in Ardeya, que a nobis tenebant pro certa summa pecunie, dictisque bonis renunciaverint coram nobis, nos ex speciali devocione et gratia, quam habemus ad monasterium de Vrundenberg predictum, ipsa bona ab omni iure, quo nobis astricta fuerunt, tenore presencium penitus absolvimus et in perpetuum liberamus et libera clamamus, renunciantes cum effestucacione omni actioni et iuri, quod nobis et posteris nostris videbatur competere in eisdem. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX^{mo} quarto, feria tercia post dominicam Reminiscere.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 41. An Pgtstr. das Siegel Wilhelms von Ardey (Westf. Siegel Taf. 31, 10). Gedr. v. Ledeburs Arch. 18, 177. Rückschrift von Hand des XVI. Jhs.: „Westardey etc."

1941.

Graf Everhard von der Mark lässt eine Ministerialin frei. Hamm 1284 (1285) Februar 23.

Ad presencium futurorumque noticiam presentis scripti testimonio transmittimus nos Everhardus comes in Marka, quod nos dilecto nobis militi Randolfo dicto Haken filiam suam Bertam nomine que nostra ministerialis extitit manumittentes liberam dedimus eidem, plenariam relinquentes facultatem de eadem quid decreverit faciendi. In cuius rei maius robur, ut non quis forsan hanc manumissionem nostram queat in irritum revocare, hoc scriptum nostrum exinde confectum sigillo nostro duximus muniendum. Datum in Hammone nostro opido, anno Domini M.CC^{mo}. octuagesimo quarto, in vigilia beati Mathie apostoli.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 22 v u. 109 B Bl. 22 b.

1942.

Die Richter in dem Patronatsstreit zwischen dem Dekan von Mariengraden zu Köln und der Stadt Dortmund setzen den Parteien als weiteren Termin den 28. Februar (feria quarta proxima). *1284 (1285) Februar 23* (feria sexta post Dominicam Reminiscere).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, 169 Anm. 1. Der Wortlaut ist derselbe wie oben Nr. 1920.

1943.

Das Kl. Kappenberg verkauft dem Kl. Welver ein Erbe in Klotingen. Burg Mark 1284 (1285) Februar 25.

Nos Hartlevus Dei paciencia prepositus, Conradus cellerarius totusque conventus ecclesie Capenbergensis universis visuris presencia protestamur, quod nos domum in Clotinge ecclesie nostre proprietatis titulo attinentem cum hominibus et universis suis attinenciis vendidimus . . abbatisse et conventui sororum in Welvere pro sexaginta et octo marcis denariorum Sosaciensium iure hereditario libere perpetuo possidendam. Ne autem de hac vendicione ex consensu conventus nostri et favore nobilis viri domini Everhardi comitis de Marka racionabiliter facta in posterum oriatur questio, presentem paginam conscribi fecimus sigillis: nostro videlicet prepositi speciali et conventus nostri, sed et domini Everhardi comitis prefati roboratam, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Godefridus de Hovele, Everhardus de Hesne, Engelbertus de Herborne milites; Everwinus et Herimannus conversi in Welvere; Johannes de Hovele, Gerhardus de Barkhusen, Lutbertus, Lambertus de Sveve et alii quam plures. Acta sunt hec in castro Marka, datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, in die Mathie apostoli.

Or. Kl. Welver Nr. 82. An weissen gedrehten Hanffäden die Siegel 1) des Propstes von Kappenberg (vgl. Westf. Siegel Taf. 134, 8), 2) des Konventes von Kappenberg (ebenda Taf. 104, 2) und 3) des Grafen Everhard v. d. Mark, beschädigt (vgl. ebenda Taf. 33, 1 u. 2).

1944.

Mandat Erzbischof Siegfrieds von Köln in den Streitigkeiten des Nonnenklosters zu Hamm mit den Kanonikern zu Kappenberg wegen der Kapelle zu Hamm. 1284 (1285) Februar 26.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus viris discretis et in Christo dilectis . . decano christianitatis Tremoniensis, . . sancte Marie ibidem, . . in Heringeyn et in Marka . . plebanis salutem in Domino. Bone memorie Engelberto comite de Marka fideli nostro cum consensu expresso et voluntate Everardi sui primogeniti nunc comitis de Marka capellam opidi in Hammone, habentem cimiterium et baptisma, cuius ius patronatus ad ipsum tunc comitem pertinebat, in cenobium seu collegium sanctimonialium dicti opidi in Hammone Cisterciensis ordinis nostre dyocesis legitime donacionis titulo ob remedium anime ipsius . . comitis, progenitorum ac heredum suorum olim libere transferente nobisque supplicante, ut quod per eum factum erat in ea parte confirmare, approbare ipsamque capellam a matrice ecclesia de Marka dividere et prefato sanctimonialium cenobio incorporare et unire cum omnibus ipsius capelle pertinenciis et iuribus dignaremur; maxime cum parrochialis ecclesie de Marka ad quam ipsa capella in Hammone tunc pertinuit ab antiquo, pastor eo tempore existens alias de proventibus dicte matricis ecclesie tantum haberet in redditibus de ipsa matrice ecclesia, quod nec ipse nec sui . . successores conpetenti sustentacione non potuerint defraudari, huiusmodi donacioni divisioni, incorporacioni et unioni voluntatem accomodaverit et consensum, nichilque aliud obsisteret, quod ipsius . . comitis in ea parte desideriis debuerit obviare, nos non ex abrupto sed matura discussione dicti negocii et pertinentiarum eius per discretas et litteratas personas ecclesiasticas quas ad hoc

adiungendas duximus precedentes predictorum . . comitis et primogeniti sui nunc . . comitis de Marka precibus inclinati, quod ab eisdem factum fuerat in ea parte scilicet donationem iuris patronatus et capelle in Hammone cum pertinentiis eius factam per ipsos cenobio antedicto, ratam et gratam habentes et nostra auctoritate legitime confirmantes, dictam capellam in Hammone cum iure patronatus et omnibus eius pertinentiis eidem cenobio univimus et incorporavimus et a subiectione matricis ecclesie exemimus omnino, eo tamen salvo, quod prefate matrici ecclesie in Marka seu . . pastori ipsius qui est vel pro tempore fuerit per ipsum cenobium de dicta capella in Hammone in reconpensacionem antique subiectionis quatuor marce usualium denariorum dicti loci et medietas procurationis illi qui loco archidyaconi in matrice ecclesia synodo presidebit in perpetuum persolvantur, sicut hec tam in litteris nostris super hoc confectis quam in litteris dicti . . comitis expressius continentur. Et licet dictum cenobium et eiusdem cenobii sanctimoniales . . abbatissa et conventus ex huiusmodi facto et processu tam nostro quam . . comitis possessionem dicte capelle et iurium ac pertinenciarum eius nacte seu adepte corporalem eandem capellam cum suis iuribus et pertinenciis pluribus annis nullo penitus contradicente possederint pacifice et quiete, proventibus et oblationibus eiusdem capelle, salva rectori matricis ecclesie sua, prout a nobis ordinatum fuerat, porcione, pro defectu quem gravem in victualibus sustinebant earum usibus applicatis. Tamen Bruno et Bernardus eorumque conplices canonici sive monachi ecclesie de Cappenberg ordinis Premonstratensis, Monasteriensis dyocesis laycali freti potentia fines nostre dyocesis temeritate propria ingressi ipsamque capellam per quorundam laycorum adiutorium violenter suadente dyabolo subintrantes, se de officiacione eiusdem capelle, divinorum ibidem celebracione ac sacramentorum hominibus dicti opidi ac aliis nostris subditis amministracione inpudice et pertinaciter ingesserunt, nulla super hoc a nobis optenta licencia vel petita, nec eciam ostenso coram nobis aliquo privilegio vel indulto, propter quod de antiquo vel de novo iidem qui de aliena sunt dyocesi preter nostrum vel extra nostrum scitum et consensum in nostra dyocesi talia debuerint vel potuerint attemptare et dictas sanctimoniales earum proventibus et oblacionibus dicte capelle ita nequiter spoliare. Unde nos eosdem Brunonem et Bernardum moneri fecimus, ut a dicta capella omnino recederent et ab officiacione eiusdem desisterent et redderent sanctimonialibus antedictis infra certum terminum eisdem Brunoni et Bernardo assignatum quod de proventibus et oblationibus receperunt, permittentes easdem pacifica possessione dicte capelle gaudere et hec sub pena excommunicationis in scriptis a nobis late in eos qui ratione delicti fuerunt et sunt de foro nostro, nisi causam coram nobis vel a nobis deputatis super hoc certis auditoribus pretenderent, quare ad hoc minime tenerentur. Et quia iidem Bruno et Bernardus, licet per modicum tempus iuxta monicionem eis factam dicerentur ab ipsa capella recessisse, alias tamen monicioni eidem contumaciter non parebant nec causam aliquam, quare parere non debuerint, coram nobis aut dictis auditoribus ostenderunt, eos excommunicavimus et de novo propter hec excommunicamus in hiis scriptis et mandavimus et mandamus excommunicatos publice nunciari. Postmodum vero non diu dicti Bruno et Bernardus et eorum complices canonici dicte ecclesie Cappenbergensis monicionibus et excommunicationibus a nobis latis in eosdem Brunonem et Bernardum dampnabiliter vilipensis ad novam se iniuriam convertentes nec attendentes, quod causa siqua fuerat vel esse debuerat inter eos vel eorum ecclesiam et dictas sanctimoniales super capella memorata per monicionem et citacionem de quibus dictum est coram nobis fuerat inchoata, et quod factum et processus noster supradictus habitus super ipsa capella per aliquem iudicem nobis inferiorem de iure non potuerit irritari aut etiam revocari, minus sano usi consilio . . decanum sancte Marie ad Gradus Coloniensis habitum, ut dicebant, loco archidiaconi dicti loci minus provide adierunt. Coram quo inter cetera que inter ipsum Brunonem ex una parte et Alberonem presbiterum rectorem matricis ecclesie in Marka quem dictus Bruno petivit ammoveri et se institui ex altera acta fuerant, petitum fuit ex parte Brunonis eiusdem, ipsas sanctimoniales ab ipsa capella ammoveri et se in eadem institui, in matrice ecclesia necdum institutus nec ea investitus. Et cum ex parte dictarum sanctimonialium coram eodem . . decano

propositum fuerit et ostensum per litteras tam nostras quam . . comitis antedicti, quod eedem per nos, ut superius dictum est, in predicta capella fuerint legitime institute et petitum, quod negocio supersederet eidem, ipse . . decanus, non ut licuit sed ut libuit, auctoritatem nostram et processum non attendens ipsas sanctimoniales racione dicte capelle procedere nitebatur et post appellacionem legitimam ex parte earundem sanctimonialium ab eodem . . decano ad nos interpositam, Gyso cantor et canonicus dicte ecclesie sancte Marie ad Gradus cui idem . . decanus in negocio eodem vices suas commiserat, ut dicebat, dictum Brunonem licet matrice ecclesia ad quam dicebatur presentatus nec adhuc sit nec tunc fuerit investitus, misit de facto, cum de iure non potuerit, in possessionem capelle supradicte. Et quamvis per iudicem super dicta appellacione sanctimonialium per nos datum de appellatione legitime cognito et discusso revocatum sit et retractatum, quicquid perdictum . . decanum seu Gisonem cantorem pro predictis Brunone et suis conplicibus circa dictam capellam fuerat attemptatum, ac irritum et nullum nunciatum, sicut in actis super hoc confectis plenius continetur, dicti tamen Bruno et complices vilipensa excommunicationis sententia in eos monicione premissa, ut ab occupatione dicte capelle desisterent et recederent, auctoritate nostra rite lata ab occupatione, detentione, officiacione et sacramentorum amministratione cessare et desistere Dei timore postposito laycali confisi suffragio contumaciter non curant nec curarunt. Quapropter nos grave dispendium quod eedem sanctimoniales in subtractione alimentorum suorum in ea parte sustinere noscuntur et dictorum Brunonis, Bernardi et complicum temerariam presumptionem in iniuriam ecclesiastice discipline et nostrum contemptum nimium animose in ea parte pertinaciter attemptatam ulterius dissimulare non valentes, discretioni vestre presencium auctoritate mandamus sub pena suspensionis ab officio et excomunicationis late sententie in hiis scriptis, quas ipsa omissione mandati nostri huiusmodi in toto seu in parte noveritis incurrisse, in virtute debite obedientie districte precipientes, quatenus assumptis vobiscum uno, duobus vel pluribus presbiteris, quos ad hoc noveritis expedire, quibus sub eadem pena huiusmodi mandatum nostrum per presentes committimus exequendum ad predictum opidum in Hammone statim visis presentibus accedentes et convocatis coram vobis opidanis et parrochianis dicti loci ad capellam predictam quos habere poteritis necnon et Brunone, Johanne dicto Wrede, Godefrido de Heysne, Ottone et eorum conplicibus canonicis seu monachis Cappenbergensibus, si presentes fuerint et interesse voluerint, alioquin in publico presentes litteras nostras coram hiis qui presentes fuerint fideliter recitantes et earum continenciam sagaciter exponentes, precipiatis eisdem Brunoni et conplicibus eius predictis, sive presentes fuerint sive non, in capella predicta et domicilio eorundem, ut infra biduum post publicacionem presencium ab ipsa capella et eius officiacione abstineant totaliter et desistant, ita quod dicte sanctimoniales procurandi officiacionem ipsius capelle et recipiendi proventus eiusdem secundum quod eis indultum est a nobis, ut est dictum, liberam habeant potestatem, de subtractis et ablatis nichilominus eisdem sanctimonialibus satisfactionem congruam inpensuri, alioquin eosdem Brunonem, Johannem, Godefridum et eorum conplices, quocunque nomine censeantur, iamdudum auctoritate nostra excommunicatos et quos nos pro manifesta et notoria offensa de novo excommunicamus in hiis scriptis et excommunicatos publice nunciamus, vos in ipso opido et oratoriis ibidem et alias ubi, quando et quotiens requisiti fueritis excommunicatos publice nuncietis et precipiatis, eosdem ab omnibus Christi fidelibus arcius evitari, donec satisfactione precedente de conmissis super eorum absolucione litteras nostras ad vos meruerint reportare. Preterea convocetis coram vobis in capella predicta . . iudices, . . scabinos, . . magistros civium et universitatem opidanorum et, sive coram vobis venerint sive non, inhibeatis eisdem auctoritate nostra sub pena excommunicationis, quam in singulos eorum qui contra inhibicionem ipsam venerint ferimus in hiis scriptis, ne a dictis Brunone, Johanne et aliis eorum conplicibus aliquod divinum officium audiant vel eis confiteantur aut communicent quoquo modo vel aliquod ab eis recipiant ecclesie sacramentum, sed ad hec operam adhibeant efficacem, ut eisdem monachis sive canonicis a capella et mansione ibidem repulsis capella ipsa per sacerdotem officietur quem dicte sanctimoniales ad hec duxerint ordinandum,

alioquin ipsum opidum et ipsius opidi homines utriusque sexus, quod et quos ex nunc et quamdiu dicti monachi sive canonici ibi steterint, ecclesiastico suppominus interdicto in hiis scriptis, interdictum et interdictos publice nuncietis, inhibentes sub eadem pena presbiteris vicinarum ecclesiarum, ne dicti opidi homines admittant vel recipiant ad divina, non obstante aliquo mandato contrario a . . decano sancte Marie ad Gradus vel Gisone cantore predictis directo aut etiam dirigendo, cum hoc ad eos non pertineat, quorum mandata et processus revocavimus et revocamus et presentibus nulla penitus nunciamus. Ceterum cum invocacio auxilii brachii secularis necessaria sit adhiberi, si dictorum monachorum seu canonicorum procax rebellio per ea que premissa sunt non potuerit coherceri, vobis mandamus et precipimus sub penis predictis, ut ad nobilem virum . . comitem de Marka dicti opidi et terre dominum personaliter accedentes ipsum primo familiariter et deinde sine dilacione affectata peremptorie moneatis, ut per apposicionem brachii secularis dictos monachos seu canonicos de Cappenberg et quoscunque de officiacione dicte capelle nomine eorum se ingerentes a dicta capella et officiacione ammoveat et repellat, dictas sanctimoniales et presbiterum quem eedem ibidem pro officiando ipsam capellam posuerint in possessione officiacionis et proventuum perceptionis, ad quam possessionem easdem restituimus et esse volumus restitutas, manuteneat et defendat, alioquin ipsum . . comitem quem extunc in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatum publice, ubi, quando et quociens requisiti fueritis, nuncietis, in qua excomunicatione si per octo dies pertinaciter duraverit, terram eius quam exnunc ut extunc ecclesiastico interdicto supponimus in hiis scriptis, interdictam publice nuncietis, scituri quod si vos vel alius vestrum in executione huiusmodi mandati nostri negligentes fueritis vel remissi, damus tibi Goswino canonico et presbitero Tremoniensi tenore presencium in mandatis vos citandi peremptorie coram nobis ad certam diem super ipsa inobediencia et contemptu, penam pro meritis recepturos diem citacionis et, quid oratione premissa feceris, nobis rescribendo. Et in supramissis exequendis unus alium vel alios non expectetis. Facta excommunicatione reddite has litteras et in signum debite executionis eiusdem sigilla vestra presentibus appendatis. Datum anno Domini M°.CC^{mo}.LXXX^{mo} quarto, crastino dominice qua cantatur Oculi mei.

Or. Kl. Kentrup Nr. 10. An Pgtstr. hängt noch ein Rest des Siegels des Erzbischofs mit Rücksiegel, von drei anderen Streifen die Siegel ab, am vierten, dem des Pfarrers von Mark, noch ein Theil erhalten (klein, spitzoval, Ritterfigur stehend mit Schild und Lanze, im Schild ein Kreuz, daneben knieend ein Geistlicher; Umschrift: . . L . . RONIS PL . . . . *). Daran der Transfixbrief von 1284 (1285) März 9 s. unten Nr. 1947. Auf der Rückseite gleichzeitige Aufschrift:* Ista littera est data anno Domini M°CCLXXX°IIII in crastino Oculi et dirigatur decano Tremoniensi et plebano beate Marie ibidem.

1945.

Edelherr Simon von der Lippe gelobt dem Bischof Everhard von Münster Hülfe gegen jedermann, ausgenommen den Erzbischof von Köln, den Grafen E(verhard) von der Mark und den Grafen von Waldeck. 1284 (1285) Februar 26.

Nach dem Or. Fr. Münster 191. Gedr. Westf. UB. III 1270 (vgl. 1275).

1946.

Vor den Bürgermeistern von Soest verpfändet der Soester Bürger Menricus von Aachen dem Kl. Soest-Walburgis vom Erzbischof von Köln lehnrührige Güter in Müllingsen. 1284 (1285) März 8.

Omnibus presentes litteras visuris in perpetuum. Nos Adam de Thodinchusen et Herbordus dictus Make magistri opidanorum, consules et universi opidani Susacienses notum facimus publice protestantes,

quod venientibus ad presentiam nostram et constitutis coram nobis domino Hermanno preposito ecclesie sancte Walburgis extra muros opidi nostri et amicis eiusdem ecclesie pro ipsa ecclesia ex una parte et Menrico filio quondam Radolphi de Aquis nostro conburgensi pro se, pro matre sua et pro ceteris suis coheredibus ex altera, idem Menricus recognovit et protestabatur publice coram nobis, bona eorum in villa Můlinchusen sita, que de manu reverendi patris nostri domini archyepiscopi Coloniensis tenebat in feodo absoluto, se vendidisse rite ac rationabiliter cum agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus et cum universis bonorum eorundem attinentiis ecclesie sancte Walburgis predicte consensu matris et omnium coheredum suorum videlicet Walburgis matris sue, Radolphi fratris sui et Walburgis et Katerine sororum suarum tunc presencium huic vendicioni plenarie accedente. Ceterum Henricus dictus Aureus,[1]) Conradus de Hammone, Wernerus dictus Thelonearius et Henricus de Lůnen predicta bona susceperunt de manu dicti Menrici in feodo absoluto et eadem bona domino . . preposito predicto, domine . . priorisse et conventui sepedicte ecclesie sancte Walburgis pro centum et quinquaginta marcis nomine pignoris obligarunt. Hoc quoque condictum est, quod quam primum donationem proprietatis eorundem bonorum claustrales eiusdem ecclesie optinere poterunt a domino nostro archyepiscopo memorato, prefatus Menricus transibit ad eum in expensis ecclesie resignaturus bona eadem coram eo pro se et pro suis coheredibus prenotatis. In testimonium igitur premissorum et robur presentem paginam super eo conscriptam nos ad peticionem parcium utrobique opidi nostri sigillo fecimus communiri. Testes huius rei sunt viri subscripti cum prescriptis: Henricus sculthetus Susatiensis, Rodolphus de Hornen, Godefridus de Allagen, Godescalcus de Brochusen, Godescalcus Thoro[2]), Vollandus, Godefridus de Hesnen, Stephanus[3]), Albero dictus Clot milites; Gerwinus de Lůnen, Gerlacus de Lake, Theodericus Monetarius, Wolphardus Eppinc, Thetmarus de Medebeke, Winandus Gallicus et totum consilium opidi nostri; item Ecbertus de Foro, Theodericus de Capella, Johannes de Colonia, Bodo dictus Gotus, Regenbodo Sculthetinc, Henricus Surdus, Henricus de Kefflike, Syfridus Kavolt, Hermannus de Pectore, Albertus Mindowe, Hermannus de Bennekinchusen, Bruno de Bogge et alii quam plures opidani Susatienses, qui omnes admissi sunt testes in premissis nomine vasallorum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. quarto, VIII Idus Marcii.

[1]) *Gleich* „Guldenpenning". [2]) *Gleich* „Thorc". [3]) „Thorc"? *Vgl. Nr. 1886.*

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 30. Siegel der Stadt Soest (Westf. Siegel Taf. 76, 1) mit Rücksiegel an Hanfäden nur in Bruchstücken erhalten.

1947.

Der Decan der Christianität Dortmund und die anderen Beauftragten zeigen dem Erzbischof von Köln an, dass sie sein Mandat von 1284 (1285) Februar 26 (s. Nr. 1944) ausgeführt haben. 1284 (1285) März 9.

Reverendo patri ac domino sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo . . decanus christianitatis in Tremonia, sancte Marie ibidem, de Heringin et de Marka . . plebani cum debita subiectione reverentiam et honorem. Noveritis, quod nos mandatum vestrum cui presens cedula est transfixa secundum tenorem ipsius de verbo ad verbum sumus in ecclesia de Hammone coram . . iudice, . . magistro civium et . . consulibus totius opidi predicti et in presencia Brunonis, Johannis dicti Wreden et Godefridi dicti de Heysne monachis sive canonicis quibus dedimus copiam eiusdem mandati ad requisitionem eorundem feria sexta ante dominicam Judica hora misse diligenter et fideliter exequuti. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° quarto, feria sexta predicta.

Or. Kl. Kentrup Nr. 11. Transfixbrief zu Urk. 1285 Februar 26. Vier Siegel von Pgtstr. ab.

1948.

Bischof Konrad von Osnabrück erneuert das alte Bündniss mit der Kölner Kirche und vereinbart mit Erzbischof Siegfried Massregeln behufs Beilegung aller Streitigkeiten. Wegen des Streites um Wiedenbrück werden von jeder Seite 4 Schiedsrichter eingesetzt, darunter von Seiten des Erzbischofs Hunoldus de Plettenbracht miles. *Für die Schädigungen, welche der Erzbischof während der Vormundschaft Bischof Konrads für seinen Verwandten den Edlen Simon von Lippe erlitten hat, verspricht Bischof Konrad Kriegshülfe. Ausserdem will er dahin wirken, dass sein Bruder Otto Elekt von Paderborn, dem der Propst Dietrich von Soest, ein Verwandter des Erzbischofs, den Bischofssitz streitig machte, dem Erzbischof und ihm die Erledigung der Sache überlassen wird. 1284 (1285) März 13.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Domstift. Gedr. Lacomblet UB. II 797, Osnabr. UB. IV Nr. 150, im Auszug Westf. UB. IV 1824.

1949.

Bischof Konrad von Osnabrück gelobt dem Erzbischof Siegfried von Köln Beistand gegen den Grafen Everhard von der Mark. 1284 (1285) März 13.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus universis presentes litteras inspecturis notum esse cupimus, quod nos reverendum patrem dominum nostrum dominum Sifridum Coloniensem archiepiscopum iuvabimus et eidem assistemus toto posse nostro contra nobilem virum Everardum comitem de Marka, et ad hoc nos fide prestita corporali et iuramento corporaliter interposito eidem domino nostro archiepiscopo obligavimus et obligamus per presentes, nec ipsum comitem fovebimus vel iuvabimus verbo vel facto, tacite vel expresse, in preiudicium iuris et honoris ipsius domini nostri Coloniensis archiepiscopi et ecclesie Coloniensis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ex certa nostra sciencia apponi fecimus huic scripto. Datum anno Domini M°.CC°. octoagesimo quarto, III°. Idus Marcii.

Or. St.-A. Düsseldorf, Domstift. Das zerbrochene Siegel des Bischofs mit Rücksiegel hängt an. Gedr. Lacomblet UB. II 798, Osnabr. UB. IV 151, vgl. Westf. UB. IV 1824 u. oben Nr. 1948.

1950.

Der Magister Gottfried von S. Georg in Köln setzt als Richter im Patronatsstreit und in Mitvertretung des Dekans derselben Kirche dem Dekan von Mariengraden und der Stadt Dortmund den 4. April (feria quarta post octavas Pasche) *zur* litiscontestatio *fest, vorbehaltlich der Zustimmung des Kapitels von Mariengraden zu Köln. 1284 (1285) März 13* (feria tertia post Dominicam Judica).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, 170 nach dem Or. im St.-A. Dortmund Nr. 717. Vgl. oben Nr. 1944.

1951.

Das Kl. Paradies bekundet die Schenkung von 8 Mark zu einer Pitanz aus dem Hof zu Eckenchusen *(Enkesen) seitens einer Matrone. Paradies 1285 März 24.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Nos soror Hadewigis priorissa totusque conventus sororum de Paradyso tenore presencium recognoscimus puplice protestando, quod quedam matrona comparavit nobis cum octo marcis sex modios siliginis et sex modios ordei in curte nostra Eckenchusen ad pittanciam faciendam nobis annis singulis inperpetuum in die Assumptionis Virginis gloriose, eo quod illa dies omnium Sanctorum festivitatibus in sollempnitate sit incomparabilis, secundum quod

sacrosancta canit „ecclesia sollempniter et aperte". Cum etiam iam dicta matrona prefatam annonam de aliena curte emere voluisset, ad instanciam conventus mediantibus fratribus nostris Gyselero, Hildebrando ac dominis Herbordo dicto Make et Brunone de Bůcke emit de predicta curte Eckinchusen et octo marcas solvit pro nobis sorori Gertrudi relicte fratris Henrici de Tremonia, cui tunc temporis in XLVIII marcis tenebamur. Decrevit etiam sepedicta matrona de tocius conventus beneplacito et assensu, ut celleraria nostra, que pro tempore fuerit, annuatim dictam annonam recipiat ad usum memoratum et infra octavam sollempnitatis prescripte, in quibus necessariis expenderit, coram conventu computet diligenter. Si quis vero hanc donationem pariter et ordinationem a sepedicta festivitate alienaverit, vel quo minus prompte predicta annona habeatur, impedimentum prestiterit quoquo modo, contra illum Regina[1]) ipsa celi suum filium interpellet ac memoriam eius de libro vite deleri procuret. Si quis anime operam dederit efficacem, ut omnia predicta ad unguem fiant, vel etiam augmentaverit pittanciam memoratam, illi eadem Regina mater gracie, graciam optineat in presenti et gloriam in futuro. Acta sunt hec coram conventu nostro anno Domini M°.CC°.LXXX°.V°. in vigilia Annunciationis Dominice, que tunc fuit in sabbato sancto Pasche. In huius eciam donationis et ordinationis stabilem et perpetuam firmitatem presentem litteram sigilli conventus nostri munimine roboramus.

[1]) *Verweisungszeichen.*

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 38. An Pgtstr. das verletzte Conventssiegel (Westf. Siegel Taf. 120, 1).

1952.

Graf Ludwig von Arnsberg entscheidet einen Streit zwischen dem Propst Wigand von Weddinghausen und Siegfried von Hachen wegen einer Hufe bei Hachen.
Friedhof Hüsten 1285 April 3.

Nos Lůdewicus comes de Arnesberg litteris presentibus protestamur universis, quod cum pluribus annis causa verteretur pro quodam manso sito apud Hagnen inter domnum Wigandum prepositum de Wedinchusen et suum conventum ex una parte et Sifridum militem dictum de Hagnen ex altera parte, idem prepositus et idem miles coram nobis in cimiterio Hustene constituti pro[1]) eodem manso litigantes, quesivimus ab eodem milite sub fide iuratoria homagii nostri quo nobis astrictus esset de iure et veritate ipsius mansus dicenda. Qui coram nobis in animam suam et fide iuratoria confessus est manifeste, quod, cum Alveradis bone memorie quondam mater sua viam universe carnis ingredi deberet, duobus diebus ante obitum suum vocatis filiis suis et filiabus suis coram se, sicut nomina tenent, ipsos edocuit et instruxit, quod post mortem suam in illo mansu nichil penitus iuris haberent, nisi prout in amicicia sive gracia ecclesie de Wedinchusen possent obtinere et petere memorate. Item confessus est, quod post obitum suum et fratrum suorum predictus mansus ad ecclesiam supradictam sine quavis contradictione libere revertatur nec heredes eorundem quicquam iuris in eisdem bonis habeant, nisi ut in amicitia et gracia ab eadem ecclesia similiter poterint obtinere, maxime cum ipse et fratres sui nichil iuris habuerint, nisi ad usum vite sue in bonis memoratis. Ne igitur protestacionem coram nobis manifeste factam alicuius in posterum irritare valeat calumpnia, presentem litteram conscribi fecimus super istis ad maiorem evidenciam veritatis sigilli nostri munimine roboratam. Datum in cimiterio Hustene anno Domini M°.CC°.LXXX°. quinto, feria tercia post dominicam Quasimodogeniti. Presentes fuerunt: Johannes frater noster canonicus ecclesie Traiectensis; Godefridus de Summeren, Johannes de Nyhem, Hermannus de Hagnen, Johannes iunior Rise, Gerwinus de Uflen, milites; item Henricus nobilis vir de Holte, Hartmannus filius Sifridi de Hagnen, Hermannus et Henricus fratres de Bynole, Rotgerus, Fredericus fratres de Hustene, Lubertus et Johannes fratres de Hustene, Arnoldus Hake[2]) et Henricus fratres, Henricus Clericus de Eversberg, Henricus de Rederen, Hermannus de Blidelinctorp, Albertus et Henricus filii sui, Henricus frater villici, Antonius dictus Scade

de Herderinge homines bone nacionis; item Gerwinus iudex de Nyhem, Wilhelmus oppidanus ibidem, Theodericus Luscus in Hustene, Hermannus villicus de Herderinge, Hermannus de Herderinge et alii quam plures.

¹) *Folgt Rasur.* ²) *Ueber der Zeile nachgetragen.*

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 66. An Pgtstr. Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1), Rückschrift des XIV. Jhs.: de manso apud Hagnen in parrochia Egginchusen. *Gedr. Wigands Archiv VII 148.*

1953.

Schiedsspruch in dem Streit zwischen dem Ritter Florin von Sassendorf und Bürgern der Stadt Soest wegen der von ersterem beliebten Vermehrung der aus einer Salzquelle zu versorgenden Salinen. 1285 April 13.

In nomine Domini, amen. In causa que vertitur inter dominum Florinum de Sassendorpe militem et suos heredes ex parte una et opidanos Susatienses ceterosque ex altera qui habent salinas in predicta villa Sassendorpe sitas spectantes ad puteum salis in quo et eidem domino Florino ius competit cum eisdem, que inquam causa sive discordia ex eo suborta fuerat, quod dictus Florinus duabus salinis suis ab antiquo ad predictum puteum spectantibus alias decem salinas superaddidit in aliorum eiusdem putei possessorum, ut eis videbatur, preiudicium et gravamen, nos Theodericus et Johannes dicti Vůlenspit et Godescalcus de Brůchusen milites ex parte prefati Florini et nos Adam de Thodinchusen et Herbordus dictus Make tunc magistri civium in Susato et Albertus de Palsode iunior ex parte coopidanorum nostrorum et aliorum habencium ius in dicto puteo de consensu parcium constituti arbitri et electi, arbitrio pena centum marcarum vallato, quam pecuniam pars arbitrium non servans solvet parti arbitrium observanti arbitrio nichilominus in suo robore duraturo. Arbitrium ipsum habito diligenti tractatu super premissis cum matura deliberatione pronuntiandum duximus et pronuntiamus in hunc modum, quod videlicet sepedictus Florinus et sui heredes de predictis duodecim salinis eorum tres deponent et contenti erunt novem salinis seu iure novem aquarum in predictum puteum, nec umquam plures apponent salinas nec quicquam iuris sibi amplius in eodem puteo vendicabunt, salvo tamen sibi per omnia iure suo in censu illo, quem possessores aliarum salinarum sibi de salinis eorum annuatim solvere consueverunt. Item arbitrando dicimus, quod opidani Susatienses et alii quicumque ius habent in predicto puteo numero salinarum suarum quas nunc habent spectantes ad eundem puteum contenti manebunt, nec alias superaddent nec quicquam mutabitur de statu iuris in quo nunc sunt, nisi hoc fiat de communi consensu et voluntate omnium predicti putei possessorum. In cuius rei testimonium et robur firmitatis perpetue presentem paginam super eo conscriptam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Insuper predicti Florini et oppidi Susatiensis sigilla sunt apposita ad maiorem evidentiam premissorum. Actum, pronuntiatum et datum Idus Aprilis, anno Domini millesimo CC°.LXXX°. quinto.

Or. im Fürstlich-Hatzfeldtschen Archiv zu Trachenberg i. Schl. Nr. 7. An Pgtstr. Siegel 1) Florins von Sassendorf (Schildsiegel mit dem Kammrad), 2 u. 3) Dietrichs und Johann Volenspit (Westf. Siegel Taf. 185, 1), 4) Gottschalks von Bruchausen (Westf. Siegel Taf. 190, 4), (1—4 weisses Wachs), 5) Herbords Make (rundes Siegel, Hahn links gewendet), 6) Alberts von Palsode (Hausmarke im Schildsiegel), 7) Adams von Thodinchusen (rund, Hausmarke), 8) kleiner Rest des Soester Stadtsiegels (Westf. Siegel Taf. 76, 1), (5—8 grünes Wachs). Gedr. im Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit (1883) 30, 192. Reg. Zeitschrift Bd. 61 S. 56.

1954.

Der Erzbischof Siegfried von Köln setzt den Scholasticus der Apostelkirche zu Köln als dritten Richter in dem Patronatsstreit zwischen dem Dekan von Mariengraden und der Stadt Dortmund ein. 1285 April 30.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, per Ytaliam archicancellarius dilecto in Christo . . scolastico ecclesie sanctorum Apostolorum Coloniensis salutem in Domino. Cum nos ad instantiam . . decani ecclesie beate Marie ad Gradus Coloniensis causam quam movere intendebat et intendit idem decanus . . iudici . ., scabinis . ., consulibus et universitati opidi Tremoniensis dilectis in Christo . . decano ecclesie beati Georgii Coloniensis et magistro Godefrido ibidem canonico commiserimus audiendam et fine debito terminandam, prout in commissione super hoc a nobis data plenius continetur, nos ad instancias sive preces iudicis . ., scabinorum . . consulum et universitatis predictorum, ut negocium sive causa sine suspicione procedat, te eisdem adiungimus, mandantes, ut una cum ipsis in ipso negocio sive causa procedas secundum a nobis traditam eis formam. Datum vigilia beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno Domini M°CC°LXXX^{mo} quinto.

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 718 mit Rest des Siegels Siegfrieds. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I, 171.

1955.

Riquinus, der Scholasticus der Apostelkirche in Köln, theilt seine Ernennung zum dritten Richter in dem Patronatsstreit zwischen dem Dekan von Mariengraden und der Stadt Dortmund (unter Transsumirung der vorhergehenden Nr. 1954) dem Pfarrer von S. Jakob zu Köln mit und beauftragt diesen, dieselbe dem Dechanten und dem Magister Gottfried von S. Georg anzuzeigen. 1285 Mai 4 (crastino ascensionis Domini).

Nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund 719 gedr. Westf. Zeitschr. Bd. 7 S. 232. Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Anm. zu Nr. 171.

1956.

Graf Engelbert von der Mark bekundet den vor seinem Gericht zu Pelichem *(Pelkum) geschlossenen Vergleich zwischen Engela von Bergkamen und dem Kl. Kappenberg wegen streitiger Güter in* Thudinchusen *(Töddinghausen b. Bergkamen) und Bergkamen. 1285 Mai 13.*

Nos Everhardus comes de Marca universis visuris presentia protestamur, quod cum Engela de Berchkamene, ratione Everhardi de Heringe, cuius se legitimam asserebat et asserit, et liberi sui Walraven et Blidradis . . prepositum . . et conventum monasterii Cappenbergensis inpeterent de quibusdam bonis, et per incendia devastassent quedam bona eorundem, mediantibus viris honestis talis compositio intervenit, videlicet quod Engela et liberi sui Blidradis et Walraven predicti, acceptis sex marcis Monasteriensium et sex marcis Tremoniensium denariorum cessabant pure ab omni inpetitione contra . . prepositum et . . conventum monasterii Cappenbergensis iam dictos ex parte bonorum quorumcumque. que antea inpetebant, libere effestucando resignantes coram iudicio nostro Pelichem, quicquid iuris haberent vel habere possent in bonis, videlicet una domo in Thůdinchusen, et una domo in Berchkamene que dicitur Schekerinchus, sive in aliis bonis quibusque, tam in rebus mobilibus quam in denariis ab Everhardo de Heringe . . preposito et . . conventui in Cappenberg iam collatis. Ea etiam conditione adiecta, quod Everhardus de Heringe iamdictus reliqua bona sua hereditaria monasterio Cappenberg absque liberorum suorum consensu de cetero conferre non poterit, et pro voluntate prepositi et conventus predictorum manere possit Cappenberg, quoad vixerit, sive alias ubicunque voluerit, sine inpetitione aliqua

Engelen et liberorum suorum Walraven et Blidradis predictorum. Prepositus vero et conventus monasterii prefati dampnum sibi ipsis per incendia illatum Engele et liberis suis libere indulserunt. Sed et Lubertum et omnes suos, qui bona eorundem per incendium vastata coluerat, tales habebunt, ut vastatores immunes faciant et relinquant, nec aliqua ratione talis incendii inpetant coram aliquo iudicio vel gravari procurent. Nos vero offensam, quam Engela et liberi sui Walraven et Blidradis sepedicti ob incendium tale erga nos contraxerant, ipsis et eorum coadiutoribus in hac parte, ad petitionem prepositi et conventus in Cappenberg, plene indulgemus. Ne autem super compositione amicabili rationabiliter facta cuiquam in posterum oriatur questio vel gravamen, presentem paginam conscribi fecimus, sigillis nostro et domini Lamberti prepositi Schedensis, qui huic compositioni interfuit, roboratam. Cuius rei testes sunt: Hinricus plebanus in Heringe; Godefridus de Hůvele, Theodericus Volenspit, Wescelus de Galen, Anthonius de Schedinge, milites et castellani in Marca; Adolphus de Westwic, Herenbertus Foie et Volcwinus de Wischele, milites; Hinricus Honesben, Gerwinus Stekelinc, Renfridus et Theodericus de Heringe fratres, Lubertus et Theodericus de Heringe, magister Everwinus filius Alberti de Vinkenbrinke, Waltherus de Heringe et alii quamplures. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo quinto, in die Penthecostes.

Or. Kl. Kappenberg K Nr. 155. Siegel des Grafen Everhard ab, von dem des Propstes Lambert von Scheda noch ein Bruchstück erhalten. Gedr. Westf. UB. III Nr. 1279.

1957.

Ministerialentausch zwischen dem Erzbischof Siegfried von Köln und dem Grafen Ludwig von Arnsberg. Rüthen 1285 Mai 21.

Syfridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus literis presentibus protestamur universis, quod Cunegundim [1]) uxorem Hermanni de Helevelde et Aleidim filiam ipsius ministeriales nostras damus Ludewico comiti de Arnsberg et heredibus suis ad ius ministeriale perpetuo possidendas, recipientes pro eisdem Gertrudim et Dederadem filias Conradi dicti Heterthat ad ius ministeriale in pari concambio similiter perpetuo possidendas, quod sigillo nostro duximus roborandum. Datum et actum Ruden anno Domini M.CC^{mo}. octuagesimo quinto, feria secunda proxima post octavas Penthecosten.

[1]) *In der Ueberschrift* „Cunigardim".

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VI, 109 A Bl. 21 v. u. 109 B Bl. 27 a.

1958.

Abt Heinrich von Corvey und Erzbischof Siegfried von Köln erneuern das alte Bündniss zwischen ihren Kirchen. 1285 Mai 28.

Nach dem Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 303½ gedr. Westf. UB. IV 1837.

1959.

Wilhelm von Elepe *(Eilpe) und Thelemann von* Enepene *(Ennepe) schwören der Stadt Köln Urfehde, dass sie sich nicht dafür rächen wollen, weil sie wegen eines angeblich begangenen Diebstahls unschuldiger Weise in Köln eingekerkert waren. 1285 Juni 8.*

Nos Wilhelmus dictus de Elepe et Thelemannus filius Erenberti de Enepene notum esse cupimus universis tenore presentium recognoscentes, quod cum in civitate Coloniensi super crimine furti nobis ibidem impositi deprehensi et incarcerati essemus, nos, quia per discretos viros . . prepositum in Else, Wicboldum plebanum in Hagene, Johannem plebanum in Raffenberg et . . scultetum . . domini Colo-

niensis ibidem . . iudicibus et . . scabinis Coloniensibus ostensum fuit sufficienter, nos esse de huiusmodi crimine furti innocentes, iuramentum corporaliter prestitimus, quod premissa per nos nec per nostros amicos et pro nobis facere volentes non vindicabimus nec in civitate Coloniensi nec extra quoquo modo, renunciantes simpliciter et pure omni rancori si quem habuimus super premissis. In cuius rei testimonium, quia sigilla propria non habemus, sigillorum predictorum . . prepositi . . plebanorum et . . sculteti que pro nobis apponi rogavimus huic scripto munimine sumus contenti. Datum anno Domini millesimo CC^mo^. octuagesimo quinto, feria sexta ante festum beati Barnabe apostoli.

Or. Stdt.-A. Köln Nr. 475. An Pgtstr. die Siegel: 1) des Propstes von Elsey, spitzoval, ein Priester das Messopfer darbringend, 2) des Pfarrers in Hagen, spitzoval, die Krönung Mariä, darunter der Pfarrer im Kniestück, die Hände zum Beten erhoben, 3) des Pfarrers in Raffenberg, rund, der h. Martin zu Pferd den Mantel teilend, 4) des Schultheissen von Raffenberg, im runden Siegel der Schild mit dem im Wolkenschnitt geteilten Schildeshaupt; Umschrift: † S. Ri . . . . affe(n)b(er)c. *Gedr. Ennen, Quellen zur Gesch. der Stadt Köln III 251. Reg. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IV, 15.*

1960.

Bündniss des Erzbischofs Erich von Magdeburg, des Bischofs Volrad von Halberstadt und der Grafen und Edlen des Harzes mit dem Erzbischof Siegfried von Köln zu gegenseitiger Hülfeleistung. 1285 Juli 6.

. . . . . Idem grata vicissitudine dominus Sifridus Coloniensis archiepiscopus nobis exhibebit: videlicet si ipsius iuvamen requisiverimus, duos milites fidedignos mittemus domino archiepiscopo vel marechalko ipsius in Westvalia seu eius officiato in Holtesminde, si domini archiepiscopi copia haberi non poterit, qui certiorabunt ex parte omnium nostrum et iurati deponent, si fuerint requisiti, quod talis sit causa, quod nos dictus dominus archiepiscopus Coloniensis debeat adiuvare. Tunc ipse vel sui officiati predicti nos iuvabunt cum trecentis dextrariis falleratis. . . .

Nach dem Or. im St.-A. Düsseldorf, Domstift gedr. Lacomblet UB. II 807.

1961.

König Rudolf beurkundet den vor ihm im Gericht ergangenen Rechtsspruch über die Strafen der Falschmünzer. Mainz 1285 Juli 13.

Or. St.-A. Düsseldorf, Domstift. Gedr. Hartstein, hist. num. Col. 136. MG. LL. 2, 446. Seibertz UB. I, 415. Fontes rer. Bernens. 3, 394. Reg. Böhmer-Redlich, Reg imp. VI, Nr. 1924. Abschrift ist auch im Lib. Priv. Eccles. Colon. Msc. I, 178 fol. 19, Nr. 48 vorhanden

1962.

Graf Ludwig von Arnsberg schlichtet die Streitigkeiten zwischen dem Kl. Wedinghausen und dem Villicus von Blidelingdorpe *(Blintrop) wegen einer Hufe bei Bekum. Arnsberg 1285 Juli 15.*

Nos Lůdewicus comes de Arnesberg litteris presentibus protestamur universis, quod cum . . prepositus ecclesie de Wedinghůsen et conventus suus ex una parte et Hermannus dictus Vlecke villicus de Blidelingdorpe ex altera pro quodam manso Bekehem sito dudum ad invicem litigassent, tandem in presencia nostra Arnesberg inter ipsos ordinata est concordia sub hac forma coram nobis, quod idem Hermannus diebus vite sue eundem mansum tenebit et singulis annis in die beati Laurencii sex

denariorum solvet ecclesie de Weding͞husen pensionem. Postquam vero eundem Hermannum mori contingerit, idem mansus ad ecclesiam supradictam integraliter libere revertetur nec uxor ipsius nec filii nec heredes sui, sicut nomina tenent, quicquam iuris bonis in eisdem optinebunt, quod sigilli nostri munimine roboramus. Datum et actum Arnesberg anno Domini M°.CC°.LXXX° quinto, in die Divisionis Apostolorum. Presentes fuerunt: Ludolfus prepositus in Ulinghusen, Fredericus plebanus in Arnesberg, Johannes celerarius et Johannes custos in Wedinghusen, Erenfridus de Eckinghusen, Hermannus de Afflen, Gerhardus de Balleve plebani; item Hermannus de Hagnen, Johannes iunior Rize, Johannes maior Rize de Neyhem milites; item Rutgherus de Afflen gogravius, Theodericus de Vresendorpe, Albertus, Theodericus, Heynricus fratres de Blidelingdorpe, Wighardus et Antonius de Enze, Lubertus et[1]) Stelinghus et Conradus dictus Scele de Hustene et alii quam plures viri probati et fide digni.

[1]) *Correktur, „de"?*

Or. Kl. Wedinghausen 68. An Pgtstr. Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Rückschrift von Hand des XIV. Jhs.: De bonis in Bechem. *Nach dem Einkünfteverzeichniss des Klosters aus dem XV. Jh. (Acten 645 S. 87) ist Bekum im Kirchspiel Balve darin zu erkennen.*

1963.

Papst Honorius IV. beauftragt den Dechanten der Xantener Kirche, die Klage des Canonikers Conrad der Kirche in Arnsberg (Wedinghausen) und des Klerikers Heinrich von Iserlohn gegen Hermann gen. Wambasticker und Bodo gen. Gonote von Soest wegen streitiger gemeinsamer Besitzungen und Einkünfte zu untersuchen. Tivoli 1285 Juli 15.

Gedr. Westf. UB. V 748 nach dem Or. Kl. Wedinghausen Nr. 67.

1964.

Everhard (von Diest) Bischof von Münster ertheilt allen Besuchern der Minoritenkirche in Soest Ablass. 1285 August 4.

Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus dilectis in Christo . . guardiano totique conventui fratrum de ordine Minorum in Sosato salutem et sinceram in Domino caritatem. Pro divina reverencia viteque vestre meritis exigentibus delectamur vos prosequi dono gratie specialis presertim in hiis que salutem respiciunt animarum: inde est, quod devotionis vestre precibus annuentes omnibus vere penitentibus et confessis ad dedicationem chori vestri et altaris summi in eodem constructi confluentibus ipsa die dedicationis annum integrum et carenam de iniunctis sibi penitenciis indulgemus nichilominus[1]) infra octavam diem dedicationis immediate sequentem; quique in singulis annuis ipsius dedicationis festis necnon et in festivitatibus gloriose virginis Marie, sancti Francisci, qui sacri ordinis vestri mirificus extitit institutor, beati Anthonii professoris eiusdem et beate Clare et octo diebus immediate sequentibus ad ecclesiam vestram causa orationis accesserint: insuper et hiis qui vobis in necessitatibus vestris grata caritatis subsidia ministraverint quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia, si tamen consensus dyocesani accesserit, misericorditer relaxamus, presentibus vobis perpetuo valituris, ut per huiusmodi salutaria nostre caritatis subsidia fideles populi auctore Domino ad pietatis opera invitentur et divine reddantur gratie aptiores. Datum in die beati Justini martiris, anno Domini M°.CC°.LXXX°.V°.[2])

[1]) *Auf grosser Rasur nachträglich eingefügt.* [2]) *Das Datum ist von anderer Hand geschrieben.*

Or. Soest-Minoriten u. -Dominikaner Nr. 17. An Pgtstr. Siegel des Bischofs mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 44, 5 u. 45, 7).

1965.

Ritter Conrad von Ense verkauft seine gesammten Besitzungen in Ense für 400 Mark an das Kl. Himmelpforten und empfängt dafür in Theilzahlung einen Hof in Holthusen *und Güter in Erwitte. 1285 August 14.*

Universis et singulis presentes litteras visuris seu percepturis ego Conradus miles dictus de Ense notum facio publice protestando, quod ego cum consensu et plena voluntate uxoris mee Clare et filiorum meorum Wichardi, Hermanni, Antonii, Henrici, Theoderici, Růtgeri, Godefridi et Conradi et filiarum mearum Ermegargis (!), Sophie et Clare necnon omnium heredum et coheredum meorum maturo accedente consilio bona mea universa et singula, sita in villa que dicitur Ense, cum agris, tam cultis quam incultis, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, piscaturis et cum omnibus attinenciis et cum Eszelino colono ibidem manente ecclesie et conventui sanctimonialium ad Portam Celi pro quadringentis marcis denoriorum (!) in Susato legalium in contractu vendicionis rite ac racionabiliter assignavi, renuncians simul cum omnibus heredibus et coheredibus meis plane et expresse omni iuri, quodcunque nobis in predictis bonis competebat vel competere videbatur. Preterea sponte ac voluntarie nos pariter obligamus in hiis scriptis interposita corporaliter fidei dacione, quod nos in predicta villa Ense nulla bona de cetero comparabimus nec ibidem de cetero residenciam faciemus, salvo tamen filio meo Henrico predicto in quibusdam bonis in predicta villa sitis iure suo, que bona quondam sibi specialiter ab Arnoldo dicto Vlacrian comparavit et a nobili viro domino . . comite de Arnesberg tenet, de quibus ordinare et disponere potest secundum sue libitum voluntatis. Ceterum ego Conradus miles de Ense predictus una cum filiis ac filiabus meis ac aliis coheredibus meis recognosco et fateor, a predicta ecclesia me recepisse in solucionem et legitimam computacionem predictarum quadringentarum marcarum curtem in Holthusen cum suis attinenciis pro centum et decem marcis possidendam eo iure, quo dicta curtis ad prefatam ecclesiam pertinebat. Item bona in Ervethe sita cum suis attinenciis, que quondam Wernherus dictus Balke bone memorie contulit ecclesie ad Portam Celi, me recepisse protestor in eandem computacionem pro quinquaginta marcis tenenda de manu domini mei . . comitis de Arnesberg in feodo absoluto. Et sic centum et sexaginta marcis michi exsolutis, de residuis ducentis et quadraginta marcis michi quoque et filiis meis et filiabus meis necnon et omnibus aliis meis heredibus et coheredibus satisfactum esse recognosco et fateor, ita sane, quod sepedictam ecclesiam de totali summa quadringentarum marcarum predictarum clamo quittam, liberam perpetuo et absolutam. Item [1]) noverint universi, quod de bonis supradictis duo solidi denariorum in ecclesiam Nunhirrike ac duo solidi in Meschede sunt solvendi. Quia sigillum proprium non habeo, viri nobilis domini mei domini Ludewici comitis de Arnesberg, ecclesie quoque Susaciensis et opidi eiusdem sigilla presentibus una cum filiis ac filiabus meis predictis inpetravi apponi in testimonium premissorum et robur perpetue firmitatis. [2]) Testes huius rei sunt: dominus Godefridus decanus ecclesie Susaciensis, Lubertus camerarius, Hermannus dictus Rise, Conradus de Hustene canonici ibidem, Gerwinus plebanus in Hilevelde, Henricus sacerdos manens ad Portam Celi, Theodericus et Gerhardus sacerdotes ad sanctum Thomam in Susato; item Wilhelmus de Ardeyo et Henricus de Holte nobiles, Hermannus de Hagen et Johannes dictus Neckel milites; preterea Godescalcus de Wiginchusen tunc iudex Susaciensis, Herbordus dictus Make et Adam de Lůnen tunc magistri consulum, Gerwinus de Lůnen, Syfridus de Kefflike, Albertus de Palsode maior, Henricus de Wiginchusen, Johannes de Colonia et Winandus dictus Wale, Henricus Bastenberg, Elricus de Tylia et Johannes filius suus, Godefridus de Molandino, Fredericus Ruphus, [3]) Helmicus de Puteo,. Albertus Rebbere, Alexander Orloge, Otbertus de Palsode, Jacobus de Werle, Johannes de Buren, Wernerus Ruphus, Menricus de Rinhere, Henricus de Delic, Johannes de Weslere, Gerwinus de Andopen, Hermannus de Budenvelde dictus Pape et alii quam plures viri providi

ac fidedigni. Datum et actum in vigilia Assumpcionis Marie virginis, anno Domini M°.CC°. octogesimo[4]) quinto.

[1]) *Dieser Satz bis* „solvendi" *auf Rasur und, wie es scheint, von einer Hand des XIV. Jhs.* [2]) *Von* „Testes" *ab kleinere Schrift.* [3]) „p" *auf Correktur.* [4]) „i" *aus* „e" *corrigirt.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 38. An Pgtstr. die Siegel 1) Graf Ludwigs von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1), 2) des Patroclusstiftes (ebenda Taf. 9, 5), 3) der Stadt Soest mit Rücksiegel (ebenda Taf. 76, 1 u. 89, 2). Regest bei Seibertz UB. I Anm. 545 zu Nr. 419. Vgl. die folgende Nr. 1966.

1966.

Graf Ludwig von Arnsberg bekundet den Verkauf der von ihm lehnrührigen Güter in Ense seitens Conrads von Ense und überträgt deren Eigenthum an das Kl. Himmelpforten. 1285 August 14.

Nos Ludewicus comes Arnesbergensis omnibus presentes litteras visuris sive percepturis imperpetuum. Notum facimus publice protestantes, quod, cum Conradus de Ense miles cum pleno consensu et voluntate uxoris sue Clare, filiorum quoque ac filiarum suarum Wichardi, Hermanni, Anthonii, Henrici, Theoderici, Růtgeri, Godefridi, Conradi, Sophye, Clare et Ermengardis necnon et omnium heredum et coheredum suorum omnia et singula bona ipsorum apud Ense sita cum agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, piscaturis et omnibus attinenciis et cum Ezzelino colono ibidem commorante ecclesie dicte ad Portam Celi pro quadringentis marcis in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignasset et idem Conradus una cum heredibus et coheredibus suis dicta bona cum omnibus suis attinenciis in manus nostras liberaliter resignasset, nos proprietatem predictorum bonorum cum piscaturis et omnibus attinenciis que predictus Conradus et sui heredes de manu nostra tenebant in feodo memorate contulimus ecclesie et conferimus in hiis scriptis, consensu domine Pyronetthe uxoris nostre filiorum quoque nostrorum Friderici et Wilhelmi necnon et fratris nostri Johannis et omnium heredum et coheredum nostrorum plenaliter accedente, exceptis bonis quibusdam ibidem in Ense sitis, que Henricus filius Conradi militis de Ense a nobis tenet, que quondam ab Arnoldo dicto Wlarian (!) comparavit, recipientes in concambio proprietatem cuiusdam mansi apud Ervethe siti, quem Wernherus dictus Balke bone memorie quondam contulerat ecclesie supradicte, volentes hoc factum nostrum ab omnibus heredibus nostris tam generatis quam generandis perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam super eo confectam sygilli nostri fecimus, impressione muniri. Preterea ecclesie Susaciensis et oppidi eiusdem sigilla impetravimus apponi ad maiorem evidentiam premissorum. Testes huius rei sunt: dominus Godefridus decanus ecclesie Susaciensis, Lubertus camerarius, Hermannus dictus Rise, Conradus de Hustene canonici ibidem, Gerwinus plebanus in Hilevelde, Henricus sacerdos manens ad Portam Celi, Theodericus et Gerhardus sacerdotes ad sanctum Thomam in Susato; item Wilhelmus de Ardeyo et Henricus de Holte nobiles, Hermannus de Hagnen et Johannes dictus Neckel milites; preterea Godescalcus de Wichinchusen tunc iudex Susaciensis, Herbordus dictus Make et Adam de Lůnen tunc magistri consulum Gerwinus de Lůnen, Syfridus de Kefflike, Albertus de Palsode maior, Hinricus de Wihinchusen[1]), Johannes de Colonia et Winandus dictus Wale, Hinricus Bastenberch, Elricus de Tylia et Johannes filius suus, Godefridus de Molandino, Fridericus Ruphus, Helmicus de Puteo, Albertus Rebbere, Alexander Orloge, Otbertus de Palsode, Jacobus de Werle, Johannes de Bůren, Wernherus Ruphus, Menricus de Rinhere, Hynricus de Delic, Johannes de Weslere, Gerwinus de Andopen, Hermannus de Budenvelde dictus Pape et alii quam plures viri providi ac fidedigni. Datum et actum in vigilia Assumpcionis Marie virginis, anno Domini M°.CC°. octogesimo quinto.

[1]) „h" *corrigirt aus* „c".

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 39. An Pgtstr. dieselben Siegel wie an der vorstehenden Urkunde; etwas beschädigt. Die Urkunde zeigt eine andere Schreiberhand. Regest bei Seibertz UB. I Anm. 545 zu Nr. 419.

1967.

Die Klagartikel des Dechanten von Mariengraden zu Köln gegen die Stadt Dortmund wegen des Patronatsrechts der Dortmunder Kirchen. 1285 September 5 u. 7.

Ius) Intendit probare decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis contra . . iudicem, . . consules, scabinos, maiores et universos opidi Tremoniensis et eorum procuratorem nomine procuratorio, quod ecclesia sancti Renoldi in opido Tremoniensi sita, nunc parrochialis, olim fuit conventualis, habens conventum duodecim canonicorum personarum plus vel minus, et de hoc fuit et est in partibus illis publica vox et fama.

IIus) Item quod in dicta ecclesia sancti Renoldi tunc temporis erant instituti canonici et erat ecclesia collegiata habens curam animarum opidi Tremoniensis, et de hoc est et fuit publica vox et fama in partibus illis.

IIIus) Item, quod sanctus Anno Coloniensis archiepiscopus quondam dictos canonicatus et prebendas et personas ibidem prebendas et canonicatus huiusmodi habentes transtulit ad ecclesiam sancte Marie ad Gradus predictam cum suis iuribus et pertinenciis et eidem ecclesie sancte Marie univit et incorporavit, et de hiis est et fuit publica vox et fama in partibus illis et alibi.

IVus) Item, quod in dicta translatione, unione et incorporatione fuit ordinatum auctoritate sancti Annonis predicti, quod dicta ecclesia sancti Renoldi extunc esset et esse deberet parrochialis et haberet certum rectorem pro tempore, qui haberet curam animarum opidi Tremoniensis, et de hiis est et fuit publica vox et fama in partibus illis et alibi.

Vus) Item, quod post predictas translationem, unionem et incorporationem dicta ecclesia sancti Renoldi desiit esse conventualis et permansit parrochialis et matrix ecclesia habens certum rectorem, qui gessit curam animarum opidi Tremoniensis et hominum (commoran)tium ibidem, et de hoc fuit et est publica vox et fama in partibus illis et alibi.

VIus) Item, quod dicta ecclesia sancti Renoldi dudum fuit parochialis et ad eam spectabat cura animarum opidi Tremoniensis, antequam sancte Marie et sancti Nicolai ecclesie in dicto opido constituerentur et fierent parrochiales, et de hoc est et fuit publica vox et fama in partibus illis et alibi et est publicum et notorium ibidem.

VII) Item, quod ecclesie sancte Marie et sancti Nicolai in opido Tremoniensi facte et constitute sunt parrochiales infra limites parrochie sancti Renoldi per dominum Henricum ultimum quondam Coloniensem archiepiscopum, seu auctoritate eiusdem et de hoc est et fuit in partibus illis publica vox et fama.

VIIIus) Item, quod idem dominus Henricus archiepiscopus dictas ecclesias sancte Marie et sancti Nicolai fecit et constituit parrochiales infra limites parrochie sancti Renoldi et eandem parrochiam sancti Renoldi sic divisit propter multitudinem populi, qui tunc temporis pertinebat ad ecclesiam sancti Renoldi predictam matricem, et de hoc est et fuit publica vox et fama in partibus illis.

IXus) Item, quod facta huiusmodi divisione et dictis ecclesiis sancte Marie et sancti Nicolai factis parrochialibus dicta ecclesia sancti Renoldi remansit maior matrix et superior habens sub se dictas ecclesias sancte Marie et sancti Nicolai, et de hiis est et fuit publica vox et fama in partibus illis.

Xus) Item, quod post huiusmodi divisionem ita observatum et optentum est spatio viginti, triginta, quadraginta et quinquaginta annorum, quod rectores ecclesiarum sancte Marie et sancti Nicolai pro tempore exhibuerunt et exhibere consueverunt reverentiam et honorem rectori ecclesie sancti Renoldi, qui pro tempore fuit, et in memoriam et recognitionem subiectionis et reverentie debite observaverunt

et observare consueverunt et tenentur singulis diebus dominicis et festivis et rogationibus processiones in matrici ecclesia sancti Renoldi et diebus Apostolorum et festivitatibus precipuis summas missas et veniunt et venire consueverunt et tenentur ad processionem, que fit et fieri consuevit in ecclesia sancti Renoldi predicta, et de hiis est et fuit publica vox et fama in partibus illis et est publicum et notorium ibidem.

XI^{us}) Item, quod in memoriam et recognitionem subiectionis et reverentie debite ecclesie sancti Renoldi predicte rectores predictarum ecclesiarum sancte Marie et sancti Nicolai et quilibet eorum solvit et solvere consuevit singulis annis post divisionem huiusmodi rectori ecclesie sancti Renoldi predicte censum annuum videlicet decem et octo solidorum usualis monete et ita servatum est et optentum spacio triginta, quadraginta, quinquaginta annorum etc.[1])

XII^{us}) § Item, quod sanctus Anno Coloniensis archiepiscopus supradictus dotavit ecclesiam sancte Marie ad Gradus predictam pluribus possessionibus et redditibus et inter alia, que concessit et donavit dicte ecclesie sancte Marie ad Gradus, dedit eidem decanatum Tremoniensem et ecclesiam matricem opidi Tremoniensis cum suis iuribus et pertinenciis etc.

XIII^{us}) Item, quod post huiusmodi concessionem decanatus et ecclesie matricis sic servatum est longissimis temporibus retroactis et de consuetudine optentum, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte pro tempore nomine ecclesie sue habebant (!) institutionem et destitutionem in ecclesiis et capellis infra limites dicti decanatus Tremoniensis constitutis etc.

XIIII^{us}) Item, quod de consuetudine antiqua et observata spacio triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta annorum et amplius in dicto decanatu Tremoniensi cognitio causarum ad forum ecclesiasticum spectantium inter clericos et laicos consistentes infra dictum decanatum ad ipsum decanum ecclesie sancte Marie ad Gradus pro tempore pertinuit et pertinere consuevit et de huiusmodi causis per se et per alios cognovit et cognoscere consuevit, et quod dicti laici et clerici eiusdem decani sancte Marie ad Gradus, qui pro tempore fuit, monitis et mandatis tamquam eius subditi obediverunt reverenter etc.

XV^{us}) Item, quod ita servatum est et optentum spatio LX^{a}, L^{a}, XL^{a} annorum et amplius, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte pro tempore confert et conferre consuevit et dare investituras de ecclesiis vacantibus in dicto decanatu Tremoniensi tempore vacationis et curam animarum de eisdem conferre, et quod sic investiti per ipsum decanum, qui pro tempore fuit, et quibus curam animarum commisit, habentur et haberi consueverunt communiter in dicto decanatu et inter fratres capituli Tremoniensis pro rectoribus ecclesiarum earundem etc.

XVI^{us}) § Item intendit probare, quod . . decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus, qui est pro tempore, est et esse consuevit patronus ecclesiarum parrochialium consistencium infra opidum Tremoniense et altarium earundem etc.

XVII^{us}) Item, quod ad dictum decanum sancte Marie ad Gradus, qui est pro tempore, spectat et spectare consuevit eligere per se ipsum presbiteros seu rectores ad dictas ecclesias tempore vacacionis et ipsos etiam de eisdem investire et providere de eisdem et curam animarum earundem conferre etc.

XVIII^{us}) Item, quod dictus decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus et sui predecessores fuerunt a tempore sexaginta, quinquaginta, quadraginta annorum et amplius in possesione et quasi eligendi per se ad beneficia vacancia in opido Tremoniensi et providendi de eisdem et investituram dandi etc.

XIX^{us}) Item, quod sic observatum est et optentum de consuetudine antiqua et a tempore, cuius memoria non existit in dicto opido Tremoniensi, quod sic investiti, electi et quibus provisum fuit et est per ipsum decanum sancte Marie ad Gradus, de beneficiis ecclesiasticis vacantibus in opido Tremoniensi habentur, habiti sunt et haberi consueverunt ex hac causa pro rectoribus et investitis dictorum beneficiorum etc.[2])

XXII^{us}) § Item intendit probare, quod olim quidam Hermannus nomine fuit investitus et rector et plebanus dicte ecclesie sancti Renoldi et eandem ecclesiam tenuit et possedit tamquam plebanus pacifice et quiete per multa tempora et pro plebano et rectore dicte ecclesie sancti Renoldi habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

XXIII^{us}) Item, quod decanus dicte ecclesie sancte Marie ad Gradus, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Hermannum in rectorem et plebanum prefate ecclesie sancti Renoldi et eidem Hermanno de dicto plebanatu vacante providit, ipsumque de eodem plebanatu et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Hermannum in corporalem possessionem dicte ecclesie sancti Renoldi et pertinenciarum eius tamquam plebanum etc.

XXIIII^{us}) Item, quod idem Hermannus in ipso plebanatu tamquam plebanus ecclesie sancti Renoldi amministravit publice ex predicta causa et fuit et stetit in possessione etc.

XXV^{us}) § Item, quod dominus Albertus, qui nunc est rector sive plebanus dicte ecclesie sancti Renoldi, immediate successit in dicto plebanatu eidem Hermanno, eandem ecclesiam tenuit et possedit tamquam plebanus pacifice et quiete per multa tempora et adhuc tenet et pro plebano dicte ecclesie sancti Renoldi habitus fuit et habetur communiter in opido Tremoniensi etc.

XXVI^{us}) Item, quod decanus dicti ecclesie sancte Marie ad Gradus, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Albertum in plebanum et rectorem prefate ecclesie sancti Renoldi et eidem Alberto de dicto plebanatu vacante providit ipsumque de eodem plebanatu et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Albertum in possessionem corporalem dicte ecclesie sancti Renoldi et pertinenciarum eius tamquam plebanum etc.

XXVII^{us}) Item, quod idem dominus Albertus in ipso plebanatu tamquam plebanus dicte ecclesie sancti Renoldi amministravit publice per multa tempora ex predicta causa et adhuc amministrat et fuit, stetit et est in possessione dicte ecclesie sancti Renoldi etc.

XXVIII^{us}) § Item intendit probare, quod olim dominus Albertus predictus, qui nunc est plebanus ecclesie sancti Renoldi Tremoniensis, fuit rector et investitus ecclesie beate Marie predicte in Tremonia et eandem ecclesiam tenuit et possedit tamquam rector et investitus ipsius pacifice et quiete per multa tempora et pro rectore dicte ecclesie sancte Marie habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

XXIX^{us}) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Albertum in rectorem prefate ecclesie sancte Marie Tremoniensis et eidem de dicta ecclesia vacante providit ipsumque de eadem ecclesia et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Albertum in corporalem possessionem dicte ecclesie sancte Marie et pertinenciarum eius tamquam rectorem etc.

XXX^{us}) Item, quod idem Albertus ex predicta causa in ipsa ecclesia sancte Marie tamquam rector amministravit publice et fuit et stetit in possessione dicte ecclesie sancte Marie pacifice et quiete per multa tempora etc.

XXXI^{us}) § Item, quod quidam Godefridus nomine inmediate successit dicto Alberto in prefata ecclesia sancte Marie Tremoniensi et fuit rector et investitus eiusdem ecclesie beate Marie et eandem tenuit et possedit tamquam rector et investitus ipsius pacifice et quiete, et pro rectore dicte ecclesie sancte Marie Tremoniensis habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

XXXII^{us}) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Godefridum in rectorem prefate ecclesie sancte Marie Tremoniensis et eidem de dicta ecclesia vacante providit ipsumque de eadem ecclesia et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Godefridum in corporalem possessionem dicte ecclesie sancte Marie et pertinenciarum eius tamquam rectorem etc.

XXXIIIus) Item, quod idem Godefridus ex predicta causa in ipsa ecclesia sancte Marie tamquam rector amministravit publice et fuit et stetit in possessione prefate ecclesie sancte Marie pacifice et quiete etc.

XXXIIIIus) § Item, quod dicto Godefrido successit inmediate in dicta ecclesia sancte Marie Tremoniensi Gernandus, qui nunc est rector eiusdem ecclesie, et eandem ecclesiam tenet et possidet tamquam rector et investitus ipsius ecclesie beate Marie pacifice et quiete et pro rectore dicte ecclesie sancte Marie habitus fuit et habetur communiter in opido Tremoniensi etc.

XXXVus) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Gernandum in rectorem prefate ecclesie sancte Marie Tremoniensis et eidem de dicta ecclesia vacante providit ipsumque de eadem ecclesia et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Gernandum in corporalem possessionem dicte ecclesie sancte Marie et pertinenciarum eius tamquam rectorem etc.

XXXVIus) Item, quod idem Gernandus ex predicta causa in ipsa ecclesia sancte Marie tamquam rector amministravit publice per multa tempora et amministrat et fuit, stetit et est in possessione ipsius ecclesie sancte Marie pacifice et quiete etc.

XXXVIIus) § Item, quod olim quidam Hartwicus nomine fuit investitus et rector ecclesie sancti Nicolai Tremoniensis et eandem tenuit et possedit tamquam investitus et rector eiusdem pacifice et quiete et pro rectore dicte ecclesie sancti Nicolai habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

XXXVIIIus) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Hartwicum in rectorem prefate ecclesie sancti Nicolai et eidem de dicta ecclesia vacante providit ipsumque de eadem ecclesia et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Hartwicum in corporalem possessionem dicte ecclesie sancti Nicolai et pertinenciarum eius tamquam rectorem etc.

XXXIXus) Item, quod idem Hartwicus ex predicta causa in ipsa ecclesia sancti Nicolai tamquam rector amministravit publice et fuit et stetit in possessione eiusdem ecclesie sancti Nicolai pacifice et quiete etc.

XLus) § Item, quod quidam Vrowinus nomine successit dicto Hartwico in prefata ecclesia sancti Nicolai et fuit rector et investitus eiusdem ecclesie et eandem tenuit et possedit tamquam rector et investitus eiusdem pacifice et quiete et pro rectore dicte ecclesie sancti Nicolai habitus fuit et habebatur communiter in opido Tremoniensi etc.

XLIus) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Vrowinum in rectorem prefate ecclesie sancti Nicolai et eidem de dicta ecclesia vacante providit ipsumque de eadem ecclesia et pertinenciis suis investivit et posuit seu poni fecit eundem Vrowinum in corporalem possessionem dicte ecclesie sancti Nicolai et pertinenciarum eius tamquam rectorem etc.

XLIIus) Item, quod idem Vrowinus ex predicta causa in ipsa ecclesia sancti Nicolai tamquam rector amministravit publice et fuit et stetit in possessione eiusdem ecclesie sancti Nicolai pacifice et quiete etc.

XLIIIus) § Item intendit probare, quod olim quidam, Conradus de Loen nomine, fuit vicarius altaris sancti Stephani in ecclesia sancti Renoldi predicta et idem altare officiavit tamquam vicarius pacifice et quiete per multa tempora et pro vicario eiusdem altaris habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

XLIIIIus) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Conradum in vicarium dicti altaris et eidem Conrado de dicto altari vacante providit ipsumque de eodem altari et pertinenciis eius investivit et posuit seu poni fecit ipsum Conradum in corporalem possessionem dicti altaris et pertinenciarum eius tamquam vicarium etc.

XLV^us) Item, quod idem Conradus ex predicta causa in ipso altari tamquam vicarius amministravit publice per multa tempora et fuit et stetit in possessione eiusdem altaris pacifice et quiete etc.

XLVI^us) § Item, quod olim quidam Wernerus dictus Zinke nomine fuit vicarius altaris sancti Johannis Baptiste in ecclesia sancti Renoldi predicta et idem altare officiavit tamquam vicarius pacifice et quiete per multa tempora et pro vicario eiusdem altaris habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

XLVII^us) Item, quod decanus ecclesie sante Marie ad Gradus predicte qui tunc fuit pro tempore elegit dictum Wernerum in vicarium dicti altaris sancti Johannis et eidem Wernero de dicto altari vacante providit ipsumque de eodem altari et eius pertinenciis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Wernerum in corporalem possessionem dicti altaris et pertinenciarum eius tamquam vicarium etc.

XLVIII^us) Item, quod idem Wernerus ex predicta causa in ipso altari tamquam vicarius ammistravit publice per multa tempora et fuit et stetit in possessione eiusdem altaris pacifice et quiete etc.

XLIX^us) § Item, quod post dictum Wernerum prefuit quidam dicto altari sancti Johannis Baptiste, nomine Arnoldus de Redinchusen, et ipsum altare officiavit tamquam vicarius pacifice et quiete per aliqua tempora et pro vicario eiusdem altaris habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

L^us) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore, elegit dictum Arnoldum in vicarium dicti altaris sancti Johannis et eidem Arnoldo de eodem altari vacante providit ipsumque de dicto altari et eius pertinenciis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Arnoldum in corporalem possessionem dicti altaris et pertinenciarum eius tamquam vicarium etc.

LI^us) Item, quod idem Arnoldus ex predicta causa in ipso altari tamquam vicarius amministravit publice et fuit et stetit in possessione eiusdem altaris pacifice et quiete etc.

LII^us) § Item, quod post dictum Arnoldum prefuit quidam dicto altari sancti Johannis Baptiste, nomine Johannes de Mersene, notarius quondam . . domini de Valkenburg et idem altare officiavit tamquam vicarius pacifice et quiete per multa tempora et pro vicario eiusdem altaris habitus fuit communiter in opido Tremoniensi etc.

LIII^us) Item, quod decanus ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui tunc fuit pro tempore elegit dictum Johannem in vicarium dicti altaris sancti Johannis et eidem Johanni de ipso altari vacante providit ipsumque de dicto altari et eius pertinenciis investivit et posuit seu poni fecit ipsum Johannem in corporalem possessionem dicti altaris et pertinenciarum eius tamquam vicarium etc.

LIV^us) Item, quod idem Johannes ex predicta causa in ipso altari tamquam vicarius amministravit publice et fuit et stetit in possessione eiusdem altaris pacifice et quiete etc.

LV^us) § Item, quod ita optentum est et servatum de consuetudine antiqua, quod dicta duo altaria sancti Stephani et sancti Johannis Baptiste seu vicarii eorundem pro tempore solvunt et solvere consueverunt plebano ecclesie sancti Renoldi predicte censum annuum, videlicet quilibet pro se decem et octo solidos usualis monete in recognitionem et memoriam subiectionis debite et subsidium procurationis decani ecclesie sancte Marie ad Gradus singulis annis faciende, et protestatur dictus decanus ecclesie sancte Marie, sibi salvum fore dare plures articulos, datos declarare et corrigere et, si qui essent sue intentioni contrarii, quod per illos non vult nec intendit sibi vel ecclesie sue preiudicium aliquod generari et illos pro non dato (!) vult haberi; protestatur etiam, quod non astringit se ad probandum omnes et singulos articulos, sed quod probata ex eisdem sibi prosint.

Dati sunt hii articuli feria quarta ante Nativitatem beate Virginis hora vesperarum continenter ab hora prima eiusdem diei, anno Domini M°CC°LXXX° quinto.

Transfigirt ist ein Pergamentstreifen: Judices! facta est copia articulorum, quibus presens cedula est infixa, parti iudicis, consulum, scabinorum, maiorum et universitatis opidi Tremoniensis datorum

ex parte decani ecclesie beate Marie ad Gradus Coloniensis in causa, que inter dictas partes vertitur coram nobis in vigilia Nativitatis beate Marie virginis hora prime, anno Domini M°CC°LXXX° quinto.

[1]) *Von hier an die Schlussformeln weggelassen.* [2]) *Am Schlusse Verweisungszeichen, welche wohl auf die hier ausgefallenen Artikel 20 u. 21 hinweisen sollen; diese Artikel sind jedoch nicht mehr nachzuweisen.*

Or., drei durch drei Siegelriemen, von welchen die Siegel abgesprungen sind, verbundene Pergamentblätter mit dem oben gedruckten Transfix, im Stdt.-A. Dortmund Nr. 720/721. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I, 172.

1968.

Die Richter im Patronatsstreit zwischen dem Dekan von Mariengraden zu Köln und der Stadt Dortmund ernennen die Kölner Kleriker Vogelo und Rigolfus (Richolfus) zu ihren Notaren und setzen den nächsten Dienstag fest: ad concordandum et dandum a nobis duos de auditoribus. *1285 September 7* (in vigilia Nativitatis beate Virginis).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I 173 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 722.

1969.

Der Dechant und Magister Gottfried, Kanonikus von S. Georg zu Köln, beauftragt die Magister Heidenreich und Vogelo, den Dekan in Dortmund Albert, und Gottfried vom Predigerhause zu Soest, ehemaligen Rektor von S. Marien zu Dortmund, die beide vom Dekan von Mariengraden zu Zeugen im Patronatsstreit vorgeschlagen sind und wegen ihres hohen Alters nicht vor Gericht erscheinen können, an Ort und Stelle zu vernehmen und die Verhandlungen einzusenden. 1285 September 15 (crastino Exaltationis sancte Crucis).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I 174 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 723. Gedr. Westf. Zeitschr. 7 S. 234.

1970.

Das Kl. Walburgis in Soest verkauft dem Soester Bürger Johann von Alen die Hälfte einer Wortstatt in Opmünden. Patroclusfreiheit Soest 1285 September 16.

Nos Hermannus prepositus, . . priorissa totusque conventus monasterii sancte Walburgis apud Susatum notum facimus universis presentes litteras visuris publice protestando, quod cum nos aream quandam sitam in Opmene cum Johanne dicto de Alen opidano Susatiensi, heredibus ipsius ac ipsorum consortibus equaliter pro medietate teneremus et haberemus, nos medietatem nostram in dicta area dictis Johanni, heredibus ipsius ac ipsorum consortibus pro decem et octo solidis in contractu venditionis assignavimus et assignamus litteras per presentes recedentes plane et expresse ab omni iure, quod nobis conpetebat seu conpetere videbatur in medietate aree memorate; recognoscentes ipsam medietatem nostram in dicta area cum omni integritate ad dictos Johannem, ipsius heredes ac eorum consortes libere pertinere. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Testes huius rei sunt: Albertus Preco, Johannes de Colonia, Hermannus et Henricus fratres de Wyttene, Hermannus dictus Pronomen, Henricus clericus prepositi, Henricus dictus Supen, Henricus filius Walberti, Ecbertus de Lippia et alii quam plures viri providi et fide digni. Facta sunt hec in emunitate ecclesie Susatiensis anno Domini M°.CC°.LXXX°. quinto, in vigilia beati Lamberti.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 31. Das erste Siegel abgefallen, vom zweiten noch ein kleiner Rest, welcher Westf. Siegel Taf. 111, 1 erkennen lässt.

1971.

Der Kämmerer Lutbert des Patroclusstifts in Soest giebt dem Propst und der Priorissin des Walburgisklosters bei Soest einen Hof in Cuddenbeke *(Kutmecke bei Thöningsen) in Pacht. 1285 September 28.*

Nos Lutbertus camerarius ecclesie Susatiensis universis presens scriptum visuris notum facimus publice protestantes, quod nos ad resignationem Henrici dicti de Wynden opidani Susatiensis ac Gertrudis uxoris ipsius legitime curtem sive mansum situm in Cuddenbeke cum universis attinentiis ad nostram collationem ratione camere pertinentem ex officio nostro Hermanno preposito monasterii sancte Walburgis apud Susatum et Helene priorisse ibidem nomine conventus eiusdem monasterii porrigimus et concedimus in hiis scriptis ita sane, quod dictus . . prepositus et . . priorissa, quamdiu vixerint, nobis vel . . camerario, qui pro tempore fuerit, titulo pensionis quolibet anno quinque solidos et sex denarios persolvant de curte memorata. De predictis vero denariis dabunt et solvent quolibet anno in festo Pasche duos solidos et sex denarios, reliquos vero denarios dabunt et solvent in festo Michahelis quolibet anno. Hoc etiam condictum est, quod post mortem dictorum . . prepositi et . . priorisse eandem curtem sive mansum duabus personis aliis at (!) hoc ydoneis[1]) nos vel qui pro tempore fuerit camerarius porrigemus nomine conventus supradicti et extunc due persone recipientes censum sive pensionem supradictam tenebuntur duplicare, quod vulgariter *tweyscetten* appellatur. In cuius rei testimonium et robur sigillum nostrum presentibus est appensum. Nos vero . . prepositus predictus in recognitionem omnium premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, et nos . . priorissa predicta sigillum conventus nostri apponi fecimus ad maiorem evidentiam premissorum. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX° quinto, in vigilia beati Michahelis.

[1]) *Dahinter* „porrigemus" *durchstrichen.*

Or. *Stdt.-A. Soest, Vorwerksche Samml. Nr. 16. An Pgtstr. noch das stark beschädigte Siegel des Kämmerers Lutbert von Soest (Westf. Siegel Taf. 136, 10, wo der Vorname Robert in Lutbert umzuändern ist); die beiden anderen sind abgefallen.*

1972.

Der Comthur des Deutschordenshauses in Welheim giebt die Ansprüche seines Hauses auf die Güter Middeldorp in Spellen zu Gunsten des Stiftes Xanten auf. 1285 October 11.

Universis presentes litteras inspecturis nos Thomas commendator et fratres ordinis domus Theutonice in Weelen Coloniensis dyocesis ad perpetuam rei memoriam notum facimus, quod super discordia et questione, que inter venerabiles viros . . decanum et . . capitulum ecclesie Xanctensis ex una parte et nos super bonis quibusdam videlicet manso terre arabilis site in villa Spellen in bonis possessis cum suis pertinenciis universis, que bona Middeldorp appellantur ex altera, que bona dicti . . decanus et . . capitulum pro se iure allodii puri ad eos et eorum ecclesiam pertinere dicebant, nos in contrarium opponendo, paci et concordie intendentes et inquisita super hiis diligencius veritate et comperto veraciter, quod ipsa bona ad eosdem . . decanum et capitulum pertinuerint ab antiquissimo tempore citra et pertineant racione allodii et dominii pleno iure, interposito super hoc nichilominus et ex habundanti ad maiorem fidem ex parte dictorum . . decani et . . capituli iuramento, premissa veraciter ita esse, nos in hoc plene contenti renunciamus et effestucamus pro nobis et domo nostra in perpetuum dictis bonis et eorum pertinenciis universis et omni iuri quod videbamur in hiis aliquatenus habuisse aut competere debere aliqua racione, recognoscentes bona huiusmodi esse purum allodium eorundem, non moturi unquam aliquo tempore super bonis eisdem prefatis . . decano et capitulo aliquam questionem. In cuius rei testimonium sigillum domus nostre de Weelem presentibus de com-

muni scitu nostro duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. quinto, in crastino beati Victoris.

Or. des Stiftes Xanten im Pfarrarchiv daselbst Nr. 141. An Pgtstr. das Siegel des Ordenshauses Welheim (spitzoval, Pelikan sich die Brust mit dem eigenen Schnabel aufreissend, während die im Nest befindlichen Jungen das daraus fliessende Blut auffangen; Umschrift: S. Cummander(i)e? de Waleheim). *Gedr. Binterim u. Mooren, Die Erzdiözese Köln III 203 aber in zweifelhafter Weise auf Walsum bezogen. Vgl. Recklinghäuser Zeitschr. 1901 S. 83.*

1973.

Vor dem Soester Dekan Gottfried schenkt der Soester Bürger Heinricus de Winden *zu seiner Memorie dem Kl. Bredelar einen Hof in Merklingsen.*
Soest 1285 (nach Nr. 1974 vor October 19).

Gotfridus Dei gratia Sosatiensis ecclesie decanus presenti scripto protestamur et universis hanc litteram inspecturis duximus intimandum, quod Heinricus dictus de Winden, oppidanus Susatiensis necnon et uxor sua Gertrudis in valitudine corporum suorum constituti[1]) et rerum suarum conpotes pia devotione inducti saluti animarum suarum provide providentes in nostra audientia et prêsentia curtem in Merckelinchusen, quam iure proprietario quiete possidebant, cum omnibus suis pertinentiis et proventibus abbati et conventui in Breidelare[2]) libera voluntate contulerunt perpetuo possidendam, ita ut eorum memoria et parentum ipsorum in eodem monasterio perpetuo habeatur, super qua donatione presens scriptum sigillo nostro communitum duximus porrigendum. Datum et actum in Susato anno Domini M°CC°LXXX° quinto.

[1]) *Fehlt B.* [2]) Bredeilare *B.*

Or. in doppelter Ausfertigung (A, B) Soest-Patroclus Nr. 59. An Pgtstr. Reste vom Siegel des Dekans (wie an der folgenden Nr. 1974). Gedr. Westf. UB. IV 1856.

1974.

Das Kl. Bredelar überlässt dem Soester Bürger Hinricus de Winda *die Nutzniessung des von diesem geschenkten Hofes zu Merklingsen. 1285 October 19.*

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, inperpetuum. Nos Růdolfus dictus abbas et conventus monasterii in Breydelare notum facimus publice protestantes, quod cum Henricus dictus de Winda, opidanus Susatiensis et Gertrudis uxor eius pio circa nos et monasterium nostrum ducti affectu et pro salute animarum suarum provide cogitantes curtem eorum apud Merkelinchusen sitam cum universis attinentiis nostro monasterio contulissent et eam nobis libere resignassent, nos eorum huiusmodi piam elemosinam in Domino commendantes usumfructum dicte curtis et omnium attinentium prefatis Henrico et Gertrudi reconcedendum duximus et concedimus in hiis scriptis. Quo usufructu iam dicte due persone perfruentur, quamdiu vixerint, et altera post mortem alterius cum integra perceptione omnium reddituum dicte curtis perfruetur eodem; utrisque vero defunctis curtis eadem cum attinenciis vacabit infirmarie nostre ad consolationem et refectionem fratrum infirmorum et inde agentur apud nos perpetuo dictorum Henrici et Gertrudis memorie, sicut fratrum et sororum nostrarum (!) memorie agi solent, tali tamen condicione adiecta, quod eciam post mortem sepedictorum Henrici et Gertrudis ex eadem curte annis singulis in festo beati Martini hyemali duo malcia siliginis et duo malcia ordei Susatiensis mensure ante omnia primo et precipue amministrabimus Christine filie sororis prefate Gertrudis, quamdiu et ipsa Christina vixerit, et in opido Susatiensi presentari faciemus eidem. Ad quod nos in hiis scriptis firmiter astringimus interposita corporaliter fidei datione, eligentes nichilominus super nos iudices dominum decanum ecclesie Susatiensis et dominum prepositum ecclesie sancte Wal-

burgis extra muros Susatienses, qui pro tempore fuerint, ut si forte, quod absit, in premissis vel in aliquo premissorum negligentes inventi fuerimus, ipsi vel alter eorum altero non exspectato auctoritatem habeat nos ad hec per censuram ecclesiasticam compellendi. Post mortem vero eiusdem Christine dictorum quatuor malciorum pensio ad infirmariam nostram revertetur libere et solute. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillo monasterii nostri duximus muniendum; sigilla quoque predictorum iudicum in quorum iurisditionem consentimus, in hac parte appensa sunt, ad maiorem evidentiam premissorum. Et nos predicti Henricus et Gertrudis recognoscentes premissa omnia esse vera prenotatis sigillis contenti sumus, quia sigilla propria non habemus. Actum et datum anno Domini M°C°C°LXXX^mo quinto, XIIII° Kalendas Novembris.

Or. Soest-Patroclus Nr. 58. An dunkelblauen Hanffäden die Siegel 1) des Abtes von Bredelar (wie Westf. Siegel Taf. 125, 5), 2) des Dechanten von Soest (in einer Doppelnische zwei Heilige mit Martyrpalmen, darunter der Dechant knieend; Umschrift: S. GODEFRIDI DECANI ECC(LESI)E SVSACIENS(IS)), *3) des Propstes von Soest-Walburgis (die hl. Walburgis mit Palmzweig und Buch, daneben der Propst knieend; Umschrift:* S. P(RE)POSITI S(AN)C(T)E WALBVRGIS APVD SOSATV(M). *Gedr. Westf. UB. IV 1855.*

1975.

Arthus von Sveve und seine Gemahlin entsagen allen Ansprüchen auf den Zehnten des Hofes in Dudinchove *(bei Schwefe Kr. Soest?). Rhynern und Mark 1285 October 28.*

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris, quod ego Arthus dictus de Sveve et Lambertus filius meus renunciavimus omni iuri et impeticioni, quam feceramus super decimam vel redemptionem decime curtis in Dudinchove in cimiterio Rinheren presentibus probis et honestis viris videlicet plebano predicte ecclesie et Godefrido de Hovele milite, Johanne Scriptore de Werle, Herimanno de Bodereke, Gerwino de Uflen militibus; Godefrido nobili de Rudenberg, Hinrico de Berdinc, Anthonio de Blomendal, Herimanno filio Heriberti de Boderike, Ludolpho de Boyne, Richardo de Hesnen, Engelberto de Ghemene, Rocke, Thethmaro Vulfekin de Hammone, Johanne de Osthoven. Simili modo Mecheldis uxor mea et alii omnes mei heredes et pueri renunciaverunt omni iuri et inpeticioni supradicte in die apostolorum Symonis et Jude in Marca iuxta viridarium presentibus: Everhardo de Hesnen, Johanne Vůlenspet, Theoderico Harme, Pulsian militibus; Johanne de Rura, Conrado Schoke, Walrafen de Huckerde et aliis quam pluribus. Pro filio meo absente cum Lamberto filio meo spopondi factum nostrum prescriptum ratum et gratum habiturum. Preterea ad rei geste maiorem evidenciam presens scriptum sigillo domini plebani de Rinheren et domini Godefridi militis de Hovele fecimus communiri. Datum et actum anno Domini M°.C°C°.LXXX°. quinto.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 141. An Pgtstr. die Siegel 1) Gottfrieds von Hoevel (Westf. Siegel Taf. 196, 6), 2) des Pfarrers von Rhynern (ebenda Taf. 139, 1).

1976.

Heildolfus gen. von Rietberg verzichtet zu Gunsten des Kl. Grafschaft auf die Rechte an den Gütern des Hofes in Smelika *(Schmerlecke Kr. Lippstadt). Lippstadt 1285 November 30.*

Noverint universi presentium inspectores sive auditores, quod Heildolfus dictus de Retberg cum consensu uxoris sue et omnium heredum ipsorum omni actioni et iuri, quod habere videbantur, sive in postmodum ipsis conpetere posset de curte in villa Smelika sita, singuli et omnes penitus renunciarunt ac eandem curtem cum omnibus suis attinenciis in manus dominorum et tocius conventus in Grascap resignarunt perpetuo possidendam. Ut autem factum huiusmodi nullus temere infringere pre-

sumat sed stabile per omnia permaneat, nos Conradus comes de Retberg ad peticionem et voluntatem partium presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. Testes sunt hii, quorum nomina subsequuntur, videlicet: Otto de Retberg, Godebrath de Dedenshusen, Bernhardus de Horde, Wilhellmus de Vernede milites; Johannes Elrici et Helmicus iudices; Volbertus et Johannes de Monasterio tunc magistri consulum; Fredericus Boliko, Johannes de Nedere, Gerhardus de Attenderen, Hermannus Bodekini, Thomas de Vinken, Helmicus de Machina, Henricus Kellerfer, Gerhardus de Monasterio, Fredericus de Betthinchusen, Albertus et Johannes de Asbeke, Siffridus et Thidericus fratres de Vinken, Thitmarus Stoterinc et alii quam plures. Actum in oppido Lippensi anno Domini M°.CC°. octogesimo quinto, in die beati Andree apostoli.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 16. An Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels des Grafen Conrads von Rietberg (Westf. Siegel Taf. 29, 7).

1977.

Wismar an Westfälische (darunter Susatia, Tremonia) *und Holländische Städte: fordert auf, Gesandte zu der vom König Magnus von Schweden angesetzten Tagfahrt in der Norwegischen Angelegenheit zu schicken. 1285 November.*

Or. Stdt.-A. Lübeck. Auszug: Fabricius, Urk. z. Gesch. d. Fürstenth. Rügen III, 36 Nr. 290, Hansisches UB. I 996. Gedr. Lübecker UB. I 501 u. Mecklenburg. UB. III 1849 zu 1286, Hanserecesse I 44 zu 1285, Rübel, Dortm. UB. I 175.

1978.

Erzbischof Siegfried von Köln ertheilt seinen Unterhändlern Vollmacht mit dem Grafen Everhard von der Mark Frieden zu schliessen oder zunächst den Waffenstillstand zu verlängern. 1285 December 18 (feria tertia ante festum b. Thome).

Or. im St.-A. Düsseldorf, Kurköln 306. Gedr. Lacomblet UB. II 811.

1979.

Arnold von Volkelinchusen *(Völlinghausen) erklärt, kein Anrecht an zwei Leute zu haben, welche sich dem Kl. Benninghausen zu Mannrecht ergeben haben. 1285 December 28.*

Nos Arnoldus de Volkelinchusen miles castrensis in Ruden protestamur publice in hiis scriptis, quod in Alberto et Everhardo fratribus, quos ex relatibus quorundam ad advocatiam in Arnesberg putabamus pertinere, nichil iuris habemus, quia sunt homines, ut veraciter didiscimus (!), libere condicionis, et se ecclesie sanctimonialium in Bennekinchusen pleno iure hominii tradiderunt. Datum anno Domini M°CC°LXXX quinto, in die Innocentum martirum. Et hoc sigillo nostro fecimus robor(ari).

Or. Kl. Benninghausen Nr. 49. An Pgtstr. das Siegel Arnolds (Westf. Siegel Taf. 185, 8).

1980.

Der Edle Heinemann von Itter genehmigt den Verkauf von Gütern in Hemminghausen bei Marsberg an das Kl. Benninghausen. 1285 December 28.

Nos Heymannus nobilis de Ittere omnibus presencia inspecturis notum esse volumus pubplice protestantes, quod Retgerus et Volandus cum suis heredibus bona in Hemminchusen sita, que a nobis iusto feodi titulo obtinuerant, ad manum nostram resignantes vendiderunt ecclesie sanctimonialium in Bennikinchusen pro summa pecunie sexaginta VI marcarum bona voluntate ac unanimi suorum heredum tam uxoris sue domine Cunegundis quam filiorum suorum Retheri, Bodo[nis], Conradi, consensu. Nos

vero ob reverenciam Dei ac beate virginis Marie, quicquid iuris in predictis bonis habuimus, prenominate ecclesie nostris heredibus placida voluntate faventibus contulimus imperpetuum quiete ac libere possidendum. Ut autem hec nostra donatio ac predictorum heredum venditio rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigillo nostro ac sigillo sepefate ecclesie duximus roborandam. Testes autem fuerunt: Conradus plebanus in Bennikinchusen, Gotfridus de Anlage, Volandus, Arnoldus de Volkellinchusen, milites, Gotfridus de Meschede, Jacobus plebanus in Ruden, Volbero notarius, Johannes de Holthusen, frater Henricus, frater Ludolfus, item frater Henricus camerarius et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo quinto, in die Innocentum.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 50. An Pgtstr. das Siegel Heinemanns von Itter (Schildsiegel, Löwe mit der Krone; Umschrift: Sigillum i † Heinemanni † iuvenis † mil.) *und ein Rest des Siegels des Kl. Benninghausen (Westf. Siegel Taf. 114, 6). Geschrieben von derselben Hand wie die folgende Nr. 1981.*

1981.

Graf Ludwig von Arnsberg bekundet den Verzicht des Edlen Heinemann von Itter auf die Güter in Hemminghausen bei Marsberg zu Gunsten des Kl. Benninghausen. 1285 December 28.

In nomine Domini, amen. Nos Lůdewicus Dei gratia comes in Arnesberig universis presentes litteras inspecturis cupimus esse notum, quod nobilis vir Heymannus de Ittere bona sita in Hemminchusen, que a nobis in feodo tenuit, ad manus nostras de consensu suorum heredum coram viris honestis resignavit libere, renuntians omni actioni seu iuri, quod sibi in posterum posset in bonis competere memoratis. Cum igitur abbatissa et conventus sanctimonialium in Bennikinchusen ordinis Cysterciensis bona prefata in Hemminchusen in usus ecclesie sue a legitimis heredibus comparaverint obtinenda, nos respectu omnipotentis Dei ac beate virginis Marie pro remedio animarum nostrarum et progenitorum nostorum proprietatem bonorum prefatorum ad nos ex successione hereditaria pertinentem prefate ecclesie in Bennikinchusen mera voluntate ac consensu uxoris nostre domine Petronille filiorumque nostrorum conferimus perpetuis temporibus quiete ac[1]) pacifice possidendam. Ne autem hanc nostram donationem aliquis nostrorum heredum malignandi voluntate possit in irritum revocare, presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo quinto, in die Innocentum.

[1]) „quiete ac“ *auf Rasur; es stand früher das folgende* „possidendam“.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 51. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Ludwig (Westf. Siegel Taf. 41, 1).

1982.

Der gewesene Bischof Hermann von Samland verheisst den Wohlthätern des Leprosenhauses zur Marbecke bei Soest 40tägigen Ablass. 1285.

Hermannus Dei gratia Sambinensis ecclesie quondam episcopus omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempternam (!). Quoniam ex iniuncto nobis officio ad ea fore nos convenit liberales, per que Christi fidelium excitatur devotio et cultus divini nominis ampliatur, hinc est, quod omnibus contritis et vere confessis, qui infirmis apud Sosatum in laboribus vel in elemosinis manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies indulgencie et unam carenam misericorditer elargimur. Datum anno Domini M°.CC° octogesimo quinto.

Or. Stdt.-A. Soest, Leprosenhaus zur Marbecke. An Pgtstr. das Siegel des Bischofs (spitzoval, der Bischof im Ornat sitzend).

1983.

Bertha von Rollinchusen, *Wittwe Heinrichs gen. Scnidewint, verkauft ihren Kotten und 4 Morgen Land in Ense an das Kl. Himmelpforten. Himmelpforten 1285.*

Universis presentes litteras visuris seu percepturis ego Berta dicta de Rollinchusen relicta Hinrici dicti Scnidevint notum facio publice protestando, quod ego cum consensu et plena voluntate puerorum meorum utriusque sexus scilicet Hinrici, Theod[er]ici[1]), Jutte, Berte necnon et omnium heredum meorum vendidi casam meam propriam in Ense sitam et quatuor iugera mea propria eidem case attinentia rite et rationabiliter pro sex marcis denariorum domine abbatisse et conventui ad Portam Celi. Si quid vero iuris ego et dicti mei heredes in prefatis iugeribus et casa habere dinoscebamur, predictis abbatisse et conventui resignavimus libere et absolute. Et ut huiusmodi factum nostrum ratum permaneat et[2]) inconvulsum, sigillum venerabilis domini Hermanni abbatis de Hemmenrode presentibus optinui apponendum ob maiorem evidentiam premissorum. Presentes huic facto aderant: dominus Hinricus plebanus ecclesie in Porta Celi,[3]) Conradus miles de Ense, Hinricus et Conradus filii eius, Conradus, Herbordus, Godescalcus, Arnoldus et Vulfhardus, fratres ecclesie memorate. Datum apud Portam Celi, anno Domini M°.CC. octuagesimo quinto.

[1]) *Or.* „Theodici". [2]) *Uebergeschrieben.* [3]) *Mit Verweisungszeichen hinter* Conradus — filii eius *gewiesen.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 40. Das Siegel des Abtes von Himmerode von weissen Hanffäden ab.

1984.

Erbtheilung zwischen Gerhard von Curne und seiner Mutter Adelheid und seinen Geschwistern. (Dortmund) 1285.

Noveritis, quod, cum Alheydis de Curne, Hildegundis filia eius et Henricus filius dicte Alheydis ex una parte ac Gerardus de Curne filius dicte Alheydis, cum uxorem suam duceret, essent sub infrascriptis conditionibus adinvicem coram Henrico de Tremonia tunc temporis iudice Tremoniensi ac aliis viris, qui *brutman* dicuntur, favorabiliter divisi et separati de bonis suis et rebus omnibus, ita quod dicto Gerardo domum suam in civitate sitam ac aliam domum sitam in villa Curne cum decem iugeribus terre sitis infra Wanemale et civitatem necnon septem equos cum curribus et aratris ac aliis instrumentis arabilibus dederunt et libere resignaverunt pro parte portionis sue habenda ac perpetuo possidenda; residuum, quicquid habuerunt, illud mater cum filia et filio Henrico predictis haberent et possiderent et de hoc liberam haberent potestatem ordinandi et disponendi suam voluntatem dicti Gerardi contradictione qualibet non obstante. In quam divisionem concordaverant expresse et fuerunt modo, quo dictum est, separati sub anno Domini M°.CC^mo^. octuagesimo quinto, in domo Hildebrandi de Culpe, presentibus: Bernhardo Calvo, Gotfrido filio suo clerico, Hedenrico Aurifabro genero suo, Johanne eius filio, Th(eoderico) Nigro, Conrado de Herreke, Hermanno filio Lesseken, Hildebrando et Johanne de Culpe fratribus, Henrico Albo, Elberto Wegenere, Bernhardo de Bickinchusen, Winando de Isperincrode, Johanne de Mendene, Rutgero de Waltorpe, Bernhardo de Braken, Thiderico de Wederminchusen, Th(eoderico) fabro de Brakele, Leone de Curne et aliis quam pluribus fide dignis.

Erhalten in (Or. Kl. Welver Nr. 86) einem die Erbtheilung bestätigenden gerichtlichen Urtheil vom 19. Juli 1303, das Alheydis von Curne und ihre Kinder gegen Gerhard ausgewirkt haben. Vgl. unten die Urkunde von 1292 December 1.

1985.

Der Propst von Kappenberg bekundet die Rechte des Hofes zu Gahmen Kr. Dortmund. 1285.

Wy Hartlevus van der gnaden Goitz provest tho Cappenberge allen den minschen, dey dussen breiff sehen mogen, geven wy tho kennen, so als wi van vulborth unses gemeinen conventz unsers vur-

genompten klosters under titulo der buytunge oder wedderwesselinge gekregen hebbet tho unser kerken den hoff tho Gamen, mith der capellen und den huisen unde den hoeven, dey kotten, myth alle den luiden, dey dartho hoeren, sey syn gelegen wayr sey gelegen syn, mit gerichten, mit rechten unde mit alle dene geneu, dey dar horet in den vurscreven hoff; dey hovesluide des vorgenompten hoves hebbeth bekanth vor uns, das sey syn unser kerken unde dem vurscr. haeve alle iair sodanne denste schuldich tho doene und pacht tho bethalen, als hirna bescreven steith:

1. Wanner ein hovesman des vurgescrev. hoeves vorstirvet, dey dayr hefft enen echten sonne, sall hebben und boeren den deyll der erffnusse synes vaders, dat dar hedt dat herwede, und dey kelner unses klosters tho Cappenberghe sal heven und boeren vor erffdeylunge dey vhervoetighe haff als kouwe, perde, swyne, schape und dergelichen und dat korne up dem velde, dayr sey dat land inne gewunnen hedden (umb gelt).

2. Vort werth sake, dath ein haeveswiff vorstorve, dayrvan sall unser kelner vurscr. boeren den erfftall und eyn deyll der erffnusse, geheyten dat gerade, ist dat sake, dath sey neine echte dochter achter ein leth; sunder hevet sey ene echte dochter, denselven deyll des gerades myth dem andeyll der moder . . . .[1]). Als dan dey vader vorstorven ist, so wynneth oder entsettet sich dey sonne der hoeve myt vyff schillinge. Ist dar aver neyne sonne sonder ein dochter, dey genne, dey dey dochter dair tho de ehe nemet, dey sall dey hoeve enfaen, als hey sey heben magh van gnaden unsers kelners; und dey dey hove so gewynnen synn, sollen geven dem schulten tho Gamen twelff pennynge, unsem kelner van der vogedye wegen twelff pennynge und den havesluiden des vurscrev. haeves twelff pennynge.

3. Vortmer dey mansnamen, dey dayr nicht en tyllen oft bouwen dey hoeve des vurscr. hoffs off nicht en wunnen up unsen andern fryen goederen, dey sollen geven unsem schulten tho Ghamen alle jayr vher pennynge und de frouwesnahmen twe pennynge. Ist sake, dat sey mans hebben offte umb gelt deynen, alsdan vorstorven synt: dey hovesluyde des vorgescreven hoeves mannsnahmen und frouwesnahmen, so sall unse kelner boeren van ehnne dey helfte der erftall und oeres nagelatenen gudes, unde dey fronde dey ander helfte und dayrvan sollen hebben dey hoevesluide twelff pennynge, ist dat sey jegewardigh sin in der erfdeylinge. Vortmer dey dar synth buthen den hoeven des hoffs odder binnen den hoeven, ist dat sey sich willen mengen in dey hillige ehe mit anderen frouwen oder mannen, dey nicht en sint van ehrem rechte, des en sollen sey nicht doen, sey en heben erst vulbort und consent des kelners thom Cappenberghe. Mer wil er ein nemen ein wyff eder ein man, dey twyr beyde horen in dat hoffsrecht, dem sal men sunderlings gnade doen und lichtlichen geven. Vorthmer tho dem denste des vorscrev. hoves to Gamen sollen dey doen als hyrna beschreven steith:

4. Item dey wonneth oder boweth dey hoeve, geheiten Johans van der Hoeve anders geheiten Hoevemanshoeve, de nu underhevet Hinderich Lindeman, sall bouwen myth syner ploch fromorghens an twe daghe tho des hoewes behoiff und twe daghe meyen und enen dagh binden und enes itlicken dages wenthe thom avende.

Vort so sall dey selve hoevener geven unsem schulten tho Ghamen alle jayr drey pennynge up sunte Cuniberts dagh to vullsten dat hus tho Ghamen in timmer tho haldene und tuyne wedder tho maken.

Item de selve hoevener sall drey knechte des morgens und avendtz tho gaste bidden, alle jayr nha mytwinter.

Item de selve hoevener, wanneer eckeren is, so mach hei driven eyne soge myt vercken in des hoven ekeren vurscrev.

5. Item dey wonneth oder bouweth dey hoeve Johans van dem Dyke, anders geheiten Dyckmans hove, dey nu telet und bowet Hinrich Smyth, sall doen vor denst gelyck als dey wonneth upp der Hoeve Johanns van der Hoeve.

6. Item de bouwet Ubboms hoeve, dey nu under heveth Nolken ther Linden, sall doen vor denst, gelich steitt, sonder hey sall twe knechte to gaste bidden des morgens und avends und vor dey soge mit den vercken sall man em geven underholtz uyte dem walde des hoeves.

7. Vortmer dey bouwet und tilet Hartmans hoeve, dey nu underheveth Hinrich Boese, sall twe dage bouwen thor behoff des hoeves, eynen dagh meyen und twe dage binden, van den morgen wenthe tho avende und hei sall twe knechte tho gaste heben, gelich van den anderen vurscreven steith, und vor dey soge mit den vercken sall men em geven vyff voder holtz uthe dem walde des vorscr. hoeffs.

8. Vortmehr is idt sake, dat der havesluide huiss, schuir verbrant werden, dayr sall men one kleine holt thogeven uthe des hoves gewalde, dat sey wende mede tuinen.

9. Item dey havesluide en sollen gein holt houwen up den vorhoveden des landes, et en sy sake, dat et en umb noetsake willen van unsen schulten werde gewyseth, unde wer sake, dat op dem holte eckeren sete, des en sall sich nemantz underwinnen, den unse schulte tho Gamen.

10. Item dey hoevesluide sollen geven alle jair unser kercken und closter tho Kappenberghe dusse nachbeschrevene pacht:

Item[1] Johans Hoeve van der Hoeve geheiten Hoevemanshoeve, dey underhevet Hinrich Lindeman, geveth ein malt roggen, ein malt gersten, ein malt havern: spikermate, tein schillinck, sess pennynck.

11. Item Johans Hoeve van dem Dyke, nu geheiten Dyckmanshoeve, dey underhevet Hinrich Smeth, gevet ein malt roggen, ein malt gersten, ein malt havern: spikermate, einen herschillinck, *VII β, VI ₰*.

12. Item Ubbomshove, dey nu underhevet Nolken ther Linden, geveth negen scheppel roggen, negen scheppel haveren: spikermate, viff schillinge, sess penninge und eyn herschillinck.

13. Item Hartmanshoeve, dey nu underhevet Hinrich Boese, gevet tein scheppel roggen, tein scheppel gersten, acht scheppel haveren: spickermate, acht schillinge, sess penninge und eynen herschillinck.

14. Item dey kornrente und dey penninghe dey dar herschillinghe heiten und dey penninckrente sollen dey hovesluide alle jair geven und betalen, sunder einige versumnüsse up sunt Thomas dag vor Midtwinter.

15. Vortmer ein hovesman sall geven ein swyn off 12 penninge up sunte Michels dagh des hilligen ertzengels, dairumb dat er guder fry sollen sin van alle vogedie und wertlichem rechte.

16. So sollen sei unsem kelner tho Kappenberghe tho behoff des klosters geven sodanen haveren und anderen denst doen, den sey in vortyden plegen tho geven und tho doene den ambtluiden sunder underscheidt.

17. Vort ist, dat einich havessman verstirvet sunder lifserven, so magh dey kelner unsers closters tho Kappenberghe des verstorvenen hovesmans hoeve thodoen nha sinem willen. Up dat dan van den pechten jarlix tho betalen und van dem denste unses closters thom Cappenberghe und des hoeves tho Ghamen vurscr. tho doene und ock van den rechten und gnaden der lude und hoveslude des vurscr. hoves geinen twivel oder frage noeth en dorffte syn, so hebbe wy na rade unser amptlude dussen breiff doen schriven und myt unser provestyen segel doen vesten in dem jare unsers heren dusent twehundert vyff und achtentich.

[1]) *Auslassung.*

Abschr. Kindlingers in Msc. II 19 S. 176 nach einer Copie von 1544 der obigen Urkunde, „dey in vortiden was in latine gegeven", *und deren Original bei einer Feuersnot zu Lünen verloren gegangen sei, als Transsumpt in einem Erneuerungsbrief des Propstes Lubertus von Kappenberg von 1468 Januar 2. Der Schluss ist offenbar im XV. Jh. überarbeitet* (in duitz laten setten und wath clarer maken).

1986.

Otto Erwählter von Paderborn ertheilt allen Besuchern der Chorweihe in der Minoritenkirche in Soest einen Ablass. 1285.

Otto Dei gratia Paderbornensis electus et confirmatus omnibus Christi fidelibus, quos presentes litteras videre contigerit vel audire, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam adinstar David regis et eximii prophetarum ad cultum divini nominis ampliandum invigilare debet sollercia pastoralis, hinc est quod nos de misericordia omnipotentis Dei omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad diem dedicationis chori fratrum Minorum in Susato sive ad anniversarium eiusdem causa devotionis confluxerint, annum unum et quadraginta dies indulgencie et carenam unam misericorditer elargimur. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° quinto.

Or. Soest-Minoriten u. Dominikaner Nr. 14. Siegel u. Befestigung ab.

1987.

Volquin, Bischof von Minden, ertheilt allen Besuchern der Chorweihe der Minoritenkirche zu Soest einen Ablass. 1285.

Volquinus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus, quos presentes litteras videre contigerit vel audire, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam adinstar David regis et eximii prophetarum ad cultum divini nominis ampliandum et devotionem populi fervencius excitandam invigilare debet sollertia pastoralis, nos de omnipotentis Dei misericordia omnibus vere contritis et confessis, qui ad diem dedicationis chori fratrum Minorum in Sosato sive ad anniversarium eiusdem causa devotionis confluxerint, quadraginta dies indulgentie misericorditer elargimur. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto.

Or. Soest-Minor. u. Domin. Nr. 15. An Pgtstr. Siegel des Bischofs (Westf. Siegel Taf. 54, 4). Regest Westf. UB. VI Nr. 1327.

1988.

Otto Erwählter von Paderborn erteilt allen Förderern des Baues der Minoritenkirche zu Soest einen Ablass. 1285.

Otto Dei gratia Paderbornensis electus et confirmatus omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoniam ex iniuncto nobis officio ad ea fore nos convenit liberales per que Christi fidelium excitatur devocio et cultus divini nominis ampliatur, hinc est quod omnibus contritis[1]) et vere confessis qui ad structuram fratrum Minorum in Susato vel in laboribus vel in elemosinis manum porrexerint adiutricem, centum dies indulgencie et unam carenam misericorditer elargimur. Datum anno Domini M°CC° octogesimo quinto.

[1]) *Auf Rasur.*

Or. Soest-Minor. u. Domin. Nr. 16. Von Pgtstr. Siegel des Bischofs ab. Weist mehrfache Rasuren und Spuren getilgter Schriftzüge auf.

1989.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass Artus von Schwefe alle Ansprüche an die Güter des Kl. Paradies aufgegeben hat. Burg Mark 1285 (1286) Februar 3.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, nos Everhardus comes de Marka cupimus et volumus esse notum tenore presencium publice protestando, quod Artus de Sveve, Lambertus, Artus, Ludolfus

et Elyzabet eius heredes in nostra presentia constituti cesserunt controversie inter ipsos ex una parte et sanctimoniales cenobii Paradysi ex altera occasione inpeticionis bonorum dicti cenobii habite, renunciantes omni iuri et inpeticionibus universis sibi super dictis bonis conpetentibus et in posterum conpetituris adeo generaliter et precise, quod amplius dictum cenobium super bonis suis inpetere non valebunt. Ad maiorem huius rei firmitatem presentem paginam sigilli nostri munimine iussimus communiri. In testimonium presencium convocati fuerunt Godefridus nobilis de Rudenberg, Godefridus de Hovele, Wescelus de Galen, Everhardus de Hesnen, Theodericus Volenspit, Johannes frater suus, Anthonius de Scedinge, Engelbertus de Hereborne milites; Gerwinus de Rinkenrode, Lubertus de Vorshem, Johannes de Hovele, Hermannus de Hovele, Hermannus de Nehem, Johannes de Rura, Lambertus Hake, Ludewicus Riscebere, Rotgerus de Galen castellani in Marka; Constantinus de Galen, Conradus dictus Scoke, dominus Conradus de Kurlere et Giselerus et Hildebrandus fratres dicti cenobii, qui coram nobis resignacionem et cessionem huiusmodi susceperunt. Aderat et Henricus huius littere conscriptor. Actum et datum ante capellam castri in Marka anno Domini M°.CC°.LXXX°. quinto, incrastino Purificationis beate Marie virginis.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 49. Gedr. Tross, Westphalia 1823 (8) S. 110.

1990.

Papst Honorius IV. ertheilt den Nonnen in Benninghausen das Privileg, ihre weltlichen Verwandten in allen beweglichen und unbeweglichen Gütern, Lehen ausgenommen, zu beerben. Rom 1286 Februar 20.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et conventui monasterii in Benekinchusen Cistertiensis ordinis Coloniensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus benignum impertientes assensum auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia que personas liberas fratrum et sororum vestrorum ad monasterium vestrum mundi vanitate relicta convolantium et professionem facientium in eodem, acsi remansissent in seculo, iure successionis vel quocunque alio iusto titulo contingissent (!) et ea potuissent aliis elargiri, feudalibus dumtaxat exceptis, petere, recipere ac retinere libere valeatis, sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctam Sabinam, X Kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo.

Or. Benninghausen Nr. 52. Bulle an rothgelben Seidenfäden. Unter dem theilweise abgeschnittenen Umbug links M. Roc. *In der Mitte oben* cor. *zweimal schräg durchstrichen. Auf der Rückseite oben der Prokuratorname* Albertus de Lippia. *In der Mitte:* pro . . abbatissa et conventu monasterii de Benekinchusen. *Gedr. Seibertz UB. I 416. Reg. Potthast, Reg. Pont. Rom. Nr. 22376 u. Westf. UB. V 754.*

1991.

Papst Honorius IV. ertheilt dem Augustinerinnenkloster in Lippstadt das Privileg, zur Zeit des allgemeinen Interdictes, sofern das Kloster dazu keine Veranlassung gegeben hat, bei geschlossenen Thüren u. s. w. Gottesdienst zu halten. Rom 1286 Februar 20.

Procuratornamen wie auf Nr. 1990; in der Mitte der Rückseite Lyppen. — *Bulle mit Gewalt herausgerissen. — Gedr. Westf. UB. V 755. Reg. fehlt bei Potthast, Reg. Pont. Rom.*

1992.

Vor Vogt und Rathmännern zu Lüneburg kauft der Lübecker Bürger Volmar von Attendorn (de Atendher) *ein Chor Salz in der „Gunchpfanne" im Hause Geminge an. 1286 März 12.*

Gedr. Lübecker UB. I Nr. 490.

1993.

Graf Adolf von Berg giebt der Reynoldis der Frau Conrads von Meninchusen *(Meiningsen) ein Haus in Meiningsen (Kr. Soest) zu Lehen. 1285 (1286) März 24.*

Nos Adolfus comes de Monte notum facimus universis presens scriptum visuris et audituris, quod nos Reynoldi uxori Conradi de Meninchusen concedimus per presentes domum unam sitam in Meninchusen apud cymiterium in parte australi cum agris et aliis universis suis attinentiis, quamdiu vixerit a nobis iure feodali tenendam et possidendam; quam concessionem eidem Reynoldi misimus et mittimus per presentes per Sifridum dictum de Hagne militem nostrum fidelem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in vigilia Annuntiationis beate Marie virginis, anno Domini M°CC°LXXX° quinto.

Or. im Fürstlich Hatzfeldtschen Archiv zu Trachenberg i. Schl. Nr. 6. Siegel von Pgtstr. ab. Reg. Westf. Zeitschr. Bd. 61 S. 56.

1994.

Graf Ludwig von Arnsberg giebt seinem Castellan in Hachen Hermann von Muldensbern (Hermann Quaterland?) die Vogtei über ein Erbe in Lyffcottinghusen, *eine Hufe in Hachen, Güter in Stemel und drei Leute in Wennigloh zu Lehen. 1286 April 15.*

Nos Ludewicus comes de Arnsberg omnibus ad quos presens scriptum pervenerit imperpetuum. Notum facimus, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod nos consensu et bona voluntate uxoris nostre domine Petronelle et aliorum heredum nostrorum, fidelium quoque et ministerialium nostrorum accedente consilio advocaciam de una domo in Lyffcottinghusen, mansum in Hachnem, qui quondam fuerat Helmici, bona nostra in Stembule et tres viros in Weninclo: videlicet Amelungum, Volcwinum et Henricum libertinos Hermanno de Muldensbern, castellano nostro in Hachnen, suisque legitimis heredibus concessimus in feodo libero et absoluto. Super quo eisdem presens scriptum contulimus nostri sigilli munimine roboratum. Hiis adherant (!) presentes Johannes Gygas senior et iunior milites; Wichardus et Anthonius fratres de Enze, Jonathas de Duleberg, Hermannus de Bynole, Gobele de Hewinchusen, Henricus dictus Pape, qui omnes admissi sunt testes in premissis nomine vasallorum et tamquam fuerint infeodati. Datum et actum anno Domini MCC^mo^LXXXVI, proxima die Tiburcii et Valeriani.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 13 v und 109 B Bl. 17. Gedr. Seibertz, Quellen III S. 484. Lyffcottinghusen, *Leifgodinchausen, wie es auch genannt wird, ist ein untergegangener Ort im nördlichen Theil der Wenniglohеr Feldflur; vgl. Seissenschmidt Nachrichten über das ehemalige Dorf Leifgodinchausen in den Blättern zur näheren Kunde Westfalens VI S. 40 ff.*

1995.

Der Ritter Everhard Vogt verpfändet für eine Schuld von 5 Mark an den Kämmerer Lutbert von Soest-Patroclus Güter in Werdinclo. *Bei Soest 1286 April 24.*

Universis presens scriptum visuris ego Everhardus Advocatus miles notum facio publice protestando, quod teneor domino Lutberto camerario ecclesie Susatiensis in quinque marcis denariorum

legalium in Susato, pro quibus cum consensu filii mei Lamberti dicto domino camerario obligo, trado et assigno titulo pignoris bona in Werdinclo, que de manu iamdicti . . camerarii teneo et possideo, promittens firmiter in hiis scriptis, quod nec ego nec aliquis heredum vel coheredum meorum de iam dictis bonis in Werdinclo aliquatenus nos[1]) intromittemus, nisi sepedictus dominus . . camerarius primitus et ante omnia receperit et requisierit de ipsis bonis et eorum redditibus sive proventibus debitum quinque marcarum supradictum; persoluto vero dicto debito ipsa bona ad me libere revertentur. Et quia sigillum proprium non habeo, sigilla honorabilium virorum domini Theoderici[2]) prepositi ecclesie Susatiensis et domini Johannis[2]) nobilis viri fratris eiusdem presentibus impetravi apponi. Et nos Th(eodericus) et Johannes sigilla nostra ad petitionem supradicti Everhardi presentibus apposuimus ad maiorem evidentiam premissorum. Testes huius rei sunt: vir nobilis de Odingen, Albero dictus Clot, Stephanus et Goscalcus fratres dicti Thoryc milites; Herbordus dictus Make et Albertus de Palsole senior magistri consulum Susatiensium, Gerwinus de Lunen, Winandus dictus Wale, Adam de Lunen, Albertus dictus Rebbere, Johannes de Colonia, Elricus de Tylia, Hedenricus dictus Scotto et Johannes filius ipsius et alii quam plures. Facta sunt hec in cimiterio sancte Walburgis apud Susatum anno Domini M°.CC°.LXXX°. sexto, in crastino Georgii.

[1]) *Uebergeschrieben.* [2]) *von Bilstein.*

Or. Soest-Patroclus Nr. 60. An Pgtstr. noch dürftige Reste des Siegels des Propstes Dietrich (Westf. Siegel Taf. 132, 4). Gedr. Seibertz UB. I 417.

1996.

Die Grafen Everhard von der Mark und Everhard von Limburg tauschen mit dem Grafen von Arnsberg Ministerialen aus. Camen 1286 April 27.

Nos Everhardus in Marka et Everhardus in Lymberg comites universis visuris presencia notum facimus, quod Ailheidim Thiderici dicti Haken de Sulethe filiam existentem communiter indivise ministerialem nostram dedimus in ministerialem viro nobili consanguineo nostro dilecto domino comiti in Arnsberg, recipientes ab eodem pro eadem concambio ministerialem suam Lutmodim quondam Hartlevi Hennonis de Camene filiam in ius idem, quo utrisque nobis Ailheidis dicta fuerat obligata. Unde ne possit in posterum dubitatio fieri, dedimus in testimonium hoc scriptum sigillis nostris munitum. Presentes erant viri discreti: dominus Gerardus plebanus in Camene, Henricus notarius domini comitis de[1]) Arnsberg antedicti pastor ecclesie in Herebede; Lambertus de Velmethe, Hermannus de Hagnen milites; Hartlevus de Westwic, Fridericus dictus de Caminata, Theodericus dictus Vrydach, Arnoldus de Mechlen, Bodo de Holte, Hermannus de Gothusen famuli cum aliis quam pluribus fidedignis. Actum et datum Camene, sabbato ante festum apostolorum Philippi et Jacobi, anno Domini M.CC^{mo}. octuagesimo sexto.

[1]) *In 109 A stand ursprünglich* „dicti".

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 23 u. 109 B Bl. 29 b.

1997.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt der Stadt Attendorn das Exemtionsprivileg Engelberts I. (von 1222 Juni, s. oben Nr. 217) bezüglich der Freigerichte. Köln 1286 Mai 2.

Syffridus van Godz gnade ertzbysschop der hilligen kercken tho Collen etc. allen den genen, dey dussen brevff seyn, embeyden wy unse heyll. Wy hebben geseyn breyve bysschopp Engelbert sellyger gedechtnysse wanner ertzbysschopp der kercken tho Collen unses vurvaren warhafftych, nycht cancellert, yn neynen punten vergetlyken noch lesterlych ind warhafftyghe segele van warden tho warden alsuss ludende. *Folgt in deutscher Uebersetzung das Privileg von 1222 Juni.*

Hyr umme wy Syffridus ertzbysschop na tho volgen den voetstappen unser voervaren ind ock dat gene, dat durch sey gegeven ys, vestlyck tho halden, so gheve wy ind gunnen van sunderlynx weegen ind ock myt wyllen und wetten des capittels tho Collen unsen lieven getruwen borgeren tho Attendarn vorschr., dey wy alle tydt tho nuttycheytt erer, ind loeff unser und unser kercken tho Collen bereytt gevunden hebbet, dat neymant na dusser ure und vort deselven unse borgere yn Attendarn off yemande van en ute erer staet esschen off beyden sall vor dat gerychte geheyten vrydynch noch besweren noch dwyngen sall in generleye wyse. Wylt ock, dat dusse selve vryheytt en gegeven sall wessen van uns und unse nakomelynghe ertzbysschope, dey by tyden synt ind yn ewycheytt, ungeweldyget und unverbroken sall blyven. Wer saeke, dat yemant sey ock yemande van en vor dat gerichte geheyten vrydynck thegen unse bevryheyt und gunne dorch gecklyke vermettenheytt off koenheytt ladde off thoege, dechte tho laeden off tho esschene, dey ladynghe rychte wy nu alsdan, dan alss nu van ungewerde, ydell und genslych unmechtych. Ock deyselven, dey dusse esschynge off ladynge doen off laten doen, sollen ock van uns off van unsen nakomelyngen gestraffet und gepynyet werden na unsem wylkoere myt der hoegesten pene. Und yn eyn getuch der warheytt ind ewygen starcheytt hebbe wy dussen breyff myt unsem segele und myt segell des capittels doen segelen und stercken, dat wy capittell von Collen bekennen und unsen segell myt an dussen breyff gehangen, dey gegeven ys buten der staidt Collen by dem wyggere des anderen dages na der hillgen apostell dage Philippi ind Jacobi yn dem jare dusent twehundert sess und achtentych.

Gedr. Seibertz UB. III 1099 nach einer deutschen Uebersetzung des XV. Jhs. im Stadtarchiv Menden. Von einer lateinischen Abschrift daselbst aus der gleichen Zeit waren nach Angabe Seiberts nur noch wenige Worte zu entziffern.

1998.

Graf Everhard von der Mark belehnt Heinrich von Noetlon mit einer Rente von 3 Mark aus der Herbstbede in Werden. Camen 1286 Mai 6.

Universis visuris presentia notum facimus nos Everhardus comes in Marca, quod Hinricum famulum dictum de Noetlon infeodavimus de tribus marcis nostre monete dative pro tempore annuatim crastino beati Michaelis sibi sive suis heredibus a nostro iudice ibidem de petitione autumpnali in Werdene presentandis, quas ipse suique heredes a nobis iure tenebunt hominii, donec ipsis dederimus triginta marcas eiusdem monete, quibus a nobis sive a nostris heredibus acceptis comparabunt cum eisdem totidem marcarum reditus et easdem perpetuo a nobis nostrisque heredibus supradicto iure tenebunt. Unde ne possit in posterum oriri calumpnia huius actionis nostre requirens (!) testimonium dedimus ipsis (!) super hoc presens scriptum sigillo nostro munitum. Datum Camene anno Domini M°.CC°.LXXX sexto, pridie Nonas Maii, die videlicet Johannis ante Portam Latinam.

Abschr. nach dem Or. von Kindlingers Hand in Msc. II 116 S. 51. Nach K. hing an der Urkunde das Siegel des Schachbalken, überhöht von einem wachsenden Löwen mit Rücksiegel (vgl. Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2).

1999.

Die Grafen Dietrich und Everhard von Limburg tauschen mit dem Kl. Freckenhorst Ministerialen aus. 1286 Mai 7.

Nos Theodoricus et Everhardus comites de Lymborch protestamur et presentium recognoscimus et scire volumus universos, quod nos Mettam, filiam Arnoldi militis dicti Kalf, nostram ministerialem sub eodem iure, quo nobis tenebatur, domine abbatisse et conventui in Vreckenhorst contulimus,

recipientes sub eodem iure Alheidim sororem Mette predicte. In cuius permutationis evidentiam, presentem literam sigillis nostris iussimus sigillari. Datum anno Domini M°CC°LXXX sexto, feria tertia post Inventionem sancte Crucis.

Nach dem Druck bei Tross, Westphalia 1826 S. 140. Nach der Siegelnotiz daselbst war das Siegel Everhards an zweiter Stelle (Westf. Siegel Taf. 31, 8) erhalten, das Dietrichs abgefallen.

2000.

Die Brüder de Palude verkaufen das Haus Hupbractinc *in Hochlar (bei Recklinghausen) an das Kl. Stoppenberg. Recklinghausen 1286 Mai 8.*

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod Cesarius et Bonefacius fratres dicti de Palude vendiderunt de sano consilio et consensu omnium heredum ipsorum domum sitam Hoyclare dictam Hupbractinc Godescalco, . . priorisse et conventui beate Marie in Stuppenberge cum omnibus attinenciis et utilitatibus pro libero predio iure hereditario perpetue ipsis permanendam. Et eandem domum cum omnibus suis attinentiis et utilitatibus idem Cesarius, Bonefacius cum omnibus ipsorum sororibus et heredibus nomine Gertrude, Meregarde et Agnete coram iudicio Rikelinchusen Johanne dicto de Holthove iudice ibidem existente et presidente iudicium ac presente libero comite pro libero predio resingnaverunt et effestucaverunt supradicte ecclesie perpetue permanendam excepto Johanne ipsorum fratre, qui tunc in terris non erat sive in patria, pro quo dicti C(esarius) et B(onefacius) fratres de Palude, Gerlacus dictus de Hertene et Hinricus dictus de Rimbeke unanimiter fideiusserunt, quod, quam primum ipsum ad patriam redire contingeret[1]), eandem domum deberet resingnare. Huic venditioni et resignationi presentes erant scabini opidi Rikelinchusen in testimonium premissorum, quorum nomina hec sunt: Herebordus dictus Caput, Gerhardus olim iudex, Rotgerus in Lata Platea, Ludolfus de Alta Domo, Leo et Lambertus dicti de Polshem, Hermannus Sartor dictus, Jacobus de Cellario, Hinricus quondam fermentarius, Hinricus de Castorpe dictus, Gerhardus Vrode, Johannes dictus Meygravius. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta sigillo civium de Rikelinchusen est roborata. Actum et datum anno Domini M°.CC°.L°XXX° sexto, in octava beate Walburgis.

[1]) *Or.* „contigeret".

Or. Kl. Stoppenberg im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel der Stadt Recklinghausen (Westf. Siegel Taf. 96, 6). Geschrieben von derselben Hand wie oben Nr. 1665 und Nr. 1811.

2001.

Ludolf von Herse verkauft das Hochgericht Schiereck (Schiereichen)[1]) für 160 Mark an den Erzbischof Siegfried von Köln. 1286 Mai 11.

Ego Ludolphus dictus de Hirse laicus notum facio universis presentes literas visuris et audituris, quod ego iudicium apud Schirek, quod vulgariter *hogerigthe* dicitur, quod etiam iudicium ego et progenitores mei a reverendo domino meo Sifrido archiepiscopo Coloniensi suisque predecessoribus archiepiscopis Coloniensibus recepimus, habuimus, tenuimus et possedimus cum omni et pleno iure ac omnibus suis pertinenciis prout idem iudicium per suos terminos distinguitur et se extendit, vendidi eidem domino meo Sifrido archiepiscopo et ecclesie Coloniensi pro centum et sexaginta marcis Coloniensium denariorum ab ipsis perpetuo habendum, tenendum et possidendum, ipsumque iudicium *hogerigthe* reportavi et reporto, transtuli et transfero per presentes in manus dicti domini Sifridi archiepiscopi ad usus et utilitatem suam et ecclesie Coloniensis predicte renuncians pro me, heredibus et coheredibus meis omni iuri, quod michi vel heredibus meis seu coheredibus competit vel competere poterit in iudicio

memorato, promittens nichilominus fide prestita, quod per me vel per alios facto vel verbo eundem dominum S(ifridum) archiepiscopum vel ecclesiam Coloniensem aliquo tempore non impediam seu turbabo in iure et possessione iudicii sepedicti, sed eidem domino archiepiscopo et ecclesie Coloniensi super eodem iudicio warandiam prestabo ubicunque necesse fuerit et quandocunque super hoc ab eodem domino archiepiscopo vel ecclesia Coloniensi fuero requisitus. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum meum una cum sigillo Hermanni militis dicti Spigil presentibus apposui. Et ego Hermannus ad peticionem dicti L(udolphi) consanguinei mei sigillum meum appendi huic scripto. Acta sunt hec presentibus W(icboldo) preposito, scolastico Coloniensi, Winrico de Bagheim et Ludewico militibus ac aliis tam clericis quam laicis anno Domini millesimo CC°LXXX° sexto, sabbato post dominicam Iubilate.

[1]) *Vgl. die Notiz zu Westf. UA. IV Nr. 1978.*

Or. Düsseldorf, Kurköln 308. An Pgtstr. die Siegel Ludolfs von Herse (Westf. Siegel Taf. 242, 1) und Hermann Spiegels zum Desenberg (ebenda Taf. 249, 2).

2002.

Verschiedene Bischöfe ertheilen den Frauenklöstern des Augustiner-Prediger-Ordens für bestimmte Festtage einen 40tägigen Ablass, dessen Bestätigung durch Erzbischof Siegfried von Köln für das Kl. Paradies bei Soest der Soester Dominikanerprior Heinrich auswirkt. Rom 1282 vor Mai 20.[*])

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, nos Dei gratia frater Reynaldus archiepiscopus Messanensis[1]), episcopi: Rodericus Segobiensis[2]), frater Romanus Croensis[3]), Fredolinus Aniciensis[4]), Petronus Larniensis[5]), Raymundus Marsiliensis[6]), Leo Calamonensis[7]), Egidius Turtiburensis[8]), frater Romanus Alifanus[9]), Bernardus Vincentinus[10]), frater Waldebrunus Avellonensis[11]), Petrus Wibergensis[12]) salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen Domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur dilectarum in Christo filiarum sororum inclusarum ordinis sancti Augustini secundum constitutiones fratrum Predicatorum viventium ecclesias per provincias in provincia Theutonie congruis honoribus venerari et a cunctis Christi fidelibus iugiter frequentari, cum etiam ex pastoralis officii nostri debito ad ea, que cultum Dei ampliant et animarum salutem promovent, proni semper esse debeamus et faciles, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui iam dictas ecclesias in festis subscriptis videlicet in festo sancte et individue Trinitatis, in singulis festivitatibus beate Virginis, Johannis Baptiste, Petri et Pauli apostolorum, Johannis apostoli et ewangeliste, Petri martiris, Augustini, Nycolai et Dominici confessorum, Marie Magdalene, Katherine virginis et martiris et in die consecrationis ecclesiarum vel altarium ipsarum et in anniversariis et in festis patronorum, in quorum honore ecclesia quelibet est dicata, et per octavas earumdem causa devotionis accesserint sive manum porrexerint adiutricem singuli singulas quadraginta dierum indulgencias de iniunctis sibi penitenciis, dummodo metropolitani vel dyocesani consensus accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum Rome anno Domini M°.CC°.LXXXVI°. pontificatus domini Honorii pape quarti anno primo.[*]) Et ego frater Heinricus prior domus Sůsaciensis procuravi confirmari has indulgencias per dominum Syfridum archiepiscopum Coloniensem pro sororibus in Paradyso.

[*]) *Honorius IV. cons. 1285 Mai 20.*

[1]) Messina. [2]) Segovia. [3]) Croja (Epirus). [4]) Le Puy. [5]) Larino. [6]) Marseille. [7]) Retymo (Creta). [8]) Tortiboli [9]) Alife. [10]) Vicenza. [11]) Avlona (Epirus). [12]) Viborg.

Or. Kl. Paradies 39. An geflochtenen Schnüren aus blauweissem Hanf das Siegel des Priors des Dominikanerklosters in Soest (Westf. Siegel Taf. 141, 11). Vgl. Westf. UB. IV Nr. 1910 und Hänselmann, UB. der Stadt Braunschweig II Nr. 339.

2003.

Decan und Kapitel von Xanten setzen die Rechte und Pflichten des Pförtners im Stifte fest. 1286 Mai 29.

Darin findet sich auch folgende Bestimmung:

Item ipse . . portarius panes siligineos pistos de Dursten adductos eligi et distribui per . . officiatos dormitorii procurabit . . . . . . Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, feria quarta post festum Urbani martiris.

Or. des Stiftes Xanten im Pfarrarchiv daselbst Nr. 142. An gedrehten weissen Hanffäden ein Rest des Kapitelssiegels von Xanten.

2004.

Dompropst Conrad von Köln genehmigt den Verkauf der Güter Ostdorp *in Böckum seitens des Florinus von Völlinghausen an das Kl. Benninghausen. 1286 Juni 19 (20?).*

Nos Dei gratia Conradus prepositus maioris ecclesie in Colonia universis presencia inspecturis tam modernis quam posteris publice tenore presencium protestamur, quod Florinus dictus de Volkilinchusen bona sua dicta Ostdorpt sita in Bocheim, que dictus Florinus de manu nostra in feodo possederat, ecclesie sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Bennikinchusen cum consensu et mera voluntate uxoris sue Elizabet, filiorumque suorum Gotfridi, Florini, Wilhelmi, Theoderici, Hermanni ac ceterorum suorum heredum cum omnibus attinenciis vendiderit imperpetuum quiete et libere possidenda. Preterea iam dictus Florinus cum uxore sua suisque heredibus bonis prehabitis in manus nostras resignatis renunciaverunt omni iuri seu actioni, quod vel quam in dictis bonis dinoscebantur habere. Nos vero ob divinam reverenciam et intuitu pie virginis Marie proprietatem nominatorum bonorum cum favore ac consensu tocius nostri capituli ecclesie predicte contulimus perpetue obtinendam. In quorum bonorum recognitionis et permutationis loco recepimus ab ipso sepedicto Florino suisque heredibus alia bona super Amnem in Anrochte sita eodem modo, quo predicta bona in Ostdorp habuimus atque iure. Ne quis igitur hanc nostram donationem et sepenominati Florini venditionem aliquo malignandi studio inposterum irritare conetur, presentem paginam super eo confectam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX° sexto, XII° Kalendas Julii, in die martyrum Gervasii et Prothasii.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 53. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Dompropstes mit Rücksiegel. Die Tagesbezeichnung in die G. et P. *= 19. Juni differirt mit der lateinischen Datumsangabe = Juni 20 um einen Tag; es ist daher vielleicht in letzterer ein Versehen des Schreibers anzunehmen. Vergl. Nr. 2010.*

2005.

Volmarus de Atendern *nebst seiner Ehefrau* Wendeburgis *kauft eine Leibrente von der Stadt Lübeck und ist als* camerarius *in der Reihe der Rathsleute Zeuge in mehreren Leibrentenbriefen vom gleichen Tage. 1286 Juni 19.*

Gedr. Lübecker UB. I Nr. 493.

2006.

Der Edle Wilhelm von Ardey überträgt dem Kl. Oelinghausen Eigenhörige 1286 Juni 24.

Omnibus presentem litteram percepturis notum existat, quod ego Wilhelmus vir nobilis dictus de Ardeyo pro salute anime mee et omnium progenitorum meorum tam vivorum quam defunctorum contuli ecclesie in Olinchusen simpliciter et absolute quosdam homines, qui erant mea mancipia, videlicet Johannem et Hermannum fratres, Wernerum, Wicboldum et Alheydim et Elizabet fratres et sorores, insuper et Arnoldum et Walburgim eodem iure, quo michi conpetere videbantur perpetuo possidendos. Predicta vero ecclesia michi pro beneficio collato in summa XI. marcarum denariorum legalium in Sosato responderunt (!). In cuius facti testimonium sigillum meum una cum sigillo Frederici plebani in Hustene duxi presentibus apponendum. Presentes erant: Fredericus plebanus in Hustene, Johannes capellanus suus, Hermannus dictus Wortman, Theodericus dictus de Hammone, Walterus dictus de Duleberg et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, in die Nativitatis beati Johannis Baptiste.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 142. An Pgtstr. Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf 30, 10) und des Pfarrers Friedrich von Hüsten (klein spitzoval, Adler eine Taube in den Krallen).

2007.

Graf Dietrich von Limburg verpfändet der Aebtissin Bertha von Essen die Vogtei über den Hof Ehrenzell. Essen 1286 Juni 25.

Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod nos Th(eodericus) comes de Lymburch et Everhardus filius noster de Lymburch, necnon Th(eodericus) filius quondam Johannis comitis, filii nostri ac ceteri nostri heredes exposuimus seu impignoramus advocatiam curtis in Erintsil venerabili domine B(erthe) abbatisse Asnidensi seu eius successoribus pro XXX marcis sterlingorum, tali siquidem adiecta conditione, quod dicta abbatissa seu eius successores ex dicta advocatia persolvent singulis annis Ade de Ysenberch quinque marcas, Adolpho de Wyttene sex marcas, et Wytscelo dicto Crampen IV[or] marcas. Preterea notum facimus universis, quod prelibatam advocatiam a sepedicta abbatissa seu eius successoribus, si eam mori contigerit, a festo beati Johannis baptiste nunc proximo instanti usque ad annum redimere contingeret hoc propriis nostris denariis faciemus et non alienis. Isto autem termino transacto, si nobis placuerit, ipsam advocaciam curtis in Erintsil pro XXX[a] marcis sterlingorum bonorum et legalium, duodecim solidis pro marca qualibet computatis, singulis annis infra octavam beati Johannis baptiste a predicta domina abbatissa seu eius successoribus redimere possimus libere et secure. Nichilominus protestamur, quod, si dictam abbatissam quindecim marcas redimere contingat predictas, que solent dari Ade de Ysenburch, Adolpho et Wytscelo predictis singulis annis pro aliqua denariorum summa, talem summam ipsi domine abbatisse, cum advocaciam redimimus, cum predictis denariis refundemus. Hec omnia que scripta sunt salvo iure nostro et iure abbatisse seu ecclesie Asindensis volumus esse firma. Si vero omnia predicta nos seu nostri heredes firmiter non servaverimus, sicut fide data promisimus, nos et E. noster filius et Th. quondam Johannis comitis filii nostri [filius] Asindiam vel Tremoniam intrabimus nunquam exituri, quin omnia, que promisimus, integraliter compleantur. Acta sunt hec presentibus Ottone, Rudolpho de Plyttenbracht, Jo. de Beirstrathen, canonicis ecclesie Asnidensis, Volcwino cappellano nostro, Th(eoderico) de Vyfhusen milite, Hermanno de Lon milite, Karsilio de Ysenberge, notario Jacobo clerico de Verlans, Alberto officiali nostro, Th. de Lachem, Wy. de Oldendorpe, famulis; Petro de Rudyncsil, Jo. dicto Krangen, Gerhardo in der A. et Wynre, civibus Asnidensibus et aliis quam pluribus fide dignis. Ut hec rata permaneant, presens scriptum sigilli nostri munimine et filii nostri et Th. filii quondam Johannis comitis, nostri filii ac

nobilis viri Th(eoderici) domini de Volmestene fecimus et petivimus sigillari. Datum Asnide anno Domini M^{o}CC^{mo}LXXX^{o} sexto, in crastino beati Johannis baptiste.

Transsumpt von 1310 im St.-A. Düsseldorf, Essen Nr. 220. Gedr. Kindlinger, Volmestein II, Nr. 45 (vgl. I S. 71) und Lacomblet, UB. II 818.

2008.

Graf Everhard von der Mark entscheidet die Streitigkeiten zwischen der Aebtissin Bertha und dem Convent des Stiftes Essen einer- und deren Villicus Menricus de Brochusen *wegen der Einkünfte des Hofes in* Bruchusen *(Bruchhausen i. Kr. Schwelm?) andererseits.*
Unna 1286 Juni 30.

Universis visuris et audituris notum facimus nos Everhardus comes in Marka, quod nostro discretorumque quos assumpsimus agente consilio inter venerabilem dominam Bertam Asnidensis ecclesie abbatissam eiusque conventum tam canonicarum quam canonicorum ex una parte Menricumque de Brochusen ipsorum villicum ex altera super debitis et possessionibus ab eodem Menrico eidem domine abbatisse dictoque conventui detentis talis est composicio ordinata, quod videlicet domina . . abbatissa conventusque memoratus ab instanti ipso[1]) festo Jacobi per hunc totum annum tollant in universo omnes redditus curtis in Brůchusen mansorumque omnium eidem curti pertinencium tam intus quam extra, ita tamen quod domina abbatissa et conventus cum Menrico prelibato obventiones curtis antedicte tam in hominibus quam in bonis tempore medio equaliter parcientur, in tollendis vero tam redditibus quam obventionibus antedictis cum domine abbatisse et conventus nuncio simul aderit nuncius etiam Menrici, qui tamen, nisi quod tantum respiciat et computacionem teneat, in tollendis redditibus nichil habebit aliud operari. Summa detentorum dominam abbatissam tangentium est XXXIII^{ta} marcarum, VII^{tem} maldrorum siliginis, XII^{cim} maldrorum ordei et XII^{cim} maldrorum avene, summa detentorum conventum tangentium est LXXV^{te} maldrorum siliginis, II^{us} modeis minus, XLVII maldrorum tritici, modio minus, XL^{a} maldrorum bracii, II^{us} modeis minus, VII marcarum denariorum, C et LX^{a} pulli, LXXXVI porcorum, C et LXXX ovium, XXVII mensurarum butiri, quod dicitur *sestir*, IX *mesen* allecum et III[2]) esoces, item XX^{ti} maldrorum siliginis, XX^{ti} maldrorum ordei et XX^{ti} [3]) maldrorum avene; in hiis premissis solvendis annona dabitur pro annona. Sin vero dictus Menricus infra dictum terminum de[4]) dictis redditibus seu obventionibus in debita solutione defecerit, domina abbatissa et conventus ab eodem Menrico detenta postmodum nichilominus extorquebunt. Sin autem de proventibus et redditibus super solucionem aliquod forsan supercurrerit ipsi Menrico, modo simili refundetur anni notati transacto termino, domine . . abbatisse et conventus nuncius redibit [ad ipsas][5]) et Menricus sepedictus villicationem curtis prenotate suo iure sicut [antea][6]) possidebit. Quod ut firmum sit et ratum, hoc scriptum inde confectum ad peticionem parcium utrarumque sigillo nostro ad testimonium duximus roborandum. Acta in ecclesia Unna, die Commemorationis beati Pauli apostoli anno Domini M^{o}.CC^{o}.LXXX sexto.

[1]) Abschr. „nunc“. [2]) Abschr. „XIII“. [3]) Abschr. „XXX^{ta}“. [4]) Vielleicht „in“ zu lesen. [5]) Die beiden Wörter ergänzt aus der Abschr. [6]) Ergänzt aus der Abschr.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 81, stark beschädigt. Das Siegel ist abgefallen. Abschr. des XVI. Jhs. in Msc. II 119 S. 79 f.

2009.

Zeugenverhör bezüglich der Zehntpflichtigkeit der der Kapelle zu Arnsberg gehörigen Güter zu Ober-Eimer. 1286 Juli 21.

S. unten Urk. d. d. 1295 August 3 u. 4. Gedr. Seibertz UB. I 456.

2010.

Florinus de Velkellenchusen *(Völlinghausen) trägt dem Dompropst Conrad von Köln für Güter in* Buchheim *(Böckum) sein Allod bei Anröchte als Lehen auf. 1286 August 2.*

Universis presentes litteras visuris et audituris. Nos Hunnoldus de Plettenbreit, Godefridus de Sumbren milites et Godefridus de Messchede notum facimus, quod Florinus de Velkellenchusen bona sua sita apud villam Anruchthe, que sunt et fuerunt suum liberum allodium, cum omnibus suis iuribus et attinenciis nomine honorabilis viri domini Conradi maioris in Colonia prepositi et archidiaconi ad manus nostras reportavit et in feodo recipiet ab eodem eo iure, quo idem Florinus bona sita apud Buchheim tenuit, in feodo habuit et possedit ab ipso domino preposito, que ipse Florinus de consensu et voluntate ipsius domini prepositi permutavit et bona apud villam Anruchthe predicta loco dictorum bonorum apud Buchheym permutatorum, que etiam fuerunt allodium ipsius Florini et proprietas, ipse Florinus, . . uxor sua, liberi et sui heredes perpetuo ab ipso domino preposito et eius successoribus tenebunt in feodo, possidebunt et habebunt, prout dictus Florinus ipsa bona apud Buchheim habuit, tenuit et possedit et protestamur bona fide, quod dictus dominus prepositus in permutacione huiusmodi dictorum bonorum non est aliquatenus defraudatus. In cuius rei testimonium atque fidem sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum in crastino beati Petri ad Vincula, anno Domini millesimo ducentesimo LXXX^mo sexto.

Or. St.-A. Düsseldorf, Domstift. An Pgtstr. die Siegel Hunolds von Plettenberg (Typus wie Westf. Siegel Taf. 194, 1), Gottfrieds von Sumbern (ebenda Taf. 200, 1) und Gottfrieds von Meschede (ebenda Taf. 208, 1). Vergl. Nr. 2004.

2011.

Die Aebtissin Mathilde von Möllenbeck verkauft dem Albert von Hörde den Hof in Appelderbecke *(Aplerbeck) für 130 Mark Dortmunder Währung. 1286 August 2.*

Or. St.-A. Marburg, Directorium super bona in Molenbeke *fol. 46. S. unten die Urk. von 1287 Mai 3.*

2012.

Graf Ludwig von Ziegenhain bestätigt in Gemeinschaft seiner Gemahlin Sophye comitisse de Marchia *dem Comthur und den Brüdern des Johanniter-Hospitals in Nidda alle Gütererwerbungen in seinem Lande.* Datum a. D. M.CC.LXXXVI, in die S. Crispini et Crispiniani. *(1286 October 25.)*

Gedr. Bauer, Hess. Urk. I 258.

2013.

Die Gebrüder von der Leithe geben ihre Ansprüche auf die Güter in Recklingsen zu Gunsten des Kl. Soest-Walburgis auf. Burg Mark 1286 November 15.

Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos famuli Gerlacus, Wescelus, Dirike fratres dicti de Lethene renunciamus omni iuri et actioni, quod habuimus vel habere videbamur in bonis sitis ville Rykelinchusen, et ipsa bona et omne ius nostrum resignamus conventui monasterii sancte Walburgis virginis extra muros Susatienses Coloniensis dyocesis totaliter et integre per presentes. Cuius resignationi et renuntiationi interfuerunt viri fidedigni: dominus Hermannus prepositus dicti monasterii, Johannes sacerdos dictus de Vrowendorpe, Gotfridus de Hovele et filius eius Johannes milites, Ludolfus de Boine, Lambertus, Ludeke Schonehals, Heinricus et alii quam plures. In cuius

rei testimonium presens pagina sigillorum domini Gotfridi de Hovele militis et Rutgeri de Horst famuli firmiter est munita. Acta sunt hec in castro Marcha anno Domini M°.C°C°.LXXX°.VI°, feria sexta post festum beati Martini episcopi.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 32. An Pgtstr. hängt noch das Siegel Rutgers von Horst (vgl. Westf. Siegel Taf. 184, 11), das Gottfrieds von Hövel ab.

2014.

Graf Conrad von Dortmund verkauft der Stadt Dortmund ein Drittel seiner Gerichtsbarkeit. Dortmund im Grafenhofe 1286 December 5.

Quia universa sunt transitoria, que sub sole consistunt, et humana memoria labilis est et breviter evanescit, cautum est, rem gestam litterarum privilegiis firmiter communiri; proinde nos Herbordus, comes Tremoniensis, notum facimus nostris successoribus universis tam posteris quam modernis presens scriptum visuris et audituris, quod nos ex sano et maturo consilio consanguineorum et amicorum nostrorum honorabilium, pleno ac libero consensu et ratihabitione domine Aleydis uxoris nostre predilecte, Conradi filii nostri, Megtheldis et Elizabet filiarum nostrarum necnon verorum successorum et heredum nostrorum vendidimus terciam partem iudicii nostri in Tremonia consulibus et universitati burgensium dicte civitatis pro summa quadringentarum marcarum denariorum legalium, quamlibet marcam ad valorem decem solidorum Anglicorum computatam, ita quod civitas omnes proventus, quocumque casu evenerint, perpetuo recipiat de sua parte, dictam etiam partem iudicii duobus viris discretis et honestis, Conrado de Herrike et Johanni sub Salicibus ad presentationem civitatis porreximus, ut ipsam ad tale ius possideant, quo nos prefatum iudicium a gratia Romani imperii dinoscimur possidere, et cum illi fortune tristis auspicio de medio sublati fuerint, aliis duobus, quos civitas nobis extunc presentaverit, sive uni, si alter expiraverit, ut supradictum est, libere porrigemus sine aliqua civitatis pecunie datione, et heredes nostri eisdem in futurum porrigent sine civitatis pecunie datione, ac civitas ab ipsis memoratam iudicii partem eo iure possidebit, quo a nobis supradicitur possidere. Promisimus etiam, quod due partes iudicii ad nos spectantes ac omne ius, quod a divis Romanorum imperatoribus infra muros Tremonienses possidemus, nunquam per nos heredes et successores nostros in manus commutabitur alienas, volentes, ut in nostra progenie permaneat inconvulsum. Igitur nos et civitas unanimi consensu iudicem constituere debemus virum ydoneum et fidedignum burgensem Tremoniensem, qui uno anno iudicio possidebit(!), ac alium annum per gratiam burgensium iudicium optinebit, sicut ab antiquis predecessoribus nostris felicis memorie ad nos fore dinoscitur devolutum. Etiam si prenotatum iudicium a sacro Romano imperio, quod absit, vel quibuslibet aliis terre dominis et nobilibus impeteretur, nos et nostri heredes terciam partem civitatis cum duabus partibus nostris tenemur absque expensis et sumptibus a civitate reposcendis fideliter defensare. Actum anno Domini M°C°C°LXXX° sexto, in vigilia beati Nycolai episcopi in domo nostra lapidea, presente Ottone de Hammone tunc temporis iudice, requisita et lata sententia, quod eque validum esset, ac si coram tribunali actum fuisset, presente etiam illustri viro domino Thiderico de Volmestene sororio nostro, Henrico fratre suo, domino Gernando plebano sancte Marie, Alberto et Bernardo de Hurde fratribus, sororiis nostris, Hermanno de Lindenhorst fratre nostro, Arnoldo et Henrico de Koningesberge, nepotibus nostris presentibus, ac Winando de Herrike, Johanne de Crispin, Bernardo de Braken, Arnoldo Milite, Conrado de Herrike, Bertrammo Sancto Viro, Henrico de Wipperevurde dicto Pape, Gotfrido de Custveldia, Bertrammo de Holtecoten, Vulvino de Puteo, Johanne et Henrico Longo, Winando de Isperincrode, Goscalco de Odendale, Henrico Sapiente, Henrico Rege, Goscalco de Rode, Dedewino de Evinchusen, consulibus tunc temporis, astantibus etiam Johanne de Wickede, Conrado Wůt, Henrico Albo, Hermanno Hovenere, Winando de Stenhus, Goscalco de Ludenschede, Hildebrando Suderman, Ertmaro de Crakowe, Alberto

de Berchoven, Henrico de Essende, Ludiero Dunever, Henrico de Hagen, Ludolfo de Solde, Conrado de Bůchem, Hermanno Bitter, Antonio Carnifice, Henrico Stot, Rudolfo Ledersnidere, Bertrammo Overweldege, Arnoldo de Wesele et aliis quam pluribus viris idoneis et fidedignis burgensibus Tremoniensibus, quos omnes loco homagii elegimus protestandos. Ut autem premissum factum nostrum et heredum nostrorum robur habeat, nec a quoquam infringi non (!) valeat vel mutari, presentem litteram conscribi fecimus et sigillorum honorabilium virorum domini Theoderici de Volmestene, domini Gernandi, plebani sancte Marie Tremoniensis, ac Alberti de Hurde una cum sigilli nostri munimine prenotate civitati dedimus in testimonium veritatis firmiter communitam.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 50. An rothgelben Seidenfäden Siegel: 1) Dietrichs von Volmestein (Westf. Siegel Taf. 39, 8), 2) des Grafen Herbord von Dortmund (ebenda Taf. 38, 5), 3) Alberts von Hörde (ebenda Taf. 250, 1) und 4) des Pfarrers Gernandus: der heilige Michael, in der Linken Schild mit Kreuz, in der Rechten eine Lanze, mit der er einen Drachen zu seinen Füssen tödtet; Umschrift: S. GERNAND(I) RECTOR(IS) ECC(LESI)E S. M(ARIE) IN TREMONIA. *Gedr. Fahne, UB. der Stadt Dortmund I Nr. 31 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 176.*

2015.

Der Dekan und der Kanoniker Magister Gottfried von s. Georg zu Köln als Richter im Dortmunder Patronatsstreit an den Pfarrer von s. Columba in Köln: Der Prokurator der Stadt Dortmund, Magister Giselbertus, habe sich beschwert, weil ihm bei Ansetzung eines Termins ad dicendum in personas et dicta testium ex parte . . . decani (sanctae Mariae ad Gradus) productorum . . . . necnon contra instrumenta ex parte dicti decani in modum probationis exhibita . . . . . . *die* attestationes *unbesiegelt, eine Abschrift der* instrumenta *überhaupt noch nicht zugegangen sei. Obwohl die Richter diese Beschwerde für nicht begründet halten, erklären sie sich doch bereit, die Besieglung vornehmen und* copiam instrumentorum cum effectu *anfertigen zu lassen. Sie beauftragen den Pfarrer Giselbert zur Entgegennahme der Schriftstücke auf den nächsten Mittwoch (December 11) vorzuladen. 1286 December 7* (crastino beate Nicolai episcopi).

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 724. Gedr. Westf. Zeitschr. Bd. 7 S. 235. Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 177.

2016.

Die Aebtissin Jutta von Geseke nimmt das Kl. Benninghausen in die Gebetsgemeinschaft ihrer Kirche auf. O. J. (1286 December 17 — 1298[1]).

In nomine Domini, amen. Nos Juttha Dei gratia abbatissa ecclesie secularis in Geseke totumque capitulum ibidem presentibus volumus esse notum, quod damus et concedimus venerabili domine abbatisse et conventui in Benikinchosen grisei ordinis fraternitatem seu participationem omnium bonorum in nostra ecclesia vigiliis et oracionibus divina gratia asistente contigencium omni hora. In cuius rei testimonium sigillum nostri capituli presentibus est appensum. Datum Geseke, feria tercia post festum Lucie virginis.

[1]) *Aebtissinnenjahre Juttas.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 54. Siegel von Pgtstr. ab.

2017.

Gertrud, die Wittwe Dithmars de Winda, bekennt, vom Decan und Kapitel von Mariengraden in Köln die Güter des Stiftes zu Bruchhausen bei Soest zu Erbzins empfangen zu haben. 1286 December 31.

Notum sit universis presentibus pariter et futuris, quod ego Gertrudis de Winda relicta quondam Dithmari bone memorie de communi consensu et unanimi voluntate . . decani et capituli ecclesie sancte Marie ad Gradus in Colonia bona ipsius ecclesie in Bruchusen apud Susatum iacencia de manu . . decani dicte ecclesie nomine ipsius capituli recepi imperpetuum et iure hereditario possidenda integra et sine omni divisione, tali condicione, quod ego singulis annis in festo beati Jacobi apostoli ecclesie sancte Marie de Gradibus viginti quinque solidos Coloniensium denariorum de eisdem bonis nomine census persolvam et assignabo nuncio, qui ad hoc a . . decano et capitulo fuerit destinatus. Quod si non fecero vel forte nuncius ad me non pervenerit, extunc induciatus[1]) ero sine aliqua captione usque ad subsequens festum assumptionis beate Marie ita, quod medio tempore predictos denarios . . decano Susaciensi nomine capituli sancte Marie sub testimonio competenti presentabo et in hoc . . decanus et capitulum sancte Marie erunt contenti. Si vero uterque terminorum effluxerit sine facta solutione census memorati, tunc incidi in penam aliorum viginti quinque solidorum. Adiectum est insuper, quod si in solutione dicti census moram anni fecero, cadem ab omni iure possessionis eorundem bonorum, que tunc ad ecclesiam absoluta et libera revertentur. Adiectum est eciam, quod nulli casus fortuiti videlicet hostilitatis, grandinis, incendii vel aliorum me vel meos successores excusare poterunt, quin per omnia dictum censum solvere teneamur, quia ipsis expresse est renunciatum. Cumque eadem bona successive in posteros meos transierint, semper persona succedens in possessione et honere bonorum prescripto in receptione eorundem marcam denariorum Coloniensium pro iure, quod *gewerf* dicitur . . decano ecclesie sancte Marie nomine capituli dabit et tunc . . decanus nomine capituli tenebitur ei prestare ipsa bona secundum conditiones et formas prescriptas, prout suus tenuerat antecessor. In cuius rei testimonium ac perpetuam firmitatem presentem paginam conscriptam sigillo officialitatis curie Coloniensis petii communiri et predictis . . decano et capitulo tradidi communitam. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis M°.CC°.LXXX°.VI°, in die beati Silvestri.

[1]) *Verschrieben für* „induciata".

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Mariengraden 26. Das Siegel von Pgtstr. ab. Der Text stimmt wörtlich mit dem der Urkunde vom 25. Mai 1279 (s. Nr. 1682) überein.

2018.

Vor den Rathsmännern von Marsberg schenkt Elger Dickeber zu seiner Memorie den Hof zu Dodinchusen *(bei Marsberg) dem Kl. Bredelar. 1286.*

Nos Stephanus miles dictus de Horhusen, Bertoldus de Huxaria, proconsul, Heinricus Morel, iudex, Heinricus de Vesperde, Bertoldus Rotgeri, Hartmodus Longus, Johannes filius Stephani, Conradus de Clinge, Heinricus de Oiddenhusen, Hermannus de Blikesen, Gerlacus de Tviste, Johannes de Cigno, Thidericus de Oiddenhusen iunior, Conradus Havesalde, consules Montis Martis, universis has litteras inspecturis vel audituris veritati credere et testimonium perhibere. Res geste scriptis utiliter annotantur, ut per scripta memorie commendentur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod Eilgerus Dickebeier constitutus in nostra presentia, pia inductus devotione curtem in Dodinchusen ad ipsum a suis patribus iure proprietatis devolutum cum consensu et assensu uxoris sue Hildeburgis ac filiarum suarum Gertrudis et Ailhedis (!) et Alberti filii Gerlaci fratris ipsius Eilgeri, cum omni integritate duorum mansorum in agris, silvis et pascuis et quicquid ad ipsam curtem pertinere dinoscitur, conventui monasterii in Bredelare contulit favorabiliter in nostra audientia iure perpetuo possidendam, ut per hunc pie

devotionis affectum sibi et suis patribus et uxori in eodem monasterio perpetuam memoriam compararet, hac interposita conditione, ut dictus Eilgerus predicte curtis mediam partem fructuum, quamdiu vixerit, percipiat et post mortem ipsius integraliter ad usus dicti monasterii convertantur. Supra qua donatione tam laudabili presens scriptum supplicatione sepedicti Eilgeri sigillorum nostrorum munimine in perpetuum testimonium duximus roborandum. Huius rei testes sunt: Bertoldus miles de Breinken, Conradus de Horhusen, Johannes de Kellinchusen, Henricus de Nutlon iunior et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°CC°LXXX° sexto.

Or. Kl. Bredelar Nr. 124. An Pgtstr. Siegel Stephans von Horhusen (wie Westf. Siegel Taf. 226, 1) und der Stadt Marsberg (ebenda Taf. 66, 3), letzteres beschädigt. Gedr. Westf. UB. IV Nr. 1915. Auf den Siegelstreifen Reste einer anscheinend gleichlautenden Urkunde.

2019.

Hermannus de Binole vendidit praeposito et conventui in Ölinckhausen mancipia, quorum nomina videantur in textu de dato. 1286.

Regest in der handschriftlichen Deductio und Facti Species wegen der „Ölinckhausen itzo wiederspänstiger Eigenhörigen“ von 1662 (Acten Oelinghausen Nr. 840) S. 17 b.

2020.

Die Aebtissin von Essen lässt durch ihren Schenken einen Ministerialentausch mit dem Grafen Gottfried von Arnsberg ausführen. O. J. (vor 1287).[1]

Dei gratia Assindensis ecclesie abbatissa domino G(odefrido) comiti illustri de Arnsberg salutem et plurime dilectionis affectum pincernam nostrum latorem presencium Bertoldum nomine transmisimus, quatinus vice nostri concambium faciat inter filiam Wychardi de Ense et uxorem Hermanni . . . . Hoc autem concambium ratum habemus et approbando stabilimus, quoadusque vobiscum presencialiter super hoc conferamus.

[1] *Todesjahr Gottfrieds.*

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 25 und 109 B Bl. 32 v.

2021.

Die Grafen Dietrich und Everhard von Limburg übertragen das Eigenthum des Didinchofes dem Dortmunder Bürger Hildebrand von Culbe, der diesen von dem Ritter Heinrich von Didinchoven gekauft hat, welcher dafür den genannten Grafen Güter in Benninghofen zu Lehen aufträgt. 1286 (1287) Januar 28.

Quia humana mens labilis est et breviter evanescit, cautum est rem pro tempore gestam litterarum amminiculo firmiter communiri. Proinde nos Thidericus comes de Linborg, comes Everardus noster filius notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod nos ex libero consensu omnium heredum nostrorum conferimus ius proprietatis curie in Didinchoven quod vulgariter *egendom* dicitur, quam Henricus miles de Didinchoven iure homagio possedit a nobis, Hildebrando de Culbe civi Tremoniensi suisque heredibus universis perpetuo pacifice possidendum, recepto iusto et racionabili concambio pro dicta proprietate a Henrico milite prenotato videlicet bona que *egene* dicuntur in Benninchoven que bona Albertus gener villici de Didinchoven inhabitat in meram proprietatem perpetuo possidenda. Que bona dictus Henricus a nobis in feodo tenet, sicut antea bona in Didinchoven a nobis tenuit et possedit, et eo iure homagii quo ante fuerat nobis sit astrictus. Actum et datum anno Domini M°.C°C°.LXXX° sexto, in octava beate Agnetis virginis. Presentes erant Mauricius miles de Ergotinc-

husen, Theodericus de Vifhusen, Degenardus de Letnette milites, Swederus de Eclo, Henricus Pape, Albertus officialis, Arnoldus Bebese, Costantinus(!) de Aldinchoven et alii quam plures. Ut autem premissum factum nostrum robur habeat et a quoquam infringi non valeat vel mutari, presentem litteram sepedicto Hildebrando suisque heredibus tradidimus sigillorum nostrorum munimine firmiter communitam.

Or. Kl. Clarenberg Nr. 1. An Pgtstr. noch Reste des Siegels des Grafen Dietrich von Limburg (Westf. Siegel Taf. 13, 2) und des Grafen Everhard (ebenda Taf. 31, 8).

2022.

Die Aebtissin Jutta und die Pröpstin Cunegund des Stiftes Geseke kaufen von Heinrich gen. Slepere *eine Fruchtrente, aus einem Hofe in Geseke, den einst der Ritter Ecbert gen.* Vette *vom Stifte inne gehabt hatte. 1286 (1287) Februar 4.*

Universa negotia que fiunt ob hoc scriptis confirmari consueverunt, ne in oblivionem apud posteros redigantur. Noverint igitur universi presentes litteras visuri et audituri, quod venerabilis domina Jutta abbatissa ecclesie in Gesike ac Kunegundis de Rode preposita ibidem ab Henrico dicto Slepere, Wendelburgi eius uxore, Hermanno, Conrado, Henrico, Johanne, Wendelburge predictorum H(enrici) et W(endelburgis) natis ac aliis eorundem heredibus quatuor malta annone, seddecim videlicet modios siliginis, totidem ordei ac avene totidem pro viginti et duabus marcis denariorum legalium conpararunt ex curte iuxta plateam intra muros opidi Gesike sita que quondam Ecberto dicto Vette militi attinebat et ab ecclesia beati Ciriaci iure ministeriali habebitur annis singulis perpetuo persolvenda, de qua quidem annona triginta modii . . abbatissam, et decem et octo . . prepositam quoad vixerint contingent, sed post mortem ipsarum preposituре, cui ipsam ea condicione que subscribetur assignare et legare unanimiter decreverunt, de consensu capituli ipso(!) annona integraliter permanebit. Ordinavit namque ipsa abbatissa, ut in festo beate Katerine pro eo, ut ipsa festivitas sollempniter peragatur, dominabus quinque solidi denariorum ac luminare duos valens denarios ad altare ex prepositura ratione annone per eam assignate annis singulis ministrentur. In die quoque beate Margarete pro commemoratione patris sui domini Johannis de Helphenbergh tam in vigiliis quam in missis agenda cuilibet domine presenti duos denarios, . . tribus canonicis sex, subdiacono unum, legenti psalterium unum, duobus campanariis unum et ad altare luminare duos valens denarios distribui ordinavit. Domina vero Cunegundis preposita predicta decem et octo modios ipsam contingentes prepositure, quemadmodum predictum est, assignavit conditione tali, ut in sollempnitate Ascensionis Domini dominabus ad vinum ministrentur ex ipsa prepositura duodecim denarii, ut ipso die versus: „Oramus domine“ cum antiphona: „O rex glorie“ cantetur in choro sollempniter, nona dicta. Nepti quoque sue Hildeburgi ab ipsa annona dabuntur duodecim denarii vite sue temporibus; qui denarii post eiusdem H(ildeburgis) obitum dominabus pro dictis versu et antiphona cantandis ad vinum similiter tribuentur. Verum prenotatus Henricus, Wendelburgis ipsius uxor et post eos ipsorum heredes in ipsa curte ius locationis seu expositionis optinebunt, villicum tamen cui eam locaverint sepedictis J(utte) abbatisse et (Cunegundi) preposite post obitum autem earundem soli preposite que pro tempore fuerit presentabunt, ut predicta quatuor malta annone ipsis solucionis tempore debito repromittat solvere ac persolvat. Ne autem hec prescripta in posterum per aliquem infringi seu permutari valeant, venerabiles domine . . abbatissa et . . preposita predicte, H(enricus) Slepere et eius uxor cum suis heredibus sigilla capituli ecclesie in Gesike, opidi, Arnoldi, Goswini ecclesie predicte canonicorum ac Bernhardi de Horde militis una cum sigillo ipsius . . abbatisse appendi presentibus concorditer petiverunt. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX° sexto, feria tercia post Purificacionem beate Virgnis presentibus Bodone sacerdote, Johanne de Boke, Hermanno Werensinc, Henrico scolarium provisore clericis; Henrico de Zande, Lutberto Comite militibus; Johanne Pavone

proconsule, Hermanno Pras, Lutberto de Pomerio, Helmico Hunoldinc, Rodolfo de Stochem, Reynfrido de Langenheke, Henrico de Caminata, Hartmodo, Machareo, Gerhardo Gyslinch consulibus; Deghenhardo iudice, Conrado de Vernede, Gerhardo Dunne, Wescelo Mars, Menrico Harholdinch, Gerhardo Budel, Arnoldo Gortevigent, Ulrico eius fratre, Lamberto in Foro, Detmaro suo filio, Mactatore Hermanno, Gotfrido Scarlaken, Johanne de Holthusen, Johanne Blisinc, Henrico Yrevogel, Lutgero, Vulberone Pavone, Wernhero de Strot, Helmico Vegepot, Hermanno de Syborgh, Hermanno de Molendino, Hermanno Pavone, Hermanno Rabodinch, Eymundo de Garfelen, Gerhardo de Minda ac aliis quam pluribus fide dignis.

Or. Kl. Geseke Nr. 20. An geflochtenen Hanffäden die zum Theil beschädigten Siegel der Aebtissin Jutta (spitzoval: stehende Figur mit Palmzweig in der Rechten), des Stiftes Geseke (Westf. Siegel Taf. 107, 3), der Stadt (ebenda Taf. 66, 5), der Canoniker Arnold (spitzoval: Gotteslamm mit der Fahne) und Goswin (rund: Gotteslamm mit der Fahne) und Bernhards von Hörde (ebenda Taf. 250, 2).

2023.

In dem Streite zwischen dem Kl. Kentrup und dem Canonikus Bruno von Kappenberg wegen der Kapelle zu Hamm weisen die bestellten Unterrichter die Exceptionen des genannten Bruno wegen eines Formfehlers zurück. Münster 1286 (1287) Februar 5.

Magister Lubertus canonicus Monasteriensis et . . scolasticus ecclesie sancti Mauricii extra muros Monasterienses iudices subdelegati in causa que vertitur coram nobis auctoritate apostolica inter . . abbatissam et conventum monialium in Hammone ordinis Cisterciensis Coloniensis dyocesis ex una et Brunonem canonicum regularem sive monachum in Cappenberg qui se dicit rectorem cappelle in Hammone et suos in hac lite consortes ex parte altera, comparentibus coram nobis in figura iudicii abbatissa predicta et eius procuratore ex una et Brunone predicto, Livoldo et Ottone monacho in Cappenberg qui se dicunt procuratores eiusdem Brunonis ex parte altera Nonas Februarii continuata a die proxima precedente anno Domini M°.CC°.LXXX° sexto. Ex parte Brunonis fuit propositum excipiendo peremptorie in hunc modum et ad hunc finem, ut ipse procurator ab impeticione dictarum . . abbatisse et conventus nomine Brunonis domini sui predicti absolvatur, quod idem Bruno non vi non clam sed auctore procuratore ecclesiam in Hammone tenet et possidet, ad eandem a veris . . patronis canonice presentatus et investitus de eadem per virum discretum . . decanum sancte Marie ad Gradus Coloniensis, loci . . archidiaconum seu eius substitutum, ad quem . . decanum de antiqua consuetudine et approbata et hactenus pacifice observata pertinet instituere rectores in ipsam ecclesiam seu cappellam. Premissa vel ex eis quod sufficiat offert se dictus . . procurator probaturum et petit se ad probandum admitti et eis probatis seu, quod sufficiat ex premissis, dictum dominum suum ab impeticione dictarum . . abbatisse et conventus per nos sententialiter absolvi ac dictam . . abbatissam et conventum eidem Brunoni domino suo ratione temere vocationis in ius in expensis quas estimat quadraginta marcas Monasterienses vestra tamen taxatione precedente condempnari. Hec dicit ad presens salvis aliis defensionibus iuris et facti loco et tempore proponentibus.

Ex parte vero predicte . . abbatisse et conventus replicando propositum fuit in hunc modum: Coram vobis dominis magistro Luberto canonico Monasteriensi et . . scolastico sancti Mauricii extra muros Monasterienses iudicibus auctoritate apostolica constitutis in causa que vertitur inter . . abbatissam et conventum monialium in Hammone ordinis Cisterciensis Coloniensis diocesis ex una et Brunonem monachum in Cappenberg et suos in hac lite consortes monachos sive canonicos regulares in Cappenberg ex parte altera dicit et proponit procurator . . abbatisse et conventus predicti, quod peticio Brunonis spoliatoris non est audienda ante restitutionem, ut de ordine congruum capitulum „super“ [1])

cum spoliatori spoliatus non cogatur ante restitutionem ullatenus respondere, ut de ordine congruum „cum dilectus“[2]) nec eius exceptio est admittenda, quod licet spoliator in continenti velit probare suam exceptionem tamen, spoliatus prius est restituendus, ut „de restitutione spoliatorum“ caput „litteras“[3]), quia questio spoliationis est privilegiata et ideo spoliato non potest referri questio dominii, nisi prius fuerit restitutus, et sic nulla exceptio admittitur contra interdicto agentem ff.[2a]) quod vi aut clam C. hoc interdicto cum nec possit obici spoliato nec super eo quaestio proprietatis; referri de restitutione spoliatorum in litteris et C. „item cum quis“[4]) et C „ex conquestione“[5]) de ordine congruum „super spoliatione“[1]), et licet quandoque fuisset in possessione, hoc non prodesset, ut posset petere restitutionem, nisi probaret, quod tempore spoliationis fuerit in possessione. Haec habetis de causa possessione (!) et proprietatis, „cum ecclesia Sutrina“[6]) in glossa. Quare petit predictus procurator cum possessio et eiectio facta per Brunonem et suos in hac lite consortes de ecclesia in Hammone sufficienter ex parte abbatisse et conventus predicti sit probata, et etiam talis spoliatio sit notoria notorio iuris et facti continui in quo nullus ordo iuris exigitur, quatinus precipiatis predicto Brunoni, Bernhardo, Theoderico dicto Wrede, Godefrido de Heysne, Ottoni monachis in Cappenberg ac eorum conplicibus monachis sive canonicis regularibus in Cappenberg, quocunque nomine censeantur, ac aliis nomine eorum officiantibus ecclesiam sive capellam in Hammone, ut infra terminum a vobis constituendum ab ipsa ecclesia sive capella in Hammone et eius officiatione abstineant totaliter et desistant, ita quod dicte sanctimoniales procurandi officiationem ipsius ecclesie sive capelle predicte et recipiendi proventus eiusdem secundum, quod eisdem sanctemonialibus indultum est per venerabilem patrem et dominum Sifridum Coloniensis ecclesie archiepiscopum, liberam habeant potestatem, de subtractis et ablatis eisdem sanctemonialibus satisfactionem congruam impensuri; alioquin predictos Brunonem, Bernhardum, Theodericum Wreede, Godefridum de Heysne, Ottonem monachos in Cappenberg et eorum conplices, quocunque nomine censeantur, ac alios cappellam in Hammone eorum nomine officiantes iamdudum auctoritate domini . . archiepiscopi ecclesie Coloniensis predicte pro manifesta et notoria offensa excommunicari; excommunicetis pro manifesta et notoria offensa et excommunicatos publice nuncietis, iusticia exigente contra ipsos ad ulteriora processuri, prout exegerit protervitas eorundem. Insuper petit Brunonem et suos in hac lite consortes occasione expensarum factarum in causa predicta dampnorum et interesse in centum marcis et quadraginta octo marcis Monasteriensium denariorum condempnari vestra taxatione legitima precedente et eis de cetero audientiam denegari, cum hic agatur de casu intrusionis et idem Bruno et sui complices institutionem ecclesie in Hammone a layco receperint contra canonicas sanxiones, in quibus casibus cuilibet est audientia deneganda, sicut hec expresse habetis XXIII distinctione „In nomine domini“[7]) nec debet admitti ad probandum, quo probato nichil prodest, „ut de confecto delicto“ „cum contingat“ cum suis similibus. Nos vero peritorum communicato consilio interloquendo pronuntiamus, exceptiones ex parte Brunonis propositas eo modo quo proposite sunt non esse admittendas. Lata est hec interlocutoria in ecclesia Monasteriensi Nonas Februarii anno Domini M°.CC°.LXXX° sexto, presentibus infrascriptis magistro Henrico cantore ecclesie Monasteriensis, . . decano sancti Martini eiusdem civitatis, domino Hunoldo dicto de Bevere, Gerhardo de Buderich canonicis Monasteriensibus, magistro Henrico dicto Warendorpe . . preposito in Cappenberg, Brunone predicto, Bernhardo, Godefrido, Theoderico, Ottone monachis in Cappenberg et aliis quam pluribus fidedignis. Nos . . cantor et . . decanus ecclesie sancti Martini Monasteriensis[8]) quia premissis interfuimus et audivimus ea nostris sigillis presentibus attestamur.

[1]) c. 4 X de ordine cognitionum 2, 10. [2]) c. 2 X de ordine cognitionum 2, 10. [2a]) Pandectae. [3]) c. 13 X de restitutione spoliatorum 2, 13. [4]) c. 6 X de restitutione spoliatorum 2, 13. [5]) c. 10 X de restitutione spoliatorum 2, 13. [6]) c. 3 X de causa possessionis et proprietatis 2, 12. [7]) c. 1. D. 23. [8]) *Von hier an mit anderer Feder geschrieben?*

Or. Kl. Kentrup 14. An Pgtstr. hängt noch das Siegel 1) des Canonikus Lutbert von Münster (Westf. Siegel Taf. 136, 9, 2) Umschrift unkenntlich (unter Baldachin Brustbild des h. Paulus, darunter

im Kleeblattbogen knieend der Siegler), 3) des Dekans Lutbert von S. Martin (unter einem von Thürmen flankirten Kleeblattbogen der Dekan knieend vor einem Heiligen in Bischofsornat (St. Martin), über dem Bogen Brustbild des hl. Paulus mit Schwert und Buch).

2024.

Die Aebtissin Bertha von Essen bekundet die Schenkung des Erbes auf der Wenge zu Huckarde durch Ritter Rudolf von Huckarde an die Marienkapelle in Huckarde. Huckarde 1286 (1287) Februar 5.

Nos Berta Dei gratia abbatissa ecclesie Essindensis universis presens scriptum visuris notum facimus, quod bone memorie Rudolfus quondam de Hockerde miles domum quandam sitam in villa Hokerde dictam super Wenge pro anime sue remedio contulit cappelle sancte Marie virginis in Hokerde, de qua domo annuatim in die beatorum Cosme et Damiani duo solidi denariorum Tremoniensium persolventur et super altare cappelle eiusdem presentabuntur de consilio . . rectoris cappelle ipsius et villanorum ibidem ad luminaria prefate cappelle convertendi. Ius vero locandi ad . . rectorem dicte cappelle pertinebit, qui de locatione domus eiusdem, quando ipsam vacare contigerit, tres solidos recipere debebit. Ut ergo nulli super premissis dubium generetur, sigillum nostrum presenti carte duximus apponendum. Actum presentibus: Johanne de Berstrate canonico Essindensi et Egidio clericis nostris; Henrico de Ekenscede marscalco, Wenemaro de Aldendorpe dapifero et Arnoldo dicto Longo, ministerialibus nostris; Arnoldo de Erpinchove, Thiderico dicto Palas et Sigebodone villico nostro de Hokerde et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX^mo^. sexto, in die beate Agathe virginis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 106. Beschädigtes Siegel der Aebtissin.

2025.

Der Essener Schreiber und Kanoniker Heinrich stattet die Marienkapelle in Huckarde mit verschiedenen Einkünften aus. 1286 (1287) März 11.

Quia humana memoria labilis est et breviter evanescit, cautum est rem gestam litterarum privilegiis firmiter communiri. Proinde ego Henricus scriptor et canonicus Assindensis notum facio universis, quod, cum duo iugera terre arabilis capientia in semine octo mensuras, sita iuxta Evenike cum omni proprietate ab Henrico Wesselman, uxore et heredibus suis omnibus rationabiliter comparassem et de dictis agris annis singulis duo maldra siliginis et totidem maldra ordei et duo pulli persolvantur, ductus pio zelo in remedium et salutem anime mee legavi et dedi capelle beate Marie virginis in Hukerde eosdem agros et redditus perpetuo pacifice possidendos sub hac utique forma, quod sacerdos qui presens fuerit et in dicta capella celebrabit, tollat annis singulis tres mensuras siliginis et tres mensuras ordei et duos pullos cum locatione agrorum predictorum. Item duas mensuras siliginis do et lego ad emendum vinum et oblatas ad divinum officium excercendum. Recluse ibidem quecunque pro tempore exstiterit assigno duas mensuras ordei ad subsidium servisie sue preparande et illas a plebano ibidem singulis annis recipiendas. Ultimas sex mensuras siliginis et ordei do et lego ad illuminationem lampadis capelle prenotate. Preterea do in perpetuum unum maldrum siliginis ad illuminationem lampadis, quod maldrum provisor domus sancti Spiritus in Tremonia eis annis singulis etiam presentabit. Preter hec omnia lego et do eidem capelle tytulo proprietatis redditus viginti denariorum de quadam area in opido Mendene sita ad locationem dicte aree quam Grevelant inhabitat et est sita ante portam qua itur ad castrum Rodenberge, quam a monasterio Schedensi rationabiliter comparavi, in die beati Petri solvendorum, ut cum illis denariis emantur duo talenta cere et de illa cera annis singulis fiant quatuor candele accendende in IIII^or^ solempnitatibus Domine nostre videlicet in Purificatione, Annuntiatione, Assumptione et Nativitate. Et quelibet candela sit de dimidio talento et tempore nocturno et in missa

comburatur. De dictis denariis qui de cera superfuerint, sacerdos recipiet duos denarios ad offerendum et campanarius ibidem duos denarios; et quid tunc superfuerit, ad illuminationem lampadis apponatur. Item plebanus dicte capelle singulis annis bis in crastino Georgii et in octava Omnium Sanctorum anniversarium meum celebrabit. Huic legationi presentes fuerunt Herbordus comes Tremoniensis, Everhardus de Dorenborg miles, Albero plebanus sancti Martini Tremoniensis, Ruttserus (!) tunc temporis plebanus in Hukerde, Arnoldus Longus de Hukerde, Otto de Hammone iudex Tremoniensis, Johannes thelonearius, Henricus et Randolfus filii fratris mei, Fredericus de Hemerde filius alterius fratris mei. Ut huic (!) factum meum a quoquam infringi non valeat vel mutari, presentem litteram sepedicte capelle contuli sigilli mei munimine firmiter communitam. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX sexto, in vigilia beati Gregorii.

Abschr. von Kindlinger in Msc. II 121 S. 9. Danach Regest in Rübel, Dortm. UB. II Nr. 405. Das mandelförmige Siegel zeigte nach Kindlingers Skizze den Aussteller am Schreibpulte sitzend mit der Feder in der Hand. Umschrift: S. Henrici canonici et capellani Asnidensis.

2026.

Die Vicare von S. Patroclus in Soest geben ihr Haus am Grantwech *in Soest an Rutger Petri in Erbpacht. 1286 (1287) März 14.*

Nos Engelbertus thesaurarius ecclesie Susatiensis et Theodericus de Altena canonicus et viceprepositus ibidem presentibus litteris protestamur et notum facimus universis, quod sacerdotes in ecclesia predicta celebrantes domum ipsorum sitam in opido Susatiensi in vico, qui vocatur Grantwech, ad ipsos pertinentem Rutchero dicto Petri, Gertrudi uxori sue eorumque pueris ac legitimis heredibus concesserunt perpetuo possidendam sub absoluta et libera pensione quatuor solidorum Susatiensium, qui singulis annis amministrabuntur, duo solidi videlicet in octava . . Pasche et duo solidi in octava beati . . Michaelis sacerdotibus supradictis. Quicumque vero in possessione dicte domus fuerit, de omnibus iuribus opidi Susatiensis et aliis quibuscunque totaliter respondebit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum feria sexta post . . dominicam Oculi mei, anno Domini M°.CC°. octuagesimo sexto.

Or. Soest, Stift Patroclus 59 a. Die beiden Siegel von Pgtstr. ab. Rückschrift des XV. Jhs.: Littera domus in deme Grantwege ex opposito Grevensteins domus IIII *ß*.

2027.

Das Kl. Rumbeck verkauft dem Kl. Welver Land zwischen Berewyc *(Berwicke) und* Mere. *Soest 1286 (1287) März 16.*

Nos Johannes prepositus, Beatrix priorissa totusque conventus monasterii in Rumbeke universis presentes litteras visuris seu percepturis notum facimus publice protestantes, quod nos habito ad hoc amicorum nostrorum consilio et consensu et propter utilitatem conventus nostri supradicti agros nostros sitos inter Berewyc et Mere cultos et incultos cum universis ipsorum attinentiis conventui in Welvere in contractu vendicionis rite ac rationabiliter assignavimus et in hiis scriptis assignamus titulo et iure pensionalium bonorum perpetuo possidendos, ita sane quod dictus conventus in Welvere pro pensione singulis annis solvat et amministret . . scultheto Susaciensi qui pro tempore fuerit vel eius notario tres solidos denariorum legalium in Susato de agris memoratis. In testimonium igitur et robur omnium premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes huius rei sunt: dominus Godefridus decanus ecclesie Susatiensis, Godefridus de Bentvelde sacerdos, Lambertus de Pungno, Hermannus et

Everhardus fratres conversi, Albertus de Duleberge et Lambertus clericus Susatiensis. Facta sunt hec in cimiterio Veteris Ecclesie Susatiensis anno Domini M°.CC°.L°XXX° sexto, in dominica Letare.

Or. Kl. Welver Nr. 87. Das Siegel des Propstes von Pgtstr. ab, das des Conventes von Rumbeck (Westf. Siegel Taf. 113, 8) zum Theil erhalten.

2028.

Schutzbrief König Rudolfs I. für die Stadt Dortmund. Würzburg 1287 März 27.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, ministerialibus, vasallis, militibus et militaris condicionis hominibus, civitatibus, opidis, villis et quibuscumque aliis Romani imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenire contigerit, gratiam suam et omne bonum. Desiderantes quamplurimum prudentes viros cives Tremonienses fideles nostros dilectos propter devote fidelitatis constantiam et oblationem obsequiorum gratuitam, quibus erga nos et imperium se semper exhibent indefessos, in suis iuribus et honestis consuetudinibus, ut tenemur, ex debito graciosius confovere, universitatem vestram affectuose requirimus et rogamus, regia vobis nichilominus auctoritate mandantes, quatinus predictos cives Tremonienses vobis habentes specialiter recommissos, ipsos contra iniuriosos insultus quorumlibet manutenere et in sua iustitia defendere studeatis, promittentes eos nichilominus et promitti facientes omnibus iuribus et consuetudinibus, quibus hactenus usi sunt, in antea pacifice congaudere. Datum Herbipoli, VI Kalendas Aprilis, indictione XV, anno Domini M°CC° octuagesimo septimo, regni vero nostri anno XIV.

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 52. An rotgrüner Seide das grosse Thronsiegel, etwas am Rande beschädigt. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I, 178.

2029.

Bischof Everhard von Münster tauscht mit dem Grafen von Arnsberg Ministerialen aus. 1286 (1287) April 1.

Nos Everhardus Dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus tenore presencium recognoscimus et scire volumus universos, quod nos ius ministerialitatis quo nobis Rutgerus Nycolai de Hetfelde et soror[1]) Johannis de Rura filius tenebatur astrictus viro nobili domino comiti de Arnsberg contulimus et Gerhardum filium Luberti de Vorshem iure recepimus in eodem. In cuius collacionis et receptionis evidens testimonium hanc litteram sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum anno Domini M.CC^mo^. octuagesimo sexto, feria tertia post ramos Palmarum.

[1]) *So in beiden Abschriften; vielleicht ist* „sororis" *zu verbessern.*

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VI 109 A Bl. 24 u. 109 B Bl. 31.

2030.

Propst Hermann vom Kl. Soest-Walburgis giebt der Wittwe Gertrud eine halbe Hufe in Ampen in Pacht. 1287 April 8.

Nos Hermannus prepositus sancte Walburgis extra muros Susatienses recognoscimus per presentes, quod Gertrudi relicte Henrici et suis heredibus scilicet Johanni et Elizabet porreximus mansum dimidium[1]) in Andopen nostre ecclesie attinentem tali pacto scilicet, quod dicta Gertrudis et sui heredes pro dimidietate proventus et fructuum ecclesie dicte sancte Walburgis[1]) solvent singulis annis XXVII. modios siliginis et ordei pari quantitate et unum modium tritici, quam pensionem singulis annis in Cathedra beati Petri tenentur integraliter persolvisse. Si vero Hartdradus et sui heredes dicta emere

bona voluerint, rationabiliter et secundum quod viris discretis videbitur expedire, facere poterint et sic dicta Gertrudis et sui heredes predicta bona bono animo resignabunt. Presentes fuerunt: Johannes de Vrowendorpe sacerdos, Gerewinus de Andopen et Theodericus germanus eius, Everhardus dictus Birman, Everhardus dictus Coninch, Hardradus Pellifex, Hermannus Pronomen, Albertus dictus Rolfinc, Cherardus dictus Coninch, Henricus Sutor et alii quam plures viri fidedigni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX°.VII°., feria tercia post Pascha.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 34. An Pgtstr. Bruchstücke des Siegels des Propstes von Walburgis. Von derselben Hand geschrieben wie unten Nr. 2041.

2031.

Schiedsspruch in dem Streite über Güter zu Ense zwischen dem Kl. Himmelpforten und den Eheleuten Conrad und Clara von Ense, denen der Eintritt in das Kloster freigestellt wird. Soest 1287 April 20.

Cum ad sopiendam sive diffiniendam cuiuslibet discordie materiam, si qua inter relligiosas dominas .. abbatissam et conventum monasterii ad Portam Celi ordinis Cisterciensis ex una parte et Conradum dictum de Ense et Claram uxorem suam ex altera vertebatur seu movebatur, in nos Ludewicum comitem Arnesbergensem et Johannem dominum de Bylsten marscalcum Westphalie tanquam mediatores communes a partibus hinc inde in nos vero Godefridum decanum, Minricum canonicum Susatiensem, Herbordum dictum Make et Godscalcum Judicem opidanos Susatienses ex parte dictarum .. abbatisse et conventus et in nos Hermannum dictum de Haghnen, Johannem dictum Neckel milites, Albertum de Palsode, Brunonem de Bogche opidanos Susatienses ex parte Conradi de Ense militis et Clare uxoris sue predictorum tanquam in veros arbitros seu amicabiles conpositores sub pena centum marcarum usualis monete Susatiensis, prout in literis conpromissi super hoc confectis continetur, sit legitime conpromissum. Nos .. mediatores et arbitri sive conpositores predicti consideratis et examinatis omnibus dicte discordie circumstanciis unanimi consensu ordinamus, statuimus et arbitrando pronunciamus, quod predicti coniuges habebunt potestatem deliberandi a dominica qua cantatur: Misericordia Domini usque ad dominicam proximo subsequentem qua cantatur: Jubilate, ita quod eadem dominica Jubilate apud Susatum in curia domini .. decani coram nobis qui poterimus interesse seu aliis fidedignis eligant et voluntatem suam expresse pronuncient, utrum habitum relligionis in dicto monasterio ad Portam Celi assumere voluerint sive nolint; et si habitum relligionis elegerint, crastino predicte dominice Jubilate intrent, habitum assumant et vivant devote sub obedientia debita et ordinis disciplina; ipsis vero prebenda amministrabitur, prout aliis fratribus et sororibus ibidem fieri est consuetum, et nichil amplius quam alii fratres et sorores dicti conventus requirere poterunt neque debent. Item arbitrando pronunciamus, quod post huiusmodi ingressum relligione ab eisdem assumpta statim ipsum monasterium ad Portam Celi ab omnibus debitis in quibus usque ad diem assumpte relligionis ex quacunque causa sive contractu dictis coniugibus tenebatur liberabitur ipso facto adeo sane, quod ipsis sive alteri ipsorum si relligione deposita recesserint super prebendis seu debitis nullum ius vel questio contra dictum monasterium reservatur, nec heredes ipsorum in ipsis prebenda et debitis aliquid iuris sibi poterunt vendicare. Porro si prefati Conradus et Clara relligionem recusaverint, arbitrando statuimus et pronunciamus, quod .. abbatissa et conventus prefate dominica Jubilate predicta in domo domini .. decani predicti ipsis Conrado et Clare fideiussoriam prestent cautionem pro quinquaginta marcis in quibus ipsis tenentur ratione contractus bonorum in Ense et pro decem marcis quas adiudicamus eisdem nomine quarundam expensarum ab ipsis factarum in monasterio predicto; de quibus sexaginta marcis infra

octavas Pentecostes satisfacere tenebuntur. Item ordinamus arbitrando quod partes predicte, eorum fautores et familia et precipue Hinricus provisor divinorum apud Portam Celi integram habeant conpositionem; omnes etiam offense et iniurie in personis et rebus hinc inde facte penitus sint sopite, quod sub pena predicta inviolabiliter precipimus observari. Item arbitrando ordinamus et pronuntiamus quod si aliqua partium predictarum contra premissa in toto vel in parte temere venire presumpserit, ipso facto penam centum marcarum incurrat et nobis et cuilibet nostrum in solidum tenebitur in eadem. Hec ordinamus, arbitramur et pronunciamus literis, privilegiis, ordinationibus inter partes predictas habitis et ordinatis, salvis et in suo robore duraturis. Siquid vero questionis sive dubii ex premissis emerserit, id nostre interpretacioni reservamus. In cuius arbitrii, ordinationis et pronunciationis testimonium sigilla nostra, qui sigilla habuimus, presentibus sunt appensa. Datum et pronunciatum Susati anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, dominica qua cantatur Misericordia Domini.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 41. An Pgtstr. die Siegel 1) des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1), 2) Johanns, Herrn zu Bilstein (ebenda Taf. 14, 1), 3) des Dechanten Gottfried von Soest (spitzoval, zwei stehende Heilige in gothischer Umrahmung, darunter im Kleeblattbogen der Siegler), 4) des Canonikers Minricus in Soest (ebenda Taf. 137, 13). Gedr. Seibertz UB. I 419.

2032.

Der Prokurator Dortmunds deponirt vor den Richtern im Patronatsstreit als zerstörliche Einreden, dass die Stadt von jeher als Inhaberin des Präsentationsrechtes präsentirt hat: die Rektoren des Stephans- und Johannis-Altars in Reinoldi und die Rektoren von Maria und Nicolai in Dortmund; er erbietet sich, den Beweis der Wahrheit anzutreten und bittet, den Dechanten von Mariengraden in die Kosten zu verurteilen. 1287 Mai 2 (crastino beatorum Philippi et Jacobi apostolorum).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 179 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 725.

2033.

Albert von Hörde bekundet den Hof Apelderbecke *(Aplerbeck) von der Aebtissin des Kl. Möllenbeck gekauft zu haben. 1287 Mai 3.*

Notum esse volo et literis presentibus protestor, quod ego Albertus de Hurde emi curtim de Apelderbecke in meram proprietatem cum suis attinentiis contra abbatissam et conventum de Molenbecke pro triginta et centum marcis denariorum legalium Tremoniensium et meis haeredibus, qui mihi succedunt; quam pecuniam sum daturus in festo Michaelis vel medio tempore. Quam praefatam pecuniam si non valeo dare conventui praedicto, emptionem protestor esse frivolam et inanem et tunc pensionem curtis praedictae conventui medio tempore recognosco. In cuius rei testimonium sigillo comitis Tremoniensis et meo procuravi roborandam. Datum anno MCC octuagesimo septimo, ipso die Inventionis sanctae Crucis.

Neuere Abschr. in Msc. VII 6813 fol. 47. Ferner im Directorium super bona in Molenb. *fol. 46 im St.-A. Marburg.*

2034.

Johannes, Bischof von Frascati, päpstlicher Legat, beauftragt die Dechanten des neuen und des alten Doms und den Offizial zu Münster mit der Untersuchung der Beschwerde Dortmunder Bürger gegen den Kölner Offizial wegen des Rektors der Reinoldikirche. Metz 1287 Mai 17.

Johannes, miseratione divina Tusculanus episcopus apostolice sedis legatus, discretis viris . . maioris et . . veteris ecclesie sancti Pauli ecclesiarum decanis, ac . . officiali Monasteriensi salutem in Domino. Sua

nobis Hermannus dictus Huvenere, Henricus eius gener, Henricus dictus Kage, Henricus dictus Gronemberg, Hildebrandus dictus Suderman et Conradus dictus de Herreke ac alii eorum in hac parte consortes de Tremonia laici et legitima uxor dicti Henrici generi eiusdem Hermanni Coloniensis diocesis petitione monstrarunt, quod Johanne dicto Pellegrini de Susato clerico eiusdem diocesis falso asserente, se rectorem ecclesie sancti Renoldi loci eiusdem et suggerente mendaciter . . officiali Coloniensi, quod iidem laici ac legitima ipsum eadem ecclesia, quibusdam terris, possessionibus et rebus aliis ad ecclesiam ipsam spectantibus spoliarunt, nec permittebant, eum ipsius ecclesie pacifica possessione gaudere, dictus officialis ex arrupto sine cause cognitione, quamquam sibi de hoc aliquatenus non constaret, prout nec constare poterat, cum id non esset notorium neque verum, laicos et legitimam predictos non ex delegatione apostolica moneri fecit, ut terras, possessiones et res predictas prefato Johanni infra triduum restituerent et eum permitterent, prefatam ecclesiam pacifice possidere, alioquin in eos extunc excommunicationis sententiam promulgabat et mandabat ipsos excommunicatos publice nuntiari. Ex parte vero predictorum laicorum et legitime fuit coram eodem officiali excipiendo propositum, quod cum de premissis, que non erant, eidem officiali aliquatenus non constaret, contra eos paratos stare iuri super hoc sine cause cognitione non poterat taliter processisse, propter quod ab eo humiliter petierunt, ut processum huiusmodi revocaret, et quia dictus officialis eosdem laicos et legitimam super hoc audire contra iusticiam denegavit, ipsi sentientes ob id indebite se gravari, ad nostram audientiam appellarunt, ideoque discretioni vestre de utriusque partis procuratorum assensu, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Metis XVI Kalendas Junii, apostolica sede per obitum felicis recordationis domini Honorii pape IV vacante.

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 726. Siegel des Bischofs mit Mutter Gottes zwischen gothischen Thürmen, darunter links der betende Bischof, rechts stehend ein Heiliger (Mönch), bezeichnet mit S. D. (s. Dominicus?), *in Nischen; Umschrift:* SIGILLUM IOHIS DEI GRATIA EPI ......, *Schreibervermerk auf dem Umbug rechts:* N. de Traiecto; rescripta gratis pro Petro de Fer[aria]. *Auf der Rückseite oben:* N. de Traiecto. *Am rechten Rande Spuren einer Verschlussversiegelung. Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II Nr. 322 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 180.*

2035.

Kl. Siegburg verschreibt der Edlen Iutta von Montjoie als Entschädigung für ehemals ihr vom Kloster verkaufte und von ihr wieder abgetretene Güter Renten aus dem Herzogthum Westfalen. 1287 Mai 21.

Universis presentes litteras inspecturis Adolphus Dei gratia abbas totusque conventus monasterii Sybergensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis dyocesis cognoscere veritatem. Noveritis, quod, cum nos pensata in hoc utilitate monasterii nostri predicti, accedente ad hoc consensu et auctoritate reverendi patris domini nostri domini Sifridi Coloniensis archiepiscopi vendiderimus nobili matrone domine Jutte relicte quondam nobilis viri domini Walrami de Monioye vidue ad dies vite sue tantum bona infrascripta videlicet Olme, Ůwenhem, Widenkirgen et Gerzene pro certa summa pecunie nobis ab eadem domina tradita, numerata et assignata et in utilitatem monasterii nostri conversa; dictaque domina eadem bona cum omnibus suis iuribus et pertinenciis pro annua pensione quinquaginta marcarum Coloniensium denariorum duodecim solidis pro marca qualibet conputandis, eidem quoad vixerit singulis annis certis terminis super hoc prefinitis a nobis persolvenda, sub certis convencionibus et penis super hoc adiectis

reconcesserit et locaverit, prefata domina ad instantes preces nostras considerata etiam in hoc magna necessitate monasterii nostri in presenti dicta bona cum universis suis iuribus et pertinenciis nobis supraportavit libere et absolute omni iuri, quod ipsi domine in bonis eisdem et pensionibus predictis conpetebat penitus ad manus et utilitatem nostram et monasterii nostri renunciando et effestucando sub convencionibus infrascriptis, videlicet quod ipsa domina in reconpensacionem, accedente ad hoc consensu et auctoritate domini nostri archiepiscopi predicti, habebit et percipiat, ad dies vite sue tamen et non ultra, bona, redditus et census nostros in Westfalia consistentes in locis infrascriptis: videlicet in Hovesteden[1]) dabuntur eidem duodecim marce quarum sex dabuntur in Palmis et sex in vigilia beati Jacobi apostoli, domina de Volmestene in festo beati Andree triginta solidos de curte in Gerdene[2]), Theodericus de Dortmundinchusen unam marcam de bonis in Nosthovin, Gobelo de Meschede viginti octo solidos de decima in Stochem, Godecho van der Evere quatuor marcas et quatuor solidos de decima in Holzhusin, Henricus de Silebeche quatuor solidos pro redempcione decime, . . domina de Eicholz quatuor solidos pro redempcione decime, de decima in Hetinchusen[3]) solventur viginti duo solidi, Menricus Budil decem solidos de decima in Hetinchusen, Walramus de Silebeche quatuor solidos pro redempcione decime, heredes Petri de Geseke unam marcam de decima in Withem, cives de Geseke quinque marcas in vigilia beati Jacobi apostoli pro redempcione decime, Rutgerus de Evinchusin triginta quatuor solidos de bonis suis, Rutgerus de Ewich sex solidos de bonis suis in Ewich[4]), de Edelenkirchen[5]) viginti sex solidi, de Louisberg undecim solidi. Quos census et redditus dicta domina Jutta in omni eo modo et iure quo nos et monasterium nostrum eos hucusque habuimus, tenuimus et possedimus extorquebit, reservatis nobis et successoribus nostris emergenciis et obvencionibus que vulgariter *hergewede* dicuntur et hospiciis de bonis antedictis. Item habebit et percipiet in reconpensacionem et solvemus eidem nobili domine, quamdiu vixerit et non ultra, viginti marcarum Coloniensium denariorum redditus annuos singulis annis infra festa beati Martini hyemalis et Andree subsequentis de bonis nostris apud villam Muffendorp ad quemcunque locum voluerit infra civitatem Coloniensem sub nostris periculis, laboribus et expensis, ita quod si infra dictos terminos dicta pensio viginti marcarum quolibet anno diebus vite ipsius nobilis domine ipsi non fuerit persoluta, elapsis dictis terminis solvemus et solvere tenebimur eidem nomine pene pro quolibet mense duas marcas Colonienses et, si per annum necglientes fuerimus in solucione dicte pensionis, extunc dicta domina, amici et consanguinei eiusdem poterunt absque offensa et contradictione nostra pignora nostra capere ubicunque, renunciantes dictis bonis, redditibus et censibus ad dies vite ipsius domine et non ultra et omni iuris auxilio quod nobis in premissis et contra premissa posset modo quolibet suffragari. In quorum omnium testimonium et fidem nos abbas et conventus sigilla nostra duximus presentibus appendenda; et nos Jutta predicta omnia et singula premissa, prout superius sunt expressa, vera esse profitentes et renunciantes similiter omni iuris beneficio, quod nobis in premissis et circa premissa posset modo quolibet suffragari, sigillum nostrum hiis litteris in testimonium duximus apponendum. Datum et actum feria quarta ante festum Pentecosten, anno Domini M°.CC°. octuagesimo septimo.

[1]) Hovestadt Kr. Soest. [2]) Gehren Kr. Arnsberg (?). [3]) Heddinghausen Kr. Lippstadt (?). [4]) Kr. Olpe. [5]) Edelkirchen Kr. Altena.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 195. An grünen geflochtenen Hanffäden die Siegel 1) des Abtes Adolf, 2) des Conventes von Siegburg, 3) der Edlen Jutta von Monjoie (rund, im Siegelfeld das Gotteslamm mit der Kreuzesfahne; Umschrift: S. Jutte de Monzoie). *Die Güter zu* Olme, *(Ollheim Kr. Rheinbach),* Ůwenheim *(Evenheim Kr. Euskirchen),* Wizenkirkin *(Wisskirchen Kr. Euskirchen) und* Gercene *(wohl Gartzheim Kr. Euskirchen) hat Abt Adolf und der Convent von Siegburg durch Urkunde von 1278 (1279)* (in natali sancte Agnetis = *Januar 21), die ebenfalls a. a. O. unter Nr. 195 aufbewahrt wird, an Jutta die Witwe des Edlen Walram von Montjoie verkauft, sie aber von ihr gegen einen Jahreszins von 50 Mark zurückempfangen.*

2036.

Der Mindener Canonicus Johann von Rüdenberg verzichtet gegenüber dem Propst von Soest und dem Kl. Paradies auf die Kirche in Schwefe. Minden 1287 Mai 24.

Honorabili viro et consanguineo suo domino Th(eoderico) preposito Susaciensi necnon religiosis sororibus monasterii de Paradiso Johannes de Rothenberge canonicus Mindensis quicquid dilectionis poterit et favoris. Ecclesiam in Sveve, quam a vobis tenui, in manus vestras resigno tenore presentium litterarum. In signum resignationis presentis sigilla honorabilium virorum . . decani et . . archidiaconi in Osen et . . prepositi sancti Martini in ecclesia Mindensi una cum sigillo meo presentibus procurans apponi. Et nos . . decanus, . . archidiaconus et . . prepositus supradicti rogati sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum Minde in vigilia Penthecosten, anno Domini M°.CC°.LXXXVII°.

Or. Kl. Paradies 40. Von den vier an Pgtstr. angehängt gewesenen Siegeln sind noch drei Bruchstücke erhalten, das letzte das des Johann v. Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 4). Reg. Westf. UB. VI Nr. 1362.

2037.

Ablassbrief für die Kirche in Hallenberg. Rom 1287 (vor April 3, dem Todestage des Papstes.

Universis Christi fidelibus, ad quos pervenerit hec scriptura Michael archiepiscopus Antibarensis[1]) Egidius Turciburensis[2]), Lomanus Trecensis[3]), Thomas Accrarum[4]) et Perronus Sarviensis[5]) Dei gracia episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes igitur, ut ecclesia sancti Nicholai et sancte Katerine in Hallenberk Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam causa devocionis accesserint et eam pia mente visitaverint et qui ad fabricam, ornamenta seu luminaria manus adiutrices porrexerint seu in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis eis penitenciis cum consensu diocesani misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptura sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Datum Rome, anno Domini M.CC°.LXXX°.VII°, pontificatus domini Honorii pape quarti anno secundo.

[1]) Antivari. [2]) Tortiboli. [3]) *Statt* Romanus Croensis, *vergl. Nr. 2002.* [4]) Acerra. [5]) *Statt* Larinensis, *vergl. Nr. 2002.*

Facsimileähnliche Abschr. des XVII. Jhs. im Stadtbuch von Hallenberg I S. 24. (Msc. VII 5909). Bemerkt ist, dass damals der Urkunde noch 4 Siegel angehangen hätten, während bereits 3 verloren gegangen seien. Einem der Siegel war das pergamenum confirmationis serenissimi *von 1287 Juni 2 (Nr. 2038) angehängt.*

2038.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt den Ablassbrief für die Kirche in Hallenberg (s. Nr. 2037) und fügt einen 40tägigen Ablass hinzu. 1287 Juni 2.

Siffridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos indulgenciis concessis ecclesie sancti Nycholai et sancte Katherine in Hallenberg, quibus presens nostra

littera est transfixa consensum nostrum adhibentes ad huiusmodi pios usus vere penitentibus et confessis quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus appendendum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX septimo, feria secunda post octavam Pentecostes.

Abschr. des XVII. Jhs. im Stadtbuch von Hallenberg I S. 25 (Msc. VII 5909).

2039.

Hermann von Hillen, Richter der Ministerialen in Recklinghausen, tauscht im Namen Erzbischof Siegfrieds von Köln mit dem Abt Otto von Werden Ministerialinnen aus. 1287 Juni 3.

Nos Hermannus miles de Hillen iudex ministerialium beati Petri ecclesie Coloniensis in iudicio Rikelinchusen notum facimus, quod de maturo consilio ministerialium ecclesie supradicte cum equipollenti concambio ex parte venerabilis domini nostri S(ifridi) archiepiscopi Coloniensis dedimus venerabili domino O(ttoni) abbati Werdinensi Alfradim uxorem Reneri de Westerholte, que fuerat libera ministerialis ecclesie Coloniensis in liberam ministerialem domino O(ttoni) abbati Werdinensi et ecclesie sue perpetue permanendam, recipientes ab eodem domino O(ttone) abbate Werdinense Sophiam matrem Reneri predicti de Westerholte in liberam ministerialem domino nostro S(ifrido) archiepiscopo Coloniensi et ecclesie sue Coloniensi perpetue permanendam. Et hoc nos tenore presentium sub munimine sigilli ministerialium ecclesie Coloniensis, quod presentibus est appensum declaramus. Huic concambio presentes erant: Hinricus de Ahusen, Gerhardus de Stenhus milites, Adam dictus Ruffus, Th. de Cortevic, Johannes et Godescalcus dicti de Ůre, Herebordus dictus Caput et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. septimo, feria tertia post octavam Pentecosten.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Werden Nr. 94. An Pgtstr. das Siegel der Ministerialen von Recklinghausen (Westf. Siegel Taf. 95, 5).

2040.

Graf Johann von Sayn borgt von dem Grafen Everhard von der Mark 600 Mark und verpfändet dafür sein Gericht in Lützinghausen und seine freien Leute in Gummersbach. 1287 Juni 18.

Datum per copiam. Universis presentes litteras visuris et auditūris nos Johannes comes Seynensis notum facimus, quod de consensu et voluntate dilectissime matris nostre domine Jutte comitisse et fratris nostri Engilberti a dilecto consanguineo nostro Everhardo comite de Marka et domina Irmingarde uxore sua comitissa recepimus mutuo sexcentas marcas Coloniensium denariorum legalium et bonorum, quorum quatuordecim solidi faciebant marcam argenti boni, quod pro eisdem coram moneta Coloniensi cambiri poterat illa vice. Nos vero pro tali pecunia sibi cavere volentes et suis heredibus iurisdictionem nostram apud Lucinchusen cum suis attinentiis et homines nostros, qui *vrien* appellantur apud Gummersprech qu . ito (?) pignori dedimus sub hac forma, quod nos vel heredes nostri dictam iurisdictionem et homines predictos a festo Kathedre beati Petri proximo nunc futuro post sex annos continue numerandos [pro eadem] summa pecunie eiusdem estimationis et valoris secundum quod nos recipimus ab eisdem redimere poterimus libere et quiete, infra dictos vero sex annos dictam iurisdictionem et homines redimere nos[1]) possumus, nisi de suo vel heredum suorum beneplacito et consensu; sed post dictos annos, quandocunque nobis congruerit, semper in festo Kathedre beati Petri et non alio tempore anni redimendi dictam iurisdictionem et homines predictos nos vel nostri heredes liberam habebimus facultatem. Insuper nos dilectorum domini Everhardi et Irmingardis predictorum liberalit[atem et gratiam que]rentes assensu consanguinitatis et dilectionis singularis intuitu omnes redditus et proventus, qui de iurisdictione et hominibus predictis medio tempore, quo eam dictum comitem vel [eius] heredes conti-

gerit possidere, provenerint, donamus et conferimus libere et gratanter. Et promittimus bona fide pro nobis et heredibus nostris, quod contra donationem nostram predictorum proventuum non [veni]emus (?) iure aliquo in futurum. Promittimus etiam, quod iurisdictionem predictam et homines non redimemus ad manus vel ad usus cuiuscunque alieni, sed solummodo ad manus nostras et heredum nostrorum et tenebitur idem . . comes de Marka homines nostros prefatos et dictam iurisdictionem nostram sub eo iure et servicio tenere et servare, quibus nos dictos homines et iurisdictionem [consuevimus] observare et dabunt homines predicti in Maio duodecim marcas et in autumpno duodecim marcas et pro vectura vini quantum hactenus solvere consueverunt. Et nos Everhardus et Irmingardis uxor nostra omnia et singula premissa vera esse recongnoscimus et promittimus ea bona fide pro nobis et heredibus nostris inviolabiliter observare, nec contra ea facere vel venire quoquo modo. In cuius rei testimonium et firmitatem nos Jutta et Johannes comes Seynensis pro nobis et nos Everhardus comes de Marka et Irmingardis comitissa predicti pro nobis et heredibus nostris sigilla nostra duximus presentibus apponenda et insuper rogavimus hinc inde venerabilem virum fratrem Hermannum episcopum quondam Sa[m]biensem necnon nobiles viros dominum Adolfum comitem de Monte, dominum Theodericum comitem Clevensem, dominum Ludewicum comitem de Arnesperch, dominum Ottonem comitem de Nassoia, dominum Theodericum dominum de Heymsberg, dominum Gerhardum comitem de Dietze, dominum Johannem dominum de Lewenberg, dominum Lodewicum dominum de Isenburg et dominum Everhardum fratrem eius milites, ut sigilla sua ducerent presentibus apponere in testimonium premissorum. Nos [1]vero Adolfus comes de Monte, Theodericus comes Clevensis, Ludewicus comes de Arnesberch, Otto comes de Nassoia, Gerhardus comes de Dietze, Hermannus episcopus, Theodericus dominus de Heymsberg, Johannes dominus de Lewenberch frater eius, Lodewicus de Isenburg et Everhardus frater eius predicti fatemur, quod ad peticionem domine Jutte et Johannis comitis Seynensis, domini Everhardi comitis de Marka et domine Irmingardis comitisse predictorum sigilla nostra duximus hiis litteris apponenda in testimonium omnium premissorum. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, feria quarta ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste.

[1]) *Offenbar verschrieben für* „non".

Copie aus der ersten Hälfte des XIV. Jhs. im St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark 56 a.

2041.

Die Wittwe Walburg Stenging vermacht zu einem Seelgedächtniss dem Kl. Soest-Walburgis 4 Morgen Land bei Hinerking (n. Soest am grünen Weg). Walburgiskloster 1287 Juli 2.

Notum sit universis Christi fidelibus presentia visuris, quod Walburgis vidua dicta Stenging legavit ecclesie sancte Walburgis virginis extra muros Susatienses IIIIor iugera iacentia aput villam dictam Henricking inme Grönen Wege, ut post mortem eius memoria et anniversarii eiusdem in dicto claustro a sororibus tamquam fratrum et sororum ordinis beati Augustini perpetuo peragatur. De predictis vero sic ordinavit, ut post mortem eius ecclesia sancte Walburgis singulis annis persolvat duabus filiabus sororis eius Lefwedis, Cristine et Grete, VI modios siliginis et Walburgi I modium quamdiu vixerint. Mortuis vero hiis puellis scilicet Cristina et Greta predicta iugera predicta ecclesia sancte Walburgis cum fructibus integraliter perpetuo possidebit, ita tamen, quod singulis annis Lamberto dicto van der Vust pro pensione VI denarios presentabit. Actum et datum aput predictum monasterium sancte Walburgis, cuius sigillo conventus scilicet presens scriptum est firmiter roboratum anno Domini M°.CC°.LXXX°.VII°. feria quarta post festum beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 33. An Pgtstr. das Conventssiegel von Walburgis (Westf. Siegel Taf. 111, 2). Von derselben Hand geschrieben wie Nr. 2030.

2042.

Der Domdechant, Dechant vom alten Dom und der Official von Münster an den Rektor der Kirche in Ergste und an Hermann Hovesche, Priester in Dortmund: gebieten den Kölner Official nach Münster auf den Juli 18 peremtorisch vorzuladen, damit er sich in Sachen des Patronatsstreites verantworte. 1287 Juli 3 (feria 5 post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum).

Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II Nr. 323 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 181 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 727 mit 3 Siegeln, 1) des Dekans vom alten Dom, 2) unkenntlicher Rest und 3) des Pfarrers Nikolaus von Ergste.

2043.

Graf Ludwig von Arnsberg zeigt dem Kl. Siegburg an, dass Rutger von Hüsten auf die Güter Stelehoven *bei Menden verzichtet hat. 1287 Juli 15.*

Venerabilibus viris et honestis . . domino abbati, priori totique conventui ecclesie de Siberg . . L(udewicus) comes de Arnesberg sinceram cum servicio salutem. Rutgerus de Hustene ministerialis noster in nostra presentia Arnesberg cum suis amicis constitutus bona Stelehoven apud Mendene syta, que idem Rutgerus de manu nostra tenuit, simpliciter et libere resignavit. Preterea dicit idem R(utgerus), quod prefata bona velit in manus nostras personaliter resignare, quam primum ad id obtulerit se facultas. Quod vobis in hiis scriptis sigilli nostri munimine[1]) signatis notum esse volumus et constare. Datum anno Domini M°.C°C°.LXX°X° septimo, in die Divisionis Apostolorum.

[1]) *Verbessert aus* „munime“ *des Or.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 143. Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1) an Pgtstr.

2044.

Giselbert, der Prokurator Dortmunds im Patronatsstreite, legt unter Transsumirung der Verhandlungen vor den Richtern Appellation an den Papst ein gegen das Verfahren der vom Kölner Erzbischof eingesetzten Richter. 1287 Juli 15 (idus Julii).

Gedr. Fahne, Freiherrn von Hövel, UB. II Nr. 7 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 182 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 777, Rotulus von 8 Pergamentblättern, die mit Seidenschnüren verbunden sind; an den Verbindungsstellen das Notariatszeichen des Gottfried Westfelinc, welches auch am Schluss der Urkunde wiederholt ist.

2045.

Der Edle Wilhelm von Ardey entlässt eine Ministerialin. 1287 Juli 21.

Universis ad quos presentes littere pervenerint Wilhelmus nobilis vir de Ardeya salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod ego Elyzabet filiam Hunoldi de Berdynck meam ministerialem a fide qua michi tenebatur absolvo per presentes, dans ei potestatem transferendi se ad aliud dominium, ubi videbitur sibi expedire. Datum in vigilia beate Marie Magdalene, anno Domini MCC^{mo} octuagesimo septimo.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 26 v u. 109 B Bl. 35. Gedr. Seibertz Quellen III S. 484.

2046.

Graf Conrad von Ritberg bestätigt den Verkauf zweier Erben in Bekesete *(Bexten) und* Gutingge *(Göttingen) seitens seines Vaters Friedrich an das Kl. Benninghausen (cf. oben Nr. 1765). Lippstadt 1287 Juli 31.*

Nos Conradus Dei gratia comes in Retberig una cum uxore nostra domina Methilde notum facimus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, publice protestando, quod nos venditionem dilecti quondam patris nostri domini Frederici[1]) duarum domorum in Bekesete et Gutingge, que Broke dicitur, sitarum cum universis earumdem attinenciis, quam cum consilio et consensu amicorum ac heredum suorum fecisse dinoscitur conventui in Benikinchusen ratam habemus de pleno consensu et libero prenominate domine Methildis uxoris nostre ac heredum nostrorum imperpetuum obtinendam. Ut autem huiusmodi ratificatio inconvulsa permaneat a posteris nostris, presentem paginam super eo confectam sigillo nostro ac sigillo dilecte uxoris nostre prefate voluimus communiri. Datum et actum Lippie in ecclesia maiori, II Kalendas Augusti, anno Domini M°.CC°. octogesimo septimo, presentibus: domino Conrado plebano in Benikinchusen; Hermanno Wambustickere et Alberto de Esbeke, magistris consulum, Johanne de Erpinge dapifero, Conrado de Herevelde, Wolberto, Helmerico de Cimiterio, Bernhardo Pundere, Herbordo de Coten; fratribus in Benikinchusen Herberto, Hermanno, Hynrico et Johanne.

[1]) *S. oben Nr. 1765.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 55. An weissen Hanffäden die Siegel der Gräfin Mathilde (Westf. Siegel Taf. 30, 1) und des Grafen Conrad (ebenda Taf. 29, 7 u. 8) mit Rücksiegel — Rückschrift des XVII. Jhs.: Brocmann *Kspl. Liesborn.*

2047.

Der Dechant von s. Georg, der Scholastikus von s. Aposteln und der Magister Gottfried von s. Georg in Köln, Richter im Patronatsstreite, an den Plebanus von s. Columba in Köln: er soll den Magister Giselbert, Prokurator Dortmunds, auf crast. Bartholomei *(Aug. 25) in der streitigen Sache in die Georgskirche vorladen. 12(8)7* [1]) *August 23* (in vigilia beati Bartholomei).

[1]) *Durch ein Versehen des Schreibers steht in der Urkunde „1207".*

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 183. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 729.

2048.

Die Söhne Ludolfs von Wittringen verkaufen dem Kl. Sterkrade das Eigen zweier Erben im Kirchspiel Kirchhellen. Recklinghausen 1287 September 3.

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod Hinricus et Arnoldus filii Ludolfi militis pie memorie dicti de Witterinc, Vrederunis legitima Hinrici predicti de Witterinc et omnes ipsorum heredes vendiderunt venerabili domine . . abbatisse et conventui ecclesie beate Marie in Starkerode proprietatem domorum sitarum in parrochia Kerichillen et omnium attinencium et utilitatum ipsarum, quarum unam Hermannus dictus Duvelesoge inhabitat et colit, que sita est Kerichillen et reliquam Johannes inhabitat et colit, que sita est Hagwort ibidem in parrochia pro libero predio supradicte ecclesie beate Marie in Starckerode Coloniensis dyocesis perpetue permanendas. Et easdem domus cum omnibus ipsarum attinenciis et utilitatibus idem Hinricus et Arnoldus fratres predicti et omnes ipsorum heredes animo benivolo absque ulla cohertione in figura iudicii Rikelinchusen W. scult(eto) dicto de Barghoven iudice ibidem existente et presidente iudicium resingnaverunt et effestucaverunt pro libero predio supradicte domine . . abbatisse et conventui ecclesie in Starckerode perpetue pro libero predio permanendas, promittentes insuper de ipsa venditione et resingnatione predicta plenam varan-

diam faciendam. Presentes erant scabini opidi Rikelinchusen in testimonium premissorum ad hoc vocati, quorum nomina hec sunt: Herebordus dictus Caput, Rotgerus in Lata Platea, Ludolfus de Alta Domo, Lambertus fermentarius, Leo et Lambertus dicti de Polshem, Hermannus Puer dictus, Jacobus de Cellario, Hinricus dictus Fermentarius, Gerhardus dictus Vrode, Johannes dictus Meygreve, Petrus in Ponte Lapideo et alii quam plures viri fidedigni. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera [exinde] conscripta sigillo civium est roborata. Actum et datum anno Domini (M°).CC°.LXXX°. septimo, feria quarta post festum beati Egidii.

Or. Kl. Sterkrade im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel ab; die Stelle, an der es gesessen hat, ist durch Mäusefrass beschädigt.

2049.

Johannes, Bischof von Frascati (Tusculum), *an den Domdechanten und den Dechanten von St. Maria und den Thesaurar von s. Peter in Utrecht: die Stadt Dortmund hat sich beschwert gefühlt, dass die ordnungsmässig bestellten Richter nach geschehener* litiscontestatio *die Stadt nicht zum Beweise ihrer Behauptungen zugelassen haben, er fordert die Adressaten auf, die Sache an sich zu nehmen und die Schuldigen in die Kosten zu verurtheilen.* Novum Castrum *(Burg a. d. Wupper) 1287 September 9* (V. Idus Septembris).

Gedr. Fahne, UB. von Dortmnnd II Nr. 325 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 184 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 730. Siegel ab. Rückschrift, Kanzleivermerk: Al.

2050.

Mandat des Officials der Kölner Curie wider den der Soester Propstei, der widerrechtlich Schuldklagen und Criminalfälle in Geseke, Rüthen, Werl und Warstein vor sein Forum zieht. 1287 September 15.

Datum per copiam. Officialis curie Coloniensis plebanis sancti Petri et Cyriaci in Geseke ac universis plebanis seu capellanis in diocesi Coloniensi constitutis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in Domino. Pervenit ad nos, quod officialis prepositure Susatensis falcem suam in alienam messem indebite mittendo indifferenter tam clericos quam laicos de opidis nostris Geseke, Rhuden, Werle et de Warsten pro quibuscunque causis pecuniariis et criminalibus coram se citet et citari procuret, quamquam extra ea, que sibi in synodo accusantur, nullam iurisdictionem habeat ordinariam vel etiam delegatam in predictorum hominum iniuriam et iurisdictionis domini Coloniensis archiepiscopi et curie sue Coloniensis enervationem non modicam et gravem. Quo circa de speciali mandato domini nostri Coloniensis archiepiscopi vobis universis ac singulis sub pena excommunicationis late sive in his scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus de cetero nulla mandata ipsius prepositi vel eius officialis recipiatis aut aliquando executioni demandetis preterquam in casibus apud ipsos in synodo accusatis, ut superius est expressum. Reddite literas sigillatas in signum executionis facte. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVII°, crastino Exaltacionis sancte Crucis.

Gedr. von F. J. G(ehrken) nach einer Copie des Matthias von Engers in dessen Manuscript zur Geschichte der Stadt Geseke Nr. 12 bei Tross, Westphalia 1826 S. 61 und danach Seibertz UB. I, 420.

2051.

Die Richter, der Rath und die Stadt Dortmund beauftragen den Wilhelm von Wiedenbrück und den Rektor der Reinoldischule, Heinrich, gegen das Erkenntniss des Dechanten und des Magisters Gottfried von s. Georg in Köln Appellation an den päpstlichen Stuhl einzulegen. Dortmund 1287 September 19 (XIII. Kal. Octobris).

Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II Nr. 327 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 185 nach dem Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 731, mit grossem defekten neueren Stadtsiegel und Rücksiegel.

2052.

Heinrich, Rektor der Reinoldisschule, Prokurator Dortmunds, erklärt vor dem Guardian der Minoritenbrüder in Dortmund, vor den Pfarrern von s. Marien und s. Nicolai, vor den Kaplänen der Heiligen Geist- und Martinskapelle, dass vor dem Dechanten und dem Magister Gottfried von s. Georg in Köln, Richtern im Patronatsstreit, der Magister Giselbert, Vertreter Dortmunds II idus Julii *(Juli 14) das Klagelibell des Dechanten von Mariagraden beantwortet habe,* „petito, quod ex parte dictorum opidanorum testes suos necessarios recipi et probationes super predictis articulis ac exceptiones admitti predictas et probationes super ipsis interloquendo pronunciastis, (sc. iudices) dictos articulos et exceptiones peremptorie esse admittendas et admisistis eosdem pronunciando inique, dictos articulos et exceptiones non esse probandos per testes, nec testes esse super ipsis aliquatenus recipiendos copiam probationum sic ipsis, cum dicti opidani in culpa non fuerint, contra iusticiam subtrahendo, item quia assignastis ipsis opidanis feriam quartam proximam post festum beate Margarete *(Juli 16)* ad probandum, primo procuratore dictorum opidanorum expresse contradicente, que dies cadit in tempus feriatum propter messes, quo tempore non est litigandum nec intendunt litigare, item, quia acta communia ipsius cause sigillare humiliter requisiti denegastis et denegatis, item quia eundem . . decanum sepius ad requisitionem procuratoris dictorum opidanorum non conpulistis nec conpellitis, positionibus dictorum opidanorum respondere congrue nec ad plenum, item, quia vos acta nostra, per que instruitur ipsa causa, apud vos dimissa ad faciendum copiam parti adverse non restituistis et restituere denegastis," *und darauf Appellation an den apostolischen Stuhl eingelegt habe, darauf habe sich der Magister Gottfried erboten, Abschrift von den Akten zu geben und dieselben zu untersiegeln,* „quod non staret ibi tamquam iudex, sed tamquam persona privata," *darauf habe Giselbert einen Dortmunder Kleriker, Nicolaus, als Prokurator vorgeführt, der sich bereit erklärt habe, nach Rom zu gehen wegen der Appellation.* „Actum in ecclesia Coloniensi, magistro Henrico de Hemesberg, Gerardo Westfalo, Johanne Ruffo, Hermanno consanguineo magistri Pauli, notariis curie Coloniensis, et aliis quam pluribus testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis." *Nach einiger Zeit habe der Magister Giselbert vor dem Dechanten von s. Georg in dessen Wohnung obige Appellationsschrift verlesen, worüber der Notar Gottfried Westfelinc einen notariellen Akt aufnahm. Trotzdem hätten die Richter* „Dei timore postposito et spretis canonicis institutis de facto, cum de iure non possent, diffinitivam, que ipso iure nulla est, sententiam protulerint, et ipsos . . iudicem . . consules . . et universitatem predictos in quinquaginta marcas condempnaverint in anime sue periculum, ecclesiastice discipline contemptum et scandalum plurimorum." *Hiergegen hätten Richter, Rath und Stadt sofort Appellation durch ihren Beauftragten Wilhelm von Wiedenbrück einlegen lassen zu Münster, 1287,* XII Kal. Octobris *(Sept. 20),* „presentibus infrascriptis Gerardo de Lon, magistro Lutberto, Burchardo, Johanni de [H]uvele, Wernero dicto de Huvele, Alberto dicto Kerkerinc, Gerardo de Angelemude,

canonicis ecclesie Monasteriensis, et aliis quam pluribus," etc. *Diese ganze Appellation wiederholt Heinrich, Prokurator Dortmunds, vor den Obengenannten.* „Actum et appellatum ipso die Mathei apostoli *(Sept. 21)* anno Domini ut supra, in choro ecclesie beati Reynoldi Tremoniensis, invocans super premissis testimonium astantium dominorum. Nos vero guardianus domus predicte, Gernandus sancte Marie, Hartwicus sancti Nicolai ecclesiarum plebani, Albero beati Martini, Gerardus sancti Benedicti capellani predicti, quia premissis interfuimus, die locoque predictis vidimus et audivimus, sigilla nostra presentibus apponenda duximus, vocati ad hoc specialiter et rogati. *1287 September 21.*

Reg. Rübel, Dortm. UB I Nr. 187. Gedr. Fahne, Freiherren von Hövel, UB. p. 13—15. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 737, von den 5 Siegeln nur 3 Siegelreste erhalten.

2053.

Der Notar Gottfried, genannt Westfelinc, bekundet notariell, dass Heinrich, Rektor der Reinoldischule in Dortmund, den Dechanten von Mariagraden auf der Treppe der Kirche, dem Mandat Nr. 2049 gemäss, nach Utrecht vorgeladen habe, worauf der Dechant gegen den Termin als in festliche Zeit fallend protestirt habe. **Köln** in gradu, ubi ascenditur ad ecclesiam beatae Marie *1287 October 7* (Non. Octobris).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 188 c. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 734.

2054.

Die Wittwe Everhards von Haltern verkauft dem Stift Stoppenberg eine Rente von 6 Schillingen aus ihrem Haus am Markte zu Recklinghausen. Recklinghausen 1287 October 10.

Notum sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod Gertrudis relicta Everhardi dicti de Halteren et Johannes eius filius senior vendiderunt de sano consilio amicorum et consensu omnium heredum ipsorum fratri Johanni dicto Beyger, Elisabet priorisse et toti conventui ecclesie beate Marie in Stopenberge singulis annis de area et domo ipsorum, quas inhabitant, sitas aput forum Rikelinchusen sex solidos legalium denariorum currentium in opido supradicto persolvendos videlicet in festo Pasce tres solidos et in crastino beatorum Gereonis et Victoris tres solidos iure pensionis annis singulis supradicte ecclesie persolvendos. Acta sunt hec et stabilita cum sententia coram iudicio Rikelinchusen, Johanne dicto de Holthove iudice ibidem existente et presidente iudicium, ubi dictus Johannes, Bernardus, Metheldis et Jutta una cum Gertrude matre ipsorum animo benivolo absque ulla cohertione predictos sex solidos annis singulis solvere iure hereditario supradicte ecclesie promiserunt et fratri Johanni predicto ibidem resignaverunt. Presentes erant scabini opidi Rikelinchusen in testimonium premissorum, quorum nomina hec sunt: Herebordus dictus Caput, Rotgerus in Lata Platea, Ludolfus de Alta Domo, Lambertus fermentarius, Leo et Lambertus dicti de Polshem, Hermannus Puer, Jacobus de Cellario, Gerhardus Vrode, Johannes, Hinricus olim fermentarius, Petrus in Ponte Lapideo. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta sigillo opidi Rikelinchusen est roborata. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX° septimo, in festo beati Victoris.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Stoppenberg Nr. 5. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Recklinghausen (Westf. Siegel Taf. 96, 6).

2055.

Lambertus, Prälat von Scheda, Wigandus, Prälat von Arnsberg u. a. Prämonstratenser nehmen den Gerhard von Glandorpe, Propst von Clarholz, und seine Nachfolger in die societas stabuli dicti „ad petram" in Premonstrato *auf. Prémontré 1287 October 11.*

Or. Rheda, Clarholz Nr. 492. Gedr. Osnabr. UB. IV 221.

2056.

a) Der Domdechant, der Dechant von s. Marien und der Thesaurar von s. Peter in Utrecht, zu Richtern in der Appellationssache von Johannes, Bischof zu Frascati, eingesetzt, unter Transsumierung von Nr. 2049, an den Rektor der Benedictskapelle und Magister Heinrich, Rektor der Reinoldischule in Dortmund: sie sollen bei Strafe der Exkommunikation den Dechanten von Mariengraden in Köln peremptorisch auf feria quarta post Luce evangeliste *(Oct. 22), oder wenn der Tag eine* dies feriata *sei,* ad proximam non feriatam *nach Utrecht vorladen. 1287 September 27* (sabbato ante Michaelis).

b) Transfigiert mit einem Siegel (der Rektor schreibend am Pult sitzend; S. Henrici clerici (?) de Tremonia) *ist: Heinrich, Rektor der Reinoldischule, an die die obigen: zeigt an, dass er den Befehl ausgeführt. 1287 October 11* (in crastino martirum Gereonis et Victoris).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 188. Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II p. 27, 28 Anm. im Auszuge. Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 732/3 mit (zusammen) 4 Siegeln.

2057.

a) Der Domdechant, der Dechant von s. Marien und der Thesaurar von s. Peter in Utrecht als vom apostolischen Legaten, Bischof Johann von Frascati, bestellte Appellationsrichter an den Rektor der Benedictskapelle und Magister Heinrich, Rektor der Reinoldischule in Dortmund, unter Transsumierung von Nr. 2049. sie sollen, bei Strafe der Exkommunikation, den Dechanten von s. Maria ad gradus *auf* feria sexta post octavas beati Martini hyemalis *(Nov. 21) oder wenn der Tag eine* dies feriata *sei,* ad proximam non feriatam *nach Utrecht vorladen. 1287 October 25 (*sabbato ante apostolorum Symon et Juda).

b) Transfigiert mit einem Siegel ist: Heinrich, Rektor der Reinoldischule, zeigt den Obigen die Vollstreckung des Mandats an. 1287 November 11 (ipso die beati Martini):

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 188 Anm. 2 nach dem Or. im Stdt.A. Dortmund Nr. 735/6 mit (zusammen) 4 Siegeln.

2058.

Der päpstliche Legat Bischof Johann von Frascati verleibt die Frauenklöster in Paradies, in Lahde und S. Gertrud in Köln dem Predigerorden ein. Clairvaux 1287 October 31.

Johannes miseratione divina Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, dilectis nobis in Christo priorissis et conventibus sororum de Paradiso et de Loden Coloniensis et Mindensis diocesis necnon sancte Gertrudis in Colonia sub cura et regimine fratrum ordinis Predicatorum in provincia Theutonie degentibus per magistrum ordinis seu capitula generalia secundum ordinis consuetudinem receptis salutem in Domino. Paterne devotionis benignitas prudentes virgines, que se parant accensis lampadibus obviam sponso ire, tanto propensiori debet studio prosequi caritatis, quanto maiori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dinoscuntur. Cum igitur, sicut pro parte nostra fuit propositum,

coram nobis vos incluse corpore castris claustralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes institutiones fratrum ordinis Predicatorum hactenus laudabiliter duxeritis observandas ac incorporari eidem ordini affectetis, nos pium vestrum propositum in Domino commendantes devotionis vestre precibus inclinati vos et monasteria vestra auctoritate presentium incorporamus ordini supradicto eadem auctoritate nichilominus statuentes, ut sub cura, regimine et magisterio . . prioris provincialis Theuthonie qui pro tempore fuerit decetero maneatis, illis gaudentes privilegiis, que ordini predicto a quocunque tam fratribus ipsis quam etiam sororibus aliis eiusdem ordinis concessa sunt vel in posterum concedentur, ipseque prior provincialis predictus contraria consuetudine ipsius ordinis non obstante animarum vestrarum sollicitudinem gerens et curam ac vobis constitutiones illas, que vobis conpetunt eiusdem ordinis, sine difficultate qualibet exhibeat in eisdem monasteriis per se vel per alios fratres sui ordinis, quos ad hoc viderit ydoneos, quotiens expedierit, officium visitationis impendat corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris, que correctionis seu reformationis officio noverit indigere. Nichilominus instituat et destituat, mutet et ordinet, prout saluti et utilitati vestre noverit expedire. Quod etiam de capellanis, conversis utriusque sexus ac familiaribus vestris intelligi volumus, similiter de hiis personis, que infra septa exterioris curie seu grangiis vestris morantur se et sua absque religionis offensa prefato ordini conferentes. Nam predictas personas pro membris vestris non inmerito computamus, ita ut. sicut vestris gaudebunt libertatibus et gratiis, ita etiam ad illos, qui vobis preficiuntur, pertineat correctio eorundem. Quod si de premissis aliqui rebelles extiterint, per regularem disciplinam et censuram ecclesiasticam per dictum priorem provincialem aut vice sua per alios infligendam remota appellatione frivola auctoritate presentium compescantur. Electio tamen priorisse libere pertineat ad conventum, quam magis per electos arbitros quam per discursum scrutinii propter inexperientiam feminarum fieri persuademus. Ceterum confessiones vestras per se vel per alios fratres sui ordinis audiat, absolvat ac iniungat penitentiam salutarem et ministret vobis ecclesiastica sacramenta. Et ne pro eo, quod in monasteriis vestris fratres dicti ordinis residere continue non tenentur, pro defectu sacerdotis possit periculum iminere, predictus prior provincialis ad confessiones in necessitatis articulo audiendas et ministranda sacramenta predicta vobis deputet aliquos discretos et providos capellanos. Ad hec liceat vobis redditus et possessiones recipere ac ea libere retinere non obstantibus contraria consuetudine seu statuto ipsius ordinis confirmatione qualibet roboratis, quorum amministrationi prefatus prior provincialis aliquos viros ydoneos preficiat ipsosque inde removeat et substituat alios, prout viderit expedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum incorporationum, constitutionum et concessionum infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud monasterium Clarevallis Lingonensis diocesis, II. Kalendas Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, apostolica sede vacante.

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 41. An geflochtenen rothbraunen Seidenfäden das Siegel des Ausstellers in rothem Wachs. Reg. Lippische Regesten II Nr. 513 nach einer vom Mindener Prädikantenprior Rembert beglaubigten gleichzeitigen (?) Abschrift im Stiftsarchiv Lemgo. Rückschrift: sorores de Paradiso, Lode et [ad] sanctam Gertrudim in Colonia.

2059.

Graf Everhard von der Mark belässt den Bürgern der Stadt Lüdenscheid beim Sterbfall Hergewede und Gerade. Lüdenscheid 1287 November 6.

Wir Everhart de greve van der Marck doin kondt allen den luyden de desen brieff sullen sien, dat wir haven gegeven alsogedain rechte, als uch dese brieff bescheiden sall, unsen buyrn die toe Luydenscheide bynnen der stat woenen ind die, de der rait ind buyr gemeinlich tho Luydenscheide

voir buir haldet ind bekennet, dat sy boirlich recht gelick demghoenen die dair bynnen woenen titlich doen. Wilch man stervet die eyn buir to Luydenscheide is, also hier versproeken is, syn hergeweide sall nemen syn neiste lyff, der sy vyff(!) ader man die bynnen der stat woene, ader wenn boirlich reck(!) bekenne, alsoe hier vorscreven steit, ind alle de gelicke sibb dem man sy, de dair stervet, dat sy man ader wyff, de sullen dat hergeweide gelich deylen; ind en ist numment der sibbe to der buer to Luydenscheide, als hir spraeken is, so sall idt unse syn. Wir haven ouch dat recht gegeven, wilch wyff storvet, die eyn buir to Luydenscheit ist, eir gerade sall nemen eir neiste lyff, dat sy man ader wyff, dem die rait ind die buir boirlich dinck bekennen, also hir verschreven steit, ind en is des dair nicht, so sullen de gerade unse syn. Ind orkonde deser dinge, so hebn wir desen brieff gegeven ind besiegelt mit unsen ingesiegel ind unses eligen wyffs Ermgarden, der greveinnen van der Marck. Dit geschach tot Luydenscheit, do waer vergangen van unsers hern Gotz geboirt M jair II C jair ind seven indtachtentich jair, des donrestachs vur sent Mertens dach.

Abschr. (Uebersetzung) der ersten Hälfte des XVI. Jhs. in Msc. VII 6011 fol. 147.

2060.

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt die Urkunde seines Vaters Gottfried vom Juli 1253 (s. o. Nr. 806). 1287 November 18.

Nos Ludewicus Dei gratia comes Arnesbergensis universis, ad quos presentes litere pervenerint, veritatis testimonium acceptare. Litteras domini ac patris nostri felicis recordacionis non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus sub hac forma: *folgt die Urk. Graf Gottfrieds von Arnsberg von 1253 Juli (s. o. Nr. 806).*

Ne igitur paternis actionibus, quod absit aut ordinationibus pie memorie supradicti patris ac domini nostri in bonum ordinatis et statutis, sicut in litteris suis superius declaratur, contradicere aut aliqualiter contravenire videamur, quod siquidem honori nostro contrarium et minus laudabile nobis esse videretur et honestum, ordinationem ipsius in hoc facto et negotio ordinatam et statutam et in litteris suis promulgatam presentibus approbamus, ratificamus et ratam esse cupimus volentes, ut conventus monialium sancte Walburgis supradictus in possessione predictorum bonorum pertinentium ad villicacionem curtis in Osendinchusen quiete permaneat et ex ipsis bonis, ex quibus dudum longe retroactis temporibus quinque maltios annone annuatim recipere consuevit, deinceps recipiat iuxta formas et condiciones ipsis a sepedicto patre et domino nostro de huiusmodi facto et ordinatione traditas et indultas, secundum quod in litteris suis superius plenius exprimitur et evidentius enarratur. In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° septimo, in octava beati Martini hyemalis.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 18. Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1) an Pgtstr. Gedr. Seibertz UB. I 421.

2061.

Die von Johannes, Bischof von Frascati, eingesetzten Appellationsrichter erklären, dass vor ihnen im Termin erschienen sei die Partei des Dechanten von Mariagraden und die Zuständigkeit des Appellationsgerichtes, des Dechanten von s. Mariae und des Thesaurars von s. Petri in Utrecht bestritten habe, „pro eo, quod dominus Johannes predictus, a quo dic(untu)r dicte littere emanasse, nec tempore impetrationis earundem, si que sunt, nec tempore presentationis ipsarum, si qua vobis facta fuit, nec tempore citationis emisse contra ipsum . . decanum, nec eo tempore, quo ipsa citatio ad dictum . . decanum pervenit, nec aliquo predictorum

temporum medio ante vel post fuit nec adhuc est infra terminos provincie, si qua sibi decreta fuit vel est, nec fungebatur officio legationis temporibus antedictis," *und erbietet sich, den Beweis der Wahrheit anzutreten, worauf die Richter ihm* die feria quarta ante Thome *(Dec. 17) als Termin setzen.*

Transfigiert durch 3 Siegel ist eine Erklärung der Stadt Dortmund, worin die Gründe für die Appellation — Nichtzulassung zum Zeugenbeweis — kurz wiederholt werden und die Richter aufgefordert werden, alles, was seit der Einlegung der Appellation geschehen sei, zu kassiren.

Beide 1287 November 22 (sabbato post octavas beati Martini hyemalis).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 189. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 739/40.

2062.

Der Dechant von Mariengraden an die Utrechter Richter im Dortmunder Patronatssreit: zeigt an, dass er den Magister Walter von s. Martin und den Notar Walter für den auf feria quarta proxima ante festum beati Thome apostoli *angesetzten Termin zu seinen Prokuratoren ernannt habe. 1287 December 7* (in crastino beati Nicolai ep.).

Regest Rübel, Dortm. UB. I 190 nach der unter dem Datum 1287 feria quarta ante festum beati Thome apostoli *(Dec. 17) ausgestellten Copie im Stdt.-A. Dortmund Nr. 741 mit den Siegeln der Utrechter Richter, davon 2 beschädigt, 1 abgefallen.*

2063.

Der Vertreter des Dechanten von Mariagraden wiederholt vor den Utrechter Appellationsrichtern den Protest gegen die Zuständigkeit des Gerichts aus den Gründen wie Nr. 2061 und „cum secundum iura regulariter gradatim ad superiorem immediatum sit appellandum excepto papa, cuius est privilegium singulare, ut ad ipsum omissis mediis nisi in casu unico secundum canones appelletur; item in dictis litteris non exprimuntur res clausula speciali seu generali, de quibus agebatur et fiebat mentio in libellis conventionis et reconventionis oblatis a partibus," *auch fehlten die Namen des Richters, des Klägers und des Beklagten, sowie eine ausführliche Bezeichnung der Klagesache.*

Transfigiert durch 3 Siegel ist eine Erklärung der Appellationsrichter, wonach der Dechant am December 17 obige Erklärung hat abgeben lassen und sie demselben feria sexta post Agnetis virginis *(Jan. 23) zum Vorbringen seiner zerstörlichen Einreden gesetzt haben, wobei der Vertreter Dortmunds seine Erwiderung sich vorbehalten hat.* Actum per Ghiselbertum de Oirtwich (?) clericum et magistrum Walterum de Colonia, procuratorem partium predictarum. *1287 December 18* (feria quinta ante Thome apostoli continuata a feria quarta proxima precedente).

Gedr. im Auszug Fahne, UB. von Dortmund II p. 28 Anm. Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 191. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 742 mit 2 Siegeln.

2064.

Kapitelsstatut von S. Patroclus in Soest wegen der Einkünfte des Scholasters, der Bestellung des Schulrektors etc. 1287 December 20.

Nos Godefridus Dei gratia decanus et capitulum ecclesie Sůsaciensis tenore presencium declaramus et in hoc omnium nostrum residet consensus, ne lapsu temporis in dubium revocetur, quod . . scolasticus, qui pro tempore in ecclesia nostra fuerit, ex officii sui debito equum competentem continue

habere tenebitur ad omnes causas capituli nostri, que tractantur in iudiciis prosequendis, quas eciam causas ipse scolasticus per se, si necesse fuerit, sive per alium de consensu capituli expensis nostris fideliter prosequetur. Sane ad honorem ecclesie nostre et scolastrie volumus, ut redditus scolastici, qui de proventibus scole temporibus Rutcheri bone memorie quondam scolastici quinque marce fuerunt, tribus marcis perpetuo amplientur salvis ipsi scolastico iuribus et redditibus aliis sibi debitis ex antiquo. Preterea scolasticus de consilio . . decani et seniorum de capitulo rectorem ydoneum scole preficiat propter studium. Rector vero socium ydoneum assumat, cui dabit annuatim sex marcas; tres marcas dabit succentori, qui cum scolaribus chorum frequentet et scolas chorales corrigat, organorum curam gerat et ea conservet studiose. Insuper dictus rector dabit notario capituli annis singulis unam marcam; instituendi vero et destituendi rectorem scole et succentorem ac augendi vel minuendi sallarium eorundem, prout proventus scole sufficiunt et ecclesie nostre ad disciplinam chori et regimen scolarum expedire videbitur, . . decano, scolastico et senioribus capituli nostri potestate in omnibus reservata. In cuius rei testimonium sigillum ecclesie nostre presentibus est appensum. Datum et actum in vigilia beati Thome apostoli anno Domini M°.CC°. octuagesimo septimo.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VII 6102 fol. 71.

2065.

Dietrich von der Mark gen. Volenspet verkauft dem Kl. Benninghausen seine Ländereien in Lon *(Lohne). 1287 December 20.*

Dominus Theodericus miles de Marcha dictus Volenspit universis has litteras visuris salutem. Ne ea, que geruntur in tempore, labantur simul cum tempore mobili, solent litteris et testibus confirmari. Nos igitur Th(eodericus) predictus tenore presencium notum esse volumus et protestamur publice, quod cum consensu uxoris nostre et filii nostri Pulcii militis necnon et heredum nostrorum agros sitos in Lon cum universis attinenciis eorum liberos et absolutos[1]) penitus ab omni pensione pro IX marcis usualis monete vendidimus et resignavimus pleno iure conventui de Beninckinhusen. Ut autem hec nostra venditio a posteris nostris permaneat inconvulsa, presentem paginam super eo confectam roboravimus sigillo nostro. Presentes fuerunt: . . dominus Henricus sacerdos dictus Vole, Herebertus conversus de Beninckinhusen, Hermannus Hoyberg, Johannes dictus in Manso. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVII°, in vigilia beati Thome apostoli.

[1]) *Or.* „absosulos".

Or. Kl. Benninghausen Nr. 56. An weissen Hanffäden das Siegel des Ausstellers. Rückschrift: (spätere Hand) Lohne Kr. Soest.

2066.

Ablassbrief verschiedener Erzbischöfe und Bischöfe für das Minoritenkloster in Soest. Rom 1287 vor April 3.

Michael archiepiscopus Antibarensis[1]), Egidius Turtiburensis[2]), Gregorius Arbensis[3]), Romanus Croensis[4]), Thomas Acerrarum[5]) et Perronus Larinensis[6]) Dei gratia episcopi cupientes, ut ecclesia fratrum Minorum nondum de toto constructa in Suzato — congruis honoribus frequentetur — singulas dierum quadragenas relaxamus. Datum Rome anno Domino (!) M°.CC°.LXXX°.VII°, pontificatus domini Honorii pape quarti anno secundo.

[1]) Antivari. [2]) Tortiboli. [3]) Rab. [4]) Croja. [5]) Acerra. [6]) Larino.

Or. Minoriten u. Dominikaner in Soest Nr. 17. An rothgelben Seidenfäden ziemlich wohlerhalten 6 Siegel in rothem Wachs.

2067.

Decan und Kapitel von Soest bezeugen die Schenkung eines Salzhauses in Sassendorf an das Kl. Bredelar durch den Soester Bürger Hindricus dictus de Gesecke. *1287.*

Cum Dei gratia decanus et capitulum Sosaciense universis has litteras inspecturis praesentibus duximus intimandum, quod Hindricus dictus de Gesecke, oppidanus Susatiensis in nostra praesentia constitutus recognovit, se possessionem cuiusdam domus salinariae in Sassendorp, quam propria pecunia comparavit, cum consensu Alheydis uxoris suae et haeredum suorum devote contulisse monasterio in Bredelare, ordinis Cisterciensis perpetuo possidendam, prout in litteris inde confectis et iidem monasterio datis plenius continetur. Cuius tam piam donationem et devotionem pro sua et suorum memoria in dicto monasterio habenda factam in Domino commendantes, rogati a partibus hinc inde sigillum ecclesiae nostre ad causas in testimonium praesentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCC octuagesimo septimo.

Späte Copie Kl. Bredelar Nr. 125 a. Gedr. Westf. UB. IV 1966.

2068.

Stephanus von Valkenberg tritt dem Kl. Bredelar für 4 Mark und 6 Ellen Zeug die von ihm geltend gemachten Rechte an einem Hof in Eisbike *ab, den das Kloster von Gerlach Dickebeir erworben hat. 1287.*

Universis has litteras inspecturis vel audituris ego Stephanus miles dictus de Valkenberg duxi intimandum et recognosco puplice protestando, quod causa, quam ego et Stephanus dictus de Scardenberg, abbati et conventui monasterii in Breidelare movimus super proprietate et quasi iure pheodali ad nos pertinente curtis in Eisbike, quam dicti abbas et conventus a Gerlaco dicto Dickebeir et suis heredibus precio compararunt, mediantibus viris honestis videlicet Ecberto dicto Speculum, Corvo seniore et iuniori fratribus militibus de Papenheim, amicabiliter est sopita, ita, quod ego et Stephanus prenominatus et filii mei Stephanus et Hermannus omni actioni et omni controversie, quam habere videbamur, penitus renuntiavimus nec ultra predictis viris religiosis ullam inferre molestiam promisimus bona fide et ad profectum et utilitatem ipsorum parati inveniri volumus favorabili voluntate. Abbas vero prefati monasterii quatuor marcas et sex ulnas panni ex gratia nobis contulit ad stabilitatem dicte compositionis et memorabile monimentum. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum ego Stephanus sigillo meo munivi insuper predictorum militum sigillorum munimine rogavi in testimonium communiri. Datum anno Domini M°CC°LXXX° septimo.

Or. Kl. Bredelar Nr. 125. Gedr. Westf. UB. IV 1969. Schildförmiges Siegel des Ausstellers mit dem Malsburger Wappen.

2069.

Der Rektor Arnold der Nicolaischule zu Dortmund sagt noch auf dem Totenbette aus, dass das Patronatsrecht über sämtliche Dortmunder Kirchen der Stadt gehört und dass alle anders lautenden, angeblich von ihm herrührenden Aussagen falsch seien. (1283—1287.)

Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II Nr. 328 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 286 nach dem Conzept a. Perg. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 777.

Die Urkunde gehört nach 1283 Juli 10, als die in der Urkunde genannten Richter die Verhandlungen aufnahmen und vor 1287 September 20, als Dortmund gegen die genannten Richter appellirt, sie also nicht mehr anerkennt.

2070.

Der Dechant von Mariengraden an die Appellationsrichter im Dortmunder Patronatsstreit, den Domdechanten, den Dechanten von s. Mariae und den Thesaurar von s. Petri in Utrecht: Zeigt an, dass er den Magister Wolterus von s. Martin in Utrecht und den Wolterus, Kölner Kleriker, zu seinen Prokuratoren auf Januar 23 ernannt habe.
1287 (1288) Januar 14 (crastino octavarum Epiphanie).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I 194 nach der durch zwei Siegel beglaubigten Kopie im Stdt.-A. Dortmund Nr. 743.

2071.

Der Dechant von s. Mariae in Utrecht an seine Mitrichter im Dortmunder Patronatsstreit, den Domdechanten und den Thesaurar von s. Petri in Utrecht: er ist durch Krankheit verhindert, im Termine zu erscheinen und bittet, ohne ihn vorzugehen.
1287 (1288) Januar 22 (in crastino Agnetis).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I 196. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 744 mit Siegel.

2072.

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt dem Leprosenhaus bei Soest die diesem von seinem Vater ertheilte Erlaubniss in seinem Walde Brennholz zu sammeln. Soest 1287 (1288) Januar 25.

Universis, quibus littera presens exhibita fuerit, constare cupio tenore presencium protestando ego Lodewicus comes de Arnesberg, quod leprosis prope Sosatum degentibus eandem quam a patre nostro pie memorie gratiam acceperant ratam habendo benivole confirmavi, videlicet ut ligna ad comburendum in nemore michi colligant pertinente. Ut autem tale beneficium stabile ipsis permaneat et inconcussum, presentem paginam sigilli mei appensione duxi roborandam. Datum et actum in Sosato anno Domini M°.CC°.LXXX°.VII in Conversione beati Pauli apostoli.

Or. Stdt.-A. Soest, Leprosenhaus zur Marbecke. An Pgtstr. noch ein kleiner Rest des Siegels des Grafen (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Erwähnt v. Vogler in Zeitschrift des Vereins für die Geschichte von Soest, 1883, S. 62

2073.

Heinrich von Kukelsheim, Priester und Kanoniker in Rellinghausen bekundet die Uebertragung eines Erbes in Dorstfeld an Ludger Crispus (Kruse) unter genauer Feststellung der an den Priester in Rellinghausen zu entrichtenden Abgaben. 1287 (1288) Januar 27.

Ne ea que fiunt in tempore labantur cum tempore, cautum est, rem gestam litterarum amminiculo communire. Proinde nos Heynricus de Kukelsheym sacerdos canonicus in Rellinchusen notum facimus universis et tenore presencium protestamur, quod domum sitam in Durstvelde solventem in dotem nostram Rellinchusen annuam pe[n]sionem, quam Hermannus miles de Vitinchoven et Heynricus frater suus de nostro consensu vendiderunt Reynoldo de Saley, Odelheydi uxori sue ac Johanni filio predictorum, nos dictam domum cum attinenciis, agris, pratis, pascuis, lignis, terris cultis et incultis tam in cespitibus quam in frondibus ad resignacionem dicte domus a prefata Odelheydi, Johanne de Boecheym marito et Johanne filio Odelheydis predicte factam contulimus et porreximus Hermanno Felici, Jutte uxori sue eorumque heredibus natis et innatis salva nobis et successoribus debita pensione titulo pensionali perpetuo, ita sane, quod possessor dictorum bonorum de illis singulis annis in die beati Kiliani sex solidos Coloniensium denariorum persolvat et in vigilia beati Lamberti quatuordecim mensuras avene et tres mensuras siliginis et duo hospicia: unum in hyeme et aliud in estate nobis et

successoribus nostris singulis annis sub hac forma, quod cum ipse de dicto hospicio cum duobus equis et uno cursore fuerit requisitus, erit in opcione possessoris dictorum bonorum, utrum nos recipiat vel hospicium redimat cum decem et octo denariis nobis datis. Si eciam quocumque casu ab ipso non fuerit requisitum et nuntius ad eum missus fuerit pro redemptione hospicii prenotata, ipse decem et octo denarios transmittat et sic a dicto hospicio est exemptus. Sub forma autem predicta idem Hermannus Felix predictus, Jutta uxor eius et Helewigis filia eorum dictam domum Ludegero Crispo, Bertrammo fratri suo et uxori eius Ludegri et eorum heredibus natis et innatis vendiderunt et nos ad resignationem dicte domus nobis a prefato Hermanno, Jutta uxore sua ac Helewige filia eorum factam contulimus et porreximus dictis emptoribus eorumque heredibus natis et innatis salva nobis et successoribus nostris debita pensione supradicta titulo pensionali perpetuo possidendam domum antedictam. Actum in domo consulum, ubi lanei panni venduntur, anno Domini millesimo CC°LXXX septimo, feria tercia post Conversionem beati Pauli coram Ottone de Hammone tunc temporis judice Tremoniensi, requisita relata sentencia, quod eque validum esset acsi coram tribunali actum fuisset. Presentes erant Bernhardus de Brakel, Conradus de Herdike, Bertramus de Holtekaten, Johannes Suderman, Bertramus Suderman, Arnoldus Sinkinc, Bertramus de Puteo, et alii quam plures. Presens eciam fuit Johannes de Medeman judex tunc temporis in Durstvelde cavendo per sententiam, quod eque validum esset acsi in Durstvelde coram sede judicii actum fuisset: presentibus Bertramo Sanctoviro, Volquino de Huls, Heynrico dicto Schere, Arnoldo de Manso, Godefrido Tuleman, qui *kornoten* vulgariter appellantur. Ut autem hujusmodi factum nostrum robur habeat et a quoquam infringi vel mutari non valeat, dictis Ludegero et Bertramo [fratri suo et][1]) uxori sue Ludegeri eorumque heredibus universis presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Rogavimus insuper honorabiles viros Johannem Theolonarium, Johannem de Wickede, Hildebrandum Suderman, Ertmarum de Kracwe, Bernhardum Calvum, Conradum Pedis, Heynricum Album, Theodericum Nigrum, Almum[2]) de Sinkinc, Johannem sub Salicibus, Wynandum de domo Lapidea, Ludegerum Crispum, Albertum de Puteo, Lambertum de Costveldia, Heynricum de Hagen, Johannem de Suzato, Johannem de Mendene, Heynricum de Tremonia tunc temporis consules Tremonienses et optinuimus, ut una nobiscum presentem litteram sigillo burgensium Tremoniensium communirent.

[1]) [ ] *fehlt.* [2]) *Statt* „Alvinum".

Notariell beglaubigtes Transsumt in der Urkunde des Dechanten Wenemar Steynbicker und der übrigen Essener Kanoniker über das ihnen aus einem Legate angefallene Erbe Rynbekeshove *in Dorstfeld von 1416 März 5. Stdt.-A. Dortmund, Archiv Petri-Nicolai Nr. 23.*

2074.

Hermann gen. Spiegel zum Desenberg und Rabe der Ältere von Pappenheim bezeugen den Verzicht Gerlach Dickebeirs auf einen Hof in Esbicke *sowie von Elger Dickebeir dem Kloster Bredelar aufgetragene Hufen in* Dodinghausen. *1288 Februar 12.*

Nos Hermannus dictus Spegel de Dezenberg et Raveno senior de Papenheim, milites, universis hoc scriptum visuris testimonium perhibere et credere veritati. Res geste scriptis utiliter annotantur, ut per scripta memorie commendentur. Ad notitiam igitur omnium quibus hoc[1]) scriptum ostensum fuerit, volumus pervenire, quod Gerlacus cognomento Dickebeir actioni sive questioni, quam movit et movere intendebat abbati et conventui monasterii in Breidelare super curte sita in Esbike, quam emptionis titulo possident et aliquamdiu possederunt, de qua etiam preposito, decano et capitulo ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne persolvere consueverunt annuam pensionem, renuntiavit spontanea voluntate. Insuper controversia, quam dictus Gerlacus contra memoratum conventum habebat pro duobus mansis in Dodinchusen cum sibi assignatis pertinenciis, quas Elgerus Dickebeir suus con-

sanguineus prefato contulerat monasterio per compositionem amicabilem est sopita, ita ut sepedictus G(erlacus) omni iuri, quod in eisdem mansis se habere asseruit, duabus marcis acceptatis et solutis renuntiavit penitus in nostra presentia constitutus, spondens nullam molestiam super predictis dicto conventui per consequens se facturum. Super quo nos presentem paginam, ne succedat oblivio, precibus utriusque partis sigillorum nostrorum munimine in testimonium roboramus. Testes, cum hec compositio fieret, astiterunt: Hermannus de Brachele, Ludolfus de Dalwich, Raveno et Conradus de Papenheim, Gerhardus Sculthetus, Alexander de Eiskeberg et Giso de Brobike, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXX° octavo, quinta [2]) feria post dominicam Esto michi.

[1]) *Doppelt geschrieben.* [2]) *Der Rest des Datums in grösserer Schrift nachgetragen.*

Or. Kl. Bredelar Nr. 116. Gedr. Westf. UB. IV 1979. Vom Siegel des Hermann Spiegel Bruchstücke, wie Westf. Siegel Taf. 249, 2. . . . VLI . HE . . .

2075.

Der Dechant von Mariagraden an die drei Utrechter Appellationsrichter: er hat zum Termine am Freitag ante ramos Palmarum *(März 19) den Kölner Magister Walter zu seinem Prokurator ernannt. 1287 (1288) März 13* (sabbato ante dominicam Judica).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 197. Von den drei Appellationsrichtern ausgestellte Kopie im Stdt.-A. Dortmund Nr. 745 mit den Siegeln der Aussteller.

2076.

Der Dechant von s. Georg in Köln und der Magister Gottfried, Kanonikus ebendaselbst, mit dem Scholastikus von s. Aposteln zu Richtern im Patronatsstreite eingesetzt, an die Pfarrer der Kirchen zu Mengede, zu s. Mariae und s. Nikolai in Dortmund: sie fordern bei Strafe der Exkommunikation auf, dass sie den Richtern, Ratsherren und Schöffen, welche die 50 Mark Prozesskosten, zu denen sie rechtskräftig verurteilt sind, trotz Exekutionsbriefen nicht an den Dechanten von Mariagraden bezahlt haben, die Exkommunikation verkündigen und zugleich androhen, dass, wenn binnen 7 Tagen keine Sinnesänderung erfolgt, das Interdikt über die Dortmunder Kirchen, Kapellen und Altäre verhängt wird. 1288 nach März 21 (post . . . . . ramos Palmarum).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 198. Unter dem 2. April 1288 (feria sexta post Pascha) *ausgestellte unten stark beschädigte Kopie im Stdt.-A. Dortmund Nr. 746.*

2077.

Erzbischof Siegfried von Köln bestellt unter der Bedingung, dass Graf Ludwig von Arnsberg dem Grafen Everhard von der Mark in seiner Fehde mit dem Erzbischof keine Unterstützung leistet, wegen des strittigen Gogerichts Wickede 4 Schiedsrichter, deren Spruch er sich fügen will und verspricht, sich dafür zu verwenden, dass einem Sohn und Bruder des Grafen eine Präbende in Kölner Kirchen zu Teil wird. 1288 März 30.

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod cum nobilis vir L(udewicus) comes de Arnesberg fidelis et amicus noster nobis super judicio Wicke, quod vulgariter *gogerichte* de Wicke dicitur, quod ad nos et ecclesiam nostram pleno jure dicebamus et dicimus pertinere, exorta guerra inter nos et nobilem virum E(verhardum) comitem de Marka movisset et moveret questionem, de communi voluntate et consensu utriusque nostrum hinc inde assumpsimus dilectos in Christo W(icboldum) scolasticum et Johannem de Rennenberg electum in choriepiscopum ecclesie Coloniensis, nobilem virum Johannem

dominum de Bilstene marscalcum nostrum Westfalie ac Hunoldum de Plettenbracht fideles nostros, in quos pure et simpliciter super dicto judicio compromisimus et compromittimus, promittentes bona fide, quod quicquid predicti quatuor inter nos et dictum . . comitem super judicio predicto pronunciaverint, statuerint et ordinaverint in amicitia vel in jure, tenebimur inviolabiliter facere et observare. Et quia idem nobilis fidelis ecclesie Coloniensis fratribus et liberis studio clericali deditis oneratus existit, cupientes eundem nobilem eiusdem precibus studiose ab huiusmodi onere relevare, promittimus, quod pro uno de liberis suis in ecclesia maiori et pro fratre suo in ecclesia sancti Gereonis civitatis Coloniensis preces nostras favorabiliter dirigemus, quamprimum ad hoc optulerit se facultas, nec ab huiusmodi precibus desistemus, quousque debitum sortiantur effectum. Et quia idem comes propter favorem et gratiam, quam sibi facimus et ostendimus in premissis, ab omni servitio . . comitis de Marka et aliorum inimicorum nostrorum et ecclesie Coloniensis, in quantum contra nos et ecclesiam nostram Coloniensem huiusmodi servitium se extendit vel extendere poterit, promisit fideliter et constanter abstinere, nec aliquid contra nos et ecclesiam Coloniensem durante guerra predicta attemptare, promisimus et promittimus eidem . . comiti viceversa, quod si propter hoc idem . . comes de Arnesberg indignationem seu inimicicias . . comitis de Marka et aliorum inimicorum nostorum incurrerit et ipsum invaserint, nos eidem . . comiti fideliter assistemus et ipsum juvabimus contra ipsos. Idem etiam . . comes nobis assistet viceversa. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. octavo, feria tercia post festum diem Pasche.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln, Domstift 488. An Pgtst. Siegel des Erzbischofs, stark beschädigt. Abb. s. Rheinische Siegel I Taf. 19, 5. Gedr. Wigands Archiv VII, 150 u. Seibertz UB. I Nr. 424.

2078.

Albert von Erwitte verkauft dem Kl. Benninghausen Ländereien in Schoneberg (Kr. Soest). Soest 1288 April 7.

In nomine Domini[1]), amen. Albertus de Ervethe omnibus has litteras inspecturis veritatis testimonium acceptare. Quia ea, que geruntur in tempore, labuntur simul cum tempore, solent facta hominum in scriptis redigi, ut sic ad memoriam revocentur. Igitur ego Albertus prenominatus tenore presencium protestor et significo, quod ego constitutus coram amicis meis et cognatis libera voluntate cum consensu dilecte uxoris mee Margarethe et puerorum meorum ac heredum meorum seu eciam amicorum meorum vendidi rite ac rationabiliter libere et absolute ac pro vero proprio agros dictos Welepeslant, aream quandam case ipsos attinentem [2]) sitam in Sconeberg et cum universis aliis attinenciis pro octo marcis Susaciensis monete et resignavi ore et manu conventui in Benigkinhusen et recessi ab omni jure, quod habui in eisdem. Ne autem postmodum a posteris meis de tam rationabili emptione et venditione aliqua oriatur calumpnia, presentem paginam super eo confectam mei sigilli munimine roboravi. Huius rei testes sunt viri subscripti: Godescalcus frater ipsius Alberti de Ervethe, Theodericus dictus Capellis civis Susaciensis, Bodo dictus Gute, Wernherus dictus Theolenarius, Menricus apothecarius, Johannes de Allen, Albertus dictus Stevernenberg et alii quam plures cives probi Susacienses, frater Ludolphus et frater Herebertus conversi de Benigkinhusen. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX.VIII°, feria quarta post dominicam Quasimodogeniti; actum in emunitate Susaciensi in rufo porticu.

[1]) *Ueber der Zeile.* [2]) *Korrekturen im Wort.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 57. An weissen Hanffäden das stark beschädigte Siegel des Ausstellers rund: mehrfach getheilter Schild mit dem Löwen. Rückschrift: Sconeberg, Welpeslant. *Geschrieben von derselben Hand wie Nr. 2065.*

2079.

Der Erzbischof Siegfried von Köln an den Deutzer Kellermeister Embrico und den Pfarrer in Aplerbeck: befiehlt, über den Rat und die Stadt Dortmund eine Monition und eventuell 3 Tage darauf das Interdikt auszusprechen, weil dieselben sich dem Richterspruch der vom Erzbischof bestellten Richter nicht gefügt haben.

1288 April 10 (sabbato ante dominicam Misericordias Domini)

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 747 mit wohlerhaltenem Siegel. Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 329 und Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 199.

2080.

Gottfried von Meschede und Everhard von Rune lassen sich wegen ihrer Ansprüche an das Erbe des verstorbenen Propstes Gottfried von Welver von Seiten des Klosters abfinden.

St. Vit bei Wiedenbrück 1288 April 23.

Nos Godefridus dictus de Meschede et Everhardus de Rune coram universis Christi fidelibus recognoscimus et fatemur publice in hiis scriptis, quod, cum pro nobis et coheredibus nostris videlicet Winando, Thoma, Alberto, Hedenrico, Hinrico, Walburge, Elizabeth questionem contra jus movissemus abbatisse et conventui de Welvere ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis super quibusdam bonis ex morte quondam Godefridi prepositi ibidem, que per successionem hereditariam ad nos devolvi putabamus, sed intervenientibus viris providis et honestis per viam arbitrii recepimus a memoratis abbatissa et conventu XX. marcas denariorum legalium nobis ex integro numeratorum et recessimus ab inpetitione jam dicti conventus libere et solute, renunciantes nos et nostri coheredes supradicti omni juri, quod nobis in predictis bonis conpetere estimabamus. In cuius renuntiationis testimonium presenti scripto sigillum domini Conradi comitis de Retberg apponi rogavimus, quia propria non habemus. Actum apud sanctum Vitum prope Widenbrugge anno Domini M°.CC°.L.XXX°.VIII°, die beati Georgii martiris, presentibus hiis: Conrado comite de Ritberg; domino L(uberto) abbate Campi sancte Marie, Ecberto decano in Widenbrugge; Hermanno de Huvele, Gerhardo de Quernem, Ricwino de Ostenvelde, Arnoldo dicto Crede militibus; Hermanno dicto Hundertmarch, Adolpho de Ostenvelde famulis et aliis quam pluribus.

Or. Kl. Welver Nr. 88. Siegel von Pgtstr. ab.

2081.

Mandat des Erzbischofs Siegfried von Köln für den Propst in Lippstadt zu Gunsten der Aebtissin von Geseke gegen die Uebergriffe der Markgenossen im Walde bei Geseke vorzugehen.

1288 Mai 2.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus dilecto in Christo . . preposito monasterii Lippensis salutem in Domino. Conquesta est nobis . . abbatissa et conventus ecclesie secularis in Gesike, quod homines dicti *marcgenoten* in silva iuxta Gesike que *marke* dicitur, ius secandi habentes contra voluntatem ipsius . . abbatisse et conventus, immo contra inhibitionem expressam earumdem in grave dampnum et preiudicium ipsius abbatisse et conventus, cum ipsa . . abbatissa speciale ius quod vulgariter *holtgreve* dicitur habeat et habuerit a tempore cuius non extat memoria in silva predicta, eandem dividere velint et funditus extirpare, quod etiam vergeret similiter in dampnum oppidi nostri Gesike et patrie totius. Et quia huiusmodi sectio et exstirpatio silvarum contra ius comitis qui *holtgreve* dicitur et aliorum qui *erfexen* dicuntur secundum communem sententiam fidedignorum fieri non debent neque possunt de iure, tibi in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis late sententie districte precipiendo mandamus, quatinus personaliter accedas ad oppidum Gesike et

moneas omnes et singulos in genere et nominatim, quorum nomina scire poteris, qui tibi nominati fuerint, ut infra triduum post monitionem tuam ab huiusmodi divisione et sectione penitus desistant et quiescant nec de cetero aliquid attemptent in nemore memorato in preiudicium ipsius . . abbatisse et conventus et aliorum ius habentium in silva predicta, alioquin omnes illos et singulos qui huiusmodi silvam contra nostram huiusmodi monitionem diviserint et secaverint, quos in hiis scriptis excommunicamus, publice et sollempniter in ecclesia Gesike denuncies excommunicatos, nisi causam rationabilem coram te pretendant, quare nobis in premissis obedire minime teneantur. Redde litteras sigillatas. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX^mo octavo, in crastino beate Walburgis virginis.

Or. Kl. Geseke Nr. 21. Ein Rest des Siegels des Erzbischofs an Pgtstr. Ewald Taf. 19 Nr. 5. Ein zweites Siegel, wohl das des Propstes von Lippstadt, scheint abgerissen.

2082.

Der Dechant von s. Mariae in Utrecht an seine Mitrichter, den Domdechanten und den Thesaurar von s. Petri ebendaselbst: durch kirchliche Geschäfte verhindert, kann er im Termine Freitag post octav. penthecostes *(Mai 28) nicht erscheinen und bittet, ohne ihn vorzugehen.*
1288 Mai 28 (feria sexta predicta).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 200. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 748 mit Siegelrest.

2083.

Propst Dietrich von s. Patroclus in Soest bestätigt den am 10. Mai d. J. erfolgten Verkauf der Ländereien Aldehuve *seitens des Goswin von Soest an den Kämmerer der Soester Kirche Lutbertus.*
Soest 1288 Juni 2.

Nos Theodericus Dei gratia prepositus ecclesie Susatiensis tenore presentium protestamur et notum esse cupimus universis presentes litteras visuris seu percepturis in perpetuum, quod venientes ad presentiam nostram Goswinus dictus de Susato recognovit et publice confessus est, se de consensu Gertrudis uxoris sue, Bertoldi et Henrici filiorum suorum, Bertoldi fratris sui necnon heredum et coheredum suorum pleno accedente consilio medietatem omnium agrorum, qui vulgariter Aldehůve appellantur, ad nostram infeodationem pertinentem discreto viro Lutberto camerario ecclesie nostre Susatiensis rite ac rationabiliter vendidisse, resignans eosdem agros pro se, . . uxore sua et filiis suis predictis et Bertoldus frater ejus pro se liberaliter in manus nostras, renuncians etiam pro se et personis predictis et dictus Bertoldus frater ejus omni juri, quod ipsis seu eorum heredibus conpetebat seu inposterum conpetere poterit, in agris memoratis. Preterea . . uxor ejus prenominata usufructum, quem in dictis agris habere dicebatur, perpetuo liberum dimisit et solutum et petebat cum instantia, ut nos venditionem hujusmodi ratam habere et predictos agros sive medietatem predictam prelibato . . camerario porrigere curaremus. Testes hujus resignationis sunt: Theodericus de Altena canonicus Susatiensis gerens vices nostras, Rutgerus de Ennest presbiter, Jacobus plebanus in opido Ruden, Albero dictus Clot miles, Henricus Balke, Ludolphus de Wydenbrugge, Albertus de Palsole, Herbordus dictus Make, Wilhelmus de Uflen et Johannes de Paderbornia clerici. Facta est hec resignatio in Susato in curte Goswini predicti anno Domini M°.CC°.LXXX°. octavo, feria secunda post Ascensionem ejusdem. Nos igitur ipsius camerarii multiplices favores, obsequia et labores nobis et ecclesie nostre inpensos pro affectu considerare volentes, venditionem supradictam ratam habentes, prefatam medietatem omnium agrorum, qui Aldehůve appellantur, ex resignatione ipsius Goswini et personarum supradictarum sepedicto . . camerario porrigimus hiis scriptis, recognoscentes nos eandem medietatem eidem camerario loco masculi in feodo absoluto porrexisse. Hiis presentes aderant: Godefridus decanus, Rotbertus scolasticus, Theodericus de Altena, Ludolfus Ferneri canonici Susatienses, Alexander prepositus in Cappele, Rutgerus de Ennest, Conradus

de Berstraten, Hermannus de Hare, Godefridus de Bentvelde, Theodericus de Bůdike, Albertus de Duleberg et Ludewicus de sancto Nicholao presbiteri; Adam de Lunen magister consulum, Albertus de Palsole, Herbordus Make, Winandus Wale, Johannes de Medebeke, Johannes de Kaspele, Arturus de Ostinchusen, Lutbertus et Johannes dictus Ursus, quos omnes tanquam viros a nobis infeodatos recepimus, ut super premissis, si necesse fuerit, ferre valeant testimonium veritati. In testimonium igitur et robur omnium et singulorum premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Facta sunt hec in ecclesia beati Patrocli in Susato ante altare beati Cuniberti ibidem anno Domini M°.CC°.LXXX°. octavo, feria quarta ante Bonifacii, hora completorii.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 61 a. Siegel des Propstes in rothem Wachs an Pgtstr. (Westf. Siegel Taf. 132, 4).

2084.

Der Ritter Everhard gen. Vogt empfängt den früher der Kirche zu Enger gehörigen Hof in Werninclo *(Wennigloh Kr. Arnsberg) von dem Decan der Soester Kirche in Erbpacht. Soest 1288 Juni 5.*

Nos Everhardus dictus Advocatus miles, Gertrudis uxor nostra dicta de Ole, notum facimus universis presentia visuris, quod nos causa Dei et pro salute animarum nostrarum necnon pro speciali dilectione personarum videlicet Godefridi decani, Lutberti camerarii, magistri Regenhardi, Rutberti scolastici, Engelberti thesaurarii necnon aliorum canonicorum Susatiensium nostris precibus et promotione inpetravimus et obtinuimus, quod ab honorabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie Angarensis proprietas curtis in Werninclo et omnium attinentium eidem que ad ecclesiam ipsorum pertinebat, ad ecclesiam Susatiensem est translata et eidem ecclesie Susatiensi liberaliter collata protestantes, quod nos et liberi nostri ac heredes legitimi prefatam curtem in Werninclo cum universis attinentiis de manu domini . . decani ecclesie Susatiensis, qui pro tempore fuerit, recipere tenebimur et ipse . . decanus nomine sui capituli eanden curtem cum attinentiis nobis porrigere debebit sine aliqua exheredacione liberorum et heredum nostrorum predictorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Susato anno Domini M°.CC°.LXXX° octavo, in die beati Bonifacii.

Or. Vicarien in Soest-Patroclus Nr. 4. An Pgtstr. in rothem Wachs Mittelstück eines dreieckigen Siegels (Lilie auf damascirtem Felde). Umschrift ab.

2085.

Der Schultheiss Heinrich von Soest schenkt zu seinem und seiner Eltern Seelenheil dem Kl. Soest-Walburgis die Hälfte seiner Güter in Mawicke. 1288 Juli 14.

Universis et singulis presens scriptum visuris ego Heinricus sculthetus Susaciensis et Lyza uxor mea salutem in omnium salvatore. Ea, que rationabiliter acta sunt, perpetua decet firmitate subsistere. Proinde tam posteris quam modernis notum esse cupimus tenore presencium publice protestantes, quod nos prospicientes nostre saluti cum consensu et bona voluntate Bernardi dicti Lupi militis soceri nostri, Regelendis nostre filie ejusdem Bernardi uxoris [1]) necnon cum consensu Heinrici dicti Lupi eorumdem filii medietatem bonorum nostrorum in Madewich sitorum pro remedio animarum nostrarum ac pro animabus Goswini et Regelendis parentum meorum Heinrici sculteti predicti divina nobis inspirante gratia conventui sancte Walburgis apud Susatum contulimus et conferimus in hiis scriptis. Sciendum itaque, quod pensio de medietate predictorum bonorum emergens supra viginti modios duplicis annone scilicet siliginis et ordei pari quantitate et septem modios avene annis singulis se extendit; quam annonam tollet prepositus dicti conventus, quicunque pro tempore fuerit, nec in aliquos alios usus convertet, sed de ipsa annona quolibet anno in die beati Swiberti procurabit fieri servicium conventui

memorato. Eodem quoque die in dicto conventu tam parentum meorum Heinrici scultheti predictorum quam mei et Lyze uxoris mee predicte et heredum nostrorum obinde perpetualiter agentur memorie quemadmodum aliorum benefactorum in eodem memorie peraguntur. Ne autem hec nostra collatio per aliquem vel per aliquos heredum vel consanguineorum nostrorum postmodum revocari possit in irritum, presentem paginam super eo conscriptam ego Heinricus sculthetus predictus pro me et uxore mea prenotata sigilli mei munimine roboravi. Testes huius collationis sunt: Conradus provisor divinorum in Benekinchusen, Everhardus provisor divinorum in Hovestat sacerdotes; Godefridus de Hesnen, Stephanus dictus Thoric, Albero dictus Clot milites; item Heinricus dictus Balke, Godefridus de Hesnen junior famuli et alii quam plures fidedi ni. Datum in crastino beate Margarethe[2]) virginis anno Domini millesimo CC°.LXXX°. octavo.

[1]) *Ueber der Zeile nachgetragen.* [2]) *Von* Margarethe *bis zum Schluss mit schwärzerer Tinte geschrieben.*

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 36. Siegel abgefallen. Geschrieben von derselben Hand wie Nr. 801.

2086.

Papst Nikolaus IV. an den Abt von s. Aubert, den Dechanten von s. Gangerici und den Magister Franco zu Cambrai: die Richter des Kölner Erzbischofs, der Dechant und der Magister Gottfried von s. Georg sollen in Sachen Mariagraden gegen Dortmund über Dortmund, trotz vorher eingelegter Appellation Dortmunds, einen ungerechten Spruch gethan und die Exkommunikation verhängt haben: er fordert Untersuchung resp. Aufhebung des Spruches. Riëti (1288) Juli 15 (Idus Julii).

Gedr. Zeitschr. f. westf. Gesch. VII, 245; Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 330; Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 201; im Auszuge Potthast, Reg. Pont. Nr. 22 775. Transsumpt (in dem das Or. als Bulle bezeichnet wird) im Stdt.-A. Dortmund Nr. 758.

2087.

Die Appellationsrichter im Dortmunder Patronatsstreite, der Domdechant, der Dechant von s. Mariae und der Thesaurar von s. Petri in Utrecht erklären sich für inkompetent: „visis et consideratis diligenter exceptionibus et [rationi]bus partium hincinde, inspecto etiam tenore rescripti ad nos optenti et consideratis omnibus aliis, que nos movere poterant et debebant, interloquendo dicimus et pronunciamus, nos virtute dictarum litterarum et rescripti ad nos optenti procedere non posse nec debere.“ *1288 Juli 31* (sabbato ante Petri ad vincula).

Gedr. im Auszuge Fahne, UB. von Dortmund II p. 28 Anm. Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 202. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 749 mit 2 Siegelresten.

2088.

Ghiselbertus de Oudwici *(Oirtwic?), Prokurator Dortmunds, legt vor dem Domdechanten, dem Dechanten von s. Mariae und dem Thesaurar von s. Petri in Utrecht Berufung an den apostolischen Stuhl ein, weil obige Richter sich für inkompetent erklärt haben, ein Urteil zu sprechen:* „Hec appellatio facta primo in ecclesia beate Marie coram decano dicte ecclesie presentibus dominis Lodewico de Menare, Thidemanno Ere, magistro Reynero, canonico ibidem, Johanne Albo, domino Theoderico Love, Henrico Pipero, vicariis et presbiteris ibidem, Hesselino presbitero et magistro Wernero, rectore scolarum ibidem, ac Arnoldo Persona, socio chori ibidem, item coram thesaurario ecclesie sancti Petri, presentibus dominis Waltero et Ghiselberto canonicis sancti Petri, magistro Johanne de Tile, dicto magistro Reynero et magistro Wernero predicto ac Godescalco de Lippia clerico, item ad sanctum Martinum coram

decano maiore presentibus dominis Johanne de Westende, Wilhelmo de Montfort, Johanne Fresone, Wilhelmo de Houten, canonico ibidem, magistro Henrico semiprebendario, Wilhelmo prebendario ibidem, magistro Reynero, magistro Wernero, Godescalco de Lippia."
1288 August 2 (feria secunda post Petri ad vincula).

Reg. Rübel, Dortm. UB. 1, Nr. 203. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 754, von den 6 Siegeln 3 teilweise erhalten. Transfigiert mit je einem Siegel ist die Erklärung des officialis curie Traiectensis *und des* archydiaconus maioris ecclesie Traiectensis *von gleichem Datum, dass die Appellation, wie oben, vollzogen sei.*

2089.

Vor Bürgermeister und Rath von Soest gibt der Soester Bürger Conrad von Medebeke *seine Ansprüche auf die Güter in Schwefe zu Gunsten des Kl. Paradies auf. 1288 August 9.*

Nos Adam de Lunen et Hermannus de Benekynchusen magistri consulum totumque consilium opidi Susaciensis tenore presencium protestamur et notum esse cupimus universis presentes litteras visuris seu percepturis in perpetuum, quod cum Gerhardus filius quondam Conradi de Medebeke nostri coopidani bona quedam apud Sweve sita ad conventum monasterii de Paradyso pertinentia impetivisset et impeteret, asserens ipsa bona ad ipsum pertinere et se jus habere ad eadem bona, tandem idem Gerhardus instructus proborum virorum et amicorum suorum consilio cum Wendelburge uxore sua, Conrado et Goscalco filiis suis, assumptis ad hoc consanguineis suis videlicet Goscalco et Henrico fratribus dictis de Alta Porta et Goscalco de Lippia ac aliis amicis suis venerunt ad presentiam nostram prefati Gerhardus, . . uxor ipsius et filii sui universa et singula bona predicta pro se et suis heredibus ac etiam pro Henrico fratre dicti Gerhardi et suis heredibus liberaliter et absolute resignaverunt coram nobis renunciantes omni juri, quod ipsis conpetebat seu inposterum conpetere posset in bonis memoratis, promittentes firmiter fide data, quod dictus Henricus hujusmodi resignationem ratam habebit pariter et acceptam. Preterea venditionem dictorum bonorum a Cunegunde matre dictorum Gerhardi et Henrici ipsis tunc consensientibus factam, sicut in litteris nobilis viri domini Godefridi quondam[1]) comitis de Arnesberg plenius continetur dicti conjuges et eorum filii pro se ac etiam pro Henrico fratre dicti Gerhardi promiserunt observare perpetuo ratam et inconvulsam. In testimonium igitur et robur omnium premissorum sigillum opidi nostri presentibus duximus apponendum. Testes hujus rei sunt viri prescripti cum subscriptis videlicet: Albertus de Palsole iunior, Ecbertus de Foro, Winandus Wale, Godefridus de Kywe, Ditmarus de Medebeke, Theodericus Monetarius, Wernerus Rufus et totum consilium opidi nostri. Preterea Bruno de Bogge iudex, Herbordus dictus Make et alii quamplures viri providi et fidedigni. Facta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX°. octavo in vigilia beati Laurencii martiris.

Huius transcripti originale sive privilegium habent consules Susacienses in cista eorum cum sigillo opidi Susaciensis roboratum.

[1]) *Ueber der Zeile nachgetragen.*

Gleichzeitige ungesiegelte Abschrift Kl. Soest-Paradies Nr. 41 a.

2090.

Das Kl. Soest-Walburgis erwirbt von den Beghinen Druda und Walburg 13 Morgen Land bei Müllingsen. 1288 August 15.

Nos Hermannus Dei gratia prepositus, Helena priorissa totusque conventus sancte Walburgis prope Susatum recognoscimus publice protestando, quod Druda et Walburgis beghine in Susato vendiderunt nobis XIII iugera agrorum prope Molinchusen sita pro XXIIII marcis peccunie usualis; tali interiecta conditione, quod fructus dictorum agrorum integraliter percipient ad tempora vite sue, ita quod eciam

una moriente altera totaliter fructus tollet. Ad nos vero de consilio et assensu predictarum puellarum agrorum locatio pertinebit. Quibus etiam dictos fructus per nos a colono requisitos annis singulis in festo beati Martyni hyemalis presentabimus in Susato. Post mortem vero ambarum dabimus XII marcas fratribus Predicatoribus ibidem, quas eis pro suarum et parentum suorum animarum remedio legaverunt. Cum fructibus vero residuarum XII marcarum fiet annis singulis in perpetuum in festo beati Luce pictancia conventui nostro in qua eciam die annis singulis agemus sollempniter anniversarios sepedictarum D(rude) et W(alburgis) necnon et anniversarios patris et matris earum scilicet Helmordi et Alheidis, sicut aput nos pro aliis benefactoribus et familiaribus nostris fieri est consuetum. In omnium autem premissorum stabilem firmitatem sepedictis D(rude) et W(alburgi) presentem dedimus litteram sigillis nostris et prioris ac fratrum predictorum munitam. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX°.VIII°, in Assumpcione beate Virginis gloriose.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 35. An Pgtstr. die Siegel des Propstes (S. Walburgis stehend mit Buch und Palmzweig, daneben knieend der Propst) und des Conventes (Westf. Siegel Taf. 111, 3), die beiden anderen verloren.

2091.

Papst Nikolaus IV. an den Abt von s. Aubert, den Dechanten von s. Gangerici und den Canonikus Franco zu Cambrai: beauftragt sie mit der Untersuchung der Klage Dortmunds über Verweigerung der schriftlichen Aufzeichnung der Akten. Riëti (1288) August 13 (Idus Augusti).

Gedr. Zeitschr. f. westf. Gesch. VII, 244; Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 332; Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 204; Potthast, Reg. Pont. Nr. 22 775. Transsumpt im Stdt.-A. Dortmund Nr. 758.

2092.

Papst Nikolaus IV. an den Abt von s. Aubert, den Dechanten von s. Gangerici und den Canonikus Franco zu Cambrai: beauftragt sie mit der Untersuchung der Klage Dortmunds, dass die Richter nicht die Beantwortung der Positionen Dortmunds durch den Dechanten von Mariagraden verlangt haben. Riëti (1288) August 13 (Idus Augusti).

Gedr. Zeitschr. f. westf. Gesch. VII, 241; Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 331; Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 205; im Auszuge Potthast, Reg. Pont. Nr. 22 774. Transsumpt im Stdt.-A. Dortmund Nr. 758.

2093.

Papst Nikolaus IV. an den Propst, Dechanten und Scholastikus zu Deventer: die Stadt Dortmund hat an ihn appelliert, weil sie in Sachen des Ertmar von Suntheim, der nach Stadtrecht bestraft worden war, widerrechtlich von dem Kölner Erzbischof vorgefordert ist. Der Papst beauftragt die Adressaten, die Sache an sich zu nehmen.
Rieti 1288 August 26 (septimo Kalendas Septembris).

Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 334 und Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 206. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 53 mit Bleibulle. Rückschrift: Baldewinus de Confluencia, *weiter unten:* Pro Tremoniensibus *und:* B de Confluencia. *Potthast, Reg. Pont. 22 783.*

2094.

Der edle Junker Simon von der Lippe gibt seine Genehmigung zur Verlegung der Mühle des Kl. Benninghausen nach Bettenberg. *1288 September 7.*

Omnibus Christi fidelibus, ad quos littere presentes pervenerint, nobilis vir Symon domicellus de Lippia salutem in omnium Salvatore. Cum conventus sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Benikinc-

husen decrevisset molendinum suum super Lippiam situm aliquantulum superius in ascensu aque in fundo suo proprio, qui dicitur Bettenberg, transponere, nos earum devotis precibus pariter et obsequiis inclinati eis viva voce simul et in hiis scriptis promisimus et promittimus bona fide, quod nobis procurantibus seu efficientibus conventus monasteriorum Lysbernensis et Capellensis ac cives oppidi nostri Lippensis in dicta molendini transpositione nullum impedimentum prestabunt per se aut per alios quoscunque directe vel indirecte, quod si aliquis vel aliqui de premissis predictum conventum in Benikinchusen in huiusmodi transpositione voluerint vel attemptaverint impedire, nos talem vel tales a talibus impedimentis omnino cessare seu desistere faciemus. Tenore nichilominus presencium protestamur, quod sepedictum molendinum cum omnibus suis attinenciis ab advocacia nostra et omnibus iuribus et consuetudinibus et quibuscunque serviciis dominio nostro debitis et consuetis est omnino et simpliciter absolutum, ita sane, quod nec nos nec heredes nostri aut etiam officiales nostri nichil prorsus in ipso et eius attinenciis deinceps imperpetuum sibi poterunt vendicare, eo quod predictus conventus Capellensis in restaurum census, quem de ipso molendino ante eius venditionem nostri officiales annis singulis tollere consueverunt, nostre advocatie solvit et solvet imperpetuum annis singulis unam marcam. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. octogesimo octavo, in vigilia Nativitatis beate Virginis, presentibus et mediantibus: Hynrico scultheto Sůsaciensi, Godefrido de Hesnen, Stephano et Gotscalco dictis Tork, Gotscalco dicto de Brochusen, militibus et famulis: Hynrico de Ludenchusen dicto Lupus, et Conrado officiali nostro dicto Herevelde et aliis quam pluribus. Ad omnium autem premissorum perpetuam memoriam et immutabilem firmitatem predicto conventui in Benikinchusen presentem tradidimus litteram sigillorum nostri et predictorum militum munimine roboratam.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 58. An Pgtstr. das Siegel der Edelherrn von der Lippe mit Rücksiegel (Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I Taf. 18). Die anderen Siegel sind nicht angehängt worden.

2095.

Papst Nikolaus IV. an den Propst, Dechanten und Scholastikus von Deventer: beauftragt sie, die Klage Dortmunds über die Richter „indebite se gravari, quod testes eorum legitimos, per quos intentionem suam super principali fundare volebant, admittere contra iusticiam denegarunt, quamquam causa rationabilis non subesset, propter quam hoc denegari deberet" *zu untersuchen. Rièti 1288 September 13* (Idus Septembris).

Gedr. Zeitschr. f. westf. Gesch. VII, 243; Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 333; im Auszuge Potthast, Reg. Pont. Nr. 22 805. Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 207. Transsumpt im Stdt.-A. Dortmund Nr. 758.

2096.

Dompropst Conrad von Köln bestellt Rutger, den Sohn des Schultheissen Hermann, an Stelle seines Vaters zum Schultheissen des Hofes in Oer (Kr. Recklinghausen). 1288 September 21.

Nos Conradus Dei gratia maior prepositus et archidiaconus Coloniensis notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos curiam in Ure sive curtim cum omnibus iuribus et attinentiis suis Rutgero filio quondam Hermanni militis nostri schulteti ibidem concedimus cum omni iure, quo dominus H(ermannus) pater suus et sui predecessores a nobis et nostris predecessoribus habere consueverunt; unde mandamus et precipimus universis hominibus predicte curie attinentibus, [ut] dicto Rutgero tamquam vero suo schulteto in omnibus obedient et intendant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX^{mo} octavo, in die Mathei apostoli et evangeliste.

Abschrift von Kindlingers Hand in Msc. II 32, 105.

2097.

König Rudolf überträgt dem Grafen Everhard von der Mark die Vogtei über die Essener Kirche. Ulm 1288 October 25.

Or. St.-A. Düsseldorf, Essen Nr. 115. Gedr. Lacomblet UB. II 849; Redlich, Regesta imperii Rudolf Nr. 2197.

2098.

Heinrich, Rektor der Reinoldischule zu Dortmund, Prokurator der Stadt, wiederholt die Zurückweisung des Kölner Offizials, bei dem eine Sache anhängig gemacht werden soll: 1) weil derselbe Advokat und Mitglied des Kapitels von Mariagraden ist; 2) weil derselbe gegen die Dortmunder bereits einen ungerechten Spruch erlassen hat, der von dem Domdechanten und dem Dechanten vom alten Dom in Münster kassiert ist; 3) weil zwischen Dortmund und dem Offizial eine Sache vor den eben genannten Richtern noch schwebt; 4) weil in einer anderen Sache schon gegen den Offizial von Dortmund Appellation eingelegt ist. Deshalb rekusiert er den Offizial in allen Sachen, namentlich in der Ertmars von Sunthem, ungeachtet der Bestimmung des Kölner Erzbischofs, die durch Berufung an den päpstlichen Stuhl hinfällig ist. Speziell rekusiert er den Offizial, weil derselbe in Sachen des ermordeten Klerikus Albert in Dortmund die Stadt beeinträchtigt und „interdictum de facto in opido Tremoniensi prolatum simpliciter relaxaverit", *er legt deshalb Appellation an den apostolischen Stuhl ein:* „in choro ecclesie beati Reynoldi anno Domini M°.CC°.LXXX° octavo, feria secunda ante festum beatorum Symonis et Jude, presentibus gardiano domus fratrum Minorum, fratre Lamberto, sigillum dicte domus apponentibus, item presentibus Gernando sancte Marie et Hartwico sancti Nycolai ecclesiarum Tremoniensium plebanis, magistro Petro canonico Hildensemensi, Goswino rectore beati Johannis, Johanne clerico de Quakenbrugge et aliis quam pluribus fide dignis. Et nos, qui de premissis sigilla habuimus recognoscimus, nos ea presentibus apposuisse in testimonium premissorum."
1288 Oktober 25.

Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II, Nr. 335. Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 208. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 755 mit Siegel: 1) des Minoritenklosters (Westf. Siegel Taf. 120, 11), 2) S. GOZWINI CANO(NI)CI TREMON *(Vase mit Früchten), 3) abgefallen, 4) halb erhalten (Christuskopf), 5)* . . MAGRI PETRI CANONICI HILDENSEMEN *(unten Drudenfuss, in den 5 Ecken Rosen, darüber Mutter Gottes mit dem Kinde, davor knieende Figur).*

2099.

Heinrich gen. Bullic verzichtet auf sein Recht an den beiden Hufen in Merklingsen in dem Kirchspiel Schwefe zu Gunsten des Kl. Welver. Werne 1288 October 28.

Nos Henricus miles dictus Bullic et Henricus filius noster tenore presentium recongnoscimus et scire volumus universos, quod nos et heredes nostri universi et singuli omni iuri ac inpeticioni cuilibet nobis in duobus mansis Merkelinchusen in parrochia Sveve sitis contra conventum sanctimonialium in Welvere competenti renunciavimus adeo libere, quod in dictis mansis et eorum attinenciis omnibus et singulis nobis aliquid iuris vendicare non poterimus, nec predictum conventum super premissis ammodo inpetemus. Renunciationi predicte interfuerunt: magister Everhardus, Godefrihdus de Hovele, Herebordus dictus Kůle milites, Johannes de Rura, Johannes dictus Hert, Johannes dictus Krampe, Johannes dictus Kůle et Lubertus cocus domini Godefridi predicti. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, ipso die beatorum apostolorum Symonis et Jude in villa Wernen. In omnium

premissorum evidens testimonium nos Henricus et heredes nostri prenarrati hanc litteram sigillis nobilis viri domini . . comitis de Marka et Godefridi militis predicti rogavimus roborari; et nos comes predictus ad rogationem premissam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno ut supra.

Or. Kl. Welver Nr. 91. An Pgtstr. die Siegel Everhards von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1) und Gottfrieds von Hövel. Derselbe Stempel wie Westf. Siegel 196, 6; beim obersten und dritten Felde ist aber die Damascirung durch Vertiefung abgeschnitten.

2100.

Graf Dietrich von Limburg und sein Sohn Everhard belehnen die Brüder von Altena, die Söhne Thitmars von Lüdenscheid, mit dem Lehen zu Gaverbeke *(Garbeck Kr. Arnsberg?), das früher Bernhard von Düngelen besessen hatte. Barop? 1288 November 15.*

Quę geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, expedit rerum gestarum seriem publicę scripturę testimonio memoriter commendare. Hinc est, quod nos Theodericus et Everhardus noster filius comites in Limborg universis pręsens scriptum visuris cupimus fore notum, quod Bernardus miles de Dungelen una cum Arnoldo filio suo feudum, quod a nobis tenuerunt, videlicet decimam in Gaverbeke cum quibusdam mansis ibidem sitis necnon hominibus attinentibus in manus nostras rite ac rationabiliter motu voluntario resignabant. Ceterum nos Theodericus et Everhardus noster filius significamus, quod nos id feudum nobis resignatum contulimus Rotgero et Theodorico fratribus de Althena filiis quondam Thitmari militis de Ludelscheide perpetuo iure quiete ac pacifice possidendum. Ut autem de pręmissis nulla dubietas habeatur, pręsens scriptum nostris sigillis duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M.CC.LXXXVIII, secunda feria post festum beati Martini episcopi in villa Badorpe pręsentibus his: Arnoldo milite de Henrikenburg, Goswino de Ulenbruke [Herman]no de Heida, Hermanno de Vorste, Goswino de Eppenhus, ... de Misekenwerke, militibus; Arnoldo de Hegenscheide, Lam(berto de) Boyne, Ludol[fo de] Boyne, Henrico Putteman, Bernardo . . . . b . . . . [da]pifero nostro, Joanne de Werminchus . . . . do . . luch, Hermanno de . . . . [ci]vibus Tremoniensibus . . . . [Hil]debrando Suderman . . . .

Abschr. des 17. Jhs. Urk. der Grafschaft Mark. Die untere Seite des Papiers durch Feuchtigkeit stark beshädigt. Auf der Rückseite von derselben Hand folgende Notiz: Originale harum litterarum cum magno sigillo extat apud Dethmarum Mollherum Tremoniae, cui hoc ipsum donavi. *Ueber Dethmar Mülher vgl. Städtechroniken XX und Allg. Deutsche Biographie 22, S. 489. Er hat zahlreiche Fälschungen verfasst; auch diese Urkunde ist auffallend stilisirt.*

2101.

Der Soester Bürger Matthäus gen. von Bonn verkauft den Richthof in Berwich *(Berwicke) an das Kapitel von s. Patroclus in Soest. 1288 December 3.*

In nomine Dei. Notum sit universis, ad quos presentes littere pervenerint, quod Matheus dictus de Bůnna opidanus Sůsaciensis . . uxore sua et heredibus suis scientibus, consentientibus et ratum habentibus curtem in Berewich, que vocatur Richtehofh cum tribus casis et omnibus suis attinenciis, pratis videlicet, nemoribus, pascuis, piscationibus, agris cultis, pariter et colendis, iudiciis, iusticiis et iuribus quibuscunque eidem curti ab antiquo conpetentibus, duo iugera agrorum arabilium maiori prato curtis adiacentia, . . uxorem Hinrici de Merkelinchusen cum pueris suis utriusque sexus et ius, si quod habet, in persona ipsius Hinrici pro triginta et centum marcis usualium denariorum in Susato pure ac racionabiliter vendidit honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo ecclesie Susaciensis perpetuo possidenda. Verum si ipsum Matheum occasione huiusmodi contractus offensam

opidanorum Susaciensium incurrere et ab eisdem inportune gravari contingit, ipsi . . decanus et capitulum eidem Matheo eam gratiam facient, quod predictam curtem cum attinenciis predictis reemere poterit pro eiusdem pecunie quantitate, si ipse Matheus eisdem dominis . . decano et capitulo hoc legitime intimaverit infra octavam beati Martini hyemalis proximo nunc venturam, et post intimacionem infra mensem extunc immediate currentem tenebitur satisfacere dictis . . decano et capitulo de centum et triginta marcis sibi ab eisdem occasione dicte vendicionis numeratis, pro quibus et warandia, sicut moris est Susati, obtinenda fideiusserunt: Theodoricus et Dethmarus fratres dicti Rode, Gerhardus de Ruden, Hermannus et Bernhardus de Gesike opidani Susaciensis et nichilominus ipsa curtis cum predictis fideiussoribus pro principali pecunia, pro expensis circa curtem faciendis, pro dampnis et interesse, si aliqua emerserint, dictis . . decano et capitulo erit et est pignori obligata. Ceterum erit et est in optione . . decani et capituli predictorum, si contractus eis displicuerit, ipsum rescindere poterunt, quod intimabunt Matheo infra octavam predictam et facta intimacione Matheus tenebitur . . decano et capitulo satisfacere de predicta pecunia infra mensem extunc inmediate currentem pro qua dicti fideiussores cum curte sunt et erunt, ut dictum est, similiter obligati. Octava vero beati Martini elapsa, si huiusmodi contractum medio tempore ab alterutra parcium modo predicto infirmari non contingit et partes tacendo consenserint, ipse contractus in suo robore irretractabilis perpetuo permanebit. In cuius facti testimonium nos . . Dei gratia decanus et capitulum predictum sigillum nostrum ad causas, nos quoque . . prepositus ecclesie sancte Walburgis extra Susatum et . . viceprepositus Susaciensis ex parte Mathei, uxoris et heredum suorum rogati sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum feria sexta post festum beati Andree apostoli, anno Domini M^mo^.CC^mo^. octuagesimo octavo.

Or. Stdt.-A. Soest, Vorwercksche Samml. Nr. 18. An Pgtstr. noch Reste des Kapitelssiegels von Patroclus ad causas *(Westf. Siegel Taf. 107, 10) und des Siegels des Decans; das des Propstes von Walburgis von Pgtstr. ab. Gedr. Soester Zeitschr. 83/84 S. 96.*

2102.

Der Abt von s. Aubert, der Dechant von s. Gangerici und der Magister Franco zu Cambrai, Appellationsrichter, unter Transsumierung von Nr. 2086; an die Geistlichkeit der Kölner Diözese, besonders an die Pfarrer von s. Mariae in Dortmund und in Lütkendortmund: sie sollen den Dechanten von Mariagraden vorladen auf feria secunda post Purific. beate Virginis *(1289 Febr. 7). 1288 December 31* (feria sexta post diem Innocentium).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 209. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 756 mit 3 Siegeln. Transfigiert durch 2 Siegel: die Pfarrer in Marien zu Dortmund und in Lütkendortmund melden, dass sie die Vorladung ausgeführt. 1289 Januar 22 (sabbato post diem Agnetis virginis).

2103.

Der Edelherr Gottfried von Rüdenberg bekundet, dass Menrich von Bruchhausen namens der Erben des Johann Rump dem Kl. Welver eine Hufe in Westönnen verkauft hat. Welver 1288.

Acta modernorum privilegiis roborantur, ne a posteris per oblivionem temporis articulo deleantur. Hinc est, quod nos Gotfridus vir nobilis de Ruddeberg notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Menricus de Bruchusen nomine heredum Johannis dicti Rump felicis memorie consanguineorum suorum videlicet Johannis, Hermanni, Vrederunis et Alheydis ipsorum etiam plenario de consensu vendidit cenobio sanctimonialium in Welvere mansum in Westunen situm cum ipsius pertinentiis omnibus hereditarie et perpetuo possidendum. Qui etiam heredes abrenuntiantes proprietatem et omne ius,

quod in dictis bonis prefati mansi habebant, coram Walthero, qui tunc temporis vulgariter *wrigreve* vocabatur, aliorumque virorum fidedignorum quorum nomina sunt hec: dominus Ewerhardus de Dicher[1]) miles, Thidericus Harm miles, Johannes de Rure, Henricus Duckere, Wilhelmus dictus Rusticus, Lambertus de Stedincke, Ewerhardus de Westem, Henricus de Wickede et duo liberi Henricus de Tůnnen et Gerhardus preco de Hettorpe, Gerlacus de Medericke, Conradus et Burchardus fratres de Clotincke et alii quam plures. Actum in cimiterio Welvere anno Domini M°.CC°. octuagesimo octavo[2]).

[1]) *Seibertz verbessert* „Dinchere"; „ic" *aus* „n" *im Or. corrigiert.* [2]) *Das Datum mit anderer Feder nachgetragen.*

Or. Kl. Welver Nr. 89. Das Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. I 425. Von derselben Hand geschrieben wie Nr. 2104.

2104.

Gottfried von Rüdenberg bekundet, dass Hermann Rump seine Zustimmung zu dem Verkauf der Güter in Westönnen seitens seines Oheims Menrich (von Bruchhausen) an das Kl. Welver erklärt habe. Vor Werl 1288.

Nos Gotfridus vir nobilis de Ruddenberg ad imprimendam memorie futurorum venditionem mansi in Westůnen factam conventui in Welvere declaramus universis, quod Hermannus filius Johannis quondam dicti Rump extra muros oppidi Werle constitutus coram Walthero qui tunc temporis vulgariter vocabatur *wrigrewe* presente consenserit venditioni bonorum suorum in Westůnen facte per Menricum avunculum suum ipsa ibidem liberaliter resignando, super qua resignacione ac venditionis consensu sygillum nostrum iteramus presentibus apponendo. Actum extra muros Werlenses anno incarnacionis Domini M°.CC°. octuagesimo octavo. Testes sunt: Johannes dictus Scriptor miles, Lůdolfus de Profstinc, Johannes de Pentelinc, Wilhelmus de Uflen et quidam dictus Raven, Bruno filius domini Ghyzen, Florencius de Uflen, Henricus de Birstrate, Henricus de Berdinc et duo liberi videlicet Winandus de Rehem, Johannes de Tůnen et Ewerlwinus conversus ecclesie memorate et alii quam plures.

Or. Kl. Welver Nr. 90. Siegel von Pgtstr. ab. Im Auszug gedruckt bei Seibertz, UB. I Anm. 351 zu Nr. 425. Von derselben Hand geschrieben wie Nr. 2103.

2105.

Zwei Brüder Jacob und Arnold, Werler Bürger, verkaufen dem Kl. Weddinghausen ihre Mühle bei Werl. 1288.

In nomine Domini, amen. Nos Jacobus et Arnoldus frater noster opidani in Werle . . omnibus presentium inspectoribus salutem et presens scriptum in perpetuum. Noverint universi tam futuri quam presentes Christi fideles, quod nos constituti coram Theoderico dicto de Zolede tunc iudice existente in Werle sedi iuditiali presidente molendinum nostrum prope Werle situm cum omnibus attinentiis suis et proventibus, quod a nostris genitoribus et progenitoribus iure hereditario possedimus centum annis et amplius, domino Wigando preposito de Wedinchusen et conventui suo de voluntate uxorum nostrarum et heredum nostrorum pleno de consensu vendidimus iuste et rite perpetuo possidendum et in manus ipsius prepositi et sui conventus coram iuditio una cum uxoribus et heredibus nostris duximus simpliciter resignare, hoc adiecto quod sex solidorum redditus pactionales singulis annis, sicut nos solvere consuevimus, solvent curie veteri in Werle in die beati Martini hyemalis monete tunc currentis. Sententia etiam super hiis requisita et data, utrum potius alicuius calumpnia postmodum hanc venditionem nostram valeat infringere potius firmiter vel tenere; quam sententiam Johannes dictus Scolaris civis ibidem promulgavit, quod potius firmiter teneri debeat quam infringi. In quam sententiam ipse iudex, scabini et alii quam plures opidani in Werle viri fide digni consenserunt. Ista vero sub sigillo opidanorum in

Werle conscribi fecimus atque roborari ad maiorem firmitatem et evidentiam veritatis. Datum[1]) anno Domini M°.CC°. octagesimo octavo. Presentes fuerunt: Hildegerus tunc temporis plebanus in Werle, Henricus dictus Rose, Lambertus rector scolarium ibidem, Johannes plebanus de Tůnen, Wigandus plebanus de Berstrate sacerdotes; item Johannes dictus Scriptor, Hermannus de Bůdereke, Wilhelmus de Neyhem, Gerwinus de Ůflen milites, Antonius dictus de Blůmendal, Wilhelmus dictus Wilderive, Godefridus de Borben, Rudolfus de Borben, Henricus de Gerdinc et Antonius frater suus, Henricus de Berstrate, Wilhelmus filius domini Wilhelmi de Neyhem et Johannes filius Johannis Scriptoris et Camerich homines bone nationis; item Wilhelmus et Gozwinus magistri consulum ibidem, Gozwinus dictus Egcbolt, Johannes dictus Scolaris, Johannes dictus Alde preco et alii quam plures opidani ibidem.

[1]) *Von Datum an mit dunklerer Tinte geschrieben.*

Or. Kl. Wedinghausen 69. Siegel der Stadt Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5) an Pgtstr., etwas beschädigt. Vgl. Nr. 2106.

2106.

Hunold von Plettenberg bestätigt den Verkauf der Mühle bei Werl an das Kl. Wedinghausen. 1288.

In nomine Domini, amen. Nos Hunoldus miles dictus de Plettenbracht universis presentium inspectoribus salutem et presens scriptum in perpetuum. Notum facimus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod Jacobus et Arnoldus fratres oppidani in Werle in nostra presentia constituti molendinum suum prope Werle situm cum omnibus attinentiis suis et proventibus, quod tenuerunt a genitoribus et progenitoribus suis iure hereditario pro bonis pactionalibus centum annis et amplius, domino Wigando preposito et conventui ecclesie in Wedinchůsen iuste et legitime vendiderunt perpetuo possidendum, hoc adiecto, quod singulis annis redditus pactionales sex solidorum, quos ipsi et eorum progenitores curie veteri predicte[1]) singulis annis solverunt, . . dominus prepositus predictus et suus conventus solvent singulis annis in die beati Martini hyemalis et[2]) hoc sigilli nostri munimine dignum duximus communiri. Datum anno Domini M°.CC°. occtogesimo(!) octavo. Presentes fuerunt: Hildegerus tunc temporis plebanus in Werle, Hinricus dictus Rose, Lambertus rector scolarium ibidem, Johannes plebanus de Thůnen et Wygandus plebanus de Berstrate sacerdotes; item Johannes dictus Scriptor, Hermannus de Bůderike, Wylhelmus de Neheym, Gerwinus de Ůflen milites; Antonius de Blumendal, Wilhelmus dictus Wylderive, Godefridus de Borbenne, Rudolfus de Borbenne, Henricus de Berdinch et Antonius frater suus, Henricus de Berstrate, Wylhelmus filius domini Wilhelmi de Nehem, Johannes filius domini Johannis Scriptoris et Gamerich bone nationis famuli; item Wilhelmus et Goswinus magistri consulum ibidem, Goswinus dictus Egenbolt, Johannes dictus Scolaris, Johannes dictus Alde preco et alii quam plures oppidani ibidem.

[1]) *Ausradiert.* [2]) *Hinter* „et" *folgt* „sigilli", *das durch untergesetzte Punkte und Streichung getilgt ist.*

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 70. An Pgtstr. Siegel des Ausstellers (Schildsiegel, vgl. Westf. Siegel Taf. 194, 1). Vgl. Nr. 2105.

2107.

Prozess zwischen den Predigermönchen und dem Decan und den Pfarrern der Stadt Soest vor dem Decan von s. Maria ad gradus *in Köln, dem Kölner Offizial und dem Osnabrücker Propst wegen der zwischen ihnen streitigen geistlichen Gerechtsame. 1288 u. 1289.*

1) . . . . . . Maria ad gradus ac officialis curie Coloniensis iudices una cum venerabili viro preposito Jh . . . .

2) prior et fratres ordinis Predicatorum domus Susaciensis contra decanum et plebanos opidi Susaciensis prosequi et (?) eundem (?), feria VI[a] post Os . . . .

3) prepositus Lubecensis . . . . foret et eadem hora prime procuratoribus dictarum parcium coram nobis comparentibus procurator dictorum prioris [et] . . . .

4) ad gradus ecclesie Marie Coloniensis proposuit et dictus frater Johannes lector fratrum Predicatorum in Susato nomine suo et [nomine] conventus et prioris . . .

5) . . . us in ult . . personas apud ipsos communicantes sententias iudicum quorundam, que nulle sunt, vexare non cessant in p . . . .

6) scilicet plebanus de Prato et quidam Wer. canonicus cum quibusdam aliis dom[inis] quarundam quarundam (!) parrochiarum, qui apud fratres communicaverint modo . . . .

7) esse confusionem fratrum, ita quod fratres parare sentenciam (?) ex no . . . talem noctem pro aliqua re sustinere. Item ipsorum o . . . .

8) reverendus (?) dominus (?) Johannes Tusculanus episcopus quondam Alemanie legatus dedit fratribus Predicatorum per Alemaniam et dare potuit. Item perv . . . .

9) in . . . . ipsis vendendos ac ministrandos et quocumque modo eis . . . . . et hec in offensam iuris, cum lex dicat . . . .

10) si quis . . . bam et scolasticus prohibuerunt amicos fratres in domo fratrum celebratis ne in ecclesia fratrum comparerent . . . .

11) dixit p . . . ca in veteri cimiterio in sede publica. Item plebanus . . . . . . permisit quandam decedere sine communione quia communi . . . .

12) . . . . apud fratres et a quodam exegit . . . Col . . . . ut absolveret eam a sentencia, quam contraxerat (?) communicando apud . . . . . .

13) ta . . . . hec proponit salvo iure addendi m . . . . orn . . di declarandi. Item quendam, qui se dicit a . . . .

14) et . . . vidit (?) ad instanciam clericorum, quia plebanus de Prato stetit in suo latere dum hoc predicaret et quia qui . . . .

15) a domino preposito (?) et similiter communicantes excommunicatis a . . . . p . . . . excommunicati . . . . infirmavit fratres apud dominos . . . .

16) et quidam ex ipsis prohibuerunt, ne fratres in suo districtu peterent elemosinas fidelium in hoc fratres damp . . . .

17) . . . monasterium disseminaverunt, quod fratres vellent se intromittere de iure parrochiali d . . . .

18) opidanos dicti opidi continetur, nam hoc fratribus non (?) tantum scandalum aput prelatos ecclesiarum suscita . . . .

19) sunt . . . declarandi. Petiit etiam sentencias latas in preiudicium privilegii irritas pronunciari, quia nulle . . . .

20) . . . factam parti adverse ipsa pars adversa protestata fuit omnes defensiones suas tam contra iur . . . .

21) dicitur optinere et alias defensiones quascumque . . . et hiis actis prefigimus octavam beati Martini hyemalis . . . .

22) p . . . coram (?) Col . . . . qui in presencia dictarum parcium fidem nobis dederunt . . fideliter n . . . .

23) § Coram venerabili domino decano ecclesie sancte Marie ad gradus et officiali Coloniensi iudicibus necnon venerabili viro domino Osnaburgensi preposito s . . . .

24) . . . Susat . . . . contra decanum et plebanos Susaciensis et . . qui in eundem, protestatur ante omnia procurator dicti decani et plebanorum nomine . . . .

25) . . cto non continentur scilicet sub verbis in ipso positis tam in narratione quam in conclusione et eiusdem rescripti non conprehendant . . . .

26) et . . . fideliter (?) et ad idem . . . prius vero impetracionem huius rescripti ipsos decanum et plebanos coram officiali Coloniensi a . . . .

27) et p . . . . astarent et desisterent; alioquin tulit sentenciam excommunicationis contra ipsos ad instanciam dictorum prioris et fratrum . . . .

28) . . ipsos conferre legitime constitutos pr . . . ratio (?) monitionis huiusmodi proposuit idem procurator causam rationabilem coram . . . .

29) dictis . . suos . . coram officiali predicto facturos et recepturos super hiis que in dicta monitione continentur, quod dicta . . . .

30) prior et fratres optinende de premissis et de processu huiusmodi nulla mentio sit habita nec idem reus per eundem actorem coram diversis iu . . . .

31) magnas (?) hominum indulgendum . . . iura dicit idem procurator procuratorio nomine, quod per dictas literas domini archiepiscopi ad vos optentas . . . .

32) et s . . . procuratorio nomine procurator supra iam dictos priorem et fratres sibi in expensis factis, quas estimat X marcas et faciendis ratione . . . .

33) cause (?) seppeliendis et offert se ad probandum premissa ita quod probata, que sibi sufficiunt, sibi prosint. § Ad premissa . . .

34) ecclesie . . et in effectum plebani et sic finit: Datum feria VI predicta, anno Domini M°CC.LXXXVIII; offerens ipsum instrumentum . . . .

35) maxime in ea parte . . . inter fratres, decanum et plebanos predictos supersedere etc. et nos iudices ad respondend . . . .

36) § Datum ut supra . Procurator decani et plebanorum Susatiensium respondendo propositis et rationibus prioris et fratrum Predicatorum quod . . . .

37) potuisset nec de[fuissent] de iure . . . extra deferri et re iam (?) inter monasterium . . ., quia obstat instrumentum exhibitum ex parte . . . .

38) per . . . . iudicis . . . . et . . . . et . . . . iudicis inferioris . . ad superiorem . . ret iurisdictio u . . . .

39) acta coram priore iudice habita non perventum immo ex eisdem actis iudex . . . . vel substitutus iudicare debet nec . . . .

40) processu prehabito nec est dictum nec monere debet, quod in dicto instrumento dato . . . . . . alicui p[arc]ium medio tempore per h . . .

41) in sus . . sicut p[atet] tenore dicti instrumenti diligenter . . petit adversum (?) . . pronunciari per vos . . . .

42) be . . . ut supra et nos iudices ad interloquendum super hiis et prius (?) coram nobis proponendis quibus presentes . . . .

43) . . . . . ord . . . . . eiusdem . . . LXXXIX° . . . . .

Von einem als Buchumschlag benutzten Pergamentblatte in der Universitätsbibliothek Münster. Die sehr beschädigte Schrift ist nicht überall mit Sicherheit zu entziffern gewesen. Das Blatt ist auf der rechten Seite unvollständig.

2108.

Graf Herbord von Dortmund tauscht mit der Essener Kirche Ministerialen aus. 1288 (1289) Januar 11.

Omnibus presens scriptum visuris vel audituris Herbordus comes Tremoniensis salutem et rei geste cognoscere veritatem. Notum facimus, quod nos auctoritate et gratia speciali, quam a sacro Romano

super hoc obtinere dinoscimur inperio, Wilhelmum filium Florentii de Uflen inperii ipsius ministerialem ab omni obnoxietate et iure, quibus idem dicto tenebatur inperio plane absolventes, ipsum transferendo permutationis titulo tradidimus ecclesie Asnidensi iure ministeriali mancipandum, Henricum vero Arnoldi de Coningesberg filium ex predicti inperii fidelium consilio nomine inperii eiusdem in concambium duximus acceptandum. In cuius rei testimonium, evidentiam et firmitatem perpetuam sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXX^mo octavo, III° Idus Januarii, presentibus Thilemanno dicto Palas et Henzone de Huvele civibus Tremoniensibus ipsius inperii fidelibus et aliis pluribus.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 112. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Herbord von Dortmund (Westf. Siegel Taf. 38, 5). Gedr. Dortm. UB. I 195.

2109.

Statut des Magistrats von Soest, dass jeder Fremde, der in der Stadt heirathet, binnen Monatsfrist das Bürgerrecht erwerben muss. 1288 (1289) Februar 14.

Omnibus presentes litteras visuris nos magistratus, consules et universi opidani Susacienses notum esse cupimus, quod, cum a tempore, cuius non est memoria, talis in opido nostro fuerit observata consuetudo, quod omnis advena non noster coopidanus ibidem contrahens matrimonium post contractum huiusmodi nostram solebat civilitatem recipere et iura nostra civilia et honestas et approbatas consuetudines observare cumque tandem huic consuetudini reniti quidam intenderent, nos ex unanimi consensu et de communi consilio omnium nostrum dictam consuetudinem propter honorem opidi nostri et pro communi bono ac utilitate in hiis scriptis duximus innovandam, firmiter statuentes, ut quicunque non noster coopidanus in opido nostro uxorem duxerit, civilitatem ibidem recipiat infra mensem post nuptias celebratas, observaturus omnia opidi nostri iura civilia et consuetudines honestas et approbatas in vigiliis, collectis, talliis et in omnibus aliis [servitiis pro opido nostro] faciendis sicut [nostri coopidani facere consueverunt. Qui autem] requisitus premissa facere recusaverit, cum uxore ac pueris suis, si quos habet, recedet ab opido nostro, de gracia receptionis sue nullam umquam spem vel fiduciam habiturus. Ut igitur hec omnia rata perpetuis temporibus et inconvulsa permaneant, presentem paginam super eo conscriptam opidi nostri sigillo fecimus communiri. Actum et datum in die beati Valentini martiris anno Domini M°.CC°.LXXX°. octavo.

Or. Stdt.-A. Soest, VIII Nr. 1, stark vermodert. Siegel ab. Gedr. Seibertz, UB. I 423 nach Haeberlin Anal. med. aev. S. 252. Emminghaus Memorab. Susat. p. 11 S. 260.

2110.

Der Edle Wilhelm von Ardey verkauft dem Priester Gerhard in Wicheln (Kr. Arnsberg) eine Hufe in Wennholthausen (Kr. Meschede), der sie dem Kl. Rumbeck überträgt. 1288 (1289) Februar 14.

Acta hominum evanescunt a memoria, nisi litterarum testimonio perhennentur. Noverint igitur tam presentis quam futuri temporis veritatis amatores, quod nos Wilhelmus nobilis de Ardeia vendidimus domino Gerhardo sacerdoti in Wiglon mansum in Wineholthusen, in quo habitat Johannes Timpanarius, qui solvit annuatim duo maldra avene et dimidium maldrum siliginis Arnesbergensis mensure et porcum vel duodecim denarios pro tribus marcis et quatuor solidis Susatiensis monete, quem idem G(erhardus) pro remedio anime sue ac divine remunerationis intuitu contulit ecclesie sancti Nicholai[1]) in Rumbike cum omnibus attinentiis libere et quiete perpetuo possidendo (!) tali mediante statuto, quod ecclesia predicta solvat ex eisdem bonis ecclesie in Sceyda duodecim denarios singulis annis in Assumptione

sancte Marie. Ut autem ratum et stabile permaneat et ne aliquis vacillet in posterum, presentem litteram conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M°.CC°.L°.XX°X° octavo, in die beati Valentini. Presentes fuerunt: Godefridus plebanus, Richardus, Gerhardus, Hunoldus, Herebordus iudex, Lambertus villicus, Albertus, Volmarus, Theodericus de Hammone, Johannes de Ponte, Gerhardus cappellanus in Rumbike, frater Theodericus sutor in Rumbike et quam plures alii.

[1]) *Or. ursprünglich* „Nicholai sancti". *Durch übergeschriebene Buchstaben* „a" *u.* „b" *umgestellt.*

Or. Kl. Rumbeck Nr. 35. An Pgtstr. das Siegel des Edlen Wilhelm von Ardey abgerissen und wieder angesteckt (Westf. Siegel Taf. 30, 10). Gedr. Seibertz, UB. I 422.

2111.

Der Abt von s. Aubert, der Dechant von s. Gangerici und der Magister Franco zu Cambrai, unter Transsumierung von Nr. 2086, 2091, 2092, 2095, an den Dechanten und Magister Rudolf von Harricur in Paris unter Transfigierung des Klagelibells des Dortmunder Prokurators: sie übertragen ihm die Leitung des Verfahrens und empfehlen ihm, die Parteien auf feria tercia post Reminiscere *(März 8) zur* litiscontestatio *nach Paris zu fordern.*
1289 Februar 19 (sabbato ante dominicam Esto mihi).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 210. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 758. Mit den Siegeln der Aussteller (das des Magisters Franco ab). Das transfigierte Klagelibell des Dortmunder Prokurators vom selben Datum enthält die 4 Punkte: 1) dass die Appellationsrichter den Dechanten von Mariengraden nicht gezwungen hätten, auf die Positionen des Dortmunder Prokurators zu antworten; 2) dass sie keine Zeugenvernehmung zuliessen; 3) dass sie sich geweigert hätten, die Akten abschriftlich herauszugeben; 4) dass sie trotz der Appellation eine Schlussentenz erliessen.

2112.

Der Thesaurar Engelbert von Soest bekundet, dass der städtische Notar Albert Geld zum Ankauf einer Rente von 3 Schillingen gegeben hat, wofür nach seinem Tode sein Jahresgedächtniss gefeiert werden soll. 1288 (1289) Februar 23.

Omnibus presentes litteras visuris seu percepturis ego Engelbertus thezaurarius ecclesie Susatiensis notum facio et protestor, quod cum empta fuisset denariis Alberti opidi Susatiensis notarii videlicet tribus marcis annualis pensio trium solidorum eroganda singulis annis ex domo et totali hereditate Alexandri Lanificis qui quondam fuerat Hermanni de Merschus idem Albertus in modum testamenti de dicta pensione taliter ordinavit. quod ipsa sibi, quoad vixerit, amministrabitur et post mortem suam in perpetuam ipsius memoriam cedet rectoribus altarium ecclesie Susatiensis predicte annumerato rectore capelle sancti Stephani inter eosdem rectores qui pro tempore fuerint in omni anniversario dicti Alberti equaliter dividenda sperantis in Domino, quod debeant esse sui memores in orationibus eorundem. Dicti ergo rectores ordinationem huiusmodi gratam habentes firmiter promiserunt in verbo sacerdotii hoc dicentes, quod ipsi consimilem habentes pensionem in predicta hereditate singulis annis infra quindenam post festum Pasche decem et octo denarios similiter infra quindenam post festum beati Michahelis decem et octo denarios eidem Alberto seu cui ipse commiserit primo et precipue amministrabunt seu amministrari facient ratione prenotate trium solidorum pensionis suis denariis comparate ipsam post mortem eius inter se distributuri, sicut superius est expressum, et inde acturi memoriam eius, sicut benefactorum eorum memorie agi solent. In cuius rei testimonium sigillum meum ad peticionem partium presentibus est appensum dictorumque rectorum sigillis utentium et sepedicti Alberti sigilla sunt apposita ad plenam evidentiam premissorum. Actum et datum in vigilia beati Mathie apostoli, anno Domini M°.C°.C°.LXXX° octavo.

Or. Vicarien ad s. Patroclum in Soest 3. Von den sieben an Pgtstr. angehängt gewesenen Siegeln ist nur an 2. Stelle in grünem Wachs ein kleines spitzovales Siegel erhalten (frei im Siegelfelde ein schreitender Pfau: ... Rector . de .) *und Rest eines zweiten mit celebrirendem Priester: ...* HERM ....

2113.

Vor Bürgermeister und Rath von Soest überweisen die Provisoren des Hospitals zum hl. Geist in Soest ihrem Mitbürger Hermann gen. Pronomen und dessen Frau eine Rente auf Lebenszeit. 1288 (1289) März 7.

Nos Hermannus de Benekenchusen et Gerlacus de Lake magistri consulum et totum consilium opidi Susatiensis universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod per nos et nobis mediantibus ordinatum est et in eo concordatum, quod domus hospitalis in opido nostro predicto que domus sancti Spiritus appellatur et provisores predicte domus quicumque pro tempore fuerint administrabunt Hermanno dicto Pronomen[1]) et Gertrudi uxori eius nostris concivibus quolibet anno in festo ad Cathedram beati Petri tres maltas annone, siliginis videlicet et ordei pari quantitate, et duorum solidorum pensionem tempore prenotato, item in festo Pasche dimidiam marcam, item in festo beati Mychaelis dimidiam marcam quolibet anno, quamdiu vixerint coniuges prenotati, ita scilicet quod uno eorum premortuo alter eorum quicunque superstes vixerit dimidiam pensionem tam annone quam denariorum integraliter percipiet tempore vite sue sine dicte domus aut suorum provisorum aliquali contradictione; ambobus vero coniugibus predictis de medio sublatis dicta domus hospitalis de erogatione predicte pensionis erit perpetuo libera et soluta. In cuius rei testimonium ad petitionem partium hinc inde presens scriptum sigillo opidi nostri fecimus roborari. Hiis presentes aderant viri subscripti cum prescriptis scilicet: Albertus de Palsole iunior, Wynandus Wale, Albertus de Palsole maior, Johannes de Sunhere[2]), Lambertus de Pugno, Wernerus Rufus, Gotmarus de Medebeke gener Herboldi Macken, Gerwin(us) de Lunen iunior, Heinemannus de Ostinchusen et alii quam plures in Susato fidedigni. Datum feria secunda post dominicam Reminiscere, anno Domini M°.CC°.LXXX° octavo.

[1]) *Abschr.* „Pronomon". [2]) *Abschr.* „Bunhere".

Nach einer im Besitz des Herrn Goswin von Michels in Soest befindlichen Copie abgeschrieben 1859 von Vorwerck in dessen Handschriftensammlung im Stdt.-A. Soest I 22 S. 52.

2114.

Vor Propst Dietrich von Soest verkauft der Soester Bürger Herbord de Kefflike *dem Magister Regenhard eine Fruchtrente aus den Kapitels-Lehengütern zu Opmünden. 1288 (1289) April 2.*

Nos Theodericus Dei gratia prepositus ecclesie Susaciensis omnibus presentes litteras percepturis in perpetuum. Notum facimus publice protestantes, quod cum Herbordus dictus de Kefflike opidanus Susaciensis rite ac racionabiliter vendidisset magistro Regenhardo nostro in predicta ecclesia concanonico duo maltia annone silignis et ordei pari quantitate singulis annis eroganda ex bonis eiusdem Herbordi sitis apud Opmene, que de manu nostra tenentur in feůdo, et de agris, quoscunque habet dictus Herbordus ibidem iacencia. Quam quidem annonam dictus magister nomine executoris testamenti magistri Gerlaci quondam dicte ecclesie canonici bone memorie comparavit eidem ecclesie, ut inde ibidem apud canonicos sit eiusdem magistri Gerlaci memoria perpetua et illa in omni anniversario suo agatur fideliter, sicut benefactorum eiusdem ecclesie memorie agi solent. Nos premissa omnia approbantes ad resignacionem dicti Herbordi et . . uxoris sue prefata duo malta dicto magistro Regenhardo ea recipienti nomine ecclesie nostre predicte concedenda duximus et concedimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium et robur firmitatis perpetue presentem litteram super eo conscriptam ad peticionem parcium utrobique

sigilli nostri fecimus inpressione muniri. [Actum] . . in vigilia Palmarum anno Domini M^mo^.CC^mo^. octuagesimo octavo.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 61. Siegel von Pgt. ab. Das Pgt. ist an den Rändern durch Mäusefrass beschädigt.

2115.

Adelheid, Witwe des Dortmunder Bürgers Ertmar im Kamp lässt den Dortmunder Bürgern Gottfried und Ludger Cruse ihre Besitzungen Osthus und Holthausen vor dem Grafen Herbord von Dortmund als Freigrafen auf. 1288 (1289) April 5.

Quoniam mortales sumus et dudum subsistere non possumus, competens est presidium futurorum, precedentium gesta quorum perhennitas desiderantur (!) litterarum testimoniis exhiberi. Proinde ego Alheydis relicta quondam Ertmari in Campo civis Tremoniensis et Gotfridus filius meus, sicut presentium constat memorie, ita futurorum transmittimus noticie, quod nos de sano et maturo consilio ac consensu consangwineorum nostrorum vendidimus Gotfrido et Lutgero fratribus dictis Cruse eorumque legitimis heredibus natis et innatis bona nostra sita in Holthusen, que Osthus appellantur cum universis attinentiis, hominibus bona colentibus et ad ipsa bona spectantibus, agris, pratis, pascuis, piscariis, tam in cespitibus quam in frondibus, in meram proprietatem perpetuo possidenda. Ut autem huiusmodi vendicio nostra dictis fratribus et heredibus ipsorum amplius firmaretur, accessimus ad curiam Theoderici de Bertelwic, in qua honorabilis vir Herbordus comes Tremoniensis legitimum locum secreti iudicii per sententiam constituit et personaliter in sede liberi comitis iudicio presidebat, in quo loco bona resignavimus memorata. Prenotatus itaque liber comes possessionem dictorum bonorum sepedictis fratribus per bannum regium stabilivit de sententia scabinorum, hiis scabinis eiusdem iudicii presentibus: Ottone de Hammone, Henrico Grunepape, Theoderico de Bertelwich predicto, Gerardo filio Radolfi, Gotfrido Clavigero, Henrico de Sunthem et Gotfrido de Stochem. Actum anno Domini M°.C°C°.LXXX°. octavo, feria tercia post ramos Palmarum, istius anni consilio civitatis Tremoniensis presente videlicet Johanne de Wickede, Ertmaro de Crakowe, Bernardo Calvo, Thiderico Nigro, Conrado Pede, Hildebrando Suderman, Henrico Albo, Alvino de Sinckinc, Winando de Stenhus, Alberto de Puteo, Johanne de Mendene, Johanne de Susato, Lamberto de Cusvelde, Lutgero emptore iam dicto, Henrico de Hagen, Alberto Beyone, Ecberto de Rode, Henrico de Tremonia; etiam presentes fuerunt Winandus et Conradus de Herrike, Bernardus de Braken, Hildebrandus et Lutgerus fratres dicti Bunde et alii quam plures. Ne vero aliquis prescriptum factum nostrum in posterum infringere valeat vel mutare, rogavimus honorabiles viros comitem et consules Tremonienses predictos sigilla eorum presentibus apponere in testimonium premissorum.

Or. Dortmund s. Katharina Nr. 40 mit den Siegeln Graf Herbords (Westf. Siegel Taf 38, 5) und der Stadt Dortmund mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 75, 2; 84, 2) an weiss-roten Seidenfäden. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I, 211.

2116.

Die Brüder von Hörde verkaufen dem Grafen Herbord von Dortmund eine Gewürzrente, die sie aus den Gärten des Bernardus Calvus beziehen. Dortmund, Grafenhof 1289 April 18.

Universis presentia visuris innotescat, quod nos Bernerdus(!) miles de Hurde, Albertus et Fredericus filii nostri de sano et maturo consilio vendidimus et resignavimus domino Herbordo comiti Tremoniensi, Alheydi uxori sue et eorum legitimis heredibus universis septem talenta komini et unum talentum piperis ac terciam partem unius talenti piperis de redditibus nostris qui nobis solvuntur de ortubus, quos Bernardus Calvus possidet et de quibus etiam Alberto nepoti nostro solvit dicto de Hurde perpetuo tollenda et percipienda eo iure quo nos possedimus redditus komini et piperis prenotatos. Actum in

curia dicti comitis anno Domini M°.C°C°.LXXX° nono, feria secunda post dominicam Quasimodogeniti, presentibus Thiderico de Syborg, Gotfrido de Stockem, Henrico Timbom[1]) famulo nostro, Amilio famulo comitis, Bernardo Calvo, Henrico notario Tremoniensi, Johele iudeo et Joseph filio suo. In huius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro firmiter fecimus communiri.

[1]) „Cimbom"?

Or. Kl. Clarenberg 2. An rothen Seidenfäden das Siegel des Ritters Bernhard von Hörde vgl. Westf. Siegel 250, 2. Vgl. Meininghaus, Grafen v. Dortmund S. 151.

2117.

Godfridus (?), Prior, und Bertradis, Priorissin des Klosters St. Katharina in Dortmund, nehmen Richard und Hildegund von Rephusen *mit ihren Kindern unter die Wachszinsigen der Kirche auf und übertragen ihnen die Güter des Klosters in* Rephusen. *1289 April 24.*

Presentis vite negocia consumit oblivio, nisi fidelis scripture patrocinio in thesauris memorie recordantur. Proinde nos God. prior, Bertradis priorissa totusque conventus sanctimonialium apud sanctam Katerinam in Tremonia notum facimus universis, quod nos Richardo et Hildegundi de Rephusen et eorum pueris dedimus ius cerocensuale ecclesie nostre sub hac forma, quod quicumque de parentela predictorum per se expensas habuerit, dabit annis singulis feria sexta ante festum Penthecostes dimidium talentum cere pro suo cerocensu et quicumque matrimonium contrahere voluerit sive masculus fuerit sive femina dabit tres solidos pro licencia et nubat. Item si aliquis se divertere vellet in ius, in quo uxor sua esset vel e contrario femina in ius sui viri, dare deberet pro se sex solidos denariorum legalium in Tremonia pro cambio et licencia et permanere perpetuo quitus et absolutus. Eciam cum aliquem de dicta parentela decedere contigeret (!), qui per se expensas habuerit, ut est dictum, et quicumque illi propinquior fuerit, dabit dimidiam marcam et tollat omnia que moriens post se relinquerit (!) dum modo [h]abeat ius morientis. Ceterum locavimus dictis R(ichardo) et Hildegundi et eorum pueris et successoribus, qui de iure fuerint, bona nostra in Rephusen tali condicione, quod quicunque ipsa bona inhabitaverit, det dimidiam marcam pro porrexione; extunc in unam tantummodo manum bona porrigentur. Dabit eciam decem et octo maldra annone, trium generum: siliginis, ordei et avene mensure Tremoniensis in festo beati Martini pro pensione annuali, in festo Assencionis (!) Domini decem et octo denarios, item in festo beati Lamberti duos porcos valentes duos solidos et si esset fructus glandium, inhabitator bonorum debet nostros porcos cum suis masticare; debet eciam dilienter reservare lingna pertinencia ad curiam, sed suam tantummodo querat necessitatem in eisdem, videlicet ad conburendum, sepiendum et ad edificia domorum reparanda. Adiectum est eciam, quod si ecclesia nostra vellet pro sua necessitate lingna predicta secare, taliter secare deberet quod esset graciosum, ne eciam funditus silvam devastaret. Actum in ecclesia prefata anno Domini M.CC. octuagesimo nono, in vigilia beati Marci ewangeliste, presentibus Abberto (!) de Westhoven, Alberto de Lo, Johanne de Heyde, Hermanno Hovener de Lindenhorst. Ut predicta rata et fimiter (!) teneantur, sigillum nostri conventus est appensum.

Or. Dortmund St. Katharina 41. Von dem Konventssiegel (Westf. Siegel Taf. 111, 9) nur ein Rest erhalten. Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 212.

2118.

Erzbischof Siegfried von Köln söhnt sich nach der Schlacht von Worringen mit den Grafen Everhard von der Mark und Otto von Waldeck aus. 1289 Mai 19.

Nos Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, per Ytaliam archicancellarius notum facimus universis has presentes litteras inspecturis, quod inter nos ex una parte et nobiles viros

Everardum de Marca et Ottonem de Waldecge, comites ex altera est amicabiliter concordatum et ordinatum in hunc modum, ita videlicet quod omnibus dissensionibus, rancoribus et inimicitiis inter nos ex una parte et dictos . . comites et ipsorum adiutores quoscunque ex altera, tam de occisis in conflictu apud Wurrinc et alibi ubicunque captivis, exactionatis, dampnis, incendiis et rapinis quam etiam de destructionibus castrorum, opidorum et villarum et maxime instrumentis et conventionibus et fideiussoribus super dictis conventionibus ab eodem . . comite de Marka constitutis super castro Raffenberg et specialiter occasione captivitatis nostre exortis et habitis et quicquid ex eis secutum est per nos pro nobis et nostris adiutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus quorum posse habemus et vice versa per dictos comites pro ipsis ac eorum adiutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus quorum posse habent est renunciatum pure, simpliciter et spontanea voluntate, nec de cetero nos vel successores nostri seu ecclesia Coloniensis nec nostri adiutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales quorum posse habemus nec ipsi comites nec eorum adiutores, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales quorum posse habent aliquam impetitionem vel vindictam faciemus seu facient super premissis nec contra premissa vel aliquod premissorum veniemus nec ipsi venient omni dolo et fraude penitus exclusis. Per huiusmodi autem amicabilis compositionis ordinationem nos et ecclesia Coloniensis et nostri adiutores ad bona et hereditates nostras redibimus et revertemur et ipsi comites et ipsorum adiutores ad bona et hereditates suas redibunt et revertentur, salvis tamen nobis et ecclesie Coloniensi et dicto Everardo comiti de Marka iuribus super advocatia et iudicio Assindense. Promittimus insuper, quod nos dictum comitem de Marka et suos heredes omni iure suo et gratia et bonis consuetudinibus, districtibus et dominio suo, sicut hactenus gavisus est et ad hanc horam possedit et adhuc possidet, permittemus gaudere pacifice et quiete, nec aliquod castrum vel munitionem edificabimus seu edificari faciemus in terra et dominio comitis de Marka memorati, nec vice versa idem comes de Marka castrum vel munitionem edificabit vel faciet edificari in terra et dominio nostro et ecclesie Coloniensis. Actum est etiam inter nos et comitem de Marka predictum, quod Theodericus de Volmestene miles inclusus est cum comite de Marca compositioni antedicte. Et nos archiepiscopus omnia et singula vera esse premissa profitentes, ad observationem dicte compositionis et amicabilis ordinationis pro nobis et nostris adiutoribus quibuscunque de quibus posse habemus, super hiis tactis sacrosanctis corporaliter iuramento a nobis prestito, nos firmiter obligamus per presentes, sigilla nostrum et ecclesie Coloniensis ex certa nostra scientia et ad petitionem nostram presentibus in testimonium sunt appensa. Et nos . . decanus et capitulum ecclesie Coloniensis ad petitionem dicti domini nostri Sifridi archiepiscopi sigillum nostrum profitemur presentibus in testimonium appendisse. Et nos Everardus de Marka et Otto de Waldecge comites predicti omnia et singula premissa vera esse profitentes et ůrvedam ac renunciationes, prout superius est expressum, facientes, ad observationem dicte compositionis amicabilis et omnium premissorum, prout unumquemque nostrum seu aliquem ex nobis contigit, pro nobis, nostris adiutoribus, consanguineis, amicis, vasallis et ministerialibus de quibus posse habemus, promittentes etiam, quod contra premissa vel aliquod premissorum non veniemus in toto vel in parte, nec de cetero nos et heredes nostri et adiutores nostri, consanguinei, amici, vasalli et ministeriales quorum posse habemus aliquam impetitionem vel vindictam faciemus vel facient de premissis, omni dolo et fraude penitus exclusis; super hiis tactis sacrosanctis a nobis corporaliter interpositis iuramentis nos obligamus in hiis scriptis, sigilla nostra presentibus in testimonium apponentes. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octoagesimo nono, in die Ascensionis Domini.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln: Domstift 502. Gedr. Lacomblet, UB. II, 867. Reg. auch Westf. UB. IV, 2016. Siegel 1) des Erzbischofs mit Rücksiegel (Ewald Taf. 19, 4 u. 5), 2) des Domstifts Köln (beschädigt), 3) des Grafen E. von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1); das des Grafen O. von Waldeck scheint überhaupt nicht angehängt gewesen zu sein.

2119.

Erzbischof Siegfried von Köln schliesst mit den Grafen von Berg Friede; dabei auch der Graf Everhard von der Mark mehrfach als Helfer des Grafen von Berg erwähnt. 1289 Mai 19.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln: Domstift 499. Gedr. Lacomblet UB. II. 865.

2120.

Heinrich von Berg, Herr von Windeck verzichtet, nachdem ihm Erzbischof Siegfried das Kölnische Erbkämmerer-Amt mit 120 Mark jährlicher Rente zu Lehen gegeben hat, auf eine ihm vorher überwiesene Lebensrente videlicet in opido Attendarre viginti marcas et in Drůylshagen et Oylfe viginti marcas de petitione autumpnali. *1289 Mai 19.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln: Domstift 503. Gedr. Lacomblet UB. II 869.

2121.

Heinrich gen. Slepere verkauft der Aebtissin Jutta, der Pröpstin Cunigunde und dem Kapitel in Geseke seine Güter neben der Strasse in Geseke, welche einst dem Ritter Ecbert gen. Vette gehört hatten. Auf einem angeschlossenen Transsumpt werden wegen Verwendung gewisser Einkünfte der Güter genauere Bestimmungen getroffen. 1289 Mai 27. Vergl. Nr. 2022.

Ne ea que rite fiunt negotia in oblivionem apud posteros redigantur, expedit ut scripti munimine confirmentur. Noverint igitur universi presentes litteras visuri seu audituri, quod Henricus dictus Slepere, Wendelburgis ipsius uxor de consensu concordi filiorum et heredum suorum Hermanni videlicet, Henrici Conradi, Johannis, Degenhardi ac Wendelburgis bona sua iuxta plateam sita que ab ecclesia sancti Cyriaci in Gyseke iure ministeriali habuerunt et Ecberti dicti Vetten militis quondam fuerant vendiderunt in agris, silvis, pratis, pascuis ac universis iuribus et attinentiis, quatuor *eychwort* et uno *scar* in silva que Gesekermarca dicitur exceptis, venerabili matrone Jutte de Helfenberg abbatisse in Gyseke, Cunegundi preposite, Elyzabet cellerarie ac Bele de Lon canonicabus ibidem in ipsarum manus ipsa bona possidenda perpetuo libere resignantes. Que bona dum dicte domine de communi consensu capituli sui pro ipsarum denariis conparassent ad emendandas et augmentandas communes prebendas, ipsa abbatissa collationem eorundem bonorum que ad eam de iure spectabat dicto capitulo contulit de eiusdem capituli consensu voluntario et concordi, ut ad colendum locandi bona eadem ipsum capitulum perfectam et liberam habeat facultatem. Clenodia tamen minuta utpote porcos, aucas, pullos, ova et huiusmodi de dictis bonis solvenda abbatie debere solvi perhenniter extitit ordinatum, locatione attamen et clenodiis ipse emptrices, quoad vixerint, equa perceptione et optione gaudere volunt, sed dum ipsarum aliqua decesserit pars clenodiorum et ius ipsam mortuam contingens proveniet abbatie et partem suam percipiet capitulum in annona. Verum[1]) ante omnia existit ordinatum, quod de sepedictis bonis unum maltum annone triplicis: quatuor videlicet modii siliginis totidem ordei et avene totidem abbatie, prepositure vero decem et octo modii similiter annone triplicis: sex quidem modii siliginis totidem ordei et avene totidem annis singulis perpetuo persolvantur. De aliis autem dictorum bonorum redditibus quid fieri debeat, in cedula huic carte trasfixa (!) et sigillis abbatisse prescripte et capituli specialiter consignata expressius et plenius continetur. Ne autem hec premissa taliter ordinata per alicuius calumpniam inmutari seu infirmari valeant, petiverunt memorati venditores et venditorum heredes una cum emptricibus predictis sigilla capituli Gysekensis universitatis oppidi, magistri Johannis, Arnoldi et Gosvini canonicorum ibidem necnon Johannis in Boke plebani una cum sigillo abbatisse antedicte

appendi presentibus in huius facti firmitatem et evidentiam pleniorem. Et nos capitulum, magister Johannes, Arnoldus et Gosvinus ac Johannes in Boke plebanus predicti sigilla nostra nosque consules universitatis oppidi nostri sigillum una cum sigillo ipsius abbatisse ad preces ementium et vendentium presentibus appendenda duximus in testimonium premissorum. Actum et datum VI Kalendas Junii anno Domini M°CC^mo^LXXX^mo^ nono, presentibus Conrado epistolario ecclesie predicte, Ecberto Ernestinch, Joachim de Pistrino sacerdotibus, Henrico rectore scolarum in Gyseke; Luberto dicto Comite milite, Gerhardo de Hemerde, Hermanno Rabodinch, Johanne de Suberdinchusen, Johanne Blisinc, Dethardo de Herdinchusen, Renfrido de Persminchusen, Johanne Pawinch, Lamberto Pistore, Gyselero de Upsprungen, Wernero de Strot consulibus; Everhardo Bolike, Alberto de Horde, Menrico Budel, Johanne Mars famulis; Olrico Arnoldo Gortevigent fratribus, Hermanno Mactatore, Helmico Peremunt, Johanne Vulberone et Hermanno fratribus dictis Pawen, Henrico Druckeberg, Hermanno Ymminch, Henrico Vasolt, Hermanno Pras, Johanne eius filio, Henrico Yrrevogel, Ludero eius sororio, Hermanno Molenerinch, Renfrido de Langeneke, Johanne de Holthusen, Alberone de Clege, Johanne Widekint, Hermanno Prangen oppidanis in Gyseke, presente eciam Godefrido Scarlaken iudice ibidem et multis aliis fidedignis.

[1]) *Doppelt geschrieben.*

Or. Kl. Geseke Nr. 23. An geflochtenen Hanffäden die Siegel der Aebtissin Jutta (s. oben Nr. 2022), des Kl. Geseke (Westf. Siegel Taf. 107, 3), der Stadt Geseke (ebenda Taf. 66, 5), des Magisters Johannes (klein rund: Gotteslamm mit der Fahne), des Canonikers Arnold (spitzoval: Gotteslamm mit der Fahne) und Goswin (rund: Kopf eines Heiligen) und des Pfarrers Johann (spitzoval: Maria Verkündigung).

Daran befestigt ist durch die Schnüre der Siegel der Aebtissin Jutta und des Kapitels von Geseke der folgende Transfixbrief:

De bonis in littera signatis cui hec cedula est transfixa servandum est per omnia, sicut ipsa littera habet, isto superaddito, quod preposita que pro tempore fuerit ex decem et octo modiis ipsam specialiter contingentibus dabit dominabus in Ascensione Domini duos solidos ad vinum, ut in ipsa sollempnitate cantent versum: „Oramus domine“ cum antiphona: „O rex glorie“ in choro sollempniter, nona dicta. De parte eciam pensionis ex ipsis bonis contingente dominas communiter tollet ipsa preposita denarios sibi necessarios ad procurandum commemorationes infrascriptas: In anniversario domini Johannis de Helfenberg qui est ipso die Margarete canonicis tribus sex denarios, subdiacono unum, legenti psalterium unum, campanariis unum et ad altare cereum de duobus denariis; necnon in festo beate Katerine luminare de duobus denariis ad altare. In anniversario Agnetis de Gastervelde tres denarios tribus canonicis ad tres missas. In anniversario Theoderici et Hildeburgis parentum Cunegundis preposite qui est in vigilia Lamberti tres denarios tribus canonicis pro missis dicendis. Item in anniversario Alheydis quondam canonice qui est in vigilia conversionis Pauli tres denarios canonicis tribus ad missas et lumen duos valens denarios ad altare. Item in anniversario Beatricis canonice [qui est in octava Epiphanie domini][1]) unum denarium . . ebdomodario ad missam. Item in anniversario Megthildis canonice qui est in die Juliane virginis unum denarium ebdomodario ad missam. Item in anniversario Alheydis quondam canonice qui est in die Potentiane virginis unum denarium ad missam ebdomodario. Item in anniversario Ponsiline canonice qui est II Kalendas Aprilis tres denarios tribus canonicis ad tres missas. Item in anniversario Jutte canonice qui est in conceptione Johannis Baptiste unum denarium ebdomodario ad missam. Ut autem hec premissa fidelius et diligentius ipsa preposita procuret, eidem sunt septem denarii areales ex quadam area supradictis bonis annexa specialiter deputati, ceterum (!) portionem C(unegundim) prepositam ratione ultime emptionis contingentem ipsa preposita ac Hildeburgis eius neptis condivident ita, quod post mortem unius ex eis dimidietas ad usus

dominarum veniet et post mortem alterius alia dimidietas ad usus dominarum similiter convertatur. Acta et ordinata sunt hec de consensu Jutte Dei gracia abbatisse et capituli in Geseke anno Domini M°.CC°.LXXX°.IX. Preterea festum beate Katerine vult memorata abbatissa sollempniter cum lectionibus novem et responsoriis peragi perpetuo ratione sue partis in ipsis bonis quam pro eo dominabus contulit, uno malto excepto quod abbacie tollendum specialiter assignavit. Actum ut supra.

1) [ ] *übergeschrieben.*

2122.

Mandat Papst Nicolaus' IV. für den Decan von Enger, die Klage des Dietrich von Holthausen gegen (?) die Stadt Soest wegen Vorenthaltung gewisser Einkünfte zu untersuchen. Rieti 1289 Juni 22.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei dilecto filio . . decano ecclesie Angariensis, Osnaburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Thidericus de Holthusen . . . iudex, primores et scabini oppidi Susatiensis, Coloniensis diocesis super certis de(bitis) . . . . pro quadam quantitate bladii (?) . . . . . . aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni tue (per apostolica scripta mandamus), quatinus (partibus convocatis) audias causam et appellatione remota (debito fine decidas faciens) quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari, (Proviso) ne in (universitatem ?) predicti oppidi excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi a nobis (super hoc) mandatum accipias speciale. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio (vel timore subtraxerint), censura simili appellatione cessante compellas, veritati testimonium perhibere. Datum Reate X Kalendas Julii, pontificatus nostri anno secundo.

Or. Stdt.-A. Soest XXIX 296. Durch Moder stark zerstört, Bulle an Bindfäden. Schreibervermerk auf d. Bug rechts: Jac. Alex.

2123.

Erzbischof Siegfried von Köln und Graf Everhard von der Mark bestellen den Grafen Adolf von Berg in ihrem Streit wegen der Essener Vogtei zum Schiedsrichter. 1289 Juni 27.

Universis presens scriptum visuris et audituris Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepicopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius et Everhardus comes de Marka salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum inter nos Sifridum archiepiscopum predictum ex una parte et me Everhardum comitem predictum ex altera super advocatia et iurisdictione Asnidensi questio verteretur, tandem amicorum nostrorum inducti consilio nos Sifridus archiepiscopus predictus pro nobis in nobilem virum . . Adolphum comitem de Monte fidelem nostrum et ego Everhardus comes predictus in eundem nobilem virum Adolphum comitem de Monte compromisimus et per presentes compromittimus tanquam in arbitrum seu amicabilem compositorem ita videlicet, quod quicquid ipse comes de Monte predictus super advocatia et iurisdictione predicta dixerit seu statuerit, ratum hinc et inde habebimus et tenore presentium promittimus id inviolabiliter servaturos. In cuius rei testimonium et fidem pleniorem presens scriptum duximus sigillorum nostrorum munimine roborandum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°. nono, feria secunda post Nativitatem beati Johannis Baptiste.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 116. An Pgtstr. noch Reste des Siegels des Erzbischofs Siegfried mit Rücksiegel (Ewald Taf. 19, 4 u. 5) und des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1). Gedr. im Transsumpt vom 28. Juli 1295 bei Lacomblet UB. II 953.

2124.

Der Pfarrer, der Richter, die Ministerialen und die Rathleute von Recklinghausen zeigen dem Decan und Kapitel von ss. Aposteln in Köln an, dass Everhard von Westrem die Bruninchove *(Brünninghoff) mit denselben Rechten inne hat, wie sein Oheim Heinrich von* Wiberninchusen, *und dass er sich bereit erklärt hat, Gottschalk Budde volle Genüge zu leisten. 1289 Juli 10.*

Venerabilibus viris domino . . decano totique capitulo sanctorum Apostolorum in Colonia R. . . . plebanus, iudex, . . ministeriales beati Petri ecclesie Coloniensis tam milites quam famuli et . . consules opidi Rikelinchusen salutem cum omni promotione siqua possumus ad honorem. Discretioni vestre declaramus quod nobis constat, quod Everhardus de Westerem vester scultetus in Bruninchove eandem curiam vestram predictam una cum matre sua in omni iure tenere deberet, prout Hinricus de Wiberninchusen suus avunculus eandem a vobis tenebat. Preterea idem Everhardus de Westerem libentissime Godescalco dicto Budden de Bure plenam et exspeditam iusticiam facere exhibuit ac animo benivolo esset facere paratus, prout dictus Godescalcus Budde, Everhardus de Westerem et mater sua de eadem curia vestra inter ipsorum consanguineos et amicos simul convenerant, quam rennuit omnimode acceptare. Et hoc vobis sub nostris sigillis declaramus tenore presentium litterarum. Nos R. . . plebanus predictus sigillo domini Jo(annis) nostri capellani in hac parte utimur, quia nostrum penes nos non habuimus. Datum die dominica ante festum beate Margarete virginis, anno Domini M°.CC°.LXXX°. nono.

Or. Vest Recklinghausen Nr. 4. Vorhanden nur noch die Pergamentstreifen für die 3 angehängt gewesenen Siegel des Kaplans, der Ministerialen und der Stadt Recklinghausen.

2125.

Constanze, die Wittwe Lamberts von Boenen verkauft ihre Hufe in Illingen dem Kl. Welver. Burg Mark und Tönnen 1289 Juli 19.

Evanescit actio temporalis, nisi litterarum ac testium fulciatur stabili firmamento. Hinc est, quod universorum pateat noticiis tam presencium quam futurorum, quod Constancia relicta Lamberti quondam de Boynen de consensu Lutberti filii sui necnon filiarum suarum Stensiken et Agnesen vendidit conventui sanctimonialium in Welvere mansum suum in Illinchusen cum pratis, pascuis, nemoribus, agris cultis et incultis ceterisque pertinentiis universis iure proprietario perpetuo possidendum. Prefata etiam vidua cum heredibus suis prelibatis coram sede iudiciali que *vristul* volgariter dicitur in villa Tunne dicti mansi proprietatis beneficium resignavit astante iudiciisque presidente Johanne de Aslen libero comite aliisque viris fide dignis, quorum nomina subsequuntur: Fredericus de Aslen, Pulcian milites; Menricus de Bruchusen, Goscalcus de Ekenscede, Henricus Dukere, Richardus de Hesnen, Rutcherus de Galen, Henricus Sprenghe de Hoyneghe, Theodericus et Henricus fratres liberi et Tidericus dictus Bredensprinc. Ne vero dictam venditionem cuiuspiam malicia valeat in posterum retrectare, presens scriptum Wesceli de Galen et Johannis de Hovele militum ad preces parcium hinc inde sigillorum appensionibus est munitum. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. octuagesimo nono, feria tercia ante festum beati Jacobi apostoli. Ceterum subscripte venditionis primitus acte in castro Marka ante capellam ibidem testes sunt: Wescelus de Galen, Theodericus et Johannes fratres dicti Volenspit, Engelbertus de Herborne, Thidericus Harma, Johannes de Hovele, Pulcian milites, Rutcherus de Galen, Richardus de Hesnen, Henricus Dukere, Everwinus conversus ecclesie memorate.

Or. Kl. Welver Nr. 92. An Pgtstr. das Siegel Wessels von Galen (Westf. Siegel Taf. 159, 2), das Johanns von Hövel ist abgefallen. Rückschrift des XIV. Jhs.: To Yllynchusen op den hofft.

2126.

Der Dechant von Paris, zum Subdelegierten eingesetzt, bekundet, zugleich mit dem Kanonikus der Pariser Kirche Radulphus de Hericuria, *dass der Hildesheimer Kanonikus Petrus, Prokurator Dortmunds, den Heinrich, Rektor der Reinoldischule, und den Gerard, Kappellarius der s. Benediktskapelle in Dortmund, zu seinen Stellvertretern eingesetzt hat. Er beauftragt den Magister Radulph, Scholastikus, und den Johannes de Granario (Stalburg?), Kanonikus von s. Gereon in Köln, mit der Vernehmung der von Dortmund benannten Zeugen. 1289 Juli 23* (die sabbati post Marie Magdalene).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 213. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 761 mit Siegelrest.

2127.

Der Dechant der Pariser Kirche, Subdelegierter mit Radulph de Hericuria, *an den Dechanten von Mariagraden: die von ihm bestellten* auditores *sollen das Zeugenverhör an einem Termine, den sie dem Dechanten von Mariagraden anzuzeigen haben, vornehmen, einerlei ob der Dechant persönlich erscheint oder nicht. 1289 Juli 26* (die Martis post festum beate Marie Magdalene).
Transfigiert der Befehl desselben vom gleichen Datum an den Presbiter von s. Genofefa in Montepar., *obiges dem Dechanten zu insinuieren.*

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 214. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 762 mit halberhaltenen Siegeln.

2128.

Graf Everhard von der Mark tauscht mit dem Stift Werden Ministerialen gegen bisherige Wachszinsige aus. 1289 August 25.

Nos Everhardus comes de Marka omnibus presentes litteras visuris salutem perpetuam et noticiam veritatis. Ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod nos previa racione et deliberacione de consensu quoque heredum nostrorum absolvimus Elizabeth, filiam Cristine, et Elizabeth, filiam Elizabeth, a iure ministerialium, quo nobis astricte fuerunt, dimittentes et donantes easdem conventui monasterii Werdinensis de expressa voluntate et ratihabitione earundem in ius cerecensualium, ita quod dicto iure ad idem monasterium cum omni posteritate sua super altare beate Agathe dinoscantur perpetuo pertinere, renunciantes omni iuri, quod nobis in eisdem conpetebat, recipientes pro eisdem El(izabeth) et E(lizabeth) Gertrudim et Johannem filium eius cerecensuales predicti monasterii Werdinensis in ius ministerialium racionabili facto concambio et permutacione hinc inde hominum predictorum, ita quod prefati Gertrudis et Johannes et eorum generacionis successio ad nos et ad nostros heredes inperpetuum pertinere decetero dinoscantur. Ut autem supradicta firma maneant, presentem paginam super hoc conscriptam sigilli nostri munimine fecimus firmiter communiri. Presentes erant: Godefridus dictus Sluch miles, Hermannus Vůs de Apelderbeke, Albertus villicus de Holthusen et alii quam plures fidedigni. Actum et datum anno Domini M°CC°LXXXVIIII, in crastino beati Bartholomei apostoli.

Abschr. des XIV. Jhs. im St.-A. Düsseldorf, Msc. B 59¹/₄ fol. 30a.

2129.

Erzbischof Siegfried von Köln weist zwei Soester Bürgern, die auf einer in seinem Auftrag ausgeführten Gesandtschaftsreise in Gefangenschaft gerathen waren, die für ihre Befreiung gezahlten 100 Mark auf seine Einkünfte aus den Höfen Hattorp, Stochelen und Borgelen und die Vogtpfennige an. Brühl 1289 August 28.

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius notum facimus universis has litteras visuris et audituris, quod, cum Hermannus de Benninc-

husen et Adam de Thudinchusen oppidani nostri Susatienses in legacione nostra missi a latere nostro a Theoderico de Holtoye et Alberto de Schedeliche capti et detenti et postmodum pro centum marcis Monasteriensium denariorum excrediti fuissent, nos indempnitati dictorum oppidanorum nostrorum cavere volentes maxime propter dilectos fideles nostros scabinos, consules et universitatem Susacien[ses], qui dictos Hermannum et Adam super quibusdam arduis negociis ad nos destinarant, deputamus et assignamus eisdem Hermanno et Ade centum marcas monete pre[dicte] in curtibus et redditibus nostris Hatdorpe, Stocholen et Burgelen et in denariis [qui] *vogetpenninge* vulgariter dicuntur suis terminis, prout dicti redditus et denarii [solvi consueverunt recipiendas] et levandas, promittentes bona fide, quod dictos Herman[num et Adam et heredes ipsorum tamdiu in] universis redditibus nostris et denariis predictis t[enebimus et conservabimus nec ipsos ab aliquo] expelli seu eici permittemus, [quousque dictas centum marcas fuerint integraliter assecuti]. Promittimus insuper, quod si alique obventiones [in partibus Westfalie nobis emerserint] solutionem dictarum centum marcarum maturabimus et [solvemus ad] requisitionem oppidanorum nostrorum Susaciensium predictorum. Et quia premissas centum [marcas propter] utilitatem ecclesie nostre dictis H(ermanno) et Ade assignavimus in bonis nostris, prout est p[romissum] volumus, quod . . successor si nos, quod absit, mori contigerit, ad omnia et singula pre[missa] teneatur et maneat obligatus. Acta sunt hec presentibus dilectis in Christo Conrado maioris, [Wernero] sancti Gereonis prepositis [et Wigboldo sco]lastico maioris ecclesiarum Coloniensium prelatis et nobilibus viris H(enrico) domino de Windecge camerario nostro et Hartrado domino de Merenberg patrueli nostro et aliis pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium et robur eisdem Her(manno) et Ade presentes litteras tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud [Bru]yle ann[o Do]mini M°.CC°.LXXX^mo^. nono, in vigilia Decollationis beati Johannis Baptiste.

Or. Stdt.-A. Soest XI 104, durch Mäusefrass an einigen Stellen beschädigt, Siegel ab. Die Lücken sind nach dem Druck Soester Ztschr. 1887/88 S. 130, dem offenbar eine ältere Abschrift (von Rademacher?) zu Grunde liegt, ergänzt.

2130.

Heinrich der Sohn Lamberts von Wildeshausen lässt sich vom Kl. Rumbeck mit seinen Ansprüchen auf die Ländereien in Ole abfinden. Rumbeck 1289 September 10.

Ego Heinricus filius Lamberti dicti de Wildeshusen recognosco firmiter in hiis scriptis, quod omne ius, quod habere videbar in agris sitis in campo, quod (!) vocatur Ole, cum suis pertinenciis ab ipso patre meo ecclesie in Rumbeke venditis ad manus domini prepositi Johannis et tocius conventus libere resigno et tenore presentium offero resignatum, quatuor solidis denariorum pro ipsa resignatione ab ecclesia prenotata voluntarie michi datis. Testor insuper et affirmo, quod in ipsis bonis nullus meorum propinquorum sibi ius aliquod poterit vendicare sive in posterum usurpare. Testes sunt dominus Hermannus viceplebanus in Kalle, Heinricus iudex in Vrigen(ole), Volmarus de Beric, Johannes et Volgmarus fratres venatores, Hermannus apud ecclesiam et alii quam plures. In huius rei evidenciam firmiorem dominus Wigandus prepositus ecclesie in Wedenkusen, Godefridus pastor ecclesie in Vrigenole suis sigillis presentem paginam consignarunt. Datum Rumbeke anno Domini M°.CC°.LXXX°IX°, IIII° Idus Septembris.

Or. Kl. Rumbeck 36. Zwei Siegel von Pgtstr. ab.

2131.

Der Scholastikus (Rudolf) und der Kanonikus Johannes von Stalburg von s. Gereon in Köln als auditores *(vergl. 2126) an den Dechanten und Magister Gottfried, Kanoniker von s. Georg in Köln, Petrus, Kanonikus von s. Severin, Magister Heydenricus, Nycolaus, Rektor der Kirche in Ergste, Gerardus Westfelinc, Hermannus de Foro Piscium, Ywanus, Henricus Klerikus Gottfrieds, Gobelinus*

Westfelinc, Gobelinus Klerikus des Dechanten von s. Georg, Johannes Helye: durch einen — transsumierten — Brief des Dechanten der Pariser Kirche von 1289 die Martis post Jacobi et Christofori *(Juli 26) sind sie von dem Subdelegierten, dem Dechanten der Pariser Kirche, zu* auditores *bestellt und beauftragt, die Aussagen der Zeugen zum November 12 zu übersenden. Kraft dieses Amtes laden sie obige, von der Partei Dortmunds vorgeschlagene Zeugen auf* vigilia beati Mychaelis *(Sept. 28) vor. 1289 September 20* (feria tercia post Lamberti).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 215. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 764 mit 2 Siegeln.

Transfigiert durch 2 Siegel ist die Urkunde des Magister Paulus und des Notars Henricus von s. Martin über Insinuierung obiger Ladung. 1289 September 26 (feria secunda ante Mychaelis).

2132.

Mandat des Erzbischofs Siegfried von Köln an den Abt und den Propst von Werden, ferner den Decan von Bochum (Bůcheym), *die Aebtissin Bertha von Essen, gegen welche eine Reihe von Klagen vorliegt, die in dem Mandat unter Nr. 1—12 aufgeführt sind, auf den 9. November zu laden, um sich vor dem Domdechanten, dem Propst von s. Gereon und dem Weihbischof von Köln deswegen zu verantworten. 1289 October 12.*

Für Westfalen kommen von den Klageartikeln die folgenden in Betracht: Sextus est, quod dicta Berta abbatissa infra emunitatem dicte ecclesie Essindensis procuravit interfici quondam Růbertum marscalcum . . predecessoris nostri et quod de hoc ipsa Berta est et fuit publice et graviter infamata.

Septimus est, quod ipsa Berta abbatissa alia vice procuravit interfici quondam Hermannum de Ekenscheyt militem et quod de hoc ipsa Berta fuit et est iamdudum graviter infamata.

XI^mus^ quod . . . . suis terminis non contenta ad bona et iura ecclesie Coloniensis inpie extendit manus suas, dum iudicia temporalia que ad ipsam ecclesiam Coloniensem in opido Essindensi et vicinia ibidem et per diversas partes Westfalie presertim ratione ducatus Westfalie pertinere dinoscuntur, in quorum iudiciorum temporalium possessione et quasi et exercicio iurisdictionis eorundem fuit ecclesia Coloniensis hactenus a tempore cuius memoria non existit sibi in dicto opido et vicinia auctoritate, immo temeritate propria hiis diebus usurpare non veretur, homines suspendendo et capite puniendo et suspendi et capite et aliis penis puniri de facto mandando et ratum habendo, ipsam ecclesiam Coloniensem sic suis iuribus et exercicio et possessione et quasi iurisdictionis sue minus iuste spoliando et ipsam indebite invadendo, ex quo eciam certum est ipsam, cum nullam super hoc habeat iurisdictionem, nec iuris nec gladii potestatem sic animadvertendi homines eciam facinorosos a iure vel ab homine sibi super hoc concessam, ex hoc committere homicidia et fore tanquam homicidam puniendam, que etiam sunt notoria et manifesta et super quibus contra ipsam publica laborat vox et fama in locis predictis. Datum feria quarta post festum beati Gereonis anno Domini M^mo^CC^mo^LXXX^mo^ nono.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 117. Das Siegel vom Pgtstr. ab.

2133.

Beilegung der Streitigkeiten zwischen der Wittwe und den Söhnen des Dietrich Rump einer- und dem Kl. Welver andererseits wegen der Güter in Berghausen (Kr. Meschede). Attendorn 1289 October 5.

Que geruntur in tempore, simul cum lapsu temporis deficiunt, nisi litterarum privilegio fulcientur. Noverint igitur universi presentes et posteri has litteras inspecturi, quod omnis dissentio seu controversia orta inter Vrederunim relictam Thiderici quondam militis dicti Rump et heredes eiusdem ex una

parte et conventum monasterii in Welvere ex altera super bonis in Berichusen, que bona dictus Thidericus beate memorie quondam vendiderat dicto conventui per amicabilem compositionem taliter est sopita, quod videlicet dicta Vrederunis, Thidericus, Wilhelmus, Helmicus, Herbordus, Rotcherus, Richardus, Wescelus, Thidericus ipsius Vrederunis filii ceterique heredes eiusdem renunciaverunt omni actioni seu iuri, quod eis in dictis bonis competere videbatur, ita quod deinceps dictum conventum occasione dictorum bonorum inpetere nullatenus attemptabunt. Duo quoque de filiis prefate vidue scilicet Thidericus et Herbordus nomine aliorum fratrum suorum huiusmodi renunciationem innovaverunt coram Wolthero comite, qui *dincgreve* vulgariter nuncupatur. Preterea heredes fratris dicti militis defuncti approbaverunt et suum consensum prestiterunt ad premissam compositionem rationabiliter ordinatam. Et in reconpensationem renunciationis memorate supradictus conventus dedit undecim marcas Sosaciensium denariorum ipsi Vrederuni et eius heredibus antedictis. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX° nono, feria quarta post Remigii, in ecclesia Attenderne, presentibus: decano christianitatis ibidem, domino Hermanno de Bilstene, Godescalco de Brochusen, Odelrico de Heldene, Herbordo de Ennest, Gerhardo de Windeke, Hermanno de Plettenbracht, Francone de Snellenberich militibus; Gotfrido nobili de Rudenberich, Conrado dapifero de Woldenberich, Wilhelmo dicto Kerl, Herbordo de Heldene, Arnoldo Advocati filio et aliis quam pluribus. Jn huius itaque rei testimonium ac firmitatem perpetuam nos Johannes dominus de Bilstene marscalcus Westfalie, Gottfridus decanus christianitatis in Attenderne rogati a sepedicta vidua et eius heredibus presens scriptum duximus sigillorum nostrorum munimine roborandum. Ego quoque Gotfridus de Rudenberich, quia supradicta bona in mea cometia seu districtu sunt sita, similiter rogatus a partibus sigillum meum una cum sigillo Th(iderici) filii dicte vidue duxi presentibus litteris apponendum. Datum ut supra.

Or. Kl. Welver Nr. 93. Die Siegel des Marschalls Johann und des Decans Gottfried von Pgtstr. ab; an solchen hängen noch die Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6) und Dietrichs Rump; es ist schildförmig, zeigt den Rumpschen Sparren und die Umschrift: S. Thi(deri)ci Rumpp mi(litis). *Der jüngere Dietrich scheint also das Siegel seines † Vaters weitergeführt zu haben. Gedr. Seibertz UB. I 427.*

2134.

Der Scholastikus und der Kanonikus von s. Gereon in Köln Johannes von Stalburg an den Dechanten und den Magister Radolfus de Hericuria *in Paris: sie haben, wie befohlen, die Zeugen vernommen und beschlossen, die Aussagen derselben durch einen eigenen Boten zu übersenden. 1289 October 29* (sabbato ante omnium Sanctorum).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 216. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 766 mit 2 Siegeln.

2135.

Erzbischof Siegfried von Köln überträgt dem Kl. Soest-Walburgis die von dem Soester Bürger Meinrich von Aachen angekauften Güter in Müllingsen. Soest 1289 November 9.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis Christi fidelibus imperpetuum utriusque vite salutem. Pastoralis cure dignitas deposcit, quod singulis ecclesiarum nostre dyocesis necessitatibus utiliter et sollicite provideamus. Notum sit ergo presentibus et futuris, quod conventus sancte Walburgis extra muros Susacienses bona quedam sita in Molinchusen cum omnibus attinenciis suis, terris cultis et incultis, pascuis, nemoribus et aliis, que ad usus dictorum bonorum ex antiquo noscuntur pertinere pro quadam summa pecunie comparavit a Meinricho filio quondam Radolphi dicti de Aquis civis Susaciensis et suis coheredibus; qui Meynrichus et sui progenitores eadem bona a nobis et nostris

predecessoribus in feodo tenuerant absoluto, nunc vero idem Meynrichus dicta bona pro se et suis coheredibus in manus nostras libere resignavit petens, ut proprietatem dictorum bonorum predicto conventui conferre dignaremur. Nos intuitu Dei et beate Marie virginis precibus tam dicti Meynrici quam predicti conventus inclinati de consilio priorum ecclesie Coloniensis dictam proprietatem conventui prefato contulimus integraliter inperpetuum possidendam. Ut autem hec nostra collatio liberaliter facta rata permaneat et inconvulsa, presentem paginam super ea conscriptam sigilli nostri fecimus impressione roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX°. nono, presentibus viris venerabilibus Conrado maioris ecclesie Coloniensis preposito et archydyacono, Wernero sancti Gereonis, Wigboldo ecclesie Carpensis. Theoderico Susaciensis ecclesiarum prepositis, Johanne choriepiscopo, Hermanno de Bilstein domino (!) legum, Ernesto de Rennenberg doctore decretorum, Gerhardo dicto Advocati canonicis Coloniensibus, Godefrido decano, Lůbertho thesaurario, Robertho scolastico, Meynricho et aliis quam pluribus canonicis ecclesie Susaciensis; nobilibus vero Lůdewicho comite de Arrensberg, Heynricho de Wintegge, Symone de Lyppia, Johanne de Bylsteyn marscalcho Westphalie, Godefrido de Rudenberg; Heinricho sculteto Susatiensi, Hůnoldo[1]) de Plettenbracht, Godefrido de Sumberne, Erenfrido de Breydenole, Hermanno de Plettenbergt, Wilhelmo de Neheym militibus et aliis pluribus fidedignis. Datum apud Susatum quinto Ydus Novembris.

[1]) *Corrigiert aus „Hůnoldus"; auch oben einige Correkturen und Rasuren.*

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 37. An Wollenfäden das Siegel des Erzbischofs (Ewald Nr. 19, 5) beschädigt.

2136.

Ausgleich zwischen der Aebtissin und dem Convent s. Cyriaci in Geseke einer- und dem Rektor der s. Petri-Kirche daselbst andererseits bez. der beiderseitigen Pfarreingesessenen.
1289 November 22.

In nomine Domini, amen. Universis Christi fidelibus presencia visuris Godefridus Dei gratia abbas monasterii sancti Pantaleonis in Colonia et Gerardus dictus Advocatus canonicus Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. No(veritis), quod cum in nos super causis, controversiis et questionibus iurium parrochialium ecclesiarum beati Cyriaci et beati Petri in opido Geseka inter venerabilem matronam Juttam abbatissam, . . conventum et canonicos ecclesie beati Cyriaci predicte ex una parte et Everardum rectorem ecclesie beati Petri predicte ex altera habitis et ventilatis tanquam in (amicabiles) compositores a predictis partibus compromissum extitisset, ita quod predicti se promitterent servaturos quicquid per nos super predictis causis et questionibus iurium predictorum ordinatum, statutum fieret et descisum (!) et ex mandato reverendi patris et domini Sifridi archiepiscopi Coloniensis, recepto in nos huiusmodi compromisso ordinaremus statuendo et pronuntiando, quod (omnia iura) parrochialia, que ab antiqua consuetudine approbata et prescripta . . abbatissa, . . conventus et canonici predicti assererent se habere in parrochia ecclesie beati Petri (predicte), quod ea iura deberent suo iuramento prestito obtinere, ita quod illi obtentioni idem Everardus rector predictus etiam deberet sine contradictione qualibet consentire et [illam] optentionem ratam habere. Quibus sic habitis . . abbatissa, . . conventus et canonici predicti offerentes se iurare, quod ex consuetudine approbata et prescripta ecclesia [beati Cyri]aci ius tale haberet in parrochia ecclesie beati Petri, quod ministeriales, cerocensuales et servi pertinentes ecclesie beati Cyriaci, licet infra limites parrochie ecclesie beati Petri residerent et morarentur, tamen deberent esse parrochiani ecclesie beati Cyriaci (et) ibidem [recipere] ecclesiastica sacramenta; exhibuerunt se c . . . . . . pr . . . . super premissis huiusmodi iuramentum. Quo facto et eisdem ab eodem E(verardo) iuramento indul(to) . . . . huiusmodi . . . . . eptis et assertis (?) ab abbatissa et con(ventu) memoratis, nos compositores predicti ordinamus, statuimus et pronuntiamus

(declarando) . . . . iura parrochialia in parrochia beati Petri (haberent (?) ita quod omn . . . . iure ministeriali et cerocensuali . . . . rentur infra limites parrochie (beati Petri) . . . . ent parrochiani ecclesie beati Cyriaci recipientes ibidem ecclesiastica sacramenta . . . . inhabitantes parrochiam ecclesie (beati Petri) . . . . iure premissorum ad ecclesiam beati Cyriaci dinoscuntur pertinere et tamen ipsam (ecclesiam beati Petri servare) tanquam parrochianam et ibidem ecclesiastica sacramenta rec[ipere consue]verunt, iidem amplius ecclesiam beati Petri pro sua parrochiana habebunt recipiendo ibidem ecc(lesiastica sacramenta). Item aliquis parrochianus ecclesie beati Petri, si efficitur ministerialis ecclesie beati Cyriaci, extunc erit parrochianus ecclesie Cyriaci. Item si servi ecclesie beati Cyriaci resident in (parrochia beati Petri) et efficiuntur liberi de consensu . . abbatisse et conventus tacite vel expresse, erunt parrochiani ecclesie beati Petri. Item in festo dedicationis ecclesie beati Petri . . abbatissa et conventus deferentes reliquias beati Cyriaci ibidem pronunciatis indulgentiis beati Cyriaci recipient oblationes sine offertorio altaris que ex indulgenciis poterunt provenire. Hec omnia et singula supradicta a nobis statuta, ordinata et pronunciata et declarata precipimus auctoritate reverendi patris nostri domini (Sifridi) archiepiscopi supradicti Coloniensis a predictis partibus sub pena excommunicationis late sentencie in hiis scriptis inviolabiliter observari, ut (questiones et) controversie ex predictis iuribus parrochialium habite inter dictas partes coniunctim vel divisim penitus sopiantur. In cuius rei testimonium nos . . abbas et Gerardus predicti compositores sigilla nostra una cum sigillis venerabilis patris domini nostri S(ifridi) archiepiscopi Coloniensis et partium predictarum presentibus duximus apponenda. Actum et datum in presentia abbatis monasterii sancti Pauli Paderburnensis, Hermanni scolastici ecclesie Paderburnensis, Alexandri prepositi in Kappela, . . decani Susatiensis et . . prepositi (Resensis), magistri Damari et Wilhelmi cappellani domini archiepiscopi Coloniensis predicti et aliorum quam plurium fidedignorum in die beate Cecilie virginis, anno Domini M^{mo}.CC^{mo}LXXX^{mo} nono. (Et nos S(ifridus) archiepiscopus predictus ordinationem seu compositionem prefatam ratificamus et ratificatam confirmamus. Datum ut supra.)[1])

[1]) ( ) *Von anderer Hand (des Erzbischofs?) und mit hellerer Tinte zugesetzt.*

Sehr beschädigtes Or. Kl. Geseke Nr. 24. Fünf an Pgtstr. angehängt gewesene Siegel sind abgefallen.

2137.

Erzbischof Siegfried von Köln gewährt Medebach dieselben Privilegien, die Brilon und Rüthen besitzen, und befreit die Eingesessenen der Stadt von der Verpflichtung der Gerichtsfolge nach ausserhalb. Rüthen 1289 um November 22.

Nos Sigefridus Dei gratia sancte Coloniensis [ecclesie][1]) archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus universis praesentes literas visuris et audituris, quod, licet schabini, consules et universitas oppidi nostri in Medebeke multis libertatibus et privilegiis ab antecessoribus nostris libertati sint et fuerint ab antiquo, tamen quia dictum oppidum, quod est ab antiquioribus membris ecclesiae Coloniensis in partibus Westphaliae, ut eo uberius incrementum recipere valeat, favore et gratia persequimur speciali, eisdem schabinis, consulibus ac universitati oppidi in Medebeke praedicti concedimus et indulgemus omnes libertates, iura et privilegia oppidanis nostris in Rüden et Brilon ab antecessoribus nostris et nobis in prima sui fundatione vel postmodum concessa et indulta, ita videlicet quod nullus iudex saecularis cum gladio et clamore quod vulgariter *geschrie*[2]) dicitur schabinos, consules seu quoscunque alios de universitate de Medebeke praedicti possit vel valeat evocare extra ipsum oppidum Medebeke vel praedicti schabini, consules et universitas extra oppidum suum sequelam facere concedimus, nisi in quantum in Brilon et Rüden oppidani nostri et ecclesiae Coloniensis extra oppida sua facere consueverunt. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillum nostrum appendi

fecimus huic scripto. Actum et datum apud Rüden Christianissima[3]) beatae Ceciliae anno Domini M.CC.LXXX nono.

[1]) *Fehlt in Abschrift.* [2]) *Anmerkung des Abschreibers:* in copia aliqua legi: „geschrey". [3]) *Anmerkung des Abschreibers:* Hoc non potui legere. *Zweifellos steckt hierin die genauere Tagesangabe.*

Abschr. von der Hand des westfälischen Rathes Bockskopff (1725—1783) im Msc. VII 5911 S. 17. Reg. Wigands Arch. II 241.

2138.

Radulphus de Hericuria, *zum Subdelegierten eingesetzt, zugleich mit dem Dechanten von Paris, bekundet: dass er den streitigen Parteien Termin gesetzt habe von November 28 bis December 3, und am* die lune ante festum beati Andree *(November 28) erschienen sei der Vertreter des Dechanten von Mariagraden,* Svederus, *Rektor der Kirche zu* Replere *in der Diözese Köln, und dessen Stellvertreter,* Gerardus de Colonia, *und der Magister Petrus, Kanonikus von Hildesheim, Prokurator Dortmunds. Nachdem letzterer sich den Beweis vorbehalten hat, dass innerhalb 10 Tagen nach Verkündigung des definitiven Urtheils von Dortmund Berufung eingelegt ist. werden die Siegel der Zeugendepositionen für echt erkannt, und dieselben eröffnet. Darauf reicht der Dortmunder Prokurator noch gewisse Gründe und zerstörliche Einreden ein, welche der Richter der Gegenpartei einhändigt, worauf der nächste Montag (December 1) den Parteien gesetzt wird. Darauf verlangt der Dortmunder Anwalt unter Protest der Gegenpartei, dass derselben nicht eher Abschrift der Aussagen der Zeugen gegeben werden solle, ehe sie nicht ihre Einwände gegen die Person derselben vorgebracht haben. 1289 December 3* (die sabbati ante festum beati Nycolai hyemalis).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 217. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 767.

2139.

Der Pariser Dechant und der Magister Radolphus de Harricur *setzen dem Scholastikus und dem Kanonikus von s. Gereon in Köln Johannes von Stalburg, als* auditores, *zum Salair für die Zeugenvernehmungen aus* „decem libras parvorum Turonensium nigrorum seu octo libras Parisiensium. *1289 December 7* (in crastino Nycholay).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 218. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 768 mit 2 Siegelresten.

2140.

Brief eines ungenannten Vertreters Dortmunds an Dortmund, betreffend die Wahl eines Prokurators zur Führung des Patronatsstreits vor der Kurie und das von diesem zu beobachtende Verhalten. (Ende 1289.)[1])

[1]) *In diese Zeit gehören noch zwei undatierte Stücke im Stdt.-A. Dortmund Nr. 774 u. 776: 1) Einwendungen des Dechanten von s. Mariagraden gegen den Notar Hermann, Gerard von Volmestein, Gotfried Westfelinc und Gobellinus, als Zeugen, übersandt vom Dortmunder Prokurator. 2) Die Beantwortung der zerstörlichen Einreden des Dechanten von s. Mariagraden durch den Dortmunder Prokurator.*

Gedr. Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 219. Littera clausa *im Stdt.-A. Dortmund Nr. 775. Adresse:* consulibus in Tremonia.

2141.

Graf Otto von Everstein, Herr zu Polle, bekundet seine Ernennung zum Marschall von Westfalen durch Erzbischof Siegfried von Köln und verspricht, die ihm eingeräumten Burgen auf Verlangen zurückzugeben. 1290 Januar 7.

Nos comes Otto de Eversteinne, dominus de Polle, notum facimus univers[is presentes litteras visuris et auditur]is, quod, cum reverendus pater et dominus noster S(yfridus) archiepiscopus Coloniensis nos suum constituerit et fecerit in partibus Westfalie marescalcum castraque et municiones [suas et

ecclesie Coloniensis commiserit fidei et] fidelitati nostre, promittimus fide prestita corporali interposito iuramento, quod castra et munitiones ecclesie Coloniensis, quecunque et quascunque nobis [commissa et commissas seu committendas eidem] domino nostro . . archiepiscopo Coloniensi, suis . . successoribus vel ecclesie Coloniensi absque omni contradictione et difficultate restituemus libere et absolute, [quandocunque ab eodem domino nostro archiepiscopo, suis] successoribus, vel ecclesia Coloniensi super hoc fuerimus requisiti, nec ipsa castra et munitiones occasione debitorum, expensarum, dampnorum seu de[perditorum quorumque nec ex alia causa quacunque] nunc suborta vel que suboriri poterit in futurum tenebimus nec tenere poterimus, sed ipsa castra et munitiones libere, prout est pre[missum, domino nostro archiepiscopo predicto, suis succes]soribus vel ecclesie Coloniensi omni ammoto dubio restituemus. Dicta eciam castra et munitiones fidedignis personis custodienda com[mittemus, qui sub debito prestiti iuramenti, si nos, qu]od absit, mori, impediri vel detineri contingeret vel qualitercumque de nobis accideret, dicta castra et munitiones domino nostro [predicto, suis successoribus vel ecclesie Coloniensi resti]tuent sine omni difficultate, ut est dictum. Et ad maiorem securitatem omnium et singulorum premissorum venerab[iles patres Conradum Osnabrugensis ac] dominum Ottonem Paderburnensis ecclesiarum episcopos, nobiles viros Ottonem de Ravensberg, Adolfum et Albertum fratres de S[valenberg, Ludolfum de Dasslen, Ottonem de] Tekeneburg, Conradum de Reydberg comites, Johannem dominum de Bilstene, Bertoldum iuniorem de Büren, F[ridericum de Rostorpe, Conradum] de Schonenberg nobiles; Hermannum dictum Spegil de Desenberg, Albertum de Aldenburg et Luppoldum dictum Hoye, milites, con[stituimus fideiussores, qui fide prestita corpora]li promiserunt, quod, si nos contra premissa vel aliquod premissorum fidem nostram et iuramentum infringendo, quod absit, veni[remus, nec ipsa castra et munitiones restitue]remus, dicti fideiussores nostri ab eodem domino nostro archiepiscopo, suis successoribus vel ecclesia Coloniensi moniti oppidum S[usatum intrabunt, inde nullatenus rece]ssuri, quousque dicta castra et munitiones fuerint restituta et premissa omnia per nos et heredes nostros integraliter adimpleta. In[cuius rei testim]onium [sigillu]m nostrum in robur et firmitatem premissorum apposuimus huic scripto renunciantes omnibus exceptionibus iuris canonici et civilis, qu[e nos contra] premissa possent aliqualiter suffragari. Et nos fideiussores predicti recognoscentes et protestantes, nos, prout premissum est, fide prestita [promisi]sse et pro restitutione castrorum et munitionum ecclesie Coloniensis in solidum obligasse, nosque procuraturos et effecturos, quod idem comes dict[a castra et] munitiones domino archiepiscopo, suis successoribus vel ecclesie Coloniensi, quamprimum ab ipsis fuerit requisitus, sine omni difficultate, impedimento et contr[adictione re]stituet, prout est premissum, sigilla nostra in testimonium presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in crastino Epiphanie Domini.

Or. im St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift Nr. 530. In der Mitte der Urkunde ein durch Mäusefrass entstandenes Loch; die Lücken sind nach dem Copiarium archiepiscopi Sifridi *Nr. 104 S. 27 v im Stdt.-A. Köln ausgefüllt. Gedr. Westf. UB. IV 2052, wo die von den 15 Siegeln erhaltenen 12 beschrieben. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 236.*

2142.

Papst Nikolaus befiehlt dem Grafen Everhard von der Mark, dem Erzbischof Siegfried von Köln, den er von allen seinen Eiden und Versprechungen entbunden hat, allen nach der Schlacht von Worringen zugefügten Schaden zu erstatten. 1290 Januar 31.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, nobili viro Everardo comiti de Marka spiritum consilii sanioris. Ad audientiam nostram pervenit, quod tu et nonnulli comites et nobiles ecclesie Coloniensis vassalli, ac tui et eorum in hac parte complices et fautores, propriis non contenti limitibus et illicitis ausibus data licentia pravisque operibus, relaxatis habenis contra fidelitatis debitum, quo tu et ipsi

ecclesie predicte tenemini, temere venientes conspirationem, coniurationem et confoederationem cum civibus Coloniensibus adversus venerabilem fratrem nostrum Syfridum archiepiscopum Coloniensem et eandem ecclesiam nequiter iniistis et tandem preconceptam nequitiam perducentes in partum claustraque malitie reserantes, terram ipsius ecclesie cum armatorum multitudine copiosa hostiliter invasistis. Cumque castrum Worinch, prope civitatem Coloniensem ut dicitur constitutum et ad eandem ecclesiam pertinens, curassetis artius obsidere, possessiones et bona ipsius ecclesie in circumadiacentibus consistentia partibus multimodis quasi crassantibus et efferatis animis dissipantes, redditus et proventus ipsius ecclesie ibidem inventos ignis incendio concremando. archiepiscopus ipse tantis non indigne commotus iniuriis et tantis ac tam gravibus dampnis, que in conspectu eius sibi et eidem inferebantur ecclesie, non immerito provocatus, ac intendens, prout ad se spectabat, vestris conatibus obviare, congregata non modica ipsius ecclesie copia vassallorum, qui sibi super hoc favorabiliter assistebant, contra te, comites, nobiles, cives et alios predictos exivit, tibi et eis prout poterat resistendo. Demum tu ac iidem comites, nobiles et alii in eundem archiepiscopum ac gentem suam impie irruentes et in gentem ipsam furentibus gladiis sevientes imaniter, ipsum gravibus lacessitum iniuriis saturatum probris et afflictionibus contumeliosis affectum, ac nonnullos alios prelatos, clericos, comites, barones, milites et alios laicos vassallos, fideles et ministeriales Coloniensis ecclesie supradicte, qui in auxilium archiepiscopi eiusdem accesserant[1]), ausu sacrilego capere presumpsistis, eos carceralibus vinculis temeritate dampnabili mancipando, et nichilominus predictam Coloniensem ecclesiam in possessionibus et bonis ipsius multipliciter ledere, turbare et opprimere non sinentes, predicto de Worinch et quibusdam aliis castris et munitionibus eiusdem ecclesie nequiter expugnatis quedam ex ipsis funditus destruxistis, aliqua vero cum nonnullis aliis bonis. iuribus, redditibus, villis et iurisdictionibus ipsius ecclesie occupastis et detinetis taliter occupata. Verum cum nonnulli prelati et alie ecclesiastice secularesque persone, qui dictis archiepiscopo et ecclesie super tantis gravaminibus, iniuriis et iacturis pio compatiebantur affectu, penes te. comites, nobiles ac alios institissent, ut tu et ipsi proprie saluti et fame salubriter providentes eundem archiepiscopum ac prelatos, clericos et alios supradictos restitueretis pristine libertati, tu ac iidem comites, nobiles et alii attendentes, quod predicta ecclesia per destructionem castrorum et munitionum ac aliorum bonorum ipsius ad illum statum devenerat, quod nunquam posset resurgere nec insurgere contra te, comites, nobiles et alios prenotatos, prefatum archiepiscopum ac nonnullos ex prelatis et aliis prelibatis a predicto carcere liberastis, receptis tamen a dicto archiepiscopo ac etiam ab huiusmodi liberatis corporaliter prestitis iuramentis, quod super premissis et aliis etiam iniuriis et dampnis, sibi et ecclesie ac prelatis et aliis pretactis illatis, de te, comitibus. nobilibus et aliis antedictis querimoniam nullam deponerent, nec te ac ipsos aut eorum aliquem molestarent, nec impetrarent litteras apostolicas contra te ac illos vel aliquem eorundem. nec uterentur etiam impetratis. Et quod quandam pecunie summam, quam tibi et . . de Monte ac aliis supradictis comitibus et quibusdam vestris fautoribus pro huiusmodi liberatione sua solvere promiserunt, nonnulla tibi et eisdem comitibus, nobilibus et aliis propterea castra, villas, terras, possessiones[2]) et quedam alia bona tam eiusdem ecclesie quam liberatorum ipsorum nichilominus obligando a te vel eis nequaquam ducerent repetenda, datis propter hoc tibi et eis quibusdam fideiussoribus confectis litteris et instrumentis ac promissionibus, renunctiationibus et obligationibus diversis et variis subsecutis et penarum adiectione vallatis, unde nos diligentius attendentes, quod premissa omnia in grandem divine maiestatis offensam, apostolice sedis contemptum non modicum, plurimorum scandalum et grave prefate ecclesie detrimentum redundare noscuntur, quodque predicta, prout habet fidedigna relatio, adeo sunt in partibus illis notoria, quod nulla possint tergiversatione celari, ac volentes super hiis sibi et ecclesie Coloniensi ac eisdem prelatis[3]), clericis, comitibus et aliis supradictis prout expedit providere, ipsum S(yfridum) archiepiscopum aliosque prefatos, veris existentibus supradictis ab eisdem et quibuslibet aliis iuramentis huiusmodi occasione prestitis, ac predictos fideiussores a fideiussione huiusmodi, et eundem archiepiscopum ceterosque pre-

tactos ac fideiussores eosdem ab obligationibus quibuslibet factis super predictis vel occasione predictorum auctoritate apostolica duximus penitus absolvendos, iniuncto per alias nostras litteras venerabilibus fratribus nostris . . Maguntinensi et . . Treverensi archiepiscopis, ut te, comites, nobiles et alios supradictos, quod eosdem prelatos, clericos, comites, barones et alios, quos adhuc captivos detinere dicimini, cum omnibus bonis ablatis eisdem reddatis pristine libertati, tam liberatis quam liberandis huiusmodi bonis omnibus dicta occasione ablatis et extortis eisdem integre restitutis; archiepiscopo vero et ecclesie Coloniensi predictis necnon et eorum complicibus de dampnis et iniuriis ipsis satisfactionem plenam et debitam impendatis ac eis castra, munitiones aliaque bona iamdicte Coloniensi ecclesie ac aliorum predictorum et complicum eorundem a te vel aliis occasione predicta detenta et etiam occupata, sublata difficultate qualibet, restituere procuretis, monitione premissa per excommunicationis in personas et terras vestras interdicti sententias, necnon et per feudorum privationem quorumlibet, que ab eadem Coloniensi et quibuslibet aliis ecclesiis et monasteriis tenere noscimini, ac alias etiam penas, de quibus viderint expedire, appellatione remota, ipsi vel alter eorum per se vel alium seu alios compellere non omittant, non obstantibus iuramentis, promissionibus, obligationibus vel renuntiationibus super hoc factis, penis adiectis aut instrumentis et litteris datis vel confectis, quomodolibet super hiis seu si aliquibus a sede apostolica est indultum, quod excommunicari aut eorum terre supponi ecclesiastico interdicto non possint per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem, sive qualibet alia indulgentia sedis ipsius generali vel speciali cuiuscunque tenoris vel expressionis existat, per quam in ipsis litteris non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ceterum clericos tibi et comitibus ac aliis antedictis primo, secundo et tertio consanguinitatis gradu coniunctos ex parte nostra, ipsi archiepiscopi vel alter ipsorum per se vel per alium seu alios moneant et inducant, ut apud te et comites ac alios supradictos solerter et diligenter insistant et procurent etiam bona fide, quod tu, comites aliique predicti infra certum terminum competentem ab ipsis archiepiscopis vel eorum altero prefigendum premissa omnia et singula studeatis efficaciter adimplere, dictisque clericis aperte predicant, quod si suis immo potius apostolicis monitionibus non curaveritis obedire, nos contra clericos ipsos ad privationem omnium beneficiorum suorum, etiam si dignitates vel personatus existant, et alias etiam, prout qualitas facti suaserit et expedire viderimus, auctore Domino procedemus. Quocirca nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia tueque honore persone, prelatos, clericos, comites, nobiles omnesque alios supradictos, quos adhuc tu dictique tui complices et fautores in vinculis detinetis, reddatis quantotius pristine libertati, et tam liberandis quam liberatis huiusmodi, ac etiam archiepiscopo et ecclesie Coloniensi supradictis omnia bona eorum tam mobilia quam immobilia, que sicut predicitur tu, comites, nobiles et alii tui et eorum fautores et complices detinetis, cum fructibus inde perceptis restituere studeatis, dictisque archiepiscopo et ecclesie de dampnis et iniuriis irrogatis eisdem satisfactionem plenariam impendendo. Sic te super premissis efficaciter habiturus, ut exinde commendari valeas, nec oporteat contra te haberi processum occasione huiusmodi graviorem. Datum Rome apud sanctam Mariam Maiorem, II kalendas Februarii, pontificatus nostri anno secundo.

[1]) *Or.* „accessarant". [2]) „es" *am Schluss corrigiert.* [3]) *Von hier an bis* „fideiussores eosdem" *auf Rasur.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 332. Die Bleibulle an Bindfäden. Am Kopf des Pergaments in der Mitte: Ben(edictus?) d(iaconus?), Ja(cobus?) car(dinalis), *darunter abseits mit verblichener Tinte:* „ponatur datum II Kal. Februarii. *rechts am Rand:* R(escribatur). *Unter dem Umbug unten links:* V X X fam., *auf demselben rechts:* Comas. *Auf der Rückseite:* A. *zwischen zwei Kreuzen* (✠) *und darunter:* Rescrip(tum) cap° DCCCLX. *Die gegen den Grafen Walram von Jülich gerichtete Bulle vom nämlichen Tage (gedr. Lacomblet UB. II 881) hat den gleichen Wortlaut. — Vergl. Finke, Westf. UB. V Nr. 778.*

2143.

Kölnische Kommissare legen die Streitigkeiten zwischen dem Stift Geseke einer- und Rudolf von Horne und Heinrich gen. Wrede andererseits bei. 1289 (1290) Februar 2.

Nos Godefridus decanus ecclesie Susaciensis et magister Johannes de Lethen canonicus ecclesie Assedensis compositores amicabiles specialiter deputati a domino et patre reverendo Coloniensi archiepiscopo in causa quam dilecte in Christo . . abbatissa et conventus secularis ecclesie sancti Cyriaci in Geseka Rudolfo dicto de Horne militi et Henrico dicto Wrede movent super quibusdam bonis advocatiis ac iniuriis (?) sibi, ut asserunt, a predictis Rudolfo et Henrico eius filio minus iuste erogatis recepta primitus cautione sub pena quadraginta marcarum ab ipsis partibus predictis quod in omnibus et per omnia super omnibus articulis et questionibus inter ipsos usque in presentem diem exortis stabunt dictis nostris. Dicimus inprimis de bonis que Duvelbitesgud appellantur, quod inspectis litteris et instrumentis ipsius ecclesie memorate que locuntur expresse de bonis predictis ipsa bona predicta invenimus ad ecclesiam in Geseka et specialiter ad prebendas ibidem pleno iure pertinere et advocatum nichil iuris obptinere in eisdem. Item de bonis in Upsprungen et Burgnen dicimus quod licet ipsa bona quondam advocatis pro tempore servire consueverint tamen a servicio advocati debent libera remanere donec pecunie summa quam quondam abbatissa Agnes solvit seu dedit Rudolfo quondam advocato ibidem pro huiusmodi servicio redimendo ipsi . . abbatisse pro tempore plenarie refundatur. Item de bonis que dicuntur Thomehope sitis in Delbrucgen, que bona Rudolfus de Horne miles dicit se tenere in feodo a venerabili domino Paderburnensi episcopo dicimus, quod si constare poterit legitime bona predicta ipso iure esse tenenda in feodo a domina . . abbatissa predicta, Rudolfus iamdictus ea petet et recipiet in feodo a domina . . abbatissa predicta et ipsa . . abbatissa sine difficultate rogata et requisita humiliter cum debita reverentia ipsum Rudolfum infeodabit de bonis predictis. Item de bonis capelle beati Godardi in quibus dictus Wrede nomine matris uxoris sue dicit se habere ius advocati . . abbatissa in Geseka et capellano suo in capella predicta contrarium asserentibus dicimus, quod super hoc articulo investigabitur veritas a Wezzelo dicto Mars, Godefrido dicto Scarlagen et Johanne dicto Blissime (!) opidanis in Geseka, quorum dictis dicimus standum a partibus in premissis. Item de quodam manso sito in Upsprungen in quo idem dictus Wrede ius advocati nomine supradicto nititur vendicare dicimus per omnia sicut de articulo inmediate precedente. Si qui autem inter ipsas partes sunt alii articuli hinc inde propositi, dicimus et volumus propter bonum pacis et concordie, ut ab ipsis partibus articulis prefatis expresse renuncietur[1]) hinc inde volentes et ordinantes expresse, ut in hoc quod dictum est inter ipsas partes omnis dissensio et contencio sit sopita premissis omnibus et singulis ab ipsis partibus inviolabiliter observatis ita, quod Rudolfus de Horne miles predictus et Henricus dictus Wrede eius filius . . abbatissam et conventum predictos et viceversa . . abbatissa et conventus predicti Rodolfum militem et dictum Wrede eius filium predictos super premissis et quolibet ipsorum deinceps nullatenus molestabunt sed utraque pars amicabiliter ad invicem commorantes in omnibus licitis et honestis sese invicem mutuo promovebit. Que omnia et singula, ut superius sunt expressa, sub pena quadraginta marcarum ab ipsis partibus predictis volumus et dicimius inviolabiliter observanda. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda cum sigillis partium predictarum. Actum et datum in die Purificationis beate Marie virginis anno Domini M°.CC°.LXXX° nono. Et[2]) nos S(ifridus) archiepiscopus Coloniensis prefatam ordinationem ratificamus et ratam confirmamus; datum ut supra.

[1]) „remcietur" *im Text.* [2]) *Von hier an hellere Tinte; Hand des Erzbischofs?*

Or. Kl. Geseke Nr. 22. An Pgtstr. hängt noch das Siegel des Magisters Joh. de Lethen (spitzoval: Vogel in Zweigen sitzend). Die übrigen abgefallen.

2144.

Erzbischof Siegfried von Köln ertheilt dem Abt von Grafschaft den Auftrag, auf Ersuchen des Grafen Ludwig von Arnsberg die alte Kapelle in Hachen abbrechen und auf den neuen Altar der neu errichteten Kapelle den geweihten Stein legen zu lassen. 1289 (1290) Februar 2.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilecto [in Christo] abbati monasterii in Graschap salutem in Domino. Cum nobilis vir Ludewicus comes de Arnesberg fidelis noster karissimus novam capellam in castro Hacgene antiqua [capella] vetustate corruente construxerit ad honorem Dei suis sumptibus et expensis, . . [tibi] mandamus et potestatem damus per presentes, quatinus veterem capellam et altare [constructum?] in eodem nomine nomine et auctoritate nostra destruas et lapidem consecratum [novo eidem] altari imponas, quam primum ab eodem comite fueris requisitus. Datum anno Domini millesimo CC°.LXXX^{mo} nono, in die Purificationis beate Virginis.

Or. St.-A. Düsseldorf Köln: Domstift 515. Die linke Seite durch Feuchtigkeit beschädigt. Siegel von Pgtstr. ab.

2145.

Erzbischof Siegfried von Köln beauftragt den Schultheissen Heinrich von Soest das Kapitel von Soest-Patroclus in den Besitz der erworbenen Höfe in Berwicke und Bereheyde *zu setzen. Soest 1289 (1290) Februar 2.*

Sifridus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius Henrico scultetho Sůsaciensi fideli nostro dilecto salutem in Domino. Cum dilecti in Christo . . decanus et capitulum ecclesie Sůsaciensis nostre Coloniensis dyocesis quedam bona, videlicet curtim in Berwich a Matheo dicto de Bůnna et uxore sua Gertrude et curtim in Bereheyde a Rudolfo et Gertrude sorore sua et eorum heredibus dictis de Schapmarkede contractu legitimo comparaverint sive emerint ad cultum divinum et proventus prefate ecclesie Sůsaciensis augmentandos, ut plures persone ibidem Deo valeant eo melius famulari, nobis humiliter supplicantes, ut contractum hujusmodi emptionis ratum et gratum habere curaremus, nos igitur justis desideriis et petitionibus prefatorum . . decani et capituli annuentes et prefatam ipsorum bonorum emptionem gratam et ratam habentes tibi presenti scripto mandamus, quatenus prefatis . . decano et capitulo ipsa bona porrigas et assignes perpetuo possidenda salvo in omnibus et per omnia jure nostro in bonis predictis. Actum et datum Sůsati anno Domini M°.CC°.LXXX° nono, in die Purificationis sancte Marie virginis, presentibus: Wernhero preposito sancti Gereonis, Wicboldo scolastico majoris ecclesie Coloniensis, Philippo preposito sancti Georgii, prioribus nostris Coloniensibus; Theoderico nobili dicto de Merenberg, Mathia pincerna dicto de Are, Hunoldo de Plettenbracht, Godefrido de Sumberen fidelibus nostris et aliis quam pluribus clericis et laycis fidedignis. Et nos Henricus sculthetus Sůsaciensis predictus ad mandatum et voluntatem reverendi patris et domini nostri Sifridi archiepiscopi Coloniensis predicti . . decano et capitulo supradictis ipsa bona predicta videlicet curtim in Berewich, que Richtehof appellatur vulgariter, et curtim in Berheyde porrigimus et assignamus perpetuo possidendas salvo jure domini nostri supradicti et nostro in bonis predictis, ut superius est expressum. Datum anno Domini et die predictis.

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 fol. 36 b. Gedr. Mittheilungen des Hist. Vereins zu Osnabrück V 138.

2146.

Abt Lubbert von Grafschaft bekundet, dass sich verschiedene Personen in ein Abhängigkeitsverhältnis zum Kloster begeben haben, wofür sie den Hof des Klosters in Attendorn zu hienrecht *erhalten. 1289 Februar 15 (1290 Februar 7).*

In nomine Domini, amen. Lubertus, Dei gratia abbas, totusque conventus monasterii in Grasscap universis presentes litteras inspecturis salutem et congnoscere veritatem. Noveritis quod Conradus et Heynemannus, fratres dicti de Ennest ac eorum legittime Alheydis et Yda, Conradus de Paffendorp et Mehthildis monasterio nostro in Grasscap et curti nostre in Attendaren delegerunt pertinere, hac videlicet conditione, quod si vir moriatur, melior equus ipsius cum sella et freno tribuatur domino abbati pro omni iustitia et una marca legalium denariorum, si vero femina obierit, melior vestis eius linea et dimidia marca legalium denariorum detur pro omni iusticia abbati; et ad solucionem huiusmodi pensionis tam mares quam femine omnes equaliter tenebuntur. Ad huius facti recompensacionem nos abbas et conventus monasterii in Grasscap porreximus ac commisimus per presentes Conrado et Heynemanno, Conrado ac eorum legittimis Aldehedi, Yde, Mechthildi predictis ac eorum posteris curtim nostram in Attendaren cum suis attinenciis eo iure, quod vulgo dicitur *hienrecht* tenendam, colendam ac iure hereditario possidendam sub certa pensione quatuor marcarum legalium Attendaren. quarum quidem quatuor marcarum duas in festo beati Martini hyemalis et duas in Cathedra sancti Petri apostoli annis singulis dicti villici seu eorum posteritas (?) nobis abbati et conventui predictis persolvent. Et si infra quindenam post quemlibet terminum pensionum solvendarum pensiones suas non persolverint accurate, extunc sint nobis ac nostro monasterio in duabus marcis denariorum in Attendaren legalium condempnati. A qua solucione nullus omnino casus poterit eos seu eorum aliquem excusare, ita tamen, quod antedicti villici seu eorum posteri huiusmodi [curtis bona seu eius] attinencia non dividant in plures heredes, sed quod quilibet horum trium villicorum iuniorum de suis heredibus legittimis, si masculus fuerit, heredem relinquat, sin autem femina eodem iure succedet et non alius heredum seu plures, nisi de prefatorum abbatis et conventus licentia speciali; item ea condicione apposita, quod bona curtis non vendant nec alienabunt in toto nec in aliqua sui parte, nisi de scitu et consensu abbatis et conventus monasterii predicti . . Item annis singulis duabus vicibus semel hyemali et semel estivo tempore abbas, dum sibi placuerit, cum sexdecim caballis in curte memorata hospicium recipiat sui iuris. Si autem aliqui ex prefatis hominibus quocumque casu[1]) imminente sepedicte curtis cultores esse defecerint, ultra libitum suum non cogantur cuiquam deservire nec tamen de ipsa curte iuris quippiam exspectabunt. Testes: Godefridus, decanus in Attendaren, dominus Johannes prepositus Lyppensis, Adolfus vicedecanus Messcedensis, Godfridus vicedecanus in Wormeke, Conradus cellerarius, Herbordus, Hermannus notarius, Gotfridus hospitarius, sacerdotes et monachi in Grasscap; Arnoldus gogravius de Attendaren, Otbertus magister burgensium, Thiremannus(!) de Angulo, Hinricus de Ponte, Thidericus dictus Bůchere, Wichardus iudex, Gerhardus dictus Pipelhane, Wolmarus de Messchede, Wolmarus de Vrettere burgenses in Attend(a)ren et alii quam plures. In cuius rei testimonium sigillum burgencium in Attendaren presentibus est appensum. Datum feria tercia post dominicam Sexagesime, anno M°.C°C°. octogesimo nono.

[1]) *Die Abschr. hat* „causu".

Abschr. des XIV. Jhs. (1325?) auf Papier, Kl. Grafschaft Nr. 17 a. Gedr. in Brunabend: Attendorn, Beilage 3.

2147.

Erfurt 1290 März 10.

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum, rex semper Augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas perspeximus et legi fecimus litteras infrascriptas: *Folgt die oben unter Nr. 279 gedruckte Urkunde König Heinrichs (VII.) von 1226 November (Böhmer-Ficker, Reg. imperii 4030) über die Vogtei von Herbede.*

Nos vero Rudolfus rex predictus altissimo regi, per quem sumus ad regendum Romanum imperium evocati, gratuitum servicium exhibere volentes et honestarum et religiosarum sororum de Kauffungen orationis participes effici cupientes ipsas litteras ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Datum Erfordie sexto Idus Martii, indictione III, anno Domini M°.CC°.XC°.

Abschr. von Kindlingers Hand in Msc. II 71, 1. Gedr. Orig. Guelf. IV 440. Kuchenbecker, Analecta I 75 vgl. v. Roques, Kaufunger UB. 1 73. Redlich, Reg. Imp. 2288.

2148.

Die Wittwe Tilmanns von Closterberge gibt einen Acker im Ulendale *(Uellenthal bei Elberfeld?) in den Hof Bocholt behufs Beilegung der Irrungen mit dem Edlen Dietrich von Volmestein.*
Herdicke 1289 (1290) März 11.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos S(ophya) relicta quondam Thilemanni de Closterberge agrum quendam capientem unum maldrum avene iacentem quod dicitur inme Ůlendale cum consensu heredum nostrorum ac Hinrici de Horst a quo detinebamus agrum supradictum proprietatem dicti agri plenarie dedimus in curtim Bocholte, ut omnis werra. que inter dominum Th(eodericum) dominum de Volmesteine et venerabilem dominam Sophiam matrem . . domini de Volmesteine et inter nos Sophiam relictam quondam Thilemanni supradicti vertebatur, amicabiliter sit ordinata, presentibus domino Hinrico de Volmesteine. domino Gerhardo plebano de Herrike, domino . . plebano de Apelderbeke, domino . . plebano de Luttiken-Dortmůnde, domino . . plebano de Welinchoven, Lodewico de Herrike et Hermanno de Ordinchusen. Ut autem hoc factum ratum permaneat et firmum, presentem litteram sigillo Hinrici de Horst munimine duximus roborandam[1]. Datum et actum apud Herrike anno Domini M°.CC°.LXXX° nono, in vigilia beati Gregorii pape.

[1] *Pgt. abgeblättert.*

Or. im Kgl. Bair. Allgem. Reichsarchiv zu München (Habelsche Sammlung). Siegel von abhängenden Pgtstr. ab. Paläogr. Abschr. im St.-A. Recke-Volmestein 3 a.

2149.

Propst, Priorin und Convent des Augustinessenklosters in Lippstadt nehmen den Ritter Nikolaus gen. Toric, *dessen verstorbene Frau und Eltern in die Gemeinschaft ihrer guten Werke auf.*
1290 März 12.

Nos Jo(hannes) prepositus et Gostina priorissa[1]) monasterii Lippensis ordinis sancti Augustini una cum conventu dicti monasterii dilecto in Christo domino Nicolao dicto Toric militi pie affectionis plenitudinem cum orationibus suis in Christo devotis. Exigente pie devotionis affectu simul et honestatis vestre amplitudinem considerantes colligimus vos et felicis recordationis dominam Hadewigim quondam uxorem vestram ac dominum Gotscalcum et dominam Konegundim bone memorie olim parentes vestros in communionem et fraternitatem bonorum omnium operum nostrorum, ieiuniorum, castigationum corporalium, vigiliarum, elemosinarum et orationum nostrarum nec non ceterorum spiri-

tualium exerciciorum[2]) que divina per nos clemencia incessanter per nos dignabitur operari, optantes vos in utraque vita nobiscum fore participes et consortes. Datum die dominica Letare, anno Domini M°.CC° nonagesimo.

[1]) *Sofort corrigiert aus* „pp (prepos.)". [2]) *Or.* „excerciorum".

Or. St.-A. Münster, Stiftsarchiv Lippstadt. Siegel des Propstes (spitzoval, Muttergottes mit Jesuskind, darunter knieender Mönch; Umschrift: S. JOANIS PRE(POSITI LIPP)ENS.) *nicht gut erhalten, an vom Pgt. abgeschnittenen Streifen. Ein zweites Siegel ab. Reg. Preuss und Falkmann, Lipp. Reg. 2, Nr. 515.*

2150.

Der Edle Wilhelm von Ardey verkauft dem Grafen Ludwig von Arnsberg seinen Hof in Hüsten. (Hachen?) 1289 (1290) März 12.

Nos Wilhelmus nobilis vir dictus de Ardey publice recognoscimus in hiis scriptis, quod curiam nostram in Hustene cum omnibus pertinentiis suis sicut sita est vendidimus Ludewico domino comiti de Arnsberg et Paronette (?) domine comittisse uxori sue et heredibus eorundem simpliciter et absolute perpetuo possidendam, quod sigilli nostri munimine roboramus. Datum apud Hagnem anno Domini M.CC.^mo octuagesimo nono, in dominica Letare Domini.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 5 v. u. 109 B Bl. 8 b. Gedr. Seibertz UB. 1 426 nach Msc. II 71, 145.

2151.

Hermann von Hövel, Ritter, Amtmann des Bischofs von Münster, übergiebt in dessen Namen und mit Zustimmung der Meier in Ennigerlo u. a. O. den Johann von Sterren dem Kl. Welver als Hörigen. 1290 April 9.

Nos Hermannus de Hovele miles et officiatus reverendi patris ac domini Everhardi Monasteriensis episcopi presentibus protestamur, quod de consilio et consensu villicorum videlicet in Eningerlo, in Gestlen et in Brochusen ac eorumdem, qui vulgo *higene* dicuntur, renunciavimus ex parte ipsius domini nostri episcopi predicti omni iuri, quod eidem in Johanne dicto de Sterren competere poterat seu quomodolibet competebat, receptis ad manus ipsius domini nostri antedicti a cenobio in Welvere sex marcis numerate pecunie, cui cenobio idem Johannes se ad serviendum applicuit voluntate spontanea non coacte. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Actum presentibus: Sifrido scolastico[1]) Bekemensi, Wescelo plebano in Eningerlo, Menrico de Rura clericis, Everwino et Heremanno conversis in Welvere; Lutberto de Heringen, Everhardo de Anedopen, Godescalco dicto Staden, Levoldo de Thickenberg famulis; Everhardo de[2]) Bilevelde villico de Gestlen, villico de Eningerlo, Heremanno Rufo de Gestlen, Hermanno Longo in Gestlen, Nanne (?) de[2]) Stoveren Lutberto de Gore. Anno Domini M°.CC°.L°XXXX°, dominica qua cantatur Quasimodo.

[1]) *Or.* „scolastio". [2]) *Dahinter folgt Rasur.*

Or. Kl. Welver Nr. 95. An Pgtstr. das Siegel Hermanns von Hövel (Westf. Siegel Taf. 196, 7).

2152.

Graf Johann von Sayn schliesst mit dem Grafen Adolf von Berg und dem Grafen Everhard von der Mark ein Bündniss zu gegenseitiger Hülfeleistung. 1290 April 14.

Nos Johannes comes Seynensis tenore presentium protestamur et ad notitiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod cum viris nobilibus dilectis nostris consanguineis videlicet

Adolfo comite de Monte et Everardo comite de Marka confederati sumus stabili unione perpetuo duratura, ita quod ipsis pro viribus astabimus contra quoscumque eorum adversarios, cuiuscunque conditionis existant, preterquam contra imperium, ad tuendum et defendendum ipsorum terras vel si quispiam munitionem aliquam vel aliquas in ipsorum terris extruere niteretur in ipsorum preiudicium et gravamen, hoc adiecto, quod si unum predictorum comitum vel ambos in nostrum auxilium[1]) aut presidium contigerit evocare, postquam terram nostram intraverit, ipsis et suis sumptus et expensas tenebimur ministrare. Si vero conflictum aut bellum cum nostris adversariis committere nos contingat, in dampnum et detrimentum proprium et non nostrum aut utilitatem bellare et commodum proprium tenebuntur. Et unusquisque captivos quos in tryumpho ceperit optinebit, excepto capitaneo, qui presentandus est illi domino cuius terram nititur subintrare vel qui sumptus fecerit et expensas; nec cum illo capitaneo aliquam compositionem vel concordiam inibimus exclusis comitibus supradictis nec eum solutum dimittemus, nisi iidem comites in eadem nobiscum concordia sint inclusi. In cuius confederationis robur et evidentiam pleniorem observantiam omnium predictorum promittimus fide prestita corporali sigillum nostrum presentibus appendentes. Datum in die Tyburtii et Valeriani, anno Domini M°.CC°. nonagesimo.

[1]) *Or.* „anxlium".

Or. St.-A. Düsseldorf, Jülich-Berg 101. Siegel beschädigt, Löwe im Schild, liegt an. Gedr. Kremer, Acad. Beitr. III 184, Lacomblet UB. II 885.

2153.

Propst und Convent des Kl. Soest-Walburgis antworten dem Domkapitel in Hildesheim auf dessen Schreiben vom 29. März, dass sie gern die Memorie des verstorbenen Dompropstes Johann von Schildesche feiern wollen. 1290 April 23.

Venerabilibus viris dominis et confratribus suis canonicis ecclesie Hildensemensis Hermannus prepositus Dei gracia, priorissa totusque conventus cenobii sancti (!) Walburgis iuxta Susatum suorum promptitudinem cum affectu sincero. Noverit vestra reverencia, nos litteras vestras IIII. Kalendas Aprilis recepisse, in quibus petivistis, ut memoriam cum exequiis devotis magistri Johannis vestri prepositi pie recordacionis vellemus in nostra ecclesia celebrare, quod ut de iure tenemur prompto animo faciemus. In cuius rei testimonium sigillum prepositi nostri predicti duximus apponendum. Datum in die Georgii anno Domini M°CC°LXXXX.

Abschr. des XV. Jhs. in Cop. VI, 11 S. 438 Nr. 667 im St.-A. zu Hannover. Erwähnt Hoogeweg, Hildesh. UB. III Nr. 878 Anm.

2154.

Vor dem Pfarrer, dem Richter und den Rathleuten von Unna verpachtet der Propst Ludolf von Oelinghausen eine Hufe in Kerseburen *(Kessebühren) auf 12 Jahre an Dietrich gnt. Rat. 1290 April 23.*

Richardus rector ecclesie in Unha, . . iudex, . . consules ac universitas opidi ibidem universis presencia visuris, notum esse volumus, quod constitutus coram nobis Ludolphus prepositus monasterii in Ulinchusen de consensu conventus sui locavit Theoderico dicto Rat et eius heredibus mansum quendam situm in Kerseburen ipsi monasterio attinentem a festo beate Margarete nunc proximo instante ad duodecim annos sub pensione octo maldrorum siliginis, septem ordei, octo avene, duarum mensurarum nucum mensure Unensis, centum ovorum in festo Pasche et IIII^or^ solidorum in festo beati Jacobi, ita videlicet quod finitis duodecim annis predictis dictus mansus cum omnibus edificiis in dicto manso[1])

nunc vel tunc existentibus quitus et liber a dicto Theoderico vel suis heredibus dicto monasterio relinquatur. Huius rei testes sunt et presentes erant: Harlevus (!) de Sunthoven, Thedericus (!) de Vorste, Otbertus in Foro, Henricus dictus Kopman, Gotfridus ante Portam, Henricus iudex, Waltherus Engelpage et alii quam plures. Ut autem hec nulli veniant in oblivionem sive dubium, nos predicti sigilla nostra presentibus duximus apponenda ad evidenciam premissorum. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, in die beati Georgii.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 145. An Pgtstr. die Siegel 1) des Pfarrers von Unna (rund, im Sechspass ein Habicht mit einer Taube in den Krallen): S. Richardi de Asinda clerici, *2) der Stadt Unna (Westf. Siegel Taf. 73, 1) beschädigt.*

2155.

Graf Everhard von der Mark verlegt das von seinem Vater in Hamm gegründete Nonnenkloster nach Kentrup. 1290 April.

Universis Christi fidelibus Everhardus comes de Marka salutem et horum semper cognoscere veritatem. Ex approbate discretionis procedit consilio, ut acta temporum presentium digna memoria sic conscriptione litterarum reservemus integra, ne cooperta oblivionis umbraculo excedant scientiam futurorum. Harum igitur litterarum protestatione publica omnibus tam presentis vite quam future innotescere volumus, quod cum pie recordationis comes Engelbertus pater noster dilectus ob venerandam sui creatoris reverentiam eternamque anime sue ac suorum progenitorum salutem necnon propter specialem ordinis Cisterciensis dilectionem nostro nichilominus pleno consensu accedente novellam sanctimonialium eiusdem ordinis plantationem infra muros oppidi sui Hammensis magna cum caritatis diligentia locare cepisset, nos dictam plantationem propter multiplicia incendiorum pericula predicto oppido contingentia ac alia multa incommoda ibidem in processu proficuo non posse germinare videntes consideravimus hunc locum suo incremento minime convenire, memoratarum autem sanctimonialium plantationem tanti favoris affectu et summe desiderationis inpulsu a patre nostro et nobis laudabiliter inceptam extingui et periclitari nullatenus pacientes, sanoque litteratorum et discretorum usi consilio necnon reverendi patris et domini nostri Coloniensis archiepiscopi venerabilisque viri domini abbatis Veteris Montis dicti loci visitatoris[1]) licentia, voluntate et consensu adhibitis locum alium extra muros oppidi predicti dictis monialibus duximus assignandum eisdem de unanimi voluntate, scitu et beneplacito Engelberti, Adolphi filiorum et aliorum heredum nostrorum fundum curie nostre Keynctorp inter castrum nostrum Marka et oppidum predictum site una cum capella et structuris convenientibus ibidem edificatis legitimo permutationis titulo conferentes fundumque prioris loci capellam et structuras ibidem constructas de consensu dictarum monialium resumentes. Contulimus etiam predictis monialibus curiam nostram predictam cum pratis, pascuis, cespitibus, agris cultis et incultis, rubetis et frondibus, aquis, piscaturis necnon cum universis attinentiis et eiusdem curie proprietatem libere et perpetuo possidendam, ut ex huiusmodi proventibus sue consulant indigentie salutiferoque anime nostre progenitorum nostrorum et heredum remedio iugiter sint intente. Spondemus insuper, quod omnem controversie et impetitionis materiam occasione dicte curie et suarum attinentiarum eisdem monialibus motam seu movendam in posterum totaliter sopiemus et eisdem faciemus plenariam warandiam. Ne vero tam rite permutationis alternatio libereque collationis beneficium calumpniandi versutia ab aliquibus in posterum infringi valeat, presentis pagine conscriptum sigillis reverendi patris domini nostri Coloniensis archiepiscopi ac domini abbatis predictorum et nostri in evidentiam testimonii firmiorem rogavimus et fecimus communiri. Actum presentibus domino Henrico abbate predicto, Henrico camerario, Sifrido de Confluentia et Jacobo notario sacerdotibus et monachis Veteris Montis, Dithardo sacerdote et capellano dictarum monialium;

Everhardo de Mengede, Anthonio de Schedinge, Engelberto de Herborne militibus nostris et aliis quam pluribus fidedignis. Nos vero Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus huiusmodi donationi, permutationi et translationi auctoritatem et consensum adhibentes ipsis abbatisse et conventui indulgemus, ut de dicto loco in quo hucusque habitabant ad locum, curiam et fundum Keynctorp predictum se transferant et oratorium cum officinis oportunis ibidem construant et edificent et inibi Domino sub religione ordinis debita famulentur, salvis ipsis universis privilegiis et indulgentiis et gratiis a quibuscunque quacunque auctoritate eisdem concessis et indultis, ut ipsis gaudeant in monasterio quod de novo construxerint in fundo predicto libere et pacifice, prout in ipsarum loco antiquo ante translationem huiusmodi faciebant[2]. Nos etiam Henricus permissione divina abbas monasterii Veteris Montis predictus consensum premissis inpertientes sigilla nostra in robur et testimonium premissorum apponi fecimus huic scripto. Datum anno Domini millesimo CC°. nonagesimo, mense Aprili.

[1]) „ta" *übergeschrieben.* [2]) *Verschrieben* „facieabant".

Or. Kl. Kentrup 15. An rothen Seidenfäden noch Reste des Siegels des Erzbischofs (Ewald 19, 4 u. 5), das des Grafen abgeschnitten, von dem des Abtes noch einige Spuren erhalten. Gedr. v. Steinen, Westph. Gesch. IV S. 665 f., dessen Gewährsmann auch noch das Siegel Graf Everhards gesehen hat.

2156.

Der Kanoniker Gottfried von s. Mauritz bei Münster und dessen Bruder Engelbert von Musne *entlassen auf Bitten des Kl. Benninghausen einen Hörigen aus dem Dienstverhältniss.*
1290 Mai 6.

Omnibus presentia visuris innotescat, quod ego Gotfridus canonicus sancti Mauricii Mon(asteriensis) una cum fratre meo Engelberto dicto de Musne quendam famulum nobis servili conditione pertinentem Helmicum nomine interventu abbatisse in Benninchinchusen et tocius conventus ab omni iure servitutis nobis in predicto Helmico competentis, dimittimus liberum et solutum, quod per presens scriptum et nostri sigilli munimine protestamur. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXX°, ipso die Johannis ante Portam Latinam.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 59. An Pgtstr. das Siegel (spitzoval, klein: zwei gegeneinandergekehrte Vögel auf einer Lilie; die Umschrift scheint zu lauten: S. Hinrici (?) scolastici ecclesie s. Mauricii; *Rückschrift:* Quitancia de Helmico proprio viro.

2157.

Dem Kl. Welver gegenüber verzichten die Gebrüder von Batenhorst und Siegfried von Nelen *gegen eine Fruchtrente auf ihr Zehntrecht vom Rottland beim* Distelhof.
Brücke der Burg Hovestadt 1290 Mai 8.

Soror H . . . . . . dicta abbatissa totusque conventus monialium in Welvere Cysterciensis ordinis, Coloniensis dyocesis omnibus presentem paginam visuris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, quod Lutbertus et Ecbertus fratres dicti de Batenhorst et Sifridus eorum cognatus dictus de Nelen cum consilio et consensu omnium suorum heredum et amicorum resignaverunt nobis ius decimale, quod habuerunt de predio quod dicitur Rotlant, quod iacet secus Distelhof, quod comparavimus a domino Theoderico milite dicto de Letene renunciantes plene et expresse omni decimali iuri, si quid eis in predicto predio competebat, ea interposita condicione, quod duo maltia videlicet unum maltum ordei et unum maltum avene, Ecberto scilicet VI modios ordei et sex modios avene, Sifrido similiter VI modios ordei et sex modios avene in curtem que dicitur Nelen vel in civitatem Sosaciensem in crastino beati Martini annuatim persolvemus. In testimonium igitur premissorum et robur perpetuum

presentem litteram super eo scriptam sigillo castellanorum in Stromberg petivimus roborari. Presentes erant: dominus burgravius de Stromberg et eius frater, Godefridus dictus de Rodenberg, Gerhardus de Querhem (!), Ricwinus de Hostervelde milites; Hermannus de Bevern, Hermannus de Merenvelde, Hermannus Hundertmark, Lutbertus et Ecbertus fratres de Batenhorst, Wernerus Balke castellani in Stromberg, Alberus Clot, Goscalcus Torc, Timo de Honrot, Teodericus de Ekensceyde, Hermannus de Boderika, Sifridus de Leuen[1]), Johannes filius Timonis. Acta sunt hec secus pontum (!) castri quod dicitur Hovestat, in octava Walburgis virginis, datum anno Domini M°.CC°.LXXXX°.

1) „Leven“?

Or. Kl. Welver Nr. 94. An Pgtstr. das Siegel der Burgmannschaft von Stromberg (Westf. Siegel Taf. 69, 2).

2158.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Friedrich gen. Bolike seine Güter in Suberlinghusen *(Süberingshof sw. Erwitte?) dem Kl. Benninghausen verkauft hat.*
Paderborn 1290 Mai 27.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod Fredericus dictus Bolike famulus in nostra presentia constitutus confessus est et recognovit publice coram nobis, bona sua in Suberlinghusen sita in parrochia Ervethe cum pratis, pascuis, nemoribus, piscaturis, terris, cultis et incultis et cum omnibus suis pertinentiis, que dictus Fredericus a nobis tenuerat, de bona et libera ac requisita voluntate Walderadis uxoris sue necnon heredum suorum, videlicet Hermanni, Andree, Georgii et Frederici, filiorum eorum, et Gysle, Alheydis, Walderadis et Palmanie filiarum predictorum, item Everhardi fratris dicti Frederici et Hermanni filii dicti Everhardi, item Kristine sororis ipsorum Frederici et Everhardi, item Henrici filii dicte Cristine, Hadewigis, Lyse ac Petrisse filiarum dicte Cristine, se dilectis in Christo domine . . abbatisse et conventui sanctimonialium in Benekinghusen ordinis Cisterciensis, Coloniensis dyocesis pro sexaginta et tribus marcis Sosatiensium et Lippensium denariorum simpliciter vendidisse, que etiam bona idem Fredericus et sui heredes predicti in manus nostras libere resignarunt et nichilominus . . abbatissa et conventus predicti ipsum Fredericum pretextu dicte venditionis a debitis, in quibus idem Fredericus dicto monasterio ex debito tenebatur, quitum et liberum dimiserunt. Qua venditione ac resignatione in manus nostras sic factis proprietatem bonorum huiusmodi eisdem . . abbatisse et conventui de expresso consensu . . decani et capituli nostri contulimus et in hiis scriptis cum bonis predictis conferimus perpetuo possidendam. Insuper dictus Fredericus et prenominati heredes renunciaverunt publice coram nobis exceptionibus doli mali, non numerate, non tradite, non solute pecunie, et omni auxilio iuris tam canonici quam civilis, per quod dictus contractus posset in posterum viciari. Testes vero huius venditionis et resignationis sunt: Ecbertus decanus in Widenbrugge, Henricus thesaurarius sancti Petri Pader(bornensis), Johannes de Wartberg et Conradus de Herstelle ecclesiarum rectores, Hartwicus et Achilles sacerdotes de Lippia, et alii quamplures fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Et nos . . decanus et capitulum ecclesie predicte Pader(bornensis) ad peticionem parcium predictarum sigillum nostrum in testimonium nostri consensus huic scripto duximus apponendum. Datum Paderborne, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, sabbato quo cantatur Karitas[1]) Dei.

1) *Scheint nachgetragen von anderer Hand.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 60. An rothgelben Seidenfäden die Siegel 1) des Bischofs mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 49, 6 u. 61, 16) und 2) des Domcapitels von Paderborn (ebenda Taf. 102, 2). Vergl. Nr. 2159.

2159.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Friedrich gen. Bolike die Begleichung seiner Restforderung an das Kl. Benninghausen für die verkauften Güter (s. Nr. 2158) erst nach der Verzichtleistung seiner Angehörigen geltend machen darf. Paderborn 1290 Mai 28.

Nos O(tto) Dei gratia[1]) Pader(bornensis) ecclesie episcopus universis presentia visuris cupimus fore notum, quod Fredericus dictus Bolike famulus per nimiam instanciam optentis tribus marcis ab Hartwico et Achille[2]) sacerdotibus ex parte domine . . abbatisse et conventus sanctimonialium in Benninckinchusen ratione bonorum eis venditorum arbitratus est publice coram multis, quod nec ipse nec aliquis de mandato suo vel sciencia dictas sanctimoniales super residua pecunia, in qua tenentur eidem. ex nunc in antea inpetet vel molestabit, donec heredes sui, videlicet uxor[3]), filii et filie[4]), soror et eius liberi bona vendita sanctimonialibus predictis libere resignaverint coram nobis et quod fiat, quod in instrumento super hoc edito continetur; et eciam volumus, quod ante omnia Freder(icus) predictus[5]) hec adimpleat et procuret, si desiderat pecuniam sibi residuam numerari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Pader(borne), in octava Pentekosten[6]) anno Domini M°.C°C°.LX°X°X°X°.

[1]) „Dei gratia“ *auf Rasur.* [2]) *Nach* A *Rasur von 1 Buchst.* [3]) *Folgt ausradiertes* „et“. [4]) *Folgt ausgewischtes* „eorum“. [5]) „pre“ *auf Rasur von* „hec“. [6]) *Nachgetragen.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 61. An Pgtstr. das stark beschädigte Siegel des Bischofs (Westf. Siegel Taf. 49, 6). Geschrieben von derselben Hand wie Nr. 2158.

2160.

Notarieller Akt des Aubertus de Maconvilla, *Notars; derselbe bezeugt wie folgt: Vor Radolph von Haricuria verlas der Dortmunder Prokurator einen Protest: Nachdem der Richter den Dechanten von Mariagraden* „in integrum restituendum decrevistis et eundem de facto, cum de iure non possetis, restituistis per interlocutoriam vestram iniustam seu nullam ipso iure, quantum ad dictam restitutionem“ *verlangt er* „ut eadem gravamina revocare curetis“, *widrigenfalls derselbe Berufung beim apostolischen Stuhle einlegen wird. Darauf erklärt der Richter, dass auch nach dem Zwischenurtheil* (interlocutoria) *der Prokurator vor ihm als Richter verhandelt habe, setzt ihm jedoch noch als Termin den nächsten Freitag (Juni 9), um seine Beschwerde näher auseinander zu setzen. Gegen diesen Termin erhebt der Dortmunder Prokurator Einspruch als zu kurz; der Richter fordert darauf, dass derselbe am Freitag den Beweis dafür antreten solle, worauf der Dortmunder Prokurator sich vorbehält, von der Appellation nach Beratung mit der Stadt Dortmund zurückzutreten. Dann geht der obengenannte Notar zu der Wohnung des Dechanten bei der Genovevakirche in Paris und lädt ihn auf Freitag vor, um die gegründeten Beschwerden des Dortmunder Prokurators abzustellen. Ueber das alles stellt er auf Verlangen des Dortmunder Prokurators ein notarielles Instrument auf:* „Juxta ingressum aule dicti iudicis“. *1290 Juni 8.*

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 222. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 769.

2161.

Der Richter Radolph von Haricuria verlängert dem Dortmunder Prokurator den Termin zur Erbringung seines Beweises bis zum nächsten Samstag (Juni 10) und dann noch weiter bis Montag (Juni 12). 1290 Juni 9 (die veneris ante festum beati Barnabe).

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 223. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 770 mit Siegel Radolphs.

2162.

Der Magister Radolph von Harricur und dessen Mitrichter erklären „interloquendo pronuncciamus, non obstantibus exceptionibus dicti decani coram nobis propositis contra partem adversam in dictis causis appellationum fore ulterius procedendum ad litis contestationem. Qua interlocutoria sic lata precepimus dicto decano, ut litem contestaretur in causis predictis coram nobis, qui respondit in continenti, quod super hoc deliberaret. Quo dicto statim recessit a nobis litis contestatione nondum facta nec assignatione diei data seu expectata a nobis.

O. J. (1290 Juni 12) die lune post festum beati Barnabe apostoli.

Reg. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 224. Unbeglaubigtes Pergamentblatt im Stdt.-A. Dortmund Nr. 773.

2163.

Stephan und Gottschalk Tork bestätigen die Schenkung des Caldehofes *seitens ihres Bruders Nikolaus an die Deutschordens-Commende Brakel. Herne 1290 Juni 24.*

Nos Stephanus et Goscalcus dicti Torc, milites, notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod frater noster Nycolaus miles, de voluntate, consilio et consensu nostro curiam dictam Caldehof, cum hominibus dictam curiam inhabitantibus et eorum liberis, excepta sola filia . . scultheti iam maritata necnon bona sua in Elze et Haldene, libere contulit, beate Marie virgini et venerabilibus viris fratribus domus Theuthonice in Brakele pro sue ac parentum suorum animarum remedio et salute in perpetuam elemosinam pacifice possidenda. Nos vero et nostri heredes huiusmodi donationem a fratre nostro predicto factam ratificamus et perpetuo volumus esse ratam et nos et nostri heredes eadem bona in homagio habebimus, quousque dicti fratres Theuthonici proprietatem dictorum bonorum poterunt optinere, extunc vero nos et nostri heredes prefata bona, ad voluntatem et utilitatem dictorum fratrum resignare debemus et promisimus contradictione nostra qualibet quiescente; medio vero tempore domus fratrum in Brakele pro recognitione huiusmodi homagii, annis singulis super altare in Lunhere talentum cere dabit et persolvet in vigilia Purificationis Virginis gloriose, quousque nos et nostri heredes bona resignaverimus prenarrata. Actum Herne, anno Domini M°C°C°LXXXX°, ipso die nativitatis beati Johannis baptiste, presentibus Theoderico Vulenspit, Pulsiano filio suo militibus, fratre Henrico de Dusburg plebano tunc temporis, fratre Allexandro, Willikino Dobbe, . . villico de Herne, Omaro et aliis quampluribus fidedignis. In premissorum testimonium presens litera sigillo mei Stephani predicti firmiter est (munita) et ego Goscalcus, quia sigillum proprium non habeo, dicto sigillo presentibus appenso sum contentus. Datum ut supra.

Or. Com. Brakel Nr. 1. Siegel von Pgtstr. ab.

2164.

Der Abt von Hamborn und der Prior von Meer als Visitatoren für Westfalen transsumiren die Urkunde des Kl. Rumbeck von 1196 (Seibertz UB. I Nr. 108) und bestätigen deren Echtheit, durch welche die Streitigkeiten des Klosters mit dem Kl. Weddinghausen wegen eines Waldes beigelegt sind. 1290 Juni 26.

Universis presentes litteras inspecturis nos J(ohannes?) Dei paciencia abbas Hamburnensis et nos frater Ja(cobus) prior ecclesie Merensis visitatores circarie Vesfalie (!) anno isto notum esse volumus per presentes, quod, cum discordia esset inter ecclesiam Arnesbergensem et ecclesiam sororum in Rumbecke super proprietate et dominio nemoris cuiusdam et illud coram nobis esset propositum tanquam coram iudicibus ab ordine constitutis, nos paci et concordie dictarum ecclesiarum innitentes ad ecclesiam de Rumbecke accessimus et a preposito et conventu eiusdem ecclesie de suo iure et proprietate seu

dominio de dicta silva certificari voluimus precipientes eisdem, ut instrumenta seu privilegia ius suum de dicta silva continentia nobis ostenderent, si que haberent. Ipsi autem nobis privilegium super earum proprietate et dominio dicte silve oboedienter et humiliter ostenderunt, quod quidem privilegium legimus, vidimus et examinavimus tam in litteris quam in sigillo et invenimus nostro iudicio esse bonum et in nullo vel a nullo posse aliquatenus inculpari seu tanquam defectivum privilegium refutari. In cuius rei testimonium presentem litteram rescripto dicti privilegii ad peticionem dicte ecclesie transfiximus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Acta sunt hec anno Dominice incarnacionis M°.CC° nonogesimo, in die sanctorum Johannis et Pauli.

Or.-Transfix Kl. Rumbeck 37 mit dem Hauptbrief in Abschrift. Das Siegel des Abtes von H. ab, das des Priors von M. (spitzoval, Pelikan seine Jungen mit seinem Blute ernährend) an Pgtstr. Umschrift: S. PRIORIS IN MERE.

2165.

Wilhelm, Edler von Ardey, verzichtet zu Gunsten des Dortmunder Bürgers Ludger Crispus (Cruse) auf alle Ansprüche an die Güter Osthusen *in Holthausen. Dortmund 1290 Juli 9.*

Nos Wilhelmus nobilis de Ardeya notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod per has nostras litteras renuntiamus omni actioni et querele, quam habuimus de bonis Osthusen in villa Holthusen iacentibus, que bona Ludgero Crispo burgensi Tremoniensi suisque legitimis heredibus in mera proprietate pertinere dinoscuntur, de quibus etiam bonis nobilis vir Adolfus de Grascap, Elizabet, uxor sua et omnes liberi heredes eorum receperunt omne ius feudale, quo de dictis bonis infeudatus erat ab ipsis quondam Otto miles de Holthusen et omnes sui heredes ac illa dederunt Ertmaro in Campo burgensi Tremoniensi et omnibus suis heredibus in meram proprietatem coram . . libero comite et . . scabinis. Ne vero nos vel heredes nostri in posterum aliquam actionem de prefatis bonis facere valeamus, presentem litteram sigillo domini nostri borggravii de Stronberg, cuius filiam habemus, una cum nostro sigillo firmiter fecimus communiri. Datum Tremonie anno Domini M°.C°C° nonagesimo, in crastino beati Kyliani, presentibus Johanne de Wickede, Arnoldo Milite, Johanne de Crispin, Bertramno Suderman, civibus Tremoniensibus.

Or. Dortmund-Katharina 42. Siegel und Siegelschnüre ab. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I, 225.

2166.

Walther von Redinchusen *stiftet dem Katharinenkloster in Dortmund sein Haus* Upperbeke *in Holthausen zu Memorien für seine Familie. 1290 Juli 17.*

Noverint universi, quod ego Waltherus dictus de Redinchusen de consensu filiorum meorum Arnoldi et Hermanni tradidi et donavi conventui ecclesie sancte Katerine in Tremonia pleno iure perpetuo possidendam quandam domum in Holthusen cum suis attinentiis, que Upperbeke vulgariter nominatur, tali tamen condicione, ut cum venerit anniversarius meus, patris et matris mee, fratris mei Arnoldi et uxoris et filie mee singulis annis cuilibet in suis anniversariis memoriam habeant in vigiliis et orationibus ac missarum sollempniis, sicut consuetum est pro animabus defunctorum Dominum supplicari. Volumus etiam esse notorium, quod homo ille senex cum quadam filia sua puella, qui nunc domum eandem possidet, habent usumfructum, quamdiu vixerint, in eadem pro eadem pensione que nunc est, videlicet annuatim V sollidos et IIII pullos. Illis duobus mortuis conventus ecclesie memorate potest tradere ad pensionem, cui voluerit dictam domum. Actum in domo mea, presente priore Hermanno eiusdem ecclesie et domine Elyzabeth priorisse, sub anno Domini M°.C°C°LXXXX°, XVI kallendas mensis Augusti hiis viris honestis astantibus: Tilemanno Palas, Winando dicto de Hirreke, Gisone,

Tilemanno Juvene, Teoderico de Dudincwerde. Ut autem haec rata et firma perseverent, presentem litteram sigillo supradicte ecclesie in veritatis testimonium dedimus roboratam. Tali etiam conditione tradimus conventui supradicto bona prenotata, ut nullo modo vendere debeant vel alienare.

Or. Dortmund-Katharina Nr. 43. Siegel vom Pgtstr. ab. Reg. Rübel, Dortm. UB. 1, 226.

2167.

Wilhelm Edler von Ardey verzichtet wie oben in Nr. 2165 erneut auf alle Ansprüche an die Güter Osthusen *in Holthausen. Zeugen:* dominus Hunold *und* Wilhelm de Neihem, milites, Wilhelmus Wilderive, *Vogt in Menden und Werl,* Johann von Wickede, Arnold Miles, Johann de Crispin *und* Bertram Sudermann *aus Dortmund.*

Menden (Mindene in cimiterio) *1290 Juli 24* (in vigilia beati Jacobi apostoli).

Or. Dortmund-Katharina 44 mit Siegel Wilhelms von Ardey an gelben Seidenfäden (Westf. Siegel Taf. 30, 10); Rückschrift: vrydages gud *(fast gleichzeitige Hand)* Ostusten in Holthusen *(spätere Hand). Reg. Rübel, Dortm. UB. 225 Anm. 1. Vgl. Nr. 2165.*

2168.

Die Aebtissin Bertha von Essen übergiebt die Olderoggen-*Mühle bei Huckarde ihrem Villicus* Arturus Vryedach. *1290 Juli 28.*

Nos Bertha Dei gratia abbatissa ecclesie secularis Asnidensis universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod, cum molendinum dictum in vulgari Olderoggenmule situm extra villam de Hukerde pertinens ad curtem nostram de Hukerde per incautas concessiones villicorum dicte curtis, qui pro tempore fuerunt, a curte ipsa multis annis alienatum et tandem providentia et sollicitudine nostra ad eandem revocatum in suis aqueductibus subtus et supra ac in aliis instrumentis et edificiis pene destructum esset et desolatum, molendinum ipsum reficiendum et reedificandum Arturo dicto Vryedach villico nostro ibidem committere decrevimus ac commisimus sub tali condicione et pacto, quod idem Arturus pro expensis gravibus et laboribus, quos molendino eidem ipsum sic reficiendo inpenderit, postquam a villicatione dicte curtis ipsum Ar(turum) sive in vita sive in morte recedere contigerit, dictus Arturus vel eius heredes extunc dictum molendinum sex annis immediate currentibus absque pensione qualibet libere obtinebit seu obtinebunt hoc salvo, quod relicte quondam . . dicti Alderogge, quamdiu vixerit, tredecim maldra siliginis annuatim de molendino eodem persolventur. Si vero mortua fuerit, memoratus Arturus vel eius heredes huiusmodi sex annis nichil penitus solvere de prefato molendino tenebuntur. In cuius rei testimonium, firmitatem ac evidentiam pleniorem presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, V° kalendas Augusti presentibus Helenburge de Hardenberg custode, Theoderico cappellano et Alberto de Sunheren canonicis et clericis nostris.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 121. An Hanffäden nur noch unkenntliche Reste des Siegels der Aebtissin.

2169.

Das Kl. Benninghausen nimmt die Stiftsdamen in Essen, die Schwestern Sophia und Jutta (von Grafschaft), in die Gemeinschaft der guten Werke auf. 1290 August 17.

Soror Methildis Dei gracia abbatissa cum conventu ordinis Cysterciensis in Benikinchusen devotis in Christo ac nobilibus dominabus in Essneda domine Sophie ac sorori sue domine Jutte post hoc exilium letam societatem civium supernorum. Intelleximus intentionem animi vestri directam ac pre-

claram circa religionem et ad verum et summum bonum per orationes religiosorum vos modis omnibus affectare. Quapropter vestram respicientes devotionem concedimus vobis addito etiam animabus parentum vestrorum domini Adolfi et Elizabet, Sophie et Gode ac Berte, Mabilie, Werneri et Conradi plenariam fraternitatem bonorum omnium, vigiliarum, orationum, corporalium castigationum ceterorumque spiritualium exerciciorum, in quibus Domino placere cupimus die noctuque, ut nobiscum sitis participes in vita et in morte; et cum vester obitus redditis litteris nobis fuerit nunciatus, in ecclesia nostra nobiscum perpetuo habebitis plene fraternitatis debitam pensionem. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, in octava Laurentii.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 123. Siegel von Pgtstr. ab. Geschrieben von einer Benninghauser Hand, welche auch Nr. 2094 ausfertigte.

2170.

Graf Everhard von der Mark überträgt dem Grafen von Arnsberg das Patronatsrecht über die Kirche in Hüsten. Scheda 1290 August 24.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum. Litterarum custodia pactionum conservat memoriam et res per eam permanent inconcusse. Noverint igitur presencium inspectores presentes et posteri, quod nos Everhardus comes de Marka nosque Irmegardis ibidem comitissa de consensu Engelberti primogeniti nostri ac omnium heredum nostrorum ius patronatus et proprietatem ecclesie in Hustene omneque ius quod habemus in ipsa et habuimus hactenus domino comiti de Arnsberg suisque legitimis heredibus ab impeticione cuiusquam liberam donavimus perpetuo possidendum firmam eiusdem prestantes warandiam versus omnes qui illud habuerint impetendum. Promisimus eisdem insuper et faciemus, quod si forsan aliquis, quod absit, hanc nostram donacionem volens infringere super hac ipsis violen(ciam)[1]) fecerit, nos illos hanc pro posse nostro iuvabimus[2]) defensare. Unde ne possit imposterum oriri dubitacio, huius rei firmamentum requirens, scriptum presens super hoc confectum sigillorum nostrorum robore duximus confirmandum. Testes sunt: Wesselus de Galen, Theodericus Volenspit, Anthonius de Scheiduncge[3]), Engelbertus de Herborne, Johannes de Hovele, Lambertus de Velmede, Theodericus Harme[4]), Erenfridus Foye milites; Arnoldus de Altena et alter Arnoldus de Altena, Rutgerus de Ludelschede[5]). Ex parte domini comitis de Arnsberg, Ulricus de Hildene, Wigardus de Ense milites, Rutgerus de Aflen, Henricus notarius et alii quam plures castellani et ministeriales nostri. Datum et actum apud Scheide anno Domini M.CC^{mo}. nonagesimo, in die beati Bartholomei apostoli.

[1]) *Beide Abschriften:* „violencia". [2]) *109 b* „juvavibus"? [3]) *109 b* „Scheidungen". [4]) *109 b* „de Harmes". [5]) *109 b* „Ludenschede".

Abschriften des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 a Bl. 3 v u. 109 b Bl. 104 v. Gedr. Seibertz Quellen III S. 485.

2171.

Das Kl. Scheda überlässt dem Grafen von Arnsberg seine Anrechte an die Kirche in Hüsten. 1290 August 24.

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris nos Lambertus prepositus, Heribertus prior, Anthonius supprior totusque conventus ecclesie Scheydensis salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod nos unanimi consensu et voluntate ecclesiam in Hustene cum omnibus pertinentiis et iuribus suis ad nos pertinens[1]) ex collatione et donatione nobilis viri Wilhelmi de Ardeya, sicut in litteris suis super hoc confectis plenius continetur, damus et renuntiamus pure et simpliciter ad usus nobilis viri domini comitis in Arnesberg ac heredum suorum nobis minime repetendum. In cuius rei testimonium

sigillum ecclesie nostre presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo, in die Bartholomaei apostoli.

[1]) *Statt* „pertinentem".

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 71. Siegel von farbigen Hanffäden abgeschnitten. Gedr. Seibertz UB. I 433.

2172.

Graf Ludwig von Arnsberg überträgt dem Grafen Everhard von der Mark seinem Verwandten das Patronatsrecht über die Kirche in Hemerde. Scheda 1290 August 24.

In nomine Domini, amen.[1]) Ludewicus comes de Arnesberg et Peronett(a cometissa ibidem) universis presencia visuris cognoscere veritatem inperpetuum. Quia scripti tenacitas oblivionem tollit et calumpniam, cautum est et utile, ut ea, que fiunt in tempore, scripture memoria perhennentur. Noverint igitur universi Christi fideles tam futuri quam presentes, quod nos de bona voluntate Frederici, Wilhelmi, Godefridi, Walrami filiorum nostrorum ac aliorum omnium heredum nostrorum, consensu accedente quoque castellanorum nostrorum Arnesberg, Eversberg et Hagnen nec non aliorum fidelium ministerialium nostrorum consilio maturo dilecto consanguineo nostro Everhardo domino comiti de Marka, Ermegardi cometisse ibidem et legitimis heredibus eorumdem, sicut nomina tenent, patronatum ecclesie [in] Hemerde cum omnibus attinenciis suis cum omni quoque iure, quod in ea a nostris genitoribus et progenitoribus hactenus habuimus vel habemus, publice damus in hiis scriptis perpetuo possidendam et ipsis de prefata ecclesia debitam facimus et faciemus warandiam. Preterea ab omni inpeticione cuiusquam ipsius ecclesie, vel si in errore posita sit, ipsam liberam reddemus et quietam. Ne vero alicuius inposterum hanc donacionem nostram irritare valeat calumpnia, presentem litteram conscribi iussimus super istis sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum et actum apud Scheyda anno ab incarnacione Domini M°.C°C°. nonagesimo, in die beati Bartholomei apostoli. Actibus istis presentes fuerunt: Ulricus de Heldene, Wigardus de Ense milites; Henricus et Anthonius fratres de Ense castellani nostri, Rolgerus de Afflen gogravius noster, Hinricus notarius noster; item Wescelus de Galen, Theodericus Volenspit, Randolphus dictus Hake, Engelbertus de Hereborne, Everhardus de Meggede milites; item Rutgerus de Ludelschede et alii quam plures viri probati et honesti.

[1]) *Verlängerte Buchstaben.*

Or. Kl. Scheda Nr. 9. Die Siegel von weissblauen Hanffäden ab. Gedr. Wigands Archiv VII 155 nach Msc. II 13, 134. Von derselben Hand geschrieben wie Nr. 2173.

2173.

Graf Everhard von der Mark schenkt das Patronatsrecht über die Kirche in Hemerde dem Kl. Scheda. Bodinchof 1290 August 29.

In nomine Domini, amen.[1]) Universis presentes litteras inspecturis vel audituris (nos) Everhardus comes de Marka nosque I(rmengardis) ibidem cometissa salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod nos accedente ad hoc consensu h(ered)um nostrorum necnon reverendi patris . . domini Coloniensis archiepiscopi dyocesani loci ius patronatus ecclesie de Hemerde in decanatu Tremoniensi dicte d(yocesis) ad nos pertinens religiosis viris . . preposito et conventui ecclesie Scheydensis Premonstratensis ordinis et eidem ecclesie Scheydensi eiusdem dyocesis pro remedio animarum nostrarum et nostrorum progenitorum tytulo donationis inter vivos pure simplicis et irrevocabilis contulimus et conferimus, tradimus et supraportamus per presentes, renunciantes pure et simpliciter ad usus dictorum . . prepositi et conventus et ecclesie eorundem omni iuri, quod in dicto iure patronatus habuimus et visi fuimus hactenus habuisse. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum

apud Bodinchof anno Domini M°.C°C°. nonagesimo, in die Decollationis beati Johannis Baptiste. Presentes fuerunt: Wescelus de Galen, Theodericus Volenspit, Randolphus dictus Hake, Anthonius de Schedinche, Engelbertus de Herborne, Everhardus de Meggede dapifer noster, Lambertus de Velmede, Erenfridus Foye, Theodericus Harme milites; Arnoldus de Althena, item Arnoldus de Althena, Rutgerus de Ludelschede, Gozwinus de Velmede, Wete et alii quam plures castellani et ministeriales nostri.

[1]) *Verlängerte Buchstaben.*

Or. Kl. Scheda Nr. 10. Die Siegel von farbigen Seidenfäden ab. Gedr. Wigands Archiv VII 156 nach Msc. II 13, 135. Geschrieben von derselben Hand wie Nr. 2172.

2174.

Der Kölner Chorbischof Johannes vermittelt im Auftrage des Erzbischofs einen Vergleich zwischen dem Dechanten von Mariagraden und der Stadt Dortmund, das Patronat betreffend, wonach dem Dechanten das Patronatsrecht über Reinoldi und den Johannes- und Stephanaltar in Reinoldi, der Stadt das Patronatsrecht über Marien und Nicolai zufällt.

1290 August 30 (in crastino Decollationis beati Johannis Baptiste).

Gedr. Fahne, UB. von Dortmund II Nr. 337 und Rübel, Dortm. UB. I Nr. 227. Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 771 mit den Siegeln 1) des Erzbischofs Siegfried, 2) des Chorbischofs Johann (ab), 3) des Dekans von Mariagraden, 4) des Kapitels von Mariagraden, 5) der Stadt Dortmund.

2175.

Konrad, Herr von Rüdenberg, quittiert dem Grafen Adolf von Berg über eine Theilzahlung von 30 Mark auf das Kaufgeld des Hofes und der Güter in Olpe. 1290 September 29.

Nos Conradus dominus de Rudenberg notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nobilis vir Adolfus, comes de Monte, nobis de eo, scilicet de pecunia, in qua nobis tenebatur de proprietate curtis et bonorum in Olepe, quam proprietatem sibi Adolfo comiti predicto vendidimus, triginta marcas Coloniensium denariorum legalium et bonorum in die beati Michaelis numeravit, tradidit et assignavit. De quibus triginta marcis ipsum . . comitem predictum per presentes quitum dimittimus et clamamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°CC° nonogesimo, in die predicto.

Or. im St.-A. Düsseldorf, Jülich-Berg, Urkunden Nr. 100. Siegel des Conrad (weisses Wachs), zum Theil zerstört, an Pgtstr. (Westf. Siegel Taf. 27, 3). Vergl. oben Nr. 2176.

2176.

Konrad, Herr von Rüdenberg, giebt Graf Adolf von Berg Ausstand für die Zahlung von 40 Mark Kaufgeld für den Hof und die Güter in Olpe und erklärt auch eine daraufhin vom Grafen an den Ritter Hermann von Vorst vorkommenden Falls zu machende Theilzahlung anerkennen zu wollen. 1290 September 29.

Nos Conradus dominus de Rudenberg et nostri coheredes notum facimus universis publice protestantes, quod nos et nostri heredes nobilem virum Adolfum comitem de Monte et suos heredes induciamus et diem damus de quadraginta marcis, in quibus nobis tenentur de proprietate curtis et bonorum in Olepe, quam proprietatem sibi vendidimus, infra hinc et festum beati Martini hyemalis proxime affuturum, tali condicione apposita, quod si Hermannus de Foresto miles aliquid de predictis quadraginta marcis sustulit, nos et nostri heredes ipsum . . comitem predictum et suos heredes quitum dimit-

timus de eodem, quod sigilli nostri appensione confirmamus. Datum anno Domini M°.CC° nonogesimo, in die beati Michaelis.

Or. im St.-A. Düsseldorf, Jülich-Berg, Urk. bei Nr. 100. Siegel Conrads (Westf. Siegel Taf. 27, 3) (weisses Wachs), zum Theil zerstört, an Pgtstr. Vergl. 2175.

2177.

Bernhard Wolf von Lüdinghausen verkündet, dass die Irrung zwischen Macharius gen. Dohvende und Hermann von Störmede wegen des Hofes Leven beigelegt sei. Lüdinghausen 1290 November 18.

Ber(nardus) Vulf de Ludinchusen omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Noverint tam presentes quam futuri discordiam de quadam curti dictam (!) Levehen, que vertebatur inter dominum Macharium dictum Dohfvende et Hermannum consanguineum nostrum de Sthormede coram nobis et domino Hinrico de Emethe et Thilemanno Crampe esse finaliter compositam et sopitam, huic facto presentium appensione testimonium exhibentes. Anno Domini M°.CC°.LXXXX°, in octava beati Martini, actum Ludinchusen.

Or. im herzogl. Arenbergischen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das Siegel Bernhards Wolf v. L. (Westf. Siegel Taf. 183, 6). Der Aufschrift auf der Rückseite aus dem XVI. Jh. zufolge gehört die Urkunde zum Archiv des Kl. Flasheim.

2178.

Abel von Rynern bekennt vor dem Rathe von Hamm dem Nonnenkloster in Hamm aus seinem Weichbildsgut einen Zins von 6 Schillingen jährlich zu schulden. 1290 November 20.

Nos Gerwinus Hering, Johannes de Kamene, Johannes Themonis, Ditmarus Achterdengeldehus, Hermannus Lorinc, Hermannus Luscus, Godde de Berge, Godefridus de Berge, Flos, Everhardus de Herne, Johannes de Osthove et Lubertus dictus Voz presentium protestatione innotescere volumus universis, quod Abele de Rinhere et Almůdis uxor eiusdem in nostra presentia constituti mentis et corporis conpotes recognoverunt, quod conventus sanctimonialium in Hammone Cisterciensis ordinis ex emptione legitima ex eorum area sive domicilio, quod *wicbilde* dicitur, sex solidorum redditus hereditarie percipient in festo beati Michahelis anno quolibet persolvendoş. In huius recognitionis evidens testimonium presentem recognitionem et eius conscriptum karactere sigilli nostri opidi fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, feria secunda ante festum beate Katerine virginis.

Or. Kl. Kentrup Nr. 16. Siegel von Pgtstr. ab. Auf der Rückseite von späterer Hand: Wycbilde VI sol.

2179.

Graf Everhard von der Mark tauscht mit dem Grafen Ludwig von Arnsberg Ministerialen aus. 1290 November 26.

Everhardus comes de Marka universis presencia visuris notum esse volumus et presentibus publice protestamur, quod, cum Godefridus filius Johannis dicti Neckel militis bone memorie esset ministerialis noster, nos precibus amicorum dicti Godfridi inclinati ipsum Godfridum iure et titulo ministerialium damus per presentes viro nobili Ludewico comiti de Arnsberg consanguineo nostro, recipientes ab ipso in concambium pro dicto Godfrido Theodericum filium Theoderici dicti Wocken de Wernen existentem ministerialem dicti consanguinei nostri comitis de Arnsberg, quem dictus comes nobis contradidit in

ministerialem, prout est consuetum, quod tenore presencium protestamur, quibus sigillum proprium nostrum presentibus est appensum in signum veritatis premissorum. Datum anno Domini M.CC^{mo}. nonagesimo, crastino beate Katherine virginis.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 23 v u. 109 B Bl. 30 b.

2180.

Der Soester Vicepropst bekundet, dass Arnold gen. Balke den sogenannten Balkinchof in Berwicke an den Decan Gottfried von Soest und den Kleriker Hermann gen. Pyl verkauft hat.
1290 December 8.

. . Viceprepositus Sůsatensis omnibus presens scriptum visuris notum facimus et publice protestamur, quod constitutus in nostra presencia Arnoldus dictus Balke recognovit se domino Godefrido decano ecclesie Sůsatensis et Hermanno clerico dicto Pyl rite et legitime vendidisse et coram domino nostro . . preposito Sůsatensi resignasse curtem suam in Berwic sitam, dictam Balkinc cum omnibus iuribus et attinenciis eiusdem et sibi precium integraliter esse persolutum, promittens idem Arnoldus se effecturum, quod Henricus frater suus cum . . uxore, omnibus liberis suis et soror eius Dedradis coram dicto domino nostro . . preposito recognoscent, se in dicta curte nichil iuris habuisse umquam vel habere et renunciabunt omni iuri, si quod eis in posterum competere posset in dicta curte. Item promisit idem Arnoldus se facturum, quod fratres sui absentes Wigardus et Johannes, ubicunque sint vel fuerint, predictum contractum ratum habebunt et quandocunque ad patriam venerint similiter coram domino nostro . . preposito resignabunt, recognoscent et renunciabunt, sicut de ipso Arnoldo et de aliis superius est expressum. Insuper pro omnibus aliis, si qui in dicta curte et eius attinenciis aliquid iuris vendicare voluerint vel potuerint, plenam promisit facere warandiam ad annum et diem. Preterea super hiis omnibus adimplendis prefatus Arnoldus constituit fideiussores: Theymonem de Honrode, Goswinum de Sůsato, Johannem Stapel, Bertoldum de Holthusen, Lubertum filium Everhardi Cloyt militis et Hermannum Telonearium, qui fideiussores omnes et singuli in solidum in presencia nostra dictis emptoribus fide data promiserunt, quod, si in premissis aliquis defectus vel impedimentum contigerit, ipsi quam cito requisiti fuerint, Sůsatum intrabunt inde non exituri, donec de hoc prenominatis emptoribus fuerit satisfactum. Item promiserunt fideiussores predicti, quod ipsi qui ex eis sigilla habent supradicta omnia suis sigillis sigillabunt et alii sigillis illorum erunt contenti. Et nos . . viceprepositus predictus ad petitionem tam contrahentium quam fideiussorum predictorum et ad pleniorem evidentiam premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt: Hunoldus de Plettenbrecht et Wilhelmus de Nehem milites, Jacobus notarius clericus Sůsatensis, Albertus de Palsole, Winandus Wale, Herbordus Make, Henricus de Palsole oppidani Sůsatenses, Henricus Balke, Lambertus Pylicheym, Volquinus famulus . . sculteti Susatensis, Volquinus et Jordanus de Stochelen, Volquinus de Berwic et alii quam plures fidedigni et honesti. Actum et datum feria sexta post festum beati Nicolai, anno Domini M°CC° nonagesimo.

Or. Soest-Patroclus 61 b. An Pgtstr. die Siegel 1) des Propstes (klein rund mit dem Kopf des h. Patroclus; vgl. Nr. 2198), 2) Goswins von Soest (Schildsiegel, der Schild elfmal quergetheilt belegt mit Löwen, vgl. Westf. Siegel Taf. 183, 1 ff.): Sigillum Go(swini de) Susato, *3) Themos von Honrode (Schildsiegel, darin der Kranz mit den 5 Rosen, das Siegelfeld mit Aehren besäet (vgl. Westf. Siegel Taf. 190, 1 ff.):* S(igill)um Te(mon)is de Ho(nrod)e; *Rückschrift des XV. Jhs.:* Littera emptionis bonorum in Berwick dictorum Balliegued.

2181.

Rathsbeschluss über die den Insassen des Hospitals zum h. Geist in Soest zu gewährenden Naturalbezüge. 1290.

In nomine Domini, amen. Anno Domini M°.CC°. nonogesimo. Eo tempore. quo Hermannus de Benekinchusen et Gerlacus de Lake fuerunt magistri consulum in Susato consilium habuerunt cum communi consilio eiusdem civitatis. Considerantes tenuitatem prebende confratrum et consororum hosspitalis (!) Susaciensis decreverunt insimul, quod cuilibet fratri ac sorori domus eiusdem daretur servisia bis in die. Item decreverunt, ut cuilibet ad duas septimanas daretur unum talentum butiri: item decreverunt, ut ad festum Pasche, Penthecostes et ad festum Nativitatis Domini ad quodlibet istorum duo modii tritici pinserentur et deinceps per circulum anni unus modius et dimidius tritici ad quamlibet septimanam pinseretur ad expensas fratrum et consororum hosspitalis predicti. Item cuiuslibet prebenda videlicet in carnibus, caseis et ovis ad quamlibet septimanam ad valorem duorum denariorum estimata est. Item sciendum, quod universalis summa expensarum videlicet de talento butiri predicto, quod dandum est ad duas septimanas et de duobus denariis, quos valebit quevis prebenda ad quamlibet septimanam infra quemlibet annum extendit se super quadraginta unam et dimidiam marcas. Item sciendum, quod ad expensas conventus hosspitalis quolibet anno septem malcia tritici requiruntur. Item in festo Pasche requiruntur duo modii, in festo Penthecostes duo modii et in festo Nativitatis Domini duo modii. Preterea ad expensas familie in alia domo quolibet anno decem et octo modii tritici requiruntur. Item ad expensas domus hosspitalis predicte quolibet anno viginti et duo malcia siliginis requiruntur. Item ad servisiam predicte domus quolibet anno triginta sex malcia bracii requiruntur. Item ad expensas coquine prefate domus ad pisas et ad pultes quolibet anno tria malcia requiruntur. Summa tocius annone suprascripte quolibet anno ad septuaginta malcia se extendit. Preterea sciendum, quod eo tempore quo ista fiebant ordinata duo malcia dure annone scilicet silignis et ordei fiebant taxata super unam marcam. Hanc prefatam ordinationem statuit commune consilium in Susato et ad hanc prefatam ordinationem fuerunt principaliter electi Johannes de Sunhere, Hermannus de Waldene, Winandus dictus Wale, Reynoldus filius Degenhardi, Henricus Poledrus, Henricus de Alen. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant, domus predicti hosspitalis hanc presentem paginam duxit sigillo proprio muniendam. Acta sunt hec tempore quo Godescalcus de Wiginchusen fuit provisor predicti hosspitalis. Anno Domini et die supradictis.

Or. Stdt.-A. Soest, Hohes Hospital. Siegel des Hospitals an Pgtstr. (Westf. Siegel Taf. 121, 9). Gedr. Seibertz UB. I Nr. 437.

2182.

Der Ritter Johann gen. Schreiber verkauft dem Kl. Oelinghausen seine Hufe in Westönnen. 1290.

De gestis hominum gravis emergit calumpnia, nisi robur testium hoc inhibeat aut scriptura. Notum igitur sit omnibus presentia visuris, quod nos Johannes miles dictus Scriptor matura deliberatione prehabita de communi consensu et voluntate uxoris nostre Sophie ac omnium heredum nostrorum vendidimus ecclesie sororum in Olinchusen mansum nostrum situm in Westunen iure hereditario nobis pertinentem libere et absolute perpetuo possidendum. Presentes erant: Antonius de Blomendal, Corvus, Gamerich, Gerwinus de Tunen, Florentius de Uflen bone nationis famuli; Wilhelmus Pistor, Goswinus de Uflen magistri consulum in Werle, Johannes dictus Scolaris, Helmicus Salenthin, Hermannus villicus de Holdinchof, Hermannus filius Rudolphi, Goswinus Egenbolth et alii quam plures. Ne autem ab aliquibus nostris in posterum ecclesia predicta gravetur successoribus aut heredibus, ipsi ecclesie hanc

ministerialem, prout est consuetum, quod tenore presencium p' nostrum presentibus est appensum in signum veritatis premissor gesimo, crastino beate Katherine virginis.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 23 v u.

odefridi domicelli de Rud esimo.

n Werl und Gottf

onen dabur s Cleric

2180.

Der Soester Vicepropst bekundet, dass Arnold gen. an den Decan Gottfried von Soest und den 1290 D

.. Viceprepositus Susatensis omnibus pres stamur, quod constitutus in nostra presencia decano ecclesie Susatensis et Hermanno cle nostro .. preposito Susatensi resignasse c iuribus et attinenciis eiusdem et sibi pr se effecturum, quod Henricus frater s coram dicto domino nostro .. prepos vel habere et renunciabunt omni iur promisit idem Arnoldus se factur vel fuerint, predictum contractum domino nostro .. preposito res superius est expressum. Insu vendicare voluerint vel potu hiis omnibus adimplendis de Susato, Johannem St mannum Telonearium, fide data promiserun cito requisiti fuerint satisfactum. Item omnia suis sigill ad petitionem sorum sigill brecht et Winandu Pyliche Berw ann

tr cess ie ligat, , incendiis nem laborabimu restituemus. Ut hoc oramus. Acta sunt hec Marsheim, Johanne plebano in , Ludewico milite de Waltdorp, Herim enrico fratribus, Everhardo de Dathelin dict agesimo.

n Recklinghausen. An weissen Hanffäden das Siegel Conrads Taf. 149, 1 ff.). Rückschrift des XVI. Jhs.: Vertichenisse up ienhoff.

2184.

schreibt dem C. von Herewelda, dass er keine Ansprüche an die Güter ghausen in Gothenchene *(Göttingen) geltend machen könne. Um 1290.*[1]

Dei gratia Rastedensis ecclesie abbas speciali amico C(onrado) de Herewelda salutem onum. Tue demandamus discretioni, ut bona in Gothenchene[2]), que illi de Benynhusen aliudiu possiderunt, inpedire non presumes, quia alia bona tibi non porreximus, nisi que sunt ab omni inpedimento libera et soluta.

[1]) *Der Abt Albert von Rastede urkundet 1290 für s. Georg in Münster (Westf. UB. III, 1396); auch Conrad von Herevelde ist um diese Zeit nachweisbar (Westf. UB. III, 1494 und Westf. UB. IV, passim).* [2]) *Es stand ursprünglich* „Gothenchepe".

Or. Kl. Benninghausen Nr. 62. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Abtes. Vergl. 2157.

vom Leithe eigne

'versi present
Theoderici
urrochie
nsis
in

2189.

n Erzbischof Siegfried von Köln und der Kölner Geist-
er Erzbischöfe Anno und Friedrich für das Kloster.
290 (1291 März 7).

Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo
ioribus et capitulo Coloniensi Lubertus Dei gratia
cum debita subiectione orationum ac reverentie
i non possunt, transmittimus vobis reverendi
diligenter de verbo ad verbum exarata sub
*olgen die Abschriften der Diplome Erzbischofs
Friedrich von Köln von 1101—1131 (ebenda*
omini M°.CC°.XC°.
gl. 2191.

6 Jahre an einen gewissen

conventus de Porta Celi
di conditione interposita,
siliginis, octo ordei et
neglexerit, predictum
tescat tam singulis
omni iuri, quod
neat et incon-
actum anno
Presentes
s Wenke,

on Brilon verkün
434.

2186.

Paderborn und Graf Ludwig von Arns.
zog von Westfalen um Entscheidung in einer zw.
Lippstadt 1291 Januar 3.

. . Venerabili in Christo patri ac domino sancte Coloniensis ecclesie a. ac omnibus, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, Otto Dei gratia Paderbornens. wicus) comes de Arnesberg cognoscere veritatem. Notum vobis facimus, quod cum in inter nos hinc et inde orta adeo processum fuisset, quod ex ea rapine, incendia et homicidia secuta, tandem forma compositionis inter nos ordinata in die placiti ad hoc assignata proposit. ex parte nostri (!) Paderbornensis episcopi, quod de huiusmodi discordia inter nos habita compositionem iustam haberemus, quod nos comes de Arnesberg plane negavimus; super qua contentione a quibusdam dominis, militibus et famulis communibus sententiatum fuit, quod si cum sex viris ydoneis et fidedignis qui vulgariter *sentbere* appellantur, qui compositioni interfuissent, nos episcopus predictus huiusmodi compositionem probare possemus, ius pro nobis esse deberet et compositio inviolabiliter observari. Quidam vero dictam sententiam reprobabant, asserentes, quod non solum ab ordinatoribus compositionis unius partis tantum, sed utriusque partis huiusmodi compositionis probatio deberet fieri ipso iure. Super isto igitur casu nos episcopus et . . comes predicti, nos quoque de Marca, de Swalenberg, de Waldegge comites et Otto comes de Ewerstene, marescalcus Westfalie, Albertus de Amelungessen, Ecbertus dictus Spegel, W(ichardus) de Ense et Olricus de Heldene, milites, qui huiusmodi tractui interfuimus, vestram discretionem consulimus et rogamus, quatenus nobis pro communi terre utilitate cum officii vestri debitum id exigat ratione ducatus vestri, domine et pater reverende Coloniensis archiepiscope, vestram sententiam et ius dare et dicere dignemini super eo, alioquin huiusmodi ius et sententiam a serenissimo Romanorum

litteram patentem contulimus sigillis domini plebani de Werle, nobilis viri Godefridi domicelli de Rudenberg ac oppidi Werlensis communitam. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 144. An Pgtstr. die Siegel des Pfarrers von Werl und Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6), das der Stadt Werl ab.

Auf einem angenähten Pergamentzettel ist bemerkt: De isto manso in Westonen dabuntur cellerarie singulis annis decem et octo solidi, quos conparaverunt dominus Johannes dictus Clericus de Tremonia et soror eius domina Bertradis ad emendandam prebendam conventui.

2183.

Burggraf Conrad von Rechede giebt gegen eine Entschädigung seine Ansprüche auf den dem Kl. Flasheim gehörigen Hof in Leven (Mollenhof) auf und verspricht auch, die Beilegung der zwischen seinem Bruder Gottfried von Rikenberg und dem Kloster deswegen bestehenden Misshelligkeiten herbei zu führen. Olfen 1290.

In nomine Domini, amen. Nos Cunradus burcgravius de Regcheda notum facimus omnibus hoc scriptum inspecturis, quod de voluntario consensu uxoris nostre Elysabeth et heredum nostrorum videlicet Johannis et Elysabeth accepta quadam summa pecunie videlicet trium marcarum sub tali forma, ut ab impeticione curtis dicte Leivene, que est ecclesie de Vlarsheim, cessaremus.[1] Preterea, si frater noster Godefridus miles dictus de Rikenberg homines dicte ecclesie ligat, a restationibus in iudicio iuris tytulo cassare promisimus. Si vero rapinis, captivationibus, incendiis ecclesiam gravaverit vel quibuscunque modis impedierit, pro bono pacis et ad restaurationem laborabimus. Sin autem in hoc nos non exaudierit, ecclesie predicte summam pecunie receptam restituemus. Ut hoc factum in posterum aliquis infringere non presumat, sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec coram iudicio in Olfon iudice Gerardo existente, presentibus: cellerario in Vlarsheim, Johanne plebano in Olfon, Berhardo cappellano in Recheda, Henrico milite in Recheda, Lůdewico milite de Waltdorp, Herimanno et Israheli filio suo militibus de Sindene, Everhardo Henrico fratribus, Everhardo de Dathelin dicti(!) Vridag militibus. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo.

[1]) *Das Verbum des Nachsatzes fehlt.*

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An weissen Hanffäden das Siegel Conrads von Rechede (vgl. Westf. Siegel Taf. 149, 1 ff.). Rückschrift des XVI. Jhs.: Vertichenisse up Leiven erve genant de Mollenhoff.

2184.

Abt Albert von Rastede schreibt dem C. von Herewelda, dass er keine Ansprüche an die Güter des Kl. Benninghausen in Gothenchene *(Göttingen) geltend machen könne. Um 1290.*[1])

Al(bertus) Dei gratia Rastedensis ecclesie abbas speciali amico C(onrado) de Herewelda salutem et omne bonum. Tue demandamus discretioni, ut bona in Gothenchene[2]), que illi de Benynhusen aliquamdiu possiderunt, inpedire non presumes, quia alia bona tibi non porreximus, nisi que sunt ab omni inpedimento libera et soluta.

[1]) *Der Abt Albert von Rastede urkundet 1290 für s. Georg in Münster (Westf. UB. III, 1396); auch Conrad von Herevelde ist um diese Zeit nachweisbar (Westf. UB. III, 1494 und Westf. UB. IV, passim).* [2]) *Es stand ursprünglich* „Gothenchepe".

Or. Kl. Benninghausen Nr. 62. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Abtes. Vergl. 2157.

2185.

Die Brüder von Leithe eignen dem Kl. Welver ein Erbe in Eilmsen im Kirchspiel Dinker zu. Um 1290.

Noverint universi presentis pagine inspectores, quod nos Gerlacus, Wicelinus et Hinricus dictus Diriken filii domini Theoderici militis quondam dicti de Lethene proprietatem cuiusdam domus cum omnibus attinenciis parrochie Dincher site in villa que Ilminchusen vocatur contulimus ecclesie in Welvere ordinis Cysterciensis et per presentes litteras conferimus perpetuo possidendam. Quam quidem domum vidua quedam nomine Alheydis dicta Gerlachs de Hammone cum legitimis heredibus ecclesie prefate pro quadam summa pecunie vendiderunt et dicti tres legitimi filii videlicet Johannes, Ludolfus, Theodericus prefatam iam domum cum omnibus attinenciis coram iudicio dicte civitatis Hammonensis voluntarie resignaverunt presentibus eciam honestis viris quam pluribus. Ne igitur istam talem resignationem et dicte proprietatis nostram donationem in posterum infrigere[1]) aliquis presumat, quia propria sigilla non habuimus, sigillo cognati nostri Ruthgeri dicti de Horst presens scriptum rogavimus communiri in evidens testimonium prescriptorum et veritatem.

[1]) *Statt* „infringere".

Or. Kl. Welver Nr. 96. Ueber ein Drittel des Pergaments unten unbeschrieben. Siegel von Pgtstr. ab. Vergl. oben Nr. 2157.

2185 a.

Der Rath von Brilon verkündet die Statuten der Stadt. 1290.

Gedr. Seibertz UB. I 434.

2186.

Bischof Otto von Paderborn und Graf Ludwig von Arnsberg bitten den Erzbischof Siegfried von Köln als Herzog von Westfalen um Entscheidung in einer zwischen ihnen obschwebenden Streitfrage. Lippstadt 1291 Januar 3.

. . Venerabili in Christo patri ac domino sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, duci Westfalie, ac omnibus, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus et L(udewicus) comes de Arnesberg cognoscere veritatem. Notum vobis facimus, quod cum in quadam discordia inter nos hinc et inde orta adeo processum fuisset, quod ex ea rapine, incendia et homicidia fuissent subsecuta, tandem forma compositionis inter nos ordinata in die placiti ad hoc assignata propositum fuit ex parte nostri (!) Paderbornensis episcopi, quod de huiusmodi discordia inter nos habita compositionem iustam haberemus, quod nos comes de Arnesberg plane negavimus; super qua contentione a quibusdam dominis, militibus et famulis communibus sententiatum fuit, quod si cum sex viris ydoneis et fidedignis qui vulgariter *sentbere* appellantur, qui compositioni interfuissent, nos episcopus predictus huiusmodi compositionem probare possemus, ius pro nobis esse deberet et compositio inviolabiliter observari. Quidam vero dictam sententiam reprobabant, asserentes, quod non solum ab ordinatoribus compositionis unius partis tantum, sed utriusque partis huiusmodi compositionis probatio deberet fieri ipso iure. Super isto igitur casu nos episcopus et . . comes predicti, nos quoque de Marca, de Swalenberg, de Waldegge comites et Otto comes de Ewerstene, marescalcus Westfalie, Albertus de Amelungessen, Ecbertus dictus Spegel, W(ichardus) de Ense et Olricus de Heldene, milites, qui huiusmodi tractui interfuimus, vestram discretionem consulimus et rogamus, quatenus nobis pro communi terre utilitate cum officii vestri debitum id exigat ratione ducatus vestri, domine et pater reverende Coloniensis archiepiscope, vestram sententiam et ius dare et dicere dignemini super eo, alioquin huiusmodi ius et sententiam a serenissimo Romanorum

rege nos requirere oportebit. Datum Lippie anno Domini M°CC°LXXXXI°, feria quarta post Circumcisionem Domini.

Or. Fstt. Paderborn Nr. 331. Sieben Siegel von den Pgtstr. ab. Gedr. Wigand, Archiv VII, 157; Seibertz, UB. I, 438. Reg. Spilcker, Everstein, UB. Nr. 239 mit Januar 4. Vergl. Nr. 2188.

2187.

Die Edelherren Konrad und Gottfried von Rüdenberg quittieren dem Grafen Adolf von Berg über 73 Mark, welche er ihnen von dem Eigenthum an den Gütern in Olpe schuldete. (1290) 1291 Januar 17.

Nos Conradus et Godefridus fratres nobiles de Rudenberg et nostri heredes universis presencia visuris et audituris publice protestamur, quod nos nobilem virum Adolfum comitem de Monte suosque heredes de septuaginta tribus marcis, quas nobis dare tenebatur de proprietate curtis et bonorum in Olepe, quam sibi vendidimus, quitum et quitos plenarie dimittimus et clamamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo, feria quarta post octavas Epiphanie.

Or. im St.-A. zu Düsseldorf, Jülich-Berg. Urk. bei Nr. 100. Siegel Conrads (weisses Wachs) an Pgtstr. (Westf. Siegel Taf. 27, 3), das Gottfrieds ab. Vergl. oben Nr. 2175.

2188.

Erzbischof Siegfried von Köln fällt das Urtheil in der ihm zur Entscheidung vorgelegten Streitfrage zwischen dem Bischof von Paderborn und dem Grafen von Arnsberg. Bonn 1290 (1291) März 12.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, venerabili in Christo patri domino O(ttoni) Paderbornensi episcopo ceterisque . . comitibus, . . nobilibus, . . militibus in terminis ducatus Westfalie constitutis salutem in Domino. Ad decisionem questionis seu sententie, super qua ad nos tamquam ad ducem Westfalie recursum habuistis, prehabita diligenti inquisitione seu requisitione, de consilio, consensu et approbatione . . priorum, nobilium et fidelium ecclesie Coloniensis quamplurimorum ad hec specialiter vocatorum rescribimus et pro generali sententia, que vulgariter *gemeyne ůrdeil* dicitur, damus, quod quelibet fidedigna persona compositionem suam cum duobus de compositoribus suis, qui *ůneman* vulgariter dicuntur, si ipsos habere poterit, vel cum aliis duobus fidedignis et legalibus hominibus, qui compositioni interfuerunt, ipsamque compositionem recitari et publicari audiverunt, optinere poterit et comprobare, dantes et remittentes has nostras patentes litteras universitati vestre super eo. Sententiatum et datum in oppido Bůnnensi, presentibus et consentientibus dilectis in Christo Wicboldo decano et archidyacono Coloniensi, Reynardo preposito Bůnnensi et archidyacono Coloniensi, Wernero preposito sancti Gereonis, Johanne choriepiscopo maioris, Johanne preposito sancte Marie ad Gradus ecclesiarum Coloniensium, prelatis; Johanne comite Seynensi, Hartrado domino de Merenberg, Henrico domino de Wildenberg, Hermanno de Rennenberg, nobilibus; Gosvino marescalco de Alvethere, Ůlrico de Bercheim, Winrico de Vischenich, Gerhardo de Landescrone, Hermanno de Turri, Lamberto de Wede, Henrico de Wintere, Bůzardo sculteto Andernacensi, Hunechino de Bensburen, Remaro de Dorne, Adolpho de Dromere, Hermanno de Arewilre, Daniele de Bacheim et Fleckone marescalco, militibus, fidelibus nostris et aliis quam pluribus fidedignis, in die beati Gregorii pape, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

Or. Fstt. Paderborn Nr. 332. Siegel und Befestigung ab. Vgl. Nr. 2186. Gedr. Westf. UB. IV, 2135.

2189.

Abt Lubert von Grafschaft überschickt dem Erzbischof Siegfried von Köln und der Kölner Geistlichkeit die Abschriften der Privilegien der Erzbischöfe Anno und Friedrich für das Kloster. Grafschaft 1290 (1291 März 7).

Reverendis patribus ac dominis suis S(ifrido) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et sacri imperii per Ytaliam archicancellario, . . prioribus et capitulo Coloniensi Lubertus Dei gratia abbas totusque conventus monasterii in Graschaph cum debita subiectione orationum ac reverentie famulatum. Quia privilegia nostra sine periculo adduci non possunt, transmittimus vobis reverendi patres ac domini eorum rescripta in membrana presenti diligenter de verbo ad verbum exarata sub sigillis nostris sana conscientia, sicut inferius continetur. *Folgen die Abschriften der Diplome Erzbischofs Anno von Köln von 1072 (Seibertz UB. I 30) und Erzbischofs Friedrich von Köln von 1101—1131 (ebenda Nr. 50).* Datum in monasterio Graschaph die Cinerum, anno Domini M°.CC°.XC°.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 1. Beide Siegel von Pgtstr. ab. Vergl. 2191.

2190.

Das Kl. Himmelpforten verpachtet seine Hufe in Hevingsen auf 6 Jahre an einen gewissen Wulfhard. 1290 (1291 März 9 oder 16?).

Notum sit universis, quod nos soror Cristina dicta abbatissa totusque conventus de Porta Celi locavimus mansum nostrum situm in Hevinchusen Vulfhardo ad sex annos tali conditione interposita, ut solvat nobis exinde singulis annis XXV modios annone videlicet octo modios siliginis, octo ordei et novem avene, hoc adiecto, si dictus Vu(lfhardus) huiusmodi debitum nobis solvere neglexerit, predictum mansum nostrum alteri villico locare poterimus pro nostra voluntate. Preterea innotescat tam singulis quam universis, quod predictus Vulfhardus et filii eius Henricus, Andreas et Johannes omni iuri, quod in dicto mansu habere videbantur, cesserunt. Ut autem huiusmodi factum ratum permaneat et inconvulsum, sigillum domini decani Susatiensis[1]) presentibus postulavimus apponi. Datum et actum anno Domini M°.CC°[2]) nonagesimo, feria VI[a] proxima in XL[a 3]), in caminata dicti domini decani. Presentes aderant: Hermannus dictus Pil, Theodericus de Andopen, Godescalcus de Wiginchusen, Arnoldus Wenke, Johannes de Hoynge, Godescalcus de Bytinchusen et alii, quam plures.

[1]) „t" *korrigiert aus* „s". [2]) *Hinter* „CC" *folgt Rasur, es stand hier früher* „XC". [3]) *Das Tagesdatum ist mit anderer Tinte nachgetragen.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 42. Das Siegel von Pgtstr. ab. Hand des Schreibers von 1285 (Nr. 1983).

2191.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt auf der Synode in Bonn dem Kl. Grafschaft auf Grund der Dokumente Anno des Heiligen und Erzbischofs Friedrich I von Köln den Besitz des Patronatsrechtes über die Kirche in Attendorn. Bonn 1290 (1291) März 13.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis et audituris salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noveritis, quod, cum inter nos ex una parte et dilectos nobis in Christo Lubbertum abbatem et conventum monasterii in Graschap nostre dyocesis super iure patronatus ecclesie parrochialis in Attendarne ex altera diutius fuisset exorta materia questionis et inter nos et eundem abbatem et conventum super dicta ecclesia multipliciter altercatum, tandem dicti abbas et conventus nobis in ecclesia Bunnensi cum . . prelatis et clero nostro sancte synodo presidentibus super iure, quod se in dicta ecclesia de Attendarne habere contendebant, quedam instrumenta felicis recordationis dominorum Annonis ac Frederici archiepiscoporum Coloniensium predecessorum nostrorum in medium coram nobis et dictis . .

prelatis nostris exhibebant petentes humiliter sibi fieri iusticiam super ipsis. Quibus exhibitis et per nos et prelatos nostros diligenter inspectis et examinatis prehabitoque maturo consilio super eisdem instrumentis prelatorum et clericorum nostrorum et aliorum plurium peritorum, quia invenimus dictam ecclesiam de Attendarne ipsis . . abbati et conventui in subsidium victus et vestium monachorum per eundem dominum Annonem esse donatam et donationem huiusmodi per supradictum dominum Fredericum successorem predicti domini Annonis rationabiliter ex certa scientia[1]) confirmatam, nolentes dictis donationi et confirmationi preiudicium aliquod facere vel eidem aliquatenus contraire, dictas donationem et confirmationem, prout rite facte sunt, tenore presentium duximus confirmandas, precipientes et iniungentes universis sub interminatione anathematis auctoritate banni nostri, ne quispiam huiusmodi donationem et confirmationes presumat infringere vel aliqualiter impedire. Actum Bunne presentibus dilectis in Christo: Wicboldo decano et archidyacono Coloniensi, Reynardo preposito Bunnensi et archidyacono Coloniensi, Wernero preposito ecclesie sancti Gereonis, Godefrido sancti Panthaleonis, Wernero Tuiciensi, Hermanno sancti Martini et Adolpho Sybergensi monasteriorum abbatibus et aliis quam pluribus fidedignis. Et ut hec nostre traditionis confirmatio ad posterorum transeat inconvulsa noticiam presens privilegium sigilli nostri appensione roboramus, et nos . . priores predicti, quia premissis interfuimus, ea vidimus et audivimus sigilla nostra presentibus in testimonium duximus apponenda. Datum III° Idus Martii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

[1]) *Ursprünglich* „conscientia", „con" *durch Punkte getilgt.*

Or. Kl. Grafschaft Nr. 17 b. An rothen bez. grünen Seidenfäden die Siegel des Erzbischofs (Ewald, Rheinische Siegel I 19 Nr. 5) und der 7 aufgeführten Prioren zum Theil beschädigt. Gedr. Seibertz UB. I 430. Die Urkunden Anno d. H. 1072 und Erzbischof Friedrichs I von Köln, welche zu Bonn vorgelegt wurden, sind abgedruckt bei Seibertz UB. I 30 u. 50. S. oben Nr. 2189.

2191 a.

Friedrich, Herr in Padberg, bestätigt der Stadt Padberg die Privilegienverleihung seines Vaters Johannes von 1263 (Nr. 1113). Padberg 1290 (1291) März 27.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Fridericus dominus in Patberg omnibus hanc literam inspecturis salutem in Domino. Quia generatio preterit et generatio advenit, expedit coram Deo et hominibus cunctis veritatis amatoribus ea, que statuerint vel elegerint, diligenti prius discutere examine, ut nulla postmodum possint infirmari titubatione, deinde scriptis mandare et sigillis, testibus firmare sicque, ut omnis amputetur dubietas, memorie posterum commendare. Noverint igitur moderni et futuri, quod pater noster et patruus noster Joannes de Patberg pie memorie cum civibus oppidi nostri per tempus dissensionem super quibusdam causis habuerint. *Folgt der Text der Urkunde von 1263 mit den nothwendigen Abänderungen; einige Paragraphen sind abgeändert:*

§ 7. Si quis communionem civium resignare voluerit, marcam dabit consulibus; si quis noluerit nobiscum manere, libere divertere poterit cum rebus suis quo voluerit.

§ 21. Si quis in figura iudicii aliquem de damno aliquo convenire noluerit[1]), damnum sibi illatum demonstrabit.

§ 22. Vigil superioris porte versus castrum a nobis in pretio est procurandus.

Ut autem predicta statuta inconvulsa et firma perenniter maneant, presens scriptum sigilli nostri impressione fecimus communiri. Ceterum nos fratres Stephanus miles et Conradus dicti de Horhusen, necnon et ego Hermannus dictus de Plettenberge et ego miles Albertus de Amelunchessen in testimonium predicte ordinationis et ad maiorem evidentiam presentem literam precibus Friderici cognati nostri et amici sigillorum nostrorum appensione etiam duximus roborandam. Acta sunt hec in Patberg anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, sexto Kalendas Aprilis. Huius rei testes sunt: Fride-

ricus plebanus in Patberg, Henricus sacerdos, Bertoldus de Brenken miles, Giselbertus de Otterlare, Joannes de Keldinghusen, Joannes de Widene et alii quam plures.

Pro copia cum suo vero in pergameno expedito originali concordante ego Henricus Bunsen notarius scripsi et subscripsi.

[1]) *Statt* „voluerit".

Gedr. bei Seibertz I Nr. 432 nach einer vidimierten Abschrift im Archive des Hauses Padberg.

2192.

Der Edle Johann von Bilstein überträgt dem Kl. Grafschaft den Hochwald in Latrop. Bilstein 1290 (1291 April 6). Fälschung.

Universis presentes litteras visuris seu audituris presentibus et futuris nos Johannes nobilis de Bilsten recognoscimus veritatem cum consensu Jutte uxoris nostre legittime ac Theoderici filii nostri senioris, quod nostri antecessores nostrique parentes ob salutem eorum animarum remissionemque peccatorum necnon dilectionem claustri Graschop que (!) favorem contulerunt nemora alciora nostra in Latrop a torrente ac flumine Luttenbecke ascendendo usque ad nemora nobilium de Graschop in vallis(!), in montibus, in ramis, in aquis, lignis ac pascuis, in venando, piscando ac omnibus singulis iuribus cum universis suis attinensiis (!). Nichilominus ut nunc eorum desiderium detrimentum non paciatur, sed magis perficiatur et ut nos animeque nostre, nostri heredes animeque nostrorum heredum sint omnium bonorum operum [in] claustro Graschop peractorum seu peragendorum videlicet ieiuniorum, missarum et vigiliarum participacionem consequentes, plena[1]) maturaque deliberacione nostre matris ac patris et omnium amicorum nostrorum contulimus antedicta nemora domino abbati et conventui in Graschop pro vero allodio. Et nos Johannes nobilis de Bilsten ac nostri heredes volumus et[iam] ipsis iustam facere warandiam, sicuti de vero allodio est consvetum. Et nos Johannes antedictus contulimus dictis dominis iure prelibato perpetuis temporibus a nobis nostrisque heredibus pacifice dicta[2]) possidenda omni impeticione, reclamacione, dolo, fraude penitus excluso. In cuius rei testimonium et firmitatem sigilla nostra unaque cum sigillo Theoderici[3]) filii nostri ac sigillo Crafthonis nobili[s] de Graschop sunt appensa. Et nos Craftho antedictus sigillum nostrum ad preces dictorum coniugum et eorum liberorum hiis litteris appendisse in testimonium et robur omnium eorundem [profitemur]. Facta sunt hec in castro Bilsten presentibus: Herbordo de Ennest, Hermanno de Osterendorp militibus castellanis nostris, Marsilio dapifero nostro, Lutberto de Dusentschure et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis anno Domini M°CC°XC, feria sexta ante dominicam Judica.

[1]) *Im Or.* „pleno". [2]) *Zu ergänzen* „bona" [3]) *Das* „h" *aus* „e" *corrigirt.*

Urschrift Kl. Grafschaft Nr. 18. Von den an Pgtstr. angehängt gewesenen Siegeln ist an zweiter Stelle noch das unregelmässig zusammengeklebte Fragment eines Reitersiegels (Crafts von Grafschaft, Westf. Siegel Taf. 15, 2) vorhanden. Die Schrift erweist die Urkunde als eine Fälschung des XV. Jhs. Es scheint aber eine — vielleicht umgearbeitete — Vorlage des XIII. Jhs. zu Grunde zu liegen, da das que *vor* favorem *(Zeile 4 von oben) sich nur als nichtverstandene Auflösung einer alten Sigle für* et *erklären lässt. Die Dorsualnotiz:* Donatio domini de Bylsteyn nemorum altiorum in Latorp *stammt aus dem XV. Jh. Gedr. Seibertz UB. I 431.*

2193.

Die Aebtissin Bertha von Essen, der Graf Everhard von der Mark und dessen Gemahlin Irmgard bekunden den Erwerb einer Hufe in Suthem *seitens der Scholasterie des Stiftes Essen. Essen 1291 April 29.*

Nos Bertha Dei gratia abbatissa ecclesie Asnidensis, Everardus comes et Irmegardis cometissa de Marcha notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum Bernardus de Suthem cum

consensu et voluntate omnium heredum suorum mansum in Suthem et tres casas ibidem cum terris, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis et attinentiis suis universis, qui mansus cum suis attinentiis a . . scolastica ecclesie Asnidensis tenebatur et teneri consuevit, dilecte nobis in Christo Sophye scolastice dicte ecclesie Asnidensis legitime vendidisset et assignasset perpetualiter obtinendum et obtinendas dictus Bernardus et liberi ac heredes ipsius videlicet Henricus, Gotfridus et Mechthildis mansum eundem et tres casas predictas cum omnibus suis attinentiis coram nobis presentialiter supraportarunt et ad manus dicte scolastice plane et simpliciter resignarunt. Ad maiorem igitur huius rei evidentiam, testimonium ac firmitatem perpetuam sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Actum et datum apud Essende anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, in octava Pasche, presentibus Theoderico plebano ecclesie sancti Johannis, Johanne de Berstrate et Alberto de Sůnhern canonicis Asnidensibus, Jacobo de Verlans clerico, Henrico de Lon, Henrico de Ulenbroke, Conrado de Lethene, Rudolfo dicto Vriye et Bernardo de Piscina; item Ludewico dicto Vosben, Theoderico dicto Kelern, Johanne Waschardi, Frederico dicto Cranghe, Henrico dicto Wůnder, Johanne de Colonia, Lamberto de Hardenberg, Henrico Sybodonis, Ambrosio, Theoderico de Dancike et Brunone de Hatnegghe oppidanis Asnidensibus et aliis pluribus fidedignis ad hoc vocatis et rogatis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 92. Das Siegel der Aebtissin abgeschnitten, die des Grafen und der Gräfin von der Mark (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1 sowie 10, 5) an rothgelben Seidenfäden.

2194.

Revers des Grafen Everhard von der Mark als vom König Rudolf bestellter Protektor des Stiftes Essen. 1291 Mai 2.

Everhardus comes de Marka universis presentem litteram inspecturis salutem et noscere veritatem. Cum nos ad instantiam et petitionem sollicitam venerabilis domine Berte abbatisse ac totius conventus Asnidensis ab illustri domino Rudolfo Romanorum rege advocato eiusdem ecclesie substituti simus ad tempora vite nostre, non obstante si ipsum regem mori contigerit, in prefate ecclesie protectorem, tenore presentium facimus manifestum, quod nos fide data promisimus, quod ipsam ecclesiam cum bonis suis ubicunque iacentibus defensabimus et in suis iuribus ab antiquo traditis conservabimus et pro nostra possibilitate protegemus. In querelis etiam nobis ab ipsa abbatissa et conventu propositis, cum ad hoc nostrum auxilium invocatum fuerit, ipsis fideliter assistemus, exactiones et angarias in homines ipsius ecclesie penitus non facturi, civitatem Asnidensem, nummisma, iudeos et iudicium et si qua huiusmodi sunt, abbatisse, que pro tempore fuerit, relicturi, trecentis dumtaxat contenti marcis denariorum Coloniensium legalium, quas nobis memorata abbatissa numerabit vel numerari faciet et statutis temporibus assignabit; de quibus domino regi, cuius vices gerimus, certam assignabimus rationem, si vero regem non esse contigerit, cedent in reconpensationem nostre sollicitudinis et laboris. Officialem nullum preficiemus eisdem, nisi quem abbatissa utilem sibi et ecclesie sue diiudicans a nobis duxerit requirendum. In dicta autem advocatia nichil nobis hereditarii iuris vendicabimus quoquomodo, sed tantum ut dicte substitutionis officium nobis a domino rege, abbatissa et conventu seriosa animadversione ad tempora vite nostre commissum inviolabiliter observetur. Si vero ea que promisimus non servaverimus, quod absit, ab omni officio et regimine erimus penitus absoluti, heredes autem et successores ratione dicti nostri regiminis nichil omnino iuris in dicta advocatia sibi poterunt vendicare. Ut autem hec omnia rata ac firma permaneant, hanc paginam sigillo nobilis viri Adolfi comitis de Monte et sigillo nostro duximus roborandam. Datum anno Domini M°.CC° nonagesimo primo, in crastino apostolorum Phillippi et Jacobi.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 93. An Pgtstr. noch das Siegel des Grafen Everhard (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1), das des Grafen von Berg abgefallen. Gedr. Lacomblet, UB. II 908.

2195.

Graf Everhard von Limburg überträgt dem Kl. Elsey seinen Obstgarten (pomerium) *in Elsey. 1291 Mai 4.*

Presentis vite negotia consumit oblivio, nisi fidelis scripture patrocinio in thesauris memorie recondantur. Proinde nos Everardus comes de Linborg (!), Agnes uxor nostra, Theodericus et Ermegerdis[1]) heredes nostri notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod nos pomerium nostrum Elze situm una cum casa et area Frederici piscatoris dicti Kage cum omnibus attinentiis et omnes agros quos habuimus ab illa parte Lene, ubi Elze situm est, cum illis agris, quos Hugo de Nuddinc habuerat iuxta Sunneborne, . . preposito et . . priorisse totique conventui sanctimonialium in Elze in meram proprietatem conferimus perpetuo pacifice possidendum. Actum in capella nostra anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, in crastino Inventionis sancte Crucis presentibus: Johanne de Werninchusen, Johanne de Letmette, Goscalco de Berghem, Henrico de Dunehove, Alberto Scacke, Johanne de Eppenhusen, Rutgero de Luningeslo, Walthero de Dale et aliis quam pluribus. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris firmiter fecimus communiri.

[1]) *Auf Rasur.*

Or. im Fürstl. Archiv zu Rheda, Limburg Nr. 11. An Pgtstr. das verletzte Siegel des Grafen Everhard (Westf. Siegel Taf. 31, 8) mit Rücksiegel (Löwe, vgl. Westf. Siegel I, 2 Einleitung Seite 28). Ein zweites Siegel von Pgtstr. ab.

2196.

Thomas, der Sohn des Ritters Thomas, verkauft dem Kl. Fröndenberg eine Rente von Gütern in der Stadt Werl. 1291 Mai 6.

Universis et singulis lecturis, visuris seu audituris, ad quos presens scriptum pervenerit, ego Thomas filius quondam Thome militis bone memorie notum facio publice protestando, quod abbatisse totoque collegio sororum ecclesie in Vrondebergh fratribus meis annuentibus et voluntarie resignantibus racionabiliter vendidi XIII solidos et sex denarios Susaciencium denariorum annue pensionis ex areis quorundam civium in opido Werlensi residencium iure hereditario perpetuo possidendos et in festo beate Margarete[1]) ipsis sine aliqua contradictione singulis annis persolvendos. Preterea videlicet aree predicte et homines in ipsis manentibus seu colentibus[2]), quandocunque sex anni fuerint transacti, duplicatam pensionem, que vulgariter *vorehure* dicitur, debito modo persolvent: Hermannus de Holdinchove quatuordecim denarios de area extra civitatem[3]), Bertoldus dictus Klingelspore III denarios, Henemannus Parvus XI denarios de duobus iugeribus agrorum, Hermannus dictus Badevot XII denarios, Ludolfus de Penttelinch XII denarios, Arnoldus filius Martini et Wichmodis XII denarios, Johannes dictus Cancer XII denarios, Henricus Covolt IX denarios, Hermannus dictus Hůrtmann VI denarios, Johannes dictus Lůscus XXII denarios et unum obolum; item Johannes Scolaris de area exterius XIIII^or denarios, Conradus dictus Laudan de domo sua IX denarios; item area Lamberti dicti cum Honore VI denarios, Lambertus dictus Schedeman II denarios; item area Henrici dicti Hanschen III denarios et unum obolum; item area Halttonis III denarios et unum obolum, Hermannus de Gulike IIII^or denarios, Weringherus IIII^or denarios. Testes huius rei sunt: Wilhelmus dictus Wilderive tunc iudex, Henemannus de Berdinch, Ludolfus de Provestinch, Johannes de Penttelinch, Wilhelmus de Neheym, Wilhelmus de Uflen, Erembrachtus de Bůderike, Johannes filius suus, Theodericus de Sulede, Henricus dictus Wole, Johannes Scriptor, Wilhelmus Pistor tunc proconsul, Johannes dictus Scolaris, Hermannus de Gulike, Gotfridus de Borbeninch, Haltto et Corvus et alii quam plures, quod coram istis presentibus iuste ac racionabiliter factum est et abprobatum. In cuius rei certitudinem firmam et evidentem presentem pa-

ginam inde conscriptam cum appensione sigilli opidi Werlensis, quia proprium non habui, petivi communiri. Datum et actum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo primo, ipso die Johannis ante portam Latinam.

[1]) „possidendos" *bis* „Margarete" *auf Rasur.* [2]) *Es ist zu verbessern* „manentes seu colentes". [3]) „m" *ist radirt.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 42. Das Siegel vom Pgt. ab.

2197.

Der Soester Kanoniker Gerhard von Osthoven *verkauft dem Kapitel von Soest-Patroclus Frucht- und Geldrenten aus den Höfen* Kaldehof *und* Pessinchusen. *1291 Mai 11.*

Omnibus presentes litteras percepturis ego Gerhardus dictus de Osthoven canonicus Susaciensis notum facio et protestor, quod honorabilibus viris dominis meis . . decano et capitulo ecclesie predicte racionabiliter vendidi unum maltum siliginis et ordei, quod singulis annis percipient de prebenda mea videlicet de curte Kaldehof, qui redditus dabuntur presentibus pro memoriis Engelberti de Volmutstene quondam thesaurarii ecclesie Susaciensis et Gerlaci layci dicti Claudus. Item eisdem dominis meis vendidi redditus septem solidorum usualium in Susato, quos singulis annis percipient de curte Pessinchusen, quorum medietas cedet in memoriam Hinrici quondam plebani sancte Columbe cantoris ecclesie Susaciensis et alia medietas in memoriam Minrici Judicis quondam canonici eiusdem ecclesie. Et si ipsi domini mei in predictis annona vel denariis defectum aliquem habuerint, ipsum recuperabunt in aliis redditibus prebende mee totaliter, donec redditus unius malti predicti et septem solidorum conparavero in loco vel locis competentibus. Et si me mori contigerit, de annis gracie mee tantum ante omnia recolligant, quantum sufficit ad comparandum redditus supradictos. In cuius rei testimonium sigillum ecclesie Susaciensis ad causas una cum sigillo meo presentibus apponi volui et rogavi. Datum feria sexta post Dominicam Misericordia Domini, anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 63. Zwei Siegel von Pgtstr. ab.

2198.

Der Vicepropst von Soest bekundet die Beilegung eines Streites über Güter in Lendringsen (Kr. Soest). 1291 Mai 26.

Viceprepositus Sosaciensis notum facimus omnibus presens scriptum visuris vel auditurís, quod, cum inter magistrum Johannem de Werdinchusen clericum ex parte una et Hermannum dictum de Berninchusen laicum et uxorem eius ex parte altera super agris quibusdam apud Lendrinchusen sitis spacium octo iugerum continentibus fuisset questio diucius agitata, tandem mediantibus utriusque partis amicis viris honestis eadem questio per transactionem seu conposicionem amicabilem est sopita penitus et extincta, ita quod de cetero dicto magistro Johanni et eius legitimis successoribus annuatim in die beati Martini hyemalis de prefatis agris solventur duodecim denarii nomine pensionis et hac pensione contentus dictus magister de predictis agris nichil amplius vendicabit. Dicti quoque coniuges et eorum successores prefatos agros libere poterunt aliis vendere vel donare vel quocumque titulo pro sua voluntate transferre, salva semper dicto magistro Johanni et eius successoribus pensione predicta, ita quod dicti agri cum onere huiusmodi pensionis transeant ad quemlibet possessorem. Hac igitur transactione seu compositione coram nobis a partibus approbata[1]) et concorditer acceptata, nos ex confessione et consensu ipsarum parcium eam decernimus inviolabiliter observandam. Et in horum testimonium ac munimen petentibus ipsis partibus presens scriptum sigillo vicepreposituře Sosaciensis duximus roborandum. Testes huius rei sunt: magister Johannes Pilegrimi, magister Volmarus et magister Henricus clerici; Volquinus dictus de Ostinchusen, Godefridus de Molandino, Sifridus de Piscina, Johannes dictus Rufus,

Godefridus de Brylon pistor et Johannes dictus Musche laici et alii quam plures. Actum in curia quondam magistri Regenhardi anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, VII^{mo} Kalendas Junii.

[1]) *Or.* „apropabata".

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 147. An Pgtstr. das kleine runde Siegel des Propstes (Brustbild des h. Patroclus). Umschrift: † S. p(re)po(sit)i Sosac(iensis) ad caus(as).

2199.

Gottfried von Rüdenberg bezeugt, dass die Wittwe Alberts gen. Franzois *dem Kl. Welver ein Erbe in Hangfort (Kr. Soest) verkauft hat. 1291 Juli 8.*

Nos G(otfridus) dictus de Růdenberg universis presentis littere inspectoribus salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium protestor et notum facio tam modernis quam futuris, quod Elizabeth dicta de Lethene, relicta quondam Alberti dicti Franzois conventui de Welvere domum quandam in Hancworde et omnia attinentia coram iudicio nostro quod dicitur *wridinc* presente Walthero wrigravio pro octo marcis libere vendidit proprietati et omni iuri, quod in dicta domo habebat, totaliter renuntiando pueris suis scilicet Engelberto, Henrico necnon filiabus eiusdem Lůtmude, Gertrude, Aleyde[1]) ceterisque omnibus heredibus legitimis voluntarie in idipsum consentientibus. Ne igitur aliquis in posterum factum istud revocare vel infringere conetur, presentem paginam sygilli nostri munimine roboratam conventui contuli memorato. Actum et datum anno Domini M°.CC°.L°.XXXX° primo, dominica ante Margarete. Presentes et testes erant: Conradus, Henricus, Bůrhardus fratres dicti de Clotincke, Thidericus dictus Můnich, Goscalcus de Heckerescede, Gerlacus de Medererich, Wilhelmus dictus Scekel, Henricus dictus Wrie, Gerhardus preco de Hettorpe.

[1]) *Or.* „Alyede".

Or. Kl. Welver Nr. 97. An Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6). Rückschrift des XV. Jhs.: De domo quadam in Hancworde in parochia Dyncken (!).

2200.

Gerwin von Anedopen verkauft dem Leprosenhaus zur Marbecke zwei Morgen Land bei dem Steingraben. (Soest) 1291 Juli 13.

Noverint universi presens scriptum intuentes, quod Gerwinus de Andopen, Hildegundis uxor sua et heredes ipsorum vendiderunt domui infirmorum, que Marbeke dicitur, duo iugera agrorum paulo minus sita apud Stengraven. Quorum agrorum usufructus pertinebit Henrico filio Conradi clerici leprosi quondam ibidem manentis temporibus vite sue quoad vixerit, ita tamen quod dictus H(enricus) prefatos agros vendere seu a dicta domo quoquomodo alienare non potuerit aut debebit. Prefato vero H(enrico) defuncto dicti agri ad dictam domum infirmorum l[iber]e[1]) devolventur et ad ipsam perpetuo pertinebunt. Hiis presentes aderant: Gerwinus de Lunen tunc magister consulum in Susato, qui a predicto Gerwino de Andopen, . . uxore sua et heredibus ipsorum predictis nomine dicte domus infirmorum vendicionem dictorum agrorum suscepit, Herbordus dictus Make, Winandus Wale, Dethmarus de Medebeke, Henricus de Lake, Hermannus cum Pectore, Ludewicus de Sůnhere, Godefridus de Molandino, Henricus et Gerhardus fratres de Ruden, et alii quam plures. Actum in taberna Alberti de Palsole et Winandi Walen predicti, in qua venduntur panni, anno Domini M°.CC°. nonogesimo primo, in die beate Margarethe virginis.

[1]) *Lücke im Pergament.*

Or. Stdt.-A. Soest, Leprosenhaus zur Marbecke, nicht besiegelt.

2201.

Friedrich von Eller verzichtet auf seine Ansprüche an den Gütern zu Velmede und Uvinchusen *(Oevinghausen Kr. Soest?). 1291 August 15.*

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris, quod Fredericus dictus de Elnere constitutus in presencia . . consulum Lippensium et in figura iudicii renunciavit omni iuri[1]), quod sibi racione paterne hereditatis in bonis videlicet Velmede, Uvinchusen, hominibus ad eadem spectantibus et duabus areis in Gesika situatis conpetebat seu conpetere videbatur. Si vero dictus F(redericus) eorundem bonorum concessionem in posterum habebit olim venditam per Theodericum, Rotgerum et Hermannum suos fratres discreto viro . . preposito monasterii Capellensis et Antonio dicto Wreden militi, dictus Fre(dericus) Henrico Creden opidano Lippensi ac ipsius heredibus in feodum perpetuale concedet. In cuius rei perpetuam firmitatem nos . . consules Lippenses supradicti presentem paginam sygilli nostri munimine roboramus. Huius autem renuntiacionis et concessionis testes de communi consensu electi sunt Fredericus dictus Koninch tunc iudex Lippensis, Hermannus Wamboystikere tunc magister consulum, Albertus de Esbec, Johannes, Elricus fratres dicti Elhikinch, Gerhardus Eylhardi, Herbordus de Koten. Johannes de Gesika, Hermannus Bodekinch, Johannes, Siffridus et Herbordus fratres de Esbech, Henricus Goldekinc, Albertus Wamboystikere, Theodericus Colhorninch, Lutbertus de Lembec, Theodericus dictus de sancta Druda, Conradus Pagentane, Engelbertus de Salice et Hermannus Prinslawe. Datum et actum in die Assumpcionis beate Marie virginis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo.

[1]) *Das letzte „i" Rasur.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 63. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Lippstadt (Westf. Siegel Taf. 62, 6 mit Rücksiegel 74, 7). Rückschrift: Welmede, Winchusen, Geseke.

2202.

Die Grafen Dietrich und Everhard von Limburg schenken der Deutschordens-Commende Brakel das Eigen des Caldehofes, *welchen die Brüder von Torck dieser übertragen haben. Dortmund 1291 September 15.*

Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore, expedit ea scripti testimonio perhennari. Proinde nos, Theodericus comes de Limborg, uxor nostra Aleidis, Everhardus comes de Limborg, . . uxor nostra et nostri heredes Theodericus et Fredericus fratres de Limborg et soror nostra Megtheldis, notum esse cupimus et tenore presentium protestamur, quod nos cum communi consensu et bona voluntate omnium nostrorum heredum (proprietatem) curtis dicte Caldehof, quam Nicolaus miles dictus Torrch et Stephanus et Gosgalcus, sui fratres, milites, et eorum heredes contulerunt pro salute animarum suarum fratribus domus Teutonice in Brakele donamus eisdem fratribus quiete et pacifice perpetuo possidendam. Et ne aliquis in posterum ausu temerario huiusmodi donatorum proprietatis ordinationem a nobis rite et rationabiliter factam infringere valeat vel presumat, dictis fratribus presentem litteram munimine sigillorum nostrorum fecimus firmiter communiri. Actum Tremonie presentibus: Everhardo preposito in Else, domino Herbordo comite Tremoniensi, Henrico de Ovete milite, Henrico de Ekenschede, Randolfo dicto Haken, militibus; Hermanno de Lindenhorst, Alberto Dapifero, Johanne de Wickede, Winando de Hereke, Ertmaro de Crakowe, Arnoldo dicto Riddere, Bertramo dicto Sudermann, Henrico dicto Sunnendag et filio suo Henrico et aliquibus pluribus fidedignis et in testimonium evocatis. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, in octava Nativitatis beate virginis Marie.

Or. Com. Brakel Nr. 2, zum Theil beschädigt. Ergänzt aus einer mit Hülfe einer Uebersetzung des XVI. Jhs. angefertigten Abschrift Erhards. Die Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. zu September 8 Hennes, UB. des Deutschen Ordens II, 314 und Dortmunder Beiträge II/III S. 97. Rückschrift des XVII. Jhs.: Kalthoff im Ambt Bockum.

2203.

Die Brüder Stephan und Gottschalk gen. Torck befreien das Deutschordenshaus in Brakel von der Verpflichtung jährlich aus dem Caldehof *an die Kirche in Lünern ein Pfund Wachs zu liefern. 1291 September 21.*

Nos Stephanus et Godescalcus milites et fratres dicti Torch ac nostri heredes universis presencia visuris notum esse cupimus, quod nos de pensione silicet talenti cere, quam fratres domus Teuthonice in Brakele annuatim dare tenebantur in ecclesiam Lunheren de curte, que dicitur Caldehof, iure hominii (?), quo astricti fuimus ratione dicte curtis, ipsos fratres predictos de pensione predicta de bona nostra voluntate liberos dimittimus et quitos, quia proprietas sepe dicte curtis ad ipsos rationabiliter est devoluta, et ne hoc factum aliquis in posterum infringere poterit, presens scriptum sigillo nostro roboravimus. Datum anno Domini M°CC°LXXXX^{mo} primo, in festo[1]) beati Mathei apostoli.

[1]) *Im Or.* „fecto".

Or. Com. Brakel Nr. 3. Siegel ab. Gedr. Hennes, UB. des Deutschen Ordens II 315 und Dortmunder Beiträge II/III S. 99.

2204.

Der Decan Gottfried und der Vicar Hermann Pyl von Soest verkaufen dem Kapitel von Soest aus dem Hof Berwicke eine Rente von 2 Mark. 1291 October 12.

Omnibus presentem literam inspecturis Godefridus Dei gratia decanus ecclesie Susaciensis et Hermannus dictus Pyl eiusdem ecclesie vicarius salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod nos de totali curte nostra in Berewich, quam emimus ab heredibus Arnoldi dicti Balke, absolutam pensionem duarum marcarum Susaciensis monete ex predicta curte et omnibus suis attinenciis solvendam et fideliter presentandam in octava beati Michaelis singulis annis inperpetuum vendidimus racionabiliter honorabilibus viris capitulo ecclesie Susaciensis predicte pro certa pecunia nobis numerata tradita et assignata. Super qua vendicione presens instrumentum sigillis honorabilium virorum domini . . prepositi et capituli ecclesie Susaciensis sepedicte ad causas una cum nostris sigillis necnon honesti viri . . prepositi sancte Walburgis prope Susatum sigillo, quo ego Hermannus specialiter utor, fecimus communiri. Datum feria sexta post octavam beati archangeli Michaelis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 64. An Pgtstr. hängen noch die Siegel des Propstes Dietrich von s. Patroclus (Westf. Siegel Taf. 132, 4), des Kapitels von s. Patroclus (ebenda Taf. 107, 10) und des Decans Gottfried von Soest (spitzoval, unter gothischen Baldachinen Petrus und Paulus stehend, darunter der Siegler knieend), auf der Rückseite von wenig jüngerer Hand die Notiz: Hec pensio dabitur loco denariorum, qui dicuntur worthpenninge.

2205.

Propst Ludolf von Oelinghausen erlaubt dem Kl. Benninghausen zum Bau der Kirche daselbst in den Steingruben seines Klosters Steine zu brechen. 1291 October 18.

Universis Christifidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Ludolphus Dei gratia prepositus totusque conventus ecclesie in Olinchusen salutem et cognoscere veritatem. Tenore presentium publice protestamur, quod nos venerabilibus in Christo . . abbatisse et conventui ecclesie in Benekinchusen ex dilectione concedimus speciali, quod ad opus ecclesie sue in Benekinchusen predicte ex lapifodinis nostris in quocunque locorum sitis lapides effodi faciant, quamdiu earumdem scilicet . . abbatisse et conventus in Benekinchusen placuerit voluntati, volentes eisdem de hoc plenam et firmam prestare wa-

randiam loco et tempore et ubicunque fuerit oportunum. In cuius rei testimonium nos L(udolphus) prepositus predictus sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum ipso die beati Luce ewangeliste, anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo.

Or. Kl Benninghausen Nr. 64. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Propstes (spitzoval, s. Petrus sitzend mit Schlüssel und Buch, davor knieend der Siegler; Umschrift: S. Lvdol(fi) prep(ositi).

2206.

Erbtheilung Hermanns von Aldendorp zwischen seinem Sohne erster und seinen übrigen Kindern zweiter Ehe. Essen 1291 November 8.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod ego Hermannus de Aldendorpe miles paci et concordie liberorum meorum cupiens providere et provida sollicitudine precavere, ne inter Wenemarum filium meum primogenitum militem ceterosque . .[1]) liberos meos de secunda . . uxore progenitos post mortem meam aliqua super bonis meis dissentionis seu litis materia valeat suscitari, de consilio amicorum meorum disposicionem et divisionem bonorum meorum legitime ordinavi et dictos liberos et heredes meos integra et finali divisione coequavi in hunc modum: Dictus quidem Wenemarus primogenitus meus contentus erit et esse debet bonis ipsis que a me eidem tradita iam sunt et relicta, set curtis de Aldendorpe sola, quam michi pro usufructu reservavi, ad eundem Wenemarum post obitum meum libera et absoluta plane devolvetur. Preterea dedi, tradidi et reliqui in presenti dicto W(enemaro) omnes vasallos meos, excepto uno videlicet . . dicto de Bartberg et omnia mancipia sive homines meos serviles, omnes de Echof et alios qualitercunque nominatos seu ubicunque manentes preter eos, qui inferius dicentur. Quibus vasallis, hominibus servilibus et bonis dicto W(enemaro) sic a me traditis et relictis una cum curte de Aldendorpe adhuc ipsi relinquenda seu ad ipsum devolvenda . . liberi mei prefati de secunda . . uxore progeniti penitus renunciarunt[2]). Sane idem Wenemarus primogenitus meus econverso renunciavit theloneo Assindensi, bonis de Gunnincvelde[3]) simul et hominibus ea colentibus seu ad ea spectantibus, iuri sive actioni de Můnsterhusen[4]) necnon et hominibus in bonis de Helewech et de Pothe[5]) habitantibus exceptis . . pueris de Pothe, nepotibus Hermanni dicti Wrede, quos homines et bona una cum ceteris bonis que adhuc habere dinoscor et possidere; et si qua adipisci deinceps me contingerit (!), supra dicti . . liberi mei secundi integraliter obtinebunt ipsique omnia debita mea quibus decedens obligatus fuero persolvere tenebuntur. In quam ordinationem ac divisionem memorati . . liberi mei utrobique omnes et singuli consencientes eamque ratam habentes et gratam, promiserunt inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium ac evidentiam pleniorem sigillum meum necnon et Wenemari fratris mei, Henrici de Ekenscede et Wenemari filii mei sepedicti militum sigilla presentibus sunt appensa. Hiis quoque interfuerunt Theodericus Marscalcus canonicus Assindensis, Theodericus de Indagine frater meus clericus, Wenemarus frater meus et Henricus milites prefati, Adolphus de Aldendorpe, Henricus supra Montem, Hugo de Ekenscede, Bernardus frater ipsius et Henricus de Scedelicke et alii quamplures. Actum apud Essinde anno Domini M^mo^.CC^mo^. nonagesimo primo, VI. Idus Novembris.

[1]) „sec(undi) (?). [2]) *Die Urk. hat, offenbar als Schreibfehler,* „pronuntiarunt". [3]) *Günnigfeld Kr. Gelsenkirchen.* [4]) *Nach Kindlinger bei dem Hause Berge Kspl. Borbeck.* [5]) *Kindlinger auch* „Poche"?.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen Suppl. 10. Von den vier Siegeln, welche an Hanffäden befestigt waren, sind nur noch das des Wenemar, Bruders des Ausstellers, und das des Henricus de Ekenscede *vorhanden. Abschr. von Kindlingers Hand in Msc. II 116 S. 51 u. 52, der auch noch das Siegel des Ausstellers gesehen hat.*

2207.

Die Aebtissin Bertha von Essen überträgt ihrem Villicus Arthur Vryedach die Alderoggen-Mühle bei Huckarde. 1291 December 27.

Beinahe wörtliche Wiederholung von Nr. 2155 mit verändertem Datum und Zeugen: Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, VI° Kalendas Januarii presentibus . . decana et conventu predictis, Theoderico cappellano et Alberto de Sůnheren canonicis et clericis nostris, Henrico de Ekenscede marscalco et Wenemaro de Aldendorpe dapifero militibus et ministerialibus nostris ac aliis pluribus fidedignis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 69 bis. An Hanffäden die Siegel der Aebtissin Bertha und des Convents von Essen.

2208.

Das Kl. Himmelpforten überlässt dem Kl. Oelinghausen Güter in Severinghausen gegen einen jährlichen Fruchtzins. 1291.

Ne ea, que a presentibus ordinantur, propter temporis labilitatem et humani status mobilitatem in oblivionem deveniat futurorum, per scripta reservari memorie procuravit industria provida discretorum. Hinc est, [quod] soror C. abbatissa, Y. priorissa totusque conventus cenobii in Porta Celi ordinis Cisterciensis presentibus et futuris omnibus hec visuris notum esse volumus puplice protestando, quod nos de sano universitatis nostre consilio bona nostra in Seiwertinchusen sita, que nobis a bone memorie Wezelo milite dicto de Ervethe donata per multos annos quiete possedimus, in possessionem honorabilium . . prepositi, . . priorisse ac conventus in Oilinchusen cum agris suis cultis et incultis ac omnibus ceteris pertinentiis eorundem resignavimus libere iure proprietario perpetuo possidenda. In quorum recompensationem tria malta annone scilicet decem et octo modios siliginis et totidem ordei Sosatiensis mensure nobis in perpetuum sine contradictione qualibet annis singulis exsolvere tenebuntur in curia nostra Himelporte presentanda. Ut igitur hanc conventionem tam rationabiliter ordinatam nullius in posterum versutia valeat retractare, presentem paginam super eo conscriptam prefatis contulimus sigillo nostro in testimonium roboratam. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 146. An Pgtstr. Siegel der Aebtissin von Himmelpforten (spitzoval, stehende Figur, in der Rechten einen Krummstab, in der Linken ein Buch; Umschrift: † S. abbatisse de Porta Celi).

2209.

Das Kl. Oelinghausen empfängt von dem Kl. Himmelpforten Güter in Severinghausen und verspricht dafür eine Fruchtrente zu liefern. 1291.

Nos Ludolfus prepositus, . . priorissa totusque conventus in Oilinchusen omnibus hec visuris veritati testimonium perhibere. Noverint presentes et posteri, quod honorabiles ac religiose . . abbatissa et conventus in Himelporte quedam bona in villa Seywertinchusen sita, que quondam bone memorie Wezelus miles dictus de Ervethe eisdem pro remedio anime sue pio favore et sincera devotione contulerat, cum omnibus pertinentiis eorumdem pro annua pensione nostre donaverunt ecclesie iure proprietatis perpetuo possidenda, penitus omni iuri, quod in ipsis habebant, renuntiantes, unde tria malta annone, decem et octo modios siliginis et totidem ordei Sozatiensis mensure prefatis in perpetuum per presentes litteras obligamus nos annis singulis soluturos per nostram vecturam in claustro suo presentanda. Si vero ratione sterilitatis agrorum aut alia de causa eadem bona quandocumque pretaxatam annonam nobis ministrare defecerint, nichilominus supramemorato conventui suam pensionem absque

exceptione qualibet de reliquis hereditatis nostre proventibus integraliter persolvemus. Ne autem huic contractui quisquam in posterum valeat contraire, litteram hanc super eo confectam sigillis nostri videlicet prepositi et conventus munivimus in perpetuum negotii monimentum. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo primo.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 43. Das Siegel des Propstes von Pgtstr. ab, das des Conventes mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 114, 4 u. 5).

2210.

Ludborgis, die Schwester des verstorbenen Dortmunder Bürgers Johannes Thelonearius, stiftet dem Katharinenkloster in Dortmund eine jährliche Rente von zwölf Denaren zu Memorien für sich und ihre Familie. 1291.

Noverint omnes, ad quos presens scriptum pervenerit, quod Ludborgis soror quondam Johannis dicti Thelonearii Tremoniensis incolumis et sana mente contulit et donavit conventui ecclesie sancte Katerine in Tremonia intuitu Dei et pro remedio anime sue suorumque amicorum, quos infra notabimus, duodecim denariorum redditus sub annua pensione singulis annis in die Nativitatis beate Marie virginis vel die proxima persolvendam, sub spe tali, quod conventus dicte ecclesie unanimiter memoriam eius agere debeat perpetuo fideliter et devote, similiter suorumque parentum videlicet Ludewici et Margarete, item magistri Werneri filii eius, Johannis et Alberti dicti Thelonearii, insuper et Arnoldi. Istorum vero predictorum omnium memoriam faciet[1]) proxima die Nativitatis beate Marie virginis in vigiliis et orationibus ac missarum sollempniis, sicut moris est pro defunctis Dominum supplicari. Pensionem vero prenotatam conventus dicte ecclesie requirere debet et exigere de Arnoldo et Hermanno de Wimelinchusen in domo eius die prenotata, quousque idem duo conventum et ecclesiam memoratam certificent, ubi et in quo loco sepedictam pensionem accipere debeat, videlicet XII^{cim} denariorum Tremoniensium omni anno, perpetuo possidendam. Actum in ecclesia beate Katerine in presentia domine Elyzabeth dicte de Mendene tunc temporis priorisse et in presentia domine Ludborgis predicte et duorum predictorum virorum proborum Hermanni et Arnoldi sub anno Domini M°.C°C°. nonagesimo primo. Ut autem hec inconvulsa permaneant in perpetuum et perseverent, prenominata domina Ludborgis permisit et iussit presentem paginam sigillo quondam magistri Werneri filii eius munimine firmiter roborari.

[1]) *Rasur.*

Or. Dortmund, St. Katharina Nr. 45. Siegel vom Pgtstr. ab. Reg. Rübel, Dortm. UB. I, 230.

2211.

Wessel von Erwitte leistet auf die vom Kl. Benninghausen in Suberhinchusen *(Süberingshof sw. Erwitte?) gekauften Güter Verzicht.* Usnen *1291.*

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod ego Wescelus dictus de Ervete filius quondam Wesceli militis quedam bona sita in Suberhinchusen, que Johannes dictus de Suberinchusen a nobis iure feodali tenuit, venerabilis matrona . . abbatissa et conventus monasterii in Benikinchusen ab eodem Johanne pro summa viginti duarum marcarum emerunt et ipsi integraliter persolverunt, quibus bonis in banno regio coram iudice meo Johanne dicto *vrigreven* et aliis libertinis in manus meas libere resignatis, quorum proprietas ad me iure hereditario pertinebat, ob reverentiam Dei et favorem monasterii predicti dictam proprietatem eorundem bonorum de consensu Sophie uxoris mee ac heredum meorum Wesceli, Rodolphi et Theoderici, Gotfridi, Johannis contuli perpetuo possidenda, renuntians omni iuri canonico et civili et omni exceptioni et actioni, per quod vel per quas talis possit donatio impediri. In cuis rei testimonium sigillum meum, quod habere consuevi, una cum sigillo Renfridi militis dicti de

Scorllemere, quod apponi rogavi, duxi presentibus appendendum. Actum apud villam Usnen presidente Johanne iudice, presentibus libertinis ac Wescelo et Hunoldo de Ervete, Hermanno de Ekelo, Syfrido Scedere, Johanne de Alta Porta, Ewerhardo de Ebbinchusen, Richardo de Vurden, Rotberto de Stederdorp et aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo primo.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 65. An Pgtstr. die Siegel 1) Wessels von Erwitte (Westf. Siegel Taf. 184, 5) und 2) Renfrids von Schorlemer (ebenda Taf. 226, 14). Von gleichzeitiger Hand ist auf der Rückseite bemerkt: Ista bona prescripta comparavit dominus Harthwicus quondam plebanus ecclesie nostre perpetuo possidenda.

2212.

Graf Theoderich von Limburg erlässt der Aebtissin von Saarn einige von Gütern bei Styrum (bona quedam sita apud Styrhem dicta uppen Brinke) *zu Unrecht geleistete Dienste und entrichtete Zinsen.* Molenhem *(Mülheim a. d. Ruhr) 1291.*

. . . Testes sunt: Hinricus vicarius in Mulenheym et Hinricus de Stralen, sacerdotes; Philippus filius Ph. militis, Albertus dapifer, Ulricus de Mirica, Hinricus celerarius de Bruka, et frater suus Johannes, Bertoldus de Holtoye, Engelbertus scultetus, Hinricus de Wrthem, Heverhardus tun Eken, Hinricus de Bigen, Winricus de Heez, Wescelinus ibidem ac alii quamplures.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kl. Saarn Nr. 12. Gedr. Lacomblet, UB. II 919.

2213.

Der Soester Bürger Wolfhard Eppinch bekundet, die Güter in Bruchhausen bei Soest, die dem Mariengradenstift in Köln gehören, in Erbleihe erhalten zu haben. 1291 (1292) Januar 13.

Notum sit universis presentibus pariter et futuris, quod ego Vulfhardus dictus Eppinch opidanus Sosatiensis de communi consensu et unanimi voluntate domini . . decani et . . capituli sancte Marie ad Gradus in Colonia bona ipsius ecclesie in Bruchusen apud Sosatum iacentia de manu domini . . decani dicte ecclesie nomine ipsius capituli recepi inperpetuum et iure hereditario possidenda integra et sine omni divisione tali condicione, quod ego singulis annis in festo beati Jacobi apostoli ecclesie sancte Marie de Gradibus viginti quinque solidos denariorum Coloniensium de eisdem bonis nomine census persolvam et assignabo nuncio, qui ad hoc a . . decano et capitulo fuerit destinatus. Quod si non fecero vel forte nuncius ad me non pervenerit, ex tunc induciatus ero sine aliqua captione usque ad subsequens festum Assumptionis beate Marie ita tamen, quod medio tempore predictos denarios domino . . decano ecclesie Sosatiensis nomine . . decani et dicti capituli sancte Marie sub testimonio competenti presentabo et in hoc . . decanus et capitulum sancte Marie erunt contenti. Si vero uterque terminorum effluxerit sine facta solutione census memorati, tunc incidi in penam aliorum viginti quinque solidorum. Adiectum est insuper, quod si in solutione dicti census moram anni fecero, cadam ab omni iure possessionis eorundem bonorum, que tunc ad ecclesiam libera et absoluta revertentur. Adiectum est insuper, quod nulli casus fortuiti videlicet hostilitatis, grandinis, incendii vel aliorum me vel meos successores excusare poterunt, quin per omnia dictum censum solvere teneamur, quia ipsis expresse est renunciatum. Cumque eadem bona successive in posteros meos transierint, semper persona succedens in possessione et honere bonorum prescripto in receptione eorundem marcam denariorum Coloniensium pro iure quod *gewerf* dicitur domino . . decano ecclesie sancte Marie nomine capituli dabit et tunc . . decanus nomine capituli tenebitur ei prestare ipsa bona secundum condiciones et formas prescriptas, prout suus tenuerat antecessor. In cuius rei testimonium ac perpetuam firmitatem presentem

paginam super eo conscriptam sigillo ecclesie Sosatiensis ad causas pecii communiri; sigillum quoque meum presentibus apposui ad maiorem evidenciam premissorum et predictis . . decano et capitulo tradidi communitam. Acta sunt hec in octava Epiphanie Domini, anno eiusdem M°.CC°. nonogesimo primo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Mariengraden Nr. 28. Die Siegel von Pgtstr. ab.

2214.

Die Nonne Gertrud gen. von Attendorn in Küstelberg bekundet, dass sie für sich und mehrere ihrer Mitconventualen eine Rente von einer Mark aus der Mühle in Ahausen bei Medebach angekauft hat. 1291 (1292) Januar 16.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Gerthrudis sanctimonialis in Quistelberg dicta de Atthen(dern) comparavi michi seu Rickensen, Clare et Gerthrudi de Dorvelde, meis conventualibus marcam pen(sio)nis annue ex curia seu molendino in Ahosen apud Medebike singulis annis in festo nativitatis d(ominice) ad usufructum nobis persolvendam, ita videlicet, quod quandocunque seu quocienscunque una nostrum decescerit (!), tres solidi ip(sam) vivam contigentes (!) nostre ecclesie sine aliarum seu alius contradictione qualibet libere persolventur. Nobis vero omnibus d(e)functis memorata nostra ecclesia in perceptione eiusdem marce iure hereditario perpetuo permanebit, universis nostris heredibus veris sive privatis hinc exclusis. In cuius rei testimonium presens scriptum petivi sigillo ecclesie nostre in Quistelberg roborari. Datum anno Domini M°.CC° nonagesimo primo, in die Marcelli pape et martyris.

Or. Kl. Glintfeld Nr. 12. Die linke obere Ecke des Pergaments durch Mäusefrass beschädigt. Siegel von Pgtstr. ab.

2215.

Der Medebacher Bürger Johann, Wigands Sohn, verkauft dem Kl. Küstelberg einen Zins von einer Mark aus der Mühle in Ahausen. Medebach 1291 (1292) Januar 16.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Johannes Wigandi quondam filius civis Medebickensis de consensu . . . .[1] uxoris mee legitime, Lodewici, Johannis, Theoderici, Wigandi et Mechthildis liberorum meorum ceterorumque heredum meorum mar(cam) denariorum in Medebike legalium annue pensionis ex curia seu molendino in villa Ahosen singulis annis in festo Nativitatis Domini persolvendam, cuius proprietas ad me iure hereditario exstitit devoluta, vendidi ecclesie sancte Marie in Quistelberg perpetuo possidendam, hac autem interposita conditione, quod eadem marca Gertrudi de Atthendern, Rickensen de Volckelinchosen, Clare de Woldenberg et Gerthrudi de Dorvelthe, conventualibus eiusdem ecclesie, seu alteri earundem, quamdiu vixerint, persolvetur tempore prenotato, quia eedem prescriptam marcam propriis stipendiis sibi ad usufructum et post decessum suum conventualibus suis in eadem ecclesia Quistelberg Deo stipulantibus in perhenne subsidium comparavere, (h)eredibus [earundem in perpetuum] a perceptione huiusmodi firmiter et omnimodis amputatis; promittens eciam, quod dampnum, si quod easdem sanctimoniales nominatim premissas seu ecclesiam prefatam fortassis sustinere contigerit ob defectum premissorum, ego seu hereditatis mee successores deponent omnimodis ac refundent, renuncians nichilominus exceptioni fori omnique iuris auxilio quo possem arte quacunque vel ingenio predictum contractum retractare. Pro cuius rei certitudine presentem paginam petivi sigillo opidi Medebickensis munimine communiri. Nos vero Johannes de Dithmarinchosen magister opidanorum, Hermannus dictus Cremere, Gerhardus Sydenhar, Harthradus de Grůnebike, Siffridus Heyburgis, Ditmarus Hellengardis et Theodericus de Godelovessem, consules predicti opidi, protestamur, quod ad peticionem Johannis Wigandi seu heredum suorum predictorum sigillum universitatis Medebickensis presen-

tibus est appensum, domino preposito Bertoldo, Gerwino sacerdote; Godeberto, Herbordo, militibus; Godefrido filio Godeberti de Dedenshusen militis prefati, Heynemanno et Ludolfo fratribus de Dorvelde, Hermanno dicto Lydige[2]) . . . ., Theoderico Heverere, Heynrico filio ipsius, Heynrico Borneman et Gerhardo Ywani ac aliis quam pluribus ad hoc testibus (convoca)tis. Datum Medebike anno Domini M°CC° nonagesimo primo, in die Marcelli pape et martyris.

[1]) *Die Ecke des Pergaments abgerissen.* [2]) *Die untere Ecke des Pergaments ist ausgerissen.*

Or. Kl. Glintfeld Nr. 11. Siegel von Pgtstr. ab.

2216.

Ritter Gottschalk Tork bekennt aus den Rode genannten Ländereien bei Lüddinker dem Kämmerer von Soest jährlich 6 Denare Pacht zahlen zu müssen. 1291 (1292) Januar 18.

Omnibus presentem litteram inspecturis Godscalcus dictus Torch miles salutem et scire veritatem. Tenore presencium recognosco et protestor, quod de agris iacentibus in parrochia Rinhere apud villam Sůtdinchere, qui appellantur Rode, dare teneor annuam pensionem sex denariorum legalis monete Susaciensis camerario ecclesie Susaciensis qui [pro] tempore fuerit, cui vel suo nuncio dictam pensionem [in cimiter]io (?) Scedingen in die beati Jacobi apostoli singulis annis teneor presentare, immo omnes, qui dictos agros tenuerint, ad solutionem dicte pensionis, ut dictum est, tenentur in perpetuum. Et quia sigillum proprium non habui, presentem litteram sigillo fratris mei Stephani militis pecii roborari. Datum die beate Prisce virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 62. Siegel von Pgtstr. ab.

2217.

Dechantin und Kapitel von Essen übertragen dem Grafen Everhard von der Mark die Vogtei über das Stift. 1291 (1292) Januar 18.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris . . decana et . . capitulum ecclesie secularis Assindensis, Coloniensis dyocesis salutem in omnium salvatore. Noverit universitas vestra, quod, cum nobilis vir dominus Everhardus comes de Marcha in regimine et tutela advocatie ecclesie nostre ab illustri quondam principe domino Rodolfo rege Romanorum, quem pro tempore vite sue in dicte ecclesie nostre elegeramus advocatum, ad requisitionem venerabilis quondam domine nostre Berthe abbatisse et nostram . . comiti eidem commissis se exhibuisset fidelem, sollicitum et devotum, nos dicto quondam domino rege Romanorum viam universe carnis ingresso, abbatia ecclesie nostre Assindensis per mortem dicte quondam domine nostre Berte abbatisse vacante, predictum dominum Everhardum comitem secundum quod per privilegia divorum imperatorum et regum Romanorum indultum nobis esse dinoscitur et concessum de unanimi omnium nostrorum consilio et consensu ad tutelam, curam et regimen advocatie ecclesie nostre predicte quantum ad tempora vite domini . . comitis ipsius sub condicionibus infrascriptis duximus assumendum ita videlicet, quod idem dominus . . comes dictam ecclesiam nostram cum hominibus et bonis ad eandem pertinentibus contra invasores et iniuriatores quoslibet constanter pro possibilitate sua tuebitur et tueri debebit et in suis iuribus et libertatibus fideliter conservabit et conservare debebit omni fraude et dolo exclusis, salvis . . abbatisse ecclesie nostre, que pro tempore fuerit, iudicio, moneta et iudeis Assnidensibus, in quibus dictus . . comes nichil iuris sibi vendicabit vel vendicare debebit seu poterit quoquomodo. Ut autem memoratus . . comes tutele, cure, regimini ac defensioni ecclesie et advocatie nostre predictis efficacius et diligencius invigilare ac intendere valeat, pro expensis et laboribus, qui circa premissa et occasione premissorum eidem incumbunt trecentas marcas legalium denariorum de ipsa advocatia prefato . . comiti deputavimus, assignavimus et assignamus

recipiendas singulis annis terminis infrascriptis: centum videlicet et triginta marcas in Maio et centum et septuaginta marcas in autumpno[1]) proximo subsequente[2]), quas . . officiatus dicti . . comitis de consilio et consensu . . abbatisse ecclesie nostre, que pro tempore fuerit, in advocatia eadem substituendus iuxta eiusdem . . abbatisse consilium exigere et extorquere decenter procurabit. Quibus trecentis marcis . . comes idem contentus nichil penitus ultra ab hominibus et bonis sepedicte ecclesie nostre per se vel per suos exiget seu extorquebit vel extorqueri permittet. Si vero, quod absit, . . comes prefatus contra condiciones premissas vel aliquam earum per se vel alium seu alios venire presumpscrit vel in hiis negligens exstiterit et monitus legitime ex parte ecclesie nostre presumptionem seu excessum vel negligentiam huiusmodi infra tres menses corrigere seu emendare obmiserit, idem . . comes cadet extunc ipso facto a gratia et iure predictis et nos alium instituendi seu eligendi advocatum, quem voluerimus, liberam et plenam habebimus facultatem. Ut autem premissa omnia et singula debitum firmitatis robur optineant, sigillum ecclesie nostre Assindensis supradicte presentibus duximus apponendum. [Et nos Everhardus comes predictus premissa omnia et singula vera esse recognoscentes et nos, ut premissum est, apud ecclesiam Assindensem obligasse sigillum nostrum apposuimus isti scripto in testimonium premissorum.] Actum et datum feria sexta post octavas Epiphanie Domini, anno eiusdem millesimo CC^{mo}. nonagesimo primo.

1) *B hat* „auptumno". 2) *B hat* „sequente".

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 93. Or. in zwei bis auf die eingeklammerte Stelle am Schluss, die in B zugesetzt ist, gleichlautenden Ausfertigungen. An A an Pgtstr. das Siegel des Kapitels von Essen, an B das Siegel des Kapitels und des Grafen Everhard von der Mark (Westf. Siegel Taf. 10, 4).

2218.

Revers des Grafen Everhard von der Mark als Vogt der Essener Kirche.
1291 (1292) Januar 18.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris nos Everhardus comes de Marcha notum facimus et tenore presencium recognoscimus, quod honorabiles in Christo . . decana totumque capitulum ecclesie Assindensis, Coloniensis dyocesis nos de mera gracia admiserunt seu constituerunt advocatum dicte Assindensis ecclesie concorditer ad tempora vite nostre sub condicionibus et formis, que in litteris ipsius . . capituli super hoc confectis plenius continentur promittentes expresse, quod nos condiciones omnes et singulas ibidem expressas observabimus et observare debebimus bona fide et contra ipsas et quamlibet ipsarum nullatenus veniemus seu venire debebimus omni fraude et dolo exclusis; et si, quod absit, casu quocunque ipsas condiciones vel aliquam earundem infringeremus seu contra eas seu earum aliquam veniremus de facto, si requisiti et moniti legitime ex parte ecclesie seu . . capituli antedicti huiusmodi presumpcionem, excessum vel negligenciam infra tres menses post monitionem huiusmodi non revocaverimus seu correxerimus indilate, dicimus et recognoscimus, quod extunc cademus et cadere debebimus ipso facto a gratia et iure nobis in hac parte concessis ab ecclesia et . . capitulo memoratis et dicta ecclesia et . . capitulum extunc alium advocatum constituendi, quem voluerint, habebunt et habere debebunt plenam et liberam facultatem. In quorum omnium testimonium firmitatem et recognicionem sigillum nobilis viri domini Adolfi comitis de Monte dilecti sororii nostri apponi impetravimus isti scripto necnon sigillum nostrum una cum sigillo domine Yrmengardis uxoris nostre legitime eidem scripto duximus apponendum. Datum feria sexta post octavas Epiphanie Domini, anno eiusdem millesimo CC°. nonagesimo primo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 93. An Pgtstr. die Siegel des Grafen und der Gräfin von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 5), das des Grafen Adolf von Berg stark beschädigt. Vergl. Nr. 2219.

2219.

Graf Everhard von der Mark übergiebt Otto von Dalbuchem *und dessen Sohn Heinrich die Ländereien gen.* Mersch *(Merschhoven, Krspl. Bockum Kr. Lüdinghausen), welche Gerwin von Rinkerode bisher besessen, zu Lehen. 1291 März 13 (1292 Februar 26).*

Nos Everhardus comes de Marka publica protestatione presentium innotescere volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos scitu, beneplacito et consensu domine Ermegardis uxoris nostre dilecte Engelbertique filii nostri necnon aliorum heredum nostrorum unanimiter adhibitis Ottoni de Dalbuchem et Henrico filio eiusdem propter obsequia gratuita nobis ab eodem Ottone sepius magno cum favore exhibita agros quosdam qui vulgariter dicuntur Mersch in Buchem secundum quod eosdem Gerwinus miles de Rinkenrode tenuerat seu habuerat porreximus in libero fheodo possidendos conditione tamen tali nobis reservata, quod nos sive heredes nostri quolibet tempore hyemali inter festum beati Martini episcopi et sancte Walburgis agros predictos sine aliqua contradictione nobis obviante pro centum marcis denariorum Tremoniensium legalium reemere possumus quovis anno. Preterea si ante huiusmodi reemptionem aliquem e duobus videlicet Ottone et Henrico decedere contigerit, prenominatos agros ad voluntatem alterius in vita superstitis sub condicionibus premissis in manum aliam porrigemus. Huius infheodacionis ac condicionum superscriptarum testes sunt: Bernhardus dictus Wolf de Ludinchusen, Everhardus de Menghede, Lambertus de Velmede, Engelbertus de Herborne, Wescelus de Galen milites; Bernhardus dictus Bitter, Conradus de Metlere, Arnoldus de Mechlen, Hugo de Metlere, Themo de Horne, Arnoldus dictus Rulle, Henricus dictus Bisschop, Johannes quondam Themonis filius, Johannes de Osthove, Gotfrihdus de Berghe, Woltherus de Heringhe. In evidens omnium premissorum testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, feria tercia post dominicam qua cantatur Invocavit.

Or. Kl. Kentrup Nr. 17. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1). Auf der Rückseite von einer Hand des XIV. Jhs.: Mers hoev (?).

2220.

Die Brüder Crafto und Widukind von Grafschaft verzichten zu Gunsten des Kl. Grafschaft auf die Vogtei über den Hof in Glintfeld und übertragen ihm ihren Hof in Herrentrop. Grafschaft 1291 (1292) März 12.

Nos Crafto et Widekindus fratres de Graschaph nobiles tenore presentium publice protestamur ac notum esse volumus harum inspectoribus universis, quod nos pari consensu et de bona voluntate omnium heredum nostrorum plane renunciavimus ac renunciamus super omni impeticione advocatica, quam hactenus fecimus in curtim Glyntfelden et in mansos ipsius Graschapensi monasterio attinentes nolentes per nos seu per heredes nostros aut posteros super huiusmodi impeticione advocatica quacumque de causa monasterium iamdictum molestari de cetero seu gravari. Preterea curtim libere proprietatis nostre in Herentorp et quelibet eius appendicia in agris, pratis, pascuis et in eo, quod vulgo *echtewart* dicitur, seu in quibuscumque constituta pari consensu et de voluntate heredum nostrorum predictorum monasterio in Graschaph predicto pro vera et absoluta proprietate conferimus seu offerimus per presentes exnunc sine quolibet obstaculo, sine qualibet decimatione maiore seu minuta, sine quolibet alicuius generis servicio eidem monasterio perpetuo servitura preter viginti quatuor iugera agrorum, que quidam oppidani in Smalenburg tenent ex ipsa curte sibi nomine pignoris obligata. Igitur in huius facti nostri sive dati recompensationem recepimus a religiosis viris domino Lutberto abbati et . . conventu monasterii in Graschaph memorati quatuor mansos in Adenborne ipsi monasterio attinentes, quos quidem quatuor mansos nos ac heredes nostri exnunc in feodo recipiemus ab eisdem unacum aliis

bonis nostris, que eodem iure tenemus et successive tenebimus a monasterio sepedicto. Et ut premissa robur habeant perpetue firmitatis, presentem paginam sigillis nostris una cum sigillo illustris domini Ludewici comitis Arnsbergensis duximus muniendam. Presentibus Godefrido preposito in Custelberg, Adolfo vicedecano in Meschede, Hedenrico plebano in Boycebach sacerdotibus; Thiderico de Visbike milite, Wilhelmo nobili de Ardeya, Reynhero de Berendorp, Hermanno dicto Bishoph, Dithmaro de Lyssena, Heynemanno dicto Cnobeloch, Hermanno dicto Gruwelsipe; Johanne magistro burgensium, Thiderico pistore, Johanne de Holthusen, Ottone dicto Stumpel, Hinrico fabro, Luthardo de Misselenbike burgensibus in Smalenborg et aliis quam pluribus ad hoc in testimonium convocatis. Datum et actum Graschaph in festo beati Georgii pape et confessoris, anno Domini M°.CC°.XC°. primo.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 19. An Pgtstr. die Siegel Crafts und Widukinds von Grafschaft (Westf. Siegel Taf. 15, 2 u. 34, 4), das des Grafen von Arnsberg abgefallen. Gedr. Seibertz UB. I 439.

2221.

Heinrich von Lon verkauft dem Kl. Gevelsberg ein Haus in Eversberg *(Elberg?) im Kirchspiel Wengern. Volmarstein 1291 (1292) März 21.*

Quoniam mortales sumus et dudum subsistere non possumus, cautum est res gestas litterarum testimonio perhennari. Hinc est quod ego Hinricus dictus de Lon publice protestor sane recognoscens me proprietatem unius domus in Eversberige sitam in parrochya Wenegeren abbatisse et conventui in Givelsberge pro marca Tremoniensium denariorum libero arbitrio vendidisse. Acta sunt hec in Volmestene anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, in die Benedicti presentibus domino Theoderico milite dicto Moyelic, Hinrico fratri domini de Volmestene, Herbordo de Eppenhusen, Theoderico de Asbike, Alberto de Velen, Hinrico dicto Wale et Hinrico dicto Vustehůve. Ne vero hec venditio tam sollempnis ceu empcio a posteris non possit calumpniari, presentem litteram sigillorum munimine domini Th(eoderici) de Volmestene et G. in Winegaren petivi humiliter communiri.

Or. Kl. Gevelsberg 21. Zwei Siegel von Pgt. ab.

2222.

Die Herrin Sophia von Volmestein überträgt nach ihrem Tode die von ihr angekauften Güter in Ende (Kr. Hagen) dem Kl. Herdecke zu einem Seelgedächtnis für sich, ihren verstorbenen Gemahl Heinrich und ihre Söhne. 1291 (1292) März 24.

Nos Sophya senior domina de Volmestene relicta quondam Hinrici domini de Volmestene bone memorie omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Quoniam que aguntur in tempore simul cum tempore labuntur et memoria hominum est labilis et infirma, necessarium est ea que iuste et rationabiliter ordinantur per scripture munimenta memoriis hominum commendari. Noverint igitur tam presentes quam futuri veritatis amatores, quod nos bona quedam sita apud Ennede solventes annuatim sex solidos Tremoniensium denariorum, unum porcum et sex[1]) pullos, que propriis nostris conparavimus denariis cum consensu et assensu nostrorum filiorum Theoderici domini de Volmestene ac Hinrici fratris sui proprio arbitrio. Eadem bona post nostrum obitum ecclesie ac conventui in Herrike contulimus seu legavimus ob anime nostre salutem ac dilecti nostri mariti quondam domini Hinrici necnon ob animarum nostrorum filiorum supradictorum, ut perpetuo singulis annis nobis ac[2]) dilecto marito nostro quondam domino H(inrico) ac nostris filiis Th(eoderico) domino de Volmestene ac H(inrico) fratri suo sollempniter celebretur memoria in ecclesia supradicta. Ut autem hoc factum ratum permaneat et firmum, presentem litteram sigillis nostro ac Theoderici domini de Volmestene filii nostri

munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M°.CC°. nanagesimo (!) primo, in vigilia Annuntiationis beate Marie virginis.

[1]) *Ueber durchstrichenem* „duos". [2]) *Doppelt geschrieben.*

Or. Kl. Herdecke Nr. 10. Zwei Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Kindlinger, Geschichte von Volmestein II S. 200, Nr. 47.

2223.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass das Kapitel von s. Patroclus in Soest die Villication des Hofes in Kalle dem Sohn des Ritters Adolf Allant übertragen hat. 1292 April 5.

Nos Everhardus comes de Marka omnibus presentem litteram percepturis notum facimus publice protestantes, quod cum olim Adůlphus dictus Allant miles villicus curtis in Kalle pro detentione pensionis et propter dimembracionem sive alienacionem hominum, decimarum, mansorum ac aliorum bonorum curtis eiusdem teneretur vinculo excommunicationis innodatus, ad instantiam honorabilium virorum . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie Sůsaciensis, ad quos eadem curtis cum omnibus suis attinenciis absolute dinoscitur pertinere et absolucione obtenta sub ea forma, quod infra certos terminos in viginti quatuor marcis satisfaceret . . preposito, . . decano et capitulo eisdem et alienata redintegraret, alioquin a gracia sibi facta caderet ipso facto, prout hec omnia in instrumentis patentibus et sigillis autenticis signatis plenius vidimus contineri, quia idem miles in premissis omnibus negligens exstitit et remissus ipsum a villicatione predicta et a gracia qualibet sibi facta penitus amotum recognoscimus et exclusum. Verum . . prepositus, . . decanus et capitulum predicti nostris precibus inclinati Hinrico filio Adůlphi militis predicti amore nostri graciam specialem facientes villicationem dicte curtis cum universis suis attinenciis concesserunt eidem, ita quod pensionem debitam ab antiquo in registro ecclesie Sůsaciensis conscriptam statutis temporibus fideliter persolvat, omnia alienata et distracta ad ius et proprietatem dicte curtis revocabit infra annum post datam presencium litterarum et de viginti quatuor marcis legalium denariorum in Sůsato dictis . . preposito, . . decano et capitulo satisfaciet tribus terminis infrascriptis videlicet in festo beati Mychaelis nunc futuro solvendo octo marcas, in festo Pasche, quod erit anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, octo marcas et residuas octo marcas in festo beati Michaelis extunc proximo subsequente. Ad quorum omnium observacionem et solucionem dictus Hinricus corporali fide prestita se astrinxit (!), adeo quod si in premissis vel aliquo premissorum negligens fuerit, graciam, quam ex huiusmodi concessione est consecutus, omnino perdit ipso facto, ipsa etiam villicacio ad liberam disposicionem predictorum . . prepositi, . . decani et capituli redibit, in qua ipsos defendemus immo et promovebimus cum effectu. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem dicti Hinrici et amicorum suorum presentibus est appensum. Presentes erant Theodericus plebanus de Ostinchusen; Wezelus dictus de Galen, Johannes Volenspit, Andreas marscalci, Engelbertus de Herborne, Johannes de Hůvele, . . dictus Pulsyan, Theodericus Harme, Gerwinus de Rynkenrode, Conradus filius Andree, Hartlevus dictus Pyl milites; Lambertus Hake, Arnoldus filius Gysceleri, Lubertus de Vorshem, Theodericus judex de Lon, quorum aliquorum sigilla, qui sigilla habebant, presenti instrumento in testimonium sunt appensa; qui vero sigilla non habebant, nostro sigillo sunt usi. Actum et datum in vigilia Pasche, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 66. An Pgtstr. hängen die Siegel Graf Everhards von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 2), Gerwins von Rinkerode (vgl. ähnlich ebenda Taf. 162, 1), Dietrichs de Lunere (ebenda Taf. 185, 1), Wessels von Galen (ebenda Taf. 159, 2) und Engelberts von Herbern (ebenda Taf. 203, 3).

2224.

Propst, Dechant und Kapitel von Soest bekunden, dass sie die Villication des Hofes in Kalle dem Sohn des Ritters Adolf Allant überlassen haben. 1292 April 5.

Nos . . prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Susaciensis protestamur et recognoscimus, quod villicacionem curtis nostre in Kalle Hinrico filio Adulphi dicti Allant militis concessimus et concedimus in hiis scriptis in omni forma et iure, prout in instrumento, cui hec litera est infixa, plenius continetur. In cuius rei testimonium sigillum ecclesie nostre[1]) presentibus duximus apponendum. Datum in vigilia Pasche, anno Domini M^mo^.CC^mo^. nonagesimo secundo.

[1]) *Dahinter ist Rasur.*

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 65. Siegel des Kapitels von Soest (Westf. Siegel Taf. 9, 5) an Pgtstr., beschädigt. Vgl. Nr. 2223.

2225.

Der Knappe Ditmar gen. Rietberg verzichtet zu Gunsten des Nonnenklosters in Lippstadt auf die Fruchtrente aus Gütern in Uvinchusen *(Oevinghausen Kr. Soest?), welche das Kloster einst dem Lippstätter Bürger Wichmann von Lembeck, seinem Schwiegervater, verpfändet hatte. Brücke bei Lippstadt 1292 April 6.*

Universis presentes litteras inspecturis Dithmarus dictus Rithberg famulus salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod ego pro me et nomine aliorum heredum meorum renunciavi et renuncio omni iuri et actioni seu impeticioni, que habui et michi competere poterant quoquo modo in quadam pensione trium maltorum annone Wigmanno de Lembech opidano Lippensi patri uxoris mee a . . preposito, . . priorissa et conventu monasterii Lippensis de bonis sitis apud curtim Uvinchusen titulo pignoris obligata et super triginta marcis dictis . . preposito, . . priorisse et . . conventui super dicta pensione ab eodem Wigmanno mutuata. Que bona dicti . . prepositus, . . priorissa et . . conventus quondam erga Henricum dictum Crede et Henricum Goldekinch opidanos Lippenses legitime compararant. Et in signum huiusmodi renunciacionis ego Dithmarus predictus pro me et nomine heredum meorum predictorum dictam pensionem et dictas triginta marcas michi ab eodem Wigmanno traditas seu donatas et quicquid iuris habeo in eisdem ad manus dictorum . . prepositi, . . priorisse et . . conventus resigno per presentes promittens, quod contra huiusmodi meam renunciacionem et resignacionem de cetero non veniam per me, alium vel alios aliquo ingenio sive causa de iure vel de facto. In cuius rei testimonium ac roboris firmitatem ego Dithmarus predictus pro me, uxore mea et aliis meis heredibus quibuscumque presentes litteras eisdem . . preposito, . . priorisse et . . conventui[1]) dedi sub sigillo meo proprio communitas. Actum apud opidum Lippense ante pontem, presentibus Amelungo dicto Pagentayn, Hermanno dicto Ofermanninch presbiteris, magistro Conrado de Attenderne clerico, Arnoldo dicto Bebese, Arnoldo de Averhage, Godefrido filio quondam (Rot)berti, Wigmanno de Lembech predicto, Johanne et Wigmanno filiis eiusdem Wig(manni) et aliis pluribus fidedignis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo[2]), in die Pasche.

[1]) *Or.* „conventu". [2]) *Nach verwischtem* „p(rimo)".

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt, Depositum. Schildsiegel an Pgtstr. nach der Rückseite gerichtet, Helm mit je einer halben Rose zur Seite; Umschrift: † Detmari dicti Retberg (famuli ?). *Reg. Preuss und Falkmann, Lipp. Reg. 2, 28 Nr. 517.*

2226.

Propst, Priorin und Convent des Nonnenklosters in Lippstadt bekunden, dass der Einsiedler Arnold an der Mauer in Lippstadt und dessen Verwandte dem Kloster zu einem Jahresgedächtnis 3 Mark geschenkt haben. 1292 April 12.

Nos . . prepositus, . . priorissa et conventus monasterii sanctimonialium in Lippia ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod Arnoldus sacerdos heremita seu inclusus apud muros Lippenses et Helewigis cognata eiusdem vigilanti studio saluti animarum suarum intenti nobis nostrove monasterio simpliciter propter Deum in puram elemosinam tres marcas loco trium solidorum reddituum donarunt et tradiderunt, affectu pio postulantes, ut in huius beneficii recompensacionem eorundem anniversarii diem, cum ipsos ab hac luce migrare contigerit, pie cum orationibus nostris uno contextu peragamus, memoriam eciam felicis recordationis Rotgeri et Hildeburgis parentum dicti sacerdotis in die scilicet beati Valerii annis singulis recolendo. Et nos prepositus memoratus de annuis redditibus nostris Westerenkoten tres solidos ad procurationem seu consolationem die beati Jacobi dabimus annis singulis conventui nostro supradicto iuxta preordinacionem et desiderium benefactorum nostrorum huiusmodi predictorum. In cuius rei et donacionis prefate evidenciam nostrum sigillum et conventus nostri prenominati sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo, sabbato ante dominicam Quasimodo.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Siegel des Klosters (Westf. Siegel Taf. 115, 10), des Propstes s. Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. Tafel 21 Nr. 21 a an abhängenden Pgtstr. Reg. ebenda 2, 27 Nr. 516.

2227.

Bischof Volquin von Minden erteilt den Besuchern der Minoritenkirche in Soest einen vierzigtägigen Ablass unter Vorbehalt der Zustimmung des Diöcesanbischofs. 1292 April 14.

Wolcquinus Dei gracia Mindensis ecclesie episcopus omnibus in Christo fidelibus salutem in auctore salutis. Ad peticionem fratrum Minorum domus Susatencis universis Christi fidelibus vere contritis et confessis predictorum fratrum consecracionem ecclesie sive altarium necnon octavas (!), tricesimos ac anniversarios eorumdem pie ac devote visitantibus, si tantum dyocesanus ad hoc consensum dederit et assensum, iniuncte sibi penitencie quadraginta dies misericorditer indulgemus. Data anno Domini M°C°C° nonagesimo II°, feria secunda proxima post dominicam Quasimodogeniti.

Or. Soest Min. u. Dom. Nr. 20. Siegel von Pgtstr. abgerissen. Regest Westf. UB. VI 1476.

2228.

Erpo von Rheine verzichtet vor einem Freigericht auf das Eigenthumsrecht gewisser an das Kloster Benninghausen verkaufter von ihm früher lehnrühriger Güter in Overhagen.
Ingerinchusen *1292 April 19.*

Universis presentes litteras inspecturis vel etiam audituris Erpo quondam Erponis de Reyne militis filius notum esse cupio tenore presencium publice protestando, quod ego de consensu Mathie de Rasevelde mei tutoris sive curatoris et aliorum heredum, consanguineorum et amicorum meorum, libera voluntate omne ius proprietatis seu quodcunque aliud ius, quod habeo ex successione legitima et dinoscor ex quacunque alia causa hactenus habuisse in bonis sitis in villa Averhagen cum eorum pertinenciis, que bona Hermannus dictus Wambastickere opidanus Lippensis a me et meis progenitoribus in feodo pluribus annis tenuit et possedit pacifice et quiete, dono, trado et assigno abbatisse et conventui monasterii sanctimonialium in Bennekinchusen pure et simpliciter propter Deum perpetualiter

possidendum ex libera resignacione dicti Hermanni, Alberti et Bernhardi suorum filiorum ac aliorum heredum suorum voluntate. Promitto eciam ego Erpo predictus, quod contra premissa vel premissorum aliqua de cetero per me, alium vel alios non veniam aliquo ingenio sive causa, de iure vel de facto, renuncians ex nunc omnibus excepcionibus et defensionibus iuris et facti tam canonici quam civilis, que mihi vel meis heredibus quibuscunque in dictis bonis in posterum possent vel deberent quomodolibet suffragari. In cuius rei testimonium ac evidenciam pleniorem ego Erpo prenotatus presentes litteras dictis . . abbatisse et conventui carens proprio sigillo sub sigillo dicti Mathie mei tutoris sive curatoris contuli roboratas. Actum in villa Ingerinchusen coram Henrico dicto Druckeberg, qui tunc pro iudice qui vulgariter *vriegreve* dicitur presidebat, Theoderico de Reyne fratre mei Erponis predicti, Everhardo de Kalveswinkele; dominis Lippoldo dapifero Lippensi et Rodolfo de Lippia ac Arnoldo de Altena militibus; Frederico de Hurde, Everhardo Buleke, Remfrido de Ervethe famulis; Johanne Elrici, Bernhardo Pundere, Henrico Goldekinch, Henrico Crede, Henrico Koninch, Herbordo de Katen et aliis fide dignis. Datum sabbato ante dominicam qua cantatur Misericordia Domini, anno Domini M°CC° nonagesimo secundo.

Or. Kl. Marienfeld 297. Gedr. Westf. UB. III 1448. Siegel (Westf. Siegel Taf. 26, 2).

2229.

Das Walburgiskloster in Soest verkauft an das Kl. Welver das Gut Mere *bei Berwicke. Walburgiskloster Soest 1292 April 25.*

Nos Hermannus prepositus, Helena priorissa totusque conventus monasterii sancte Walburgis prope Susatum universis presens scriptum visuris in perpetuum. Tenore presentium notum facimus publice protestantes, quod nos unanimi consensu bona nostra dicta Mere sita apud villam Berewic cum agris cultis et incultis, pratis, aquis, pascuis, nemoribus et universis attinentiis in contractu venditionis pro duodecim marcis denariorum Susatiensium rite ac rationabiliter in hiis scriptis assignamus dilectis in Christo . . abbatisse et conventui cenobii in Welvere perpetuo liberaliter possidenda, ita sane quod ipsi . . abbatissa et conventus . . scultheto Susatiensi, qui pro tempore fuerit, aut suo officiato tres solidos Susatienses obulo minus singulis annis in festo beati Michahelis expedite persolvant. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes sunt: Hermannus capellanus et Rudolfus clericus noster, Everwinus, Johannes et Gyselerus de Paradyso conversi; Theodericus de Medrike et Henricus de Wyginchusen opidani Susatienses et alii quam plures. Facta sunt hec in caminata nostra anno Domini M°.CC°. nonogesimo secundo, in die beati Marci ewangeliste.

Or. Kl. Welver Nr. 98. An Pgtstr. die Siegel des Propstes (spitzoval, S. Walburgis stehend mit Buch und Märtyrerpalme, daneben links der kniende Propst: S. prepositi sancte Walburgis apud Sosatum) *und des Conventes von S. Walburgis (Westf. Siegel Taf. 111, 3).*

2230.

Propst Dietrich von Soest überträgt dem Kl. Paradies eine Hufe in Ampen, welche es von einem Soester Bürger gekauft hatte. Soest 1292 April 28.

Universis Christi fidelibus presentia visuris Theodericus Dei gratia prepositus ecclesie Sůsatiensis salutem cum notitia veritatis. Vobis omnibus cupimus esse notum, quod cum Hildegerus de Vlerike opidanus Sůsatiensis de communi consensu heredum suorum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis mansum situm in Andopen ad nostram collationem iure proprietatis nomine ecclesie nostre predicte spectantem et ex collatione seu ex concessione tam nostra quam predecessorum nostrorum ab eodem Hildegero et suis progenitoribus cum eorum heredibus longo tempore libere et pacifice possessum . .

priorisse et . . conventui monasterii de Paradyso ordinis fratrum Predicatorum rite et rationabiliter vendidisset et renuntiasset omni iuri, quod ipse Hildegerus seu sui heredes in eodem manso dinoscuntur habuisse ipsum ius in predictum monasterium transferendo. Nos demum ad preces partium huiusmodi translationi et venditioni consensum adhibentes ipsamque translationem ad prospiciendum meliora ecclesie nostre cum discretorum virorum consilio commutantes, conferimus et concedimus . . priorisse et . . conventui predictis eundem mansum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tenere et in perpetuum libere possidere pro annua pensione ita scilicet, quod . . priorissa et . . conventus predicti singulis annis in recognitionem et reconpensationem iuris proprietatis dicti mansi nobis et successoribus nostris, qui ex ipsis pro tempore fuerit prepositus, dabunt duo talenta cere et ipsam ceram semper in domo prepositure Susaciensis in vigilia Purificationis beate Marie virginis presentabunt. In cuius rei testimonium presentem paginam dedimus . . . priorisse et . . conventui predictis sigilli nostri munimine roboratam. Actum Susati in capella nostra presentibus fratribus Henrico de Hellewaghene et Rudolpho de Wethere, magistro Everhardo dicto Sluch tunc officiali nostro, Ludewico capellano nostro, fratre Wilhelmo de Holthe, Jacobo notario et vicario ecclesie Susaciensis, Alberto de Palsode iuniore tunc magistro consulum opidi Susaciensis et Herbordo dicto Make, Brunone de Bocke tunc iudice dicti opidi, Ecberto de Foro, Johanne de Sunhere, Theoderico Monetario, Wernhero Rufo, Johanne et Theoderico fratribus dicti Wernheri, Siffrido de Bruke, Gerwino de Lunen iuniore, Lutberto et Lodewico scolaribus et aliis quam pluribus probis et fidedignis. Datum IIII°. Kalendas Maii, anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo.

Or. Kl. Paradies in Soest Nr. 42. Siegel von gelben Seidenfäden ab.

2231.

Vor Bürgermeister und Rath von Soest überlässt der Bürger Gerlacus de Lake *dem Kapitel von s. Patroclus eine Rente aus dem beim Kolk gelegenen Hause des Malers Hermann; der Rath befreit die Rente von allen städtischen Lasten. 1292 April 29.*

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Albertus de Palsode iunior magister opidanorum in Susato, Herbordus dictus Make vice Hermanni de Benekinchusen proconsulis magistratum tenens et totum consilium oppidi Susaciensis publice protestamur et recognoscimus, quod constitutus coram nobis Gerlacus de Lake dilectus noster opidanus recognovit se habuisse pensionem novem solidorum denariorum Susaciensium ex domo quadam Hermanni pictoris sita super Colco annis singulis persolvendam, quam pensionem dictus Gerlacus honorabilibus dominis . . decano et capitulo ecclesie Susaciensis tradidit et assignavit nomine ecclesie sue perpetuo possidendam. Et nos ob reverenciam dictorum dominorum ac ad petitionem Gerlaci predicti pensionem prefatam ab omni honere serviciorum, que oppido nostro de ipsa possent suboriri, quitam et solutam tradimus in hiis scriptis dantes sepedictis dominis presens scriptum sigillo nostri oppidi munitum in testimonium super eo. Actum et datum III. Kalendas Maii, anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VII 6102 fol. 63 b und von Vorwerck I 32 S. 133 angeblich nach Stdt.-A. XLVI 45. Gedr. Soester Zeitschrift 1887/88 S. 132.

2232.

Graf Ludwig von Arnsberg genehmigt den Verkauf von Gütern in Suberinchusen *(Süberinghof) seitens des Werner gen. Kademan an das Kl. Benninghausen. Hachen 1292 Mai 8.*

In nomine Domini, amen. Ludewicus comes de Arnesberig universis presentium inspectoribus cognoscere veritatem imperpetuum. Novercari solet ignorantia veritati et litigandi seminarium parit

oblivio, nisi per memoriale scripti rerum memoria perpetuetur. Noverint igitur omnes Christi fideles tam futuri quam presentes, quod Wernerus dictus Kademan cum filiis suis Heynrico et Wernero ceterisque heredibus suis, Amelungus cum uxore sua et heredibus suis, sicut nomina tenent, in nostra presentia Hagnen constituti confessi sunt coram nobis bona sua Suberinchusen sita, que de manu nostra in forma homagii tenuerunt, se vendidisse . . domine abbatisse et conventui ecclesie de Benikinchusen perpetuo possidenda. Eadem etiam bona in manus nostras duxerunt libere resignare et nos prefata bona cum proprietate et omni iure, quod in eisdem bonis habuimus vel habemus, ob reverentiam Dei et beate virginis Marie in anime nostre, genitorum et progenitorum atque omnium successorum nostrorum salutem de bona voluntate Perenette domine comitisse Arnesberig uxoris nostre, Wilhelmi, Frederici, Gotfridi, Walravii, Johannis, filiorum nostrorum, ac aliorum omnium heredum nostrorum, sicut nomina tenent, pleno de consensu, accedente quoque fidelium ministerialium atque castellanorum nostrorum Arnesberig, Eversberig et Hagnen consilio dedimus et damus in hiis scriptis . . abbatisse et conventui ecclesie memorate similiter perpetuo possidenda. Ne vero hanc donationem nostram alicuius imposterum irritare valeat calumpnia, presentem litteram super hiis conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo secundo, feria quinta proxima post Walburgis. Presentes fuerunt: Hartwicus provisor ecclesie Benikinchusen, Fredericus provisor ecclesie Welvere, Gerhardus canonicus in Arnesberig, Johannes custos ibidem sacerdotes; item Ůlricus de Heldene, Theodericus de Visbeke milites castellani nostri, Heynricus notarius noster, Johannes dictus Beyo; item Stelinc iudex in Arnesberig, Bruno de Bůge iudex in Sůsato, Albertus de Palsode magister consulum ibidem, Gerwinus de Lunen, Hetbertus de Foro, Heynricus de Aquis, Otbertus de Palsode, Rotbertus Vernere, oppidani Sůsacienses et alii quam plures viri fidedigni.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 66. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Ludwig in rothem Wachs (Maltha) (Westf. Siegel Taf. 41, 1).

2233.

Vor dem Rath zu Lippstadt verkauft Johannes de Hosthem *dem Kl. Herzebrock eine Geldrente aus seinem Hause zu Lippstadt. 1292 vor Mai 15.*

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris nos . . consules Lippenses notum esse cupimus presentibus publice protestando, quod Johannes dictus de Hosthem oppidanus Lippensis coram nobis constitutus de consensu uxoris et aliorum heredum suorum libera voluntate recognovit, se vendidisse abbatisse et conventui in Hersebroke quandam pensionem annuam trium solidorum denariorum Lippensium legalium et bonorum perpetuo et feliciter possidendam. Quam pensionem dicta abbatissa et conventus de domo Johannis predicti, quam habet in oppido Lippensi, in festo Michaelis decem et octo denarios et alios XVIII denarios in festo Pache (!) recipient sine qualibet contradictione. Condictum est etiam, quod si prefata domus vetustate, incendio vel alio quocumque sinistro casu perierit, abbatissa et conventus prenominati de area prelibate domus pensionem suam recipient et requirent quousque domus reliqua reparetur. In cuius rei testimonium ac evidenciam pleniorem nos . . consules predicti sigillum nostrum partibus petentibus duximus apponendum. Nomina consulum sunt hec: Vobertus (!) et Albertus de Esbeke tunc magistri consulum, Hermannus Bodiko, Regenhardus de Monte, Detmarus Stotero, Henricus Credinc, Herebordus de Casis, Wilhelmus Sessekinc, Hermannus Kerstininc, Fredericus Rex, Bernhardus Pundero, Helmericus, Henricus de Cleio, Helmicus et Volmarus de Machina, Johannes de Gesike, Ecbertus et Conradus Wigandi, Thidemannus Pundero et alii quam plures. Actum anno Domini M°CC° nonogesimo secundo, ante festum Ascentionis(!) Domini.

Or. Fürstl. Archiv Rheda, Herzebrock Nr. 8. An Pgtstr. das verstümmelte Stadtsiegel von Lippstadt mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 68, 6 bzw. 74, 7). Gedr. Osnabr. UB. IV 338.

2234.

Graf Ludwig von Arnsberg bekundet, dass der Soester Bürger Albert gen. Bruninc den Selehof *in* Wulfhardinchusen, *den dieser von ihm zu Lehen hatte, dem Kloster Bredelar überlassen hat. 1292 Juni 22.*

In nomine Domini, amen. Ludewicus comes de Arnesberg universis presencium inspectoribus justicie tenaciter inherere et veritati semper testimonium perhibere. A prudentibus noscitur introductum, ut ea, que a mortalibus temporaliter aguntur, litterarum testimonio perhennentur. Noverint igitur cuncti fideles tam futuri quam presentes, quod Albertus dictus Bruninc oppidanus Susaciensis et Heylewigis soror ipsius in nostra presencia in Susato constituti confessi sunt coram nobis, quod curiam suam sive bona sua in Wulfhardinchusen sita super Hara, que vulgo dicuntur Selehof, que de manu nostra tenuerant, ecclesie in Breydelare dederunt perpetuo possidenda. Eandem eciam curiam seu bona in manus nostras libere duxerunt resignare et nos eorundem bonorum proprietatem cum omnibus antiquis suis iuribus ob reverenciam Dei et beate virginis Marie in anime nostre progenitorum et genitorum nostrorum atque omnium successorum nostrorum salutem de bona voluntate Pyronitthe comitisse Arnesberg domine uxoris nostre, Friderici, Wilhelmi, Godefridi, Walrami et Johannis filiorum nostrorum ac aliorum heredum nostrorum pleno de consensu, accedente quoque fidelium ministerialium nostrorum consilio dedimus et damus religiosis viris domino . . abbati et conventui ecclesie prelibate in hiis scriptis perpetuo possidendam excepto eo iure, quod idem Albertus Bruninc et sui progenitores de dictis bonis curie nostre in Gundene[1]) singulis annis dare consueverant, predicti . . abbas et conventus similiter ministrabunt. Ne igitur hanc donacionem nostram alicuius inposterum irritare valeat calumpnia, presentem litteram super hiis conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum die dominica ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, presentibus Udelrico de Heldene et Theoderico de Visbeke militibus nostris, item presentibus Henrico nostro notario, Sifrido Schoken, Lamberto Rovere de Eversberg, Johanne Slepere de Nehem, item Brunone de Bucge iudice oppidi Susatensis, Herbordo Maken, Henrico Risop et aliis quam pluribus fidedignis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo.

[1]) *Günne Kr. Soest.*

Or. Soest-Patroclus 67. An Pgtstr. das Siegel des Grafen L. v. A. (Westf. Siegel Taf. 41, 1).

2235.

König Adolf bestätigt die Privilegien des Marienstiftes in Aachen. 1292 Juli 1.

Unter den Zeugen: Everardus comes de Marchia . . .

Or. St.-A. Düsseldorf, Aachen Marienstift 112. Regest Lacomblet II 680 Anm. 1.

2236.

Der Soester Vicepropst bekundet eine vor ihm für die Priester der Patroklikirche vom Provisor des Deutsch-Ordenshauses in Mülheim versprochene Abgabe. 1292 Juli 16.

Vicepreposítus Susatiensis; constitutus coram nobis religiosus vir provisor domus Teuthonice in Mulenhem pro villico bonorum monasterii sui dictorum de Alepe promisit sacerdotibus in ecclesia beati Patrocli Susatiensis ad altaria celebrantibus XVIII solidos denariorum Susati legalium solvendos terminis infrascriptis ita videlicet, quod in festo beati Martini proximo nunc instanti sex solidos, festo beati Petri ad Cathedram sex solidos et in festo Pasche proximo subsequenti sex solidos et petivit dictus provisor dicte domus in Mulenhem, quod dictis sacerdotibus presens scriptum super huiusmodi promissione

nostro sigillo firmaremus. Huic ordinationi presentes erant: Henricus de Loven, Stephanus, Godefridus dictus de Bontvelde, Gotswinus, Johannes de Paderborne sacerdotes. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo, crastino Divisionis Apostolorum.

Or. Vicarien in Soest Nr. 5. An Pgtstr. Fragment vom kleinen runden Siegel wie an Nr. 2198.

2237.

Schiedsspruch des westfälischen Marschalls Otto von Everstein (Otto comes de Everesteyn marscalcus Westfalie) *in Sachen der Abtei Hamborn gegen Burchhard Stecke, welcher die Abtei in dem Besitz ihrer Rheinfischerei bei Laar gestört hat. 1292 Juli 20.*

Pronunciatum et actum . . . octava beate Margarete virginis, anno Domini M^mo^.CC^mo^. nonagesimo secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kl. Hamborn 5 Gedr. Scheiermann, Altes und Neues vom Niederrhein (Hamborn) S. 244 ff.

2238.

Der Edle Gottfried von Rüdenberg lässt Johann von Sveve *frei. Soest 1292 Juli 30.*

Omnibus litteras presentes visuris seu audituris ego Godefridus de Rudenberg nobilis notum esse cupio litterarum presentium testimonio declarando, quod ego cum consensu et voluntate omnium heredum et coheredum meorum omne ius, quod michi conpetebat seu quoquo modo poterat conpetere in Johanne de Sveve, quitum et solutum dimisi et dimitto litteras per presentes, recedens plane et simpliciter ab ipso Johanne et ab omni iure et servicio, si aliquibus michi astrictus tenebatur, ita sane quod nec ego nec aliquis heredum meorum in dictum Johannem umquam de cetero aliquam inpetitionem faciemus. In cuius rei testimonium presentes litteras supradicto Johanne (!) contuli sigilli mei munimine roboratas. Testes huius rei sunt: Albertus iunior de Palsole tunc magister opidanorum Susaciensium, Winandus dictus Wale, Gerhardus de Attenderne, . . dictus Platere plebanus de Sweve, Hermannus de Waldene, Dethmarus de Medebeke, Hermannus de Sweve, Gerhardus Zeltere, Hermannus Friso, Regenbodo Gothus, Wilhelmus Schekele, Johannes dictus Blomenrot et frater suus Ludewicus, Albero de Thunen et alii quam plures. Actum apud Susatum in curia advocati; datum feria quarta ante Vincula Petri, anno Domini M°.CC°. nonogesimo secundo.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 148. An Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 6).

2239.

Stephanus miles dictus Thoric *verkauft die vom Grafen von Arnsberg lehnrührigen und ihm zu Michaelis in der Kirche zu Bausenhagen zustehenden 10 Schillinge Rente für 9 Mark und 6 Schillinge an das Kloster Scheda mit Zustimmung seiner Kinder und Erben und verpflichtet sich, die Rente zu behalten und an das Kloster zu zahlen, bis dieses das Eigentumsrecht über die Rente vom Grafen erhielte, unter der Bedingung, auch andere Einkünfte an ihre Stelle setzen zu dürfen. Soest 1292 August 10.*

Nos Stephanus miles dictus Thoric universis visuris praesentia protestamur, quod praepositus et conventus monasterii Scheydensis Praemonstratensis ordinis, Coloniensis diocesis sub iuste et rationabilis emptionis titulo pro novem marcis et sex solidis legalis Susatiensis monete sibi decem solidos compararunt scilicet de curia Busenhagen duodecim denarios, de manso Plateren tres solidos, de Brandenhove viginti denarios, de manso Martini quatuor denarios Lovenses, de manso Hermanni in Wicke duos solidos,

de Osthuss Widehagen duos solidos Susacienses, qui nobis hactenus in ecclesia Busenhagen in festo beati Michaelis persolvi consueverunt, quos de manu nobilis viri comitis de Arnessbergh iure homagii detinemus; accedente ad hoc Theoderici canonici Susatiensis, Godescalci monachi in Lesberne, Bertholdi, Stephani, Thoric et Hedenrici liberorum nostrorum consensu voluntario et expresso, conditionibus talibus adiectis, quod predictos decem sollidos de manu praefati nobilis viri comitis de Arnesbergh iure homagii praetacto nos et nostri heredes tenebimus, donec prepositus et conventus eosdem de praedicto nobili comite de Arnesbergh comode valeant adipisci, si vero dictus nobilis difficilis fuerit eisdem in collatione proprietatis, prout ad eum pertinet, dictorum decem solidorum, nos et nostri heredes quicunque quandocumque praesentate (!) nobis a dictis praeposito et conventu non requisito iure, quod vulgo hereditare dicitur, sine difficultate iure homagii nomine dictorum praepositi et conventus praedictos decem solidos porrigemus salva eisdem potestate nobis vel nostris heredibus iure homagii nomine ipsorum taliter obligatum mutandi et alterum pro ipso substituendi, quandocunque vel quotienscunque ipsis visum fuerit expedire. Cuius rei testes sunt: Hinricus de Dungelen canonicus Susatiensis, Johannes de Westmucc[1]) sacerdos, Wilhelmus de Caminata subdiaconus canonicus Scheydensis, Engelbertus de Herbone (!), Pulsianus Volenspit, Theodericus Harme milites; Albertus iudex, Gerlacus de Lache, Adam de Lunen, Albertus Rebere, Gerwinus de Ley[2]) et alii complures. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et ad petitionem dictorum praepositi et conventus et nostram Godefridi decani Susatensis, Alberti de Pallete[3]) magistri scabinorum Susatensium sigilla praesentibus sunt appensa. Datum et actum Susati anno Domini M°CC° nonagesimo secundo, in die beati Laurentii martiris.

[1]) *Statt* „Westwicc"? [2]) *Statt* „Lunen". [3]) *Statt* „Palsole".

Abschr. des XVI. Jhs. in Msc. VII 6116 fol. 26 v. u. 27.

2240.

Stephanus miles dictus Thoric *stellt dem Kloster Scheda die Ritter* Pulsianus Volenspit *und* Theodericus Harme *als Bürgen, dass seine Kinder und Erben mit auf die in Nr. 2239 übertragene Rente verzichten werden und das Kloster vor Schaden gewahrt sein werde.*
(1292 August 10.)

Nos Stephanus miles dictus Thoric universis visuris praesentia protestamur, quod cum primum Theoderici canonici Susatensis, Bertholdi, Stephani, Thoric et Hedenrici liberorum nostrorum copiam habere potuerimus, omnia et singula conscripta in literis quibus transfixe litaere (!) sunt praesentes rata habebunt et penitus inconvulsa; pro quo pro nobis et nostris heredibus preposito et conventui monasterii Scheydensis Pulsianus Vollenspit, Theodericus Harme milites se firmiter obligarunt et si, quod absit, a dictis filiis nostris absentibus dampnis aliquibus lesi fuerint vel iniuriis, praedicti fideiussores Hammonem iurabunt[1]) non inde exeturi (!), donec praedicti nostri heredes bonis renuncient nominatis et praedicti prepositus et conventus a dampnis et gravaminibus illatis penitus eximantur sub testimonio testium praemissorum. In cuius rei testimonium decani Susaciensis praedicti et nostrorum sigilla praesentibus sunt appensa. Datum et actum anno et die, ut supra.

[1]) *Statt* „intrabunt".

Abschr. des XVI. Jhs. in Msc. VII 6116 fol. 27 v. u. 28. Transfix der vorigen Urkunde Nr. 2239.

2241.

König Adolf urkundet für Kaiserswerth. Köln 1292 August 23.

Unter den Zeugen: Everhardus comes de Marka.

Orr. St.-A. Düsseldorf, Kaiserswerth 56 u. 56 a. Gedr. bei Winckelmann, Acta imperii II 202 und Kelleter, UB. des Stifts Kaiserswerth 86. Regesten Lacomblet UB. II 704 Seite 412 Anm. 1.

2242.

Die Stadt Dortmund stiftet für die von Johannes de Crispin auf dem Westenthore gebaute und ausgestattete Kapelle im Kirchspiel der Reinoldipfarre eine Mark jährlich; der Dechant des Mariengradenstifts zu Köln genehmigt die Weihe und behält sich das Patronat vor.
1292 September 22.

Judex, consules ac universitas oppidi Tremoniensis universis ad quos presentes littere pervenerint salutem et cognoscere veritatem. Quoniam labilis est memoria hominum et vita brevis super terram, oportet ea, que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripti patrocinio roborari. Hinc est, quod ad universitatis vestre notitiam cupimus pervenire, quod cum Johannes de Crispin, burgensis noster dilectus, capellam annexam Porte Occidentali in parrochia beati Reynoldi pro salute anime sue et parentum suorum propriis sumptibus construxisset et quadraginta marcas Tremoniensium denariorum ad comparandos annuos redditus pro dote ipsius capelle contulisset, nos iudex, consules ac universitas predicti unam marcam annui redditus ipsi capelle dedimus et damus donatione pura et simplici inter vivos ad ampliandam dotem capelle predicte, ea conditione adiecta, quod quandocumque aliquis burgensium nostrorum unam marcam annui redditus in recompensationem dicte marce pro remedio anime sue vel pro nobis burgensibus a dicta solutione liberandis dederit seu tradiderit, nos burgenses Tremonienses a solutione dicte marce liberi erimus et absoluti. Quibus sic actis et perfectis placuit nobis Pelegrimo decano ecclesie sancte Marie ad Gradus in Colonia, ut dicta capella in honore sancti Jacobi apostoli consecraretur, ita ut donatio sive provisio aut etiam ius patronatus ipsius capelle ad nos decanum qui nunc sumus vel successores nostros qui pro tempore fuerint pertineat pleno iure, ita quod quotienscumque dictam capellam vacare contigerit, decanus qui pro tempore fuerit de memorata capella provideat uni de filiis oppidanorum Tremoniensium, sicut de beneficiis sancti Reynoldi, sub penis statutis in compositione sive ordinatione inter nos super aliis beneficiis per venerabilem virum bone memorie quondam Johannem de Rennenberg choriepiscopum Coloniensis ecclesie facta et ordinata et per reverendum patrem dominum Sifridum sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum confirmata. Ut autem premissa firma et inconvulsa permaneant, presentem litteram sigillorum nostrorum munimine firmiter fecimus roborari. Actum et datum anno Domini millesimo CC°. nonagesimo secundo[1]), feria secunda post Lamberti.

[1]) *Im Düsseldorfer Exemplar* „secunda".

Or. 1) im St.-A. Düsseldorf, Mariengraden Nr. 29. An gelben u. rothen Seidenfäden das Siegel der Stadt Dortmund mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 75, 2) und des Dechanten Pelegrinus. 2) im Dortmunder Stdt.-A. Nr. 58 mit dem spitzovalen Siegel des Dechanten, Umschrift: S. PELEGRIMI DECAN(I S) MARIE AD GRADS COL, *Mutter Gottes mit Kind auf einem Antipendium, in dessen rechtwinkligem Einschnitt ein mit Mitra und Stab versehener knieender Bischof gesetzt ist, der eine Kirche auf den Händen trägt. Rücksiegel: Gottesmutter mit Christuskind. Umschrift:* S. ad caus(as) dec(ani) ad g(ra)dus. *Zweites Siegel abgefallen. Gedr. Lacomblet, UB. f. d. Gesch. d. Niederrheins II, Nr. 926. Reg. Dortmunder UB. I 231.*

2243.

König Adolf theilt der Stadt Dortmund mit, dass er alle Rechte und Einkünfte des Reiches daselbst, sowie in Westhofen, Brakel und Elmenhorst, dem Erzbischof Siegfried von Köln verpfändet habe, und befiehlt ihr, dessen Beamten bei Ausübung dieser Rechte und Einziehung der Einkünfte keinen Widerstand zu leisten. Köln 1292 October 4.

Adolphus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus prudentibus viris . . comiti, . . sculteto, . . scabinis, . . consulibus ac universis . . opidanis Tremoniensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et

omne bonum. Cum nos certis ex causis iura, iurisdictiones, redditus, proventus, obventiones cum suis pertinenciis universis, prout ad nos et imperium in ipso oppido Tremoniensi et extra pertinere dinoscuntur, venerabili Sifrido Coloniensi archiepiscopo, principi nostro karissimo, suis . . successoribus et ecclesie Coloniensi cum curtibus Westhoven, Brakele et Elmenhorst commiserimus et obligaverimus habendos, tenendos et possidendos pacifice et quiete pro certa pecunie quantitate, quousque per nos et successores nostros fuerint liberati et absoluti, vobis universis et singulis sub optentu gratie nostre districte precipiendo mandamus, quatinus eidem archiepiscopo, eius . . successoribus et ecclesie Coloniensi vice nostra fidelitatem faciatis, exhibeatis et fideliter observetis et eisdem ac officiatis ab eis super hoc deputatis de redditibus, proventibus, obventionibus, iuribus ac universis, que ibidem optinere dinoscimur, prout vos coniunctim vel divisim contingunt, respondeatis et responderi cum omni integritate faciatis durante obligatione predicta. Intimamus etiam vobis et aliis quibuscumque, quod nos . . contradictores et rebelles quoscunque et ipsi archiepiscopo, eius . . successoribus et ecclesie Coloniensi in premissis impedimentum prestantes pena debita, prout etiam eidem archiepiscopo hoc promisimus, regali potentia tanquam contemptores regalis precepti archiepiscopi predicti ad hoc accedente auxilio compescemus. In cuius rei testimonium et precise voluntatis nostre expressionem pleniorem presentes litteras eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi dedimus sigillo maiestatis regie communitas. Datum Colonie IIII[or] Nonas Octobris, indictione sexta, anno Domini M°CC[mo] millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, regni vero nostri anno primo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 546. An rothen Seidenfäden das Majestätssiegel. Gedr. Lacomblet UB. II 931. Reg. Dortm. UB. II 232 und Böhmer, Reg. imp. 46. — Vergl. den weiteren Befehl König Adolfs v. 25. Oct 1292 bei Lacomblet II 935.

2244.

König Adolf bestätigt die Privilegien der Stadt Köln. Köln 1292 October 11.

Unter den als nobiles viri *aufgeführten Zeugen:* . . Everhardus de Marka.

Or. Stdt.-A. Köln. Gedr. Lacomblet UB. II 934, vgl. Ennen, Quellen III 377 und Mitth. aus dem Stdt.-A. Köln 4, 29 Nr. 575.

2245.

Der Edle Johann von Bilstein schenkt der Kirche in Grafschaft zum Seelgeräthe für seine Mutter Mathilde jährlich zwei Malter Frucht aus seiner Mühle in Schmallenberg. Grafschaft 1292 October 13.

Nos Johannes nobilis dominus de Bylstene de voluntario consensu heredum nostrorum pro memoriali anime dilecte matris nostre nobilis matrone domine Methildis de Bylstene delegamus ecclesie Graschapensi duo maldra siliginis ex molendino nostro apud Smalenburg annis singulis percipienda, donec per nos aut per heredes nostros in summa quinque marcarum usualium denariorum a iam dicta ecclesia fuerint acquitata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Graschaph in presentia domini Lutberti abbatis ibidem, astantibus Conrado custode, Godefrido cellerario, Reynhero sacerdotibus ac professis in Graschaph, Lutberto de Dusentschure nostro dapifero et aliis personis ad hoc in testimonium convocatis et datum sub anno Domini M°.CC°.XC° secundo, feria secunda post festum beati Dyonisii episcopi et martiris.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 20. An Pgtstr. das Siegel Johanns von Bilstein (Westf. Siegel Taf. 33, 14). Gedr. Seibertz UB. I 443.

2246.

Hunold von Plettenberg verkauft dem Soester Bürger Johann von Medebach seinen Hof in Witinchusen *(Winkhausen Kr. Meschede?) und überträgt ihn ihm als Lehen.*
1292 November 18.

Omnibus presentes litteras percepturis ego Hunoldus de Plettenbracht miles et filius meus Johannes notum facimus publice protestantes, quod cum nos Johanni de Medebeke oppidano Susaciensi, Gertrudi uxori ipsius et eorum legitimis heredibus curtim nostram in Witinchusen sitam cum colono in ea residente, cum molandino et manso quodam sito in Nortwolde [1]) ad dictam curtim pertinentibus cum aquis pratis, pascuis, rubis ac nemoribus et universis attinenciis et omnimoda fructuum utilitate, sicut nos dictam curtim in possessione habuimus, pro sexaginta marcis denariorum Susati legalium rite ac rationabiliter per contractum venditionis assignassemus et sepedictam curtim Johanni predicto et Gertrudi uxori sue predicte loco masculi necnon et filio ipsorum Johanni tam ego quam filius meus Johannes predictus cum omnibus attinenciis predictis in feodum concessissemus absolutum, idem Johannes et heredes sui predicti nulla conditione prehabita, sed pro dilectione nostra ac favore speciali nobis talem gratiam spontanea voluntate sua contulerunt et reconcesserunt, quod si sepedictam curtim nos aut heredes nostri infra spacium quatuor annorum in festo beati Petri ad Cathedram nunc proximo continue currere incipientium et quolibet anno in dictis quatuor annis infra festum beati Petri predictum et festum Penthecostes pro similis pecunie qualitate ac quantitate reemere decreverimus, quod hoc dictus Johannes et heredes sui admittent et id nobis aut heredibus nostris nullatenus denegabunt nec aliqualiter contradicent, salvo tamen in eo dicto Johanni et heredibus suis per omnia iure suo, quod ante huiusmodi nostram reemptionem fructus dicte curtis et attinencium integraliter percipient si qui forte residui fuerint et adhuc minime persoluti. Exspirantibus vero dictis quatuor annis dicta reemptio nobis et heredibus nostris nobis ab eodem Johanne et heredibus suis tradita et indulta similiter exspirabit et dictus Johannes et heredes sui sepedictam curtim cum suis attinenciis pacifice et quiete perpetuo possidebunt. In cuius rei testimonium ego Hunoldus miles predictus presens scriptum sigillo meo et cognatorum meorum Hermanni et Johannis militum de Plettenbracht sigillorum munimine duxi roborandum, sigillum etiam oppidi Susaciensis presentibus apponi inpetravi ad maiorum evidenciam premissorum. Et nos consules oppidi Susatiensis prenotati ad petitionem partium utrobique sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Testes huius rei sunt: Erenfridus de Breydenole et Godefridus de Messchede milites; item Wydekindus dictus Pepersac, Cesarius Hamer, Arnoldus Bibeze, . . Halt, Raven, item Adam de Lunen, Winandus Wale, Gerwinus de Lunen senior et Gerwinus eius filius, Vulfhardus Eppinc, Gerlacus de Lake, Sifridus frater suus, Henricus de Lake, Bruno de Scapmarkete, Theodericus Capelle, Conradus et Alexander fratres de Meninchusen, Dethmarus de Medebeke, Ludewicus et Volquinus fratres de Sunhere, Bettekinus Rufus, Everhardus de Lake, Henemannus filius Gerlaci de Lake, Henemannus frater Erkenberti, item Albertus de Palsole iunior et Herbordus Make tunc magistri civium in Susato, Johannes de Colonia, Wernerus Rufus, Wichmannus de Vlerike, Wichmannus de Hervordia et totum consilium oppidi Susaciensis, quos omnes admisimus testes et per presentes admittimus nomine vasallorum, ut si necesse fuerit tamquam viri a nobis infeodati testimonium ferre valeant de premissis. Datum in octava beati Martini hyemalis, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo.[2])

[1]) *Nordwald bei Soest.* [2]) *Das Datum nachgetragen mit anderer Feder, vielleicht von anderer Hand.*

Or. im Fürstlich Hatzfeldtschen Archiv in Trachenburg Nr. 9. An Pgtstr. die Siegel Hunolds, Hermanns und Johanns von Plettenberg (Schildsiegel, Schild gespalten) zum Theil beschädigt; das der Stadt Soest von Pgtstr. ab. Regest Zeitschrift LXI S. 56.

2247.

Das Kl. Welver verkauft der Dortmunder Bürgerin Adelheid von Curne Güter in Meierich unter der Bedingung, dass diese mit ihren Kindern lebenslänglich die Einkünfte daraus bezieht. 1292 December 1.

Walburgis abbatissa, Fredericus prepositus totusque conventus monasterii in Welvere omnibus presentia visuris et audituris noticiam rei geste. Notum facimus, quod nos de sano et unanimi consilio vendidimus Alheydi de Curne civi Tremoniensi, Hildegundi filie sue et Henrico eius filio bona nostra sita in villa Medrike sub quibusdam conditionibus infra scriptis pro quadam pecunie summa ad usus monasterii nostri conversa nobis integraliter persoluta, ita quod prefata Alheydis et pueri sui predicti, quamdiu vixerint, tollant et percipiant omnes redditus et pensiones ac fructus quoscumque ad bona predicta pertinentes, sed cum una ex personis predictis de medio sublata fuerit, unum maltum annone trium generum videlicet silignis, ordei et avene de redditibus dictorum bonorum cum aliis minutis pensionibus porcorum, anserum et pullorum ad nos et monasterium nostrum libere devolvantur; de morte secunde persone, iterum maltum unum annone ut prius specificatum quitum fiat; tercia autem persona et ultima superstes alia omnia et singula sine diminutione possidebit ad tempora sue vite et extunc perpetuo memoria trium personarum predictarum nobiscum erit peragenda. Adiectum est etiam, quod medietatem omnium reddituum et pensionum ac fructuum sequentis primi anni post obitum ultime persone tenebimur fratribus Predicatoribus in Susato pro salute ipsarum personarum assignare, contradictione nostra qualibet quiescente. Insuper promisimus et presentibus litteris nostris promittimus dicta bona in Medrike pro viribus nostris defensare, ut huiusmodi redditus et pensiones sepefatis emptoribus, ut est dictum, annis singulis persolvantur. Huic facto nostro presentes fuerunt: frater Everwinus, frater Johannes conversi, Bernardus Calvus civis Tremoniensis et alii quam plures. Ut autem premissa omnia a nobis et successoribus nostris inviolabiliter observentur, sigillum monasterii nostri de nostrorum omnium certa scientia presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo, in crastino Andree apostoli.

Or. Kl. Welver Nr. 99. An Pgtstr. noch ein Rest des Siegels des Kl. Welver (Westf. Siegel Taf. 114, 9).

2248.

Graf Everhard von der Mark tauscht mit der Aebtissin von Essen Ministerialen aus. 1292 December 6.

Universis presentes litteras inspecturis nos Everhardus comes de Marka notum esse volumus, quod permutationem personarum cum venerabili domina . . abbatissa Assindensi invicem facientes Rodolphum filium Rodolphi dicti Boczel ministerialem nostrum pro Bertradi filia Thome dicti de Lenninc ministeriali domine . . abbatisse Assindensis predicte dedimus et damus per presentes. In cuius permutationis recognitionem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo C°C°. nonagesimo secundo, ipsa die beati Nicolai episcopi.

Or. St.-A. Düsseldorf, Urk. des Stifts Essen 136. Siegel ab.

2249.

Ritter Konrad von Pappenheim vermacht dem Kl. Bredelar seine Mühle in Wiggeringhausen und Hufen in Messinghausen unter ausdrücklicher Bestimmung über die Verwendung der Einkünfte aus diesen Gütern. 1292 December 14.

Universis presens scriptum visuris Conradus miles de Papenhim in omnium salvatore salutem. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum huius scripti tenore publice protestor, quod bona

mea videlicet molendinum in Wigerdinchusen et duos mansos in Metcenhusen cum omnibus suis pertinentiis nichil penitus excipiens de consensu fratrum meorum et aliorum heredum pro remedio anime mee et animarum Alheydis uxoris et Conegundis filie mee premortuarum religiosis viris domino abbati et conventui in Breydelare contuli perpetuo possidenda, hac tamen conditione media, ut custos predicti loci in Bredelare de ipsius molendini censu scilicet quatuor marcis annuatim solvendis cuilibet altari in duobus luminaribus cereis ad missam provideat, que duo luminaria in summo altari ponenda duas libras in pondere retinebunt, cetera vero luminaria unam libram, huiusmodi provisione in perpetuum perdurante. Insuper magister domus textrine, quem dictorum mansorum constitui provisorem, de proventibus suis videlicet quindecim maldris annone vel secundum quod dominus providerit singulis annis in duobus anniversariis scilicet meo et uxoris mee predicte, id est in crastino sancte Katerine in vino, albo pane et piscibus dicto conventui tenebitur providere. Adiectum est etiam, quod, si per Dei gratiam convaluero in presenti, persolutio census molendini predicti et reddituum unius mansi quem in dicta villa Metcenhosen de novo comparavi, ad tempus vite mee in mea ordinatione consistet, ipsa tamen dispositione, sicut superius dictum est, post mortem meam in suo robore permansura. Preterea ut predicti novi mansi proprietas ad prefatum conventum in Bredelare trasferatur[1]), fratres mei cooperabuntur et promotionis sue diligentiam adhibebunt. Cuius proprietatis traslatio[1]) si ad effectum perduci non potuerit, quod absit, idem mansus iuxta consilium fratris Conradi de Amelungessen et fratrum meorum venditione distrahetur et alia bona equivalentia ad consolationem conventus prehabitam subducto quolibet inpedimento comparari debebunt. In quorum omnium memoriam apud dictum conventum iugiter habendam clipeus meus in ipsius monasterio suspendetur. Testes aderant: domini R(udolfus) de Hersvidehusen et C(onradus) de Bredelare abbates, frater C(onradus) de Amelungessen, Gerhardus prior et Her(mannus) cellerarius in Bredelare, fratres Olricus monachus et Con(radus) magister domus textrine in Hersvidehusen, Ludolfus de Dalewich miles, fratres mei et Ludolfus famulus meus et alii fidedigni. Ut igitur prefatorum bonorum collatio perpetua gaudeat firmitate nec a quoquam hominum in posterum valeat irritari, hoc scriptum fratrum meorum meoque sigillo extitit roboratum. Actum et datum anno Domini M°.CC°.XC°.II°. crastino Lucie.

[1]) *Or.*

Or. Kl. Bredelar 135. Anhängt an Pgtstr. ein unkenntlicher Rest eines Siegels, wahrscheinlich identisch mit Westf. Siegel Taf. 234, 1. Gedr. Seibertz UB. I 444 nach Copiar; vergl. Westf. UB. IV 2224.

2250.

Friedrich von Padberg vergleicht sich mit dem Kl. Bredelar wegen zweier streitigen Höfe in Enemuden *(Wüstung bei Marsberg). 1292.*

Universis hanc litteram visuris vel audituris Fredericus dominus castri in Pathberg de visis et auditis veritati testimonium perhibere. A prudentibus noscitur introductum, ut ea, que a mortalibus temporaliter aguntur, litterarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod ego Fredericus predictus omnibus huius pagine inspectoribus in perpetuum notum esse cupio, quod, cum quedam materia dissensionis inter me ex una et religiosos viros dominum videlicet . . abbatem et conventum de[1]) Breydelar, Cysterciensis ordinis, parte esset ex altera suborta super duabus curiis in Enemuden sitis, quas conabar ostendere, ipsis taliter esse a progenitoribus meis venditas, ut ipsas pro summa quadraginta marcarum denariorum liberam reemendi haberem facultatem, licet predicti abbas et conventus per litteras suas validissimas contrarium probare possent, propter bonum tamen pacis et concordie de consilio amicorum parcium predictarum inter me et ipsos eadem dissensio taliter est sopita, ut curie prelibate ad me et meos heredes redirent predicta summa denariorum ipsis restituta, tali tamen pacto et conditione adiecta,

quod omnibus bonis et possessionibus ab omnibus progenitoribus meis ad iam dictam ecclesiam quocumque tytulo emptionis, reemptionis, venditionis, donationis, commutationis vel alterius cuiuscumque alienationis devolutis, sive sint decime, sive curie, sive agri, sive paschua, sive decursus aquarum, sive silve, sive in Esbike sive in Ekesbike, sive supra claustrum, sive infra claustrum, vel ubicumque posite sint vel site, renunciarem omni proprietati et actioni, que de iure vel de facto in ipsis michi conpetere videretur. Quod et feci de pleno consensu uxoris mee domine Lucie, Godescalci fratris mei, Adele sororis mee et omnium aliorum legitimorum coheredum meorum et me fecisse publice protestor in hiis scriptis. Et cum fraus et dolus secundum iura nulli debeant patrocinari super eo, quod predicta bona seu possessiones in hac littera omnia nominatim non exprimuntur, predictis abbati et conventui nullum in posterum debet preiudicium generari, cum ille, qui omnia dixit, nichil videatur excepisse, sed omnia inclusisse. Igitur nec ego nec aliquis successorum meorum seu heredum super omnibus premissis ipsis ullam movebimus questionem, sed pretactis, que iam pacifice possident, in evum pacifice perfruentur, nemine ipsis aliquod impedimentum generante. Et ut hec omnia rata sint et inconvulsa, presens scriptum super hoc confectum sigillo meo duxi roborandum. Insuper ad maiorem horum evidenciam domini Bertoldi de Buren, domini Heinrici de Yttere, nobilium, Alberti de Amelungessen, Ecberti dicti Spegel, Corvi[2]) de Papenheym, Stephani et Conradi de Horhusen, militum sigillorum munimine hoc ipsum scriptum rogatu meo constat esse munitum. Acta sunt hec anno Domini M°CC° nonagesimo secundo. Huius rei testes sunt: Dominus Rodolphus abbas de Herswidehusen, Herboldus Montis Martis prepositus, Bertoldus de Brenken miles, Gyselbertus de Otterlare et cognatus suus Godefridus, Johannes de Keldenchusen, Helmwicus famulus illorum de Horhusen, Gerhardus de Stormbroke dictus Sculthetus et alii quam plures.

[1]) „abbatem" *bis* „de" *mit hellerer Tinte auf Rasur.* [2]) *Folgt Rasur, wahrscheinlich hat gestanden:* „Corvorum fratrum".

Or. Kl. Bredelar Nr. 134. Sechs an Pgtstr. hängende beschädigte Siegel: 1) das des Friedrich von Padberg (wie Westf. Siegel Taf. 220, 2 Gottschalk), 2) Berthold von Büren (ebenda Taf. 14, 6), 3) Heinrich von Itter (gekrönter Löwe, vgl. Kopp, Histor. Nachricht von d. Herren zu Itter S. 219), 4) Albert von Amelunxen (Westf. Siegel Taf. 221, 2), 5) Ekbert von Spiegel (wie ebenda Taf. 249, 2 Hermann), 6) Stephan von Horhusen (wie ebenda Taf. 226, 1 Friedrich). Das Siegel Rabes von Pappenheim ist abgeschnitten.

2251.

Bischof Otto von Paderborn verleiht den Besuchern der Minoritenkirche in Soest Ablässe. 1292.

Otto Dei gracia ecclesie Paderbornensis episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in eo qui est omnium vera salus. Quoniam cultui divini nominis ampliando et salutis animarum studio diligencius invigilare debet sollercia pastoralis, nos de omnipotentis Dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad dedicacionem altarium fratrum Minorum in Susato devote advenerint in die dedicacionis pro quolibet altari XL[1]) dies[2]), per octavam vero et in tricesimis et per octavas et in anniversario, etiam per octavam, quadraginta dies indulgencie[2]) perpetue misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo secundo.

[1]) *Auf Rasur.* [2]) *Folgt Rasur.*

Or. Soest Min. u. Domin. Nr. 19. Siegel von Pgtstr. ab. Regest Westf. UB. IV 2228.

2252.

Everhard Bischof von Münster ertheilt allen, die in bezeichneter Weise die Minoritenkirche in Soest besuchen, 40 Tage Ablass. 1292.

Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Cupientes ut ecclesia dilectorum nobis in Christo fratrum Minorum in Susato congruis populorum devotionibus frequentetur, de omnipotentis Dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui ipsam venerabiliter visitaverint in dedicatione ac anniversariis dedicationum sue et singulorum altarium in ea constructorum necnon in festivitatibus beate Marie virginis et sanctorum Francisci, Antonii, Clare atque Elizabeth ac etiam aliorum sanctorum in quorum honorem ecclesia eadem et altaria sunt constructa[1]) et per octavas eorum quadraginta dies et unam carenam de iniuncta sibi penitentia de consensu[2]) diocesani misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M.CC. nonagesimo secundo.

[1]) *Or.* „constucta". [2]) „de" *übergeschrieben*, „consensensu" *durch Punkte unter dem ersten* „sen" *korrigiert.*

Or. Soest Min. u. Domin. Nr. 21. An Pgtstr. das Siegel des Bischofs (Westf. Siegel Taf. 44, 5) mit Sekret (ebenda Taf. 45, 7).

2253.

Hermann von Hövel verzichtet zu Gunsten des Kl. Kappenberg auf alle Anrechte an das Erbe Dahlkamp (Kr. Schwelm Gem. Gennebreck?). 1292 (1293) Januar 5.

Nos Hermannus miles dictus de Hovele universis ad quorum noticiam seu audienciam pervenerint presentes cupimus esse notum, quod nos constituti in presentia conventus in Capenberg recognovimus pro nobis, pro uxore nostra Otburge et heredibus nostris Godefrido, Johanne, Lamberto, Cristina, Gisla et Ermegarde necnon et successoribus nostris in domo dicta Dalecampe nichil iuris conpetere vel habere. Insuper si quid iuris ad nos predictos pertinere videbatur, pure ac libere renunciamus ad voluntatem predicti conventus et ad utilitatem donantes ecclesie supradicte. Cuius rei testes sunt Conradus cellerarius, Richardus prior, Johannes dictus Crampe, Rodolphus plebanus in Werne, Henricus de Heringe sacerdotes, ecclesie predicte canonici; Johannes miles de Hovele, Everhardus et Godefridus fratres dicti de Hesne, Rutgerus de Galen, Richardus de Hesne, Henricus de Nutlon, Everhardus de Sodinge, Johannes de Hovele et Godescalcus de Hekensceyde et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo, in vigilia Epyphanie Domini. Ut autem presens scriptum inconvulsum permaneat, appensione sigilli nostri duximus roborandum.

Or. Kl. Kappenberg K 161. An Pgtstr. das Siegel Hermanns von Hövel (Westf. Siegel Taf. 196, 7). Regest Westf. UB. III 1461.

2254.

Graf Ludwig von Arnsberg verspricht den Soester Bürgern den von ihm und den Seinen ihnen in der Fehde zwischen ihm und den Burgleuten von Hovestadt zugefügten Schaden ersetzen zu wollen. 1292 (1293) Januar 21.

Nos Ludewicus comes de Arnesberg tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod nos honorandis viris[1]) videlicet universis burgensibus et opidanis Susatiensibus de omni dampno, quod ex parte nostra et nostrorum infra discordiam inter nos ex una parte et castrenses de Hovestat ex altera exortam eisdem burgensibus et opidanis fuerit illatum, quod quidem (evidenter) demonstrari poterit, restaurum integrum in amicicia vel in iure faciemus infra mensem proximum. Sedationem ac compositionem prefate discordie inter nos et dictos castrenses habite subsequentem et omnia premissa[2])

in manus Bodonis dicti Ghoten, Johannis dicti . . . thele et Johannis de Berghe, qui huiusmodi promissionem nomine burgensium et (opidanorum) predictorum receperunt, recognoscimus nos fide data firmius promisisse. (In premissorum) evidens testimonium sigilli nostri munimen presentibus est appensum. (Et nos Ever)hardus comes de Marka sigilli nostri appensione protestamur, (hec in nostra presen)tia fore facta. Presentes fuerunt: Anthonius de Schedinghen, W(escelus) de Ghalen, Engelbertus de Hereborne, Johannes Volenspit, Pulcianus, (Randolphus) Hake milites et Henricus notarius noster Hermannusque de Ne(hem. Datum) anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, ipso die Agnetis (virginis). Suprascriptum „viris“ approbamus. Datum ut supra.

1) Uebergeschrieben; vergleiche die Schlussbemerkung. 2) Gleichzeitig Abkürzungszeichen für „pre“ u. „pro“.

Or. Soest-Köln Nr. 15a. Der linke Rand der Urkunde durch Feuchtigkeit zerstört, die Siegel ab. Die eingeklammerten Stellen sind nach dem Druck bei Haeberlin, Anal. med. aev. S. 254 ergänzt. Nach Haeberlin hat sie Seibertz UB. I 440 unvollständig abgedruckt.

2255.

Die Rathmannen und die gesammte Bürgerschaft von Soest vereinbaren Bestimmungen über die Strafen, die diejenigen Insassen des Hospitals zum h. Geist erleiden, welche sich bestimmter Vergehen schuldig machen. 1292 Februar 20 (1293 Februar 11).

Nos consules et universi oppidani Susatienses universis ad quos presentes litterę perveniunt in perpetuum. Ex insinuatione quorundam Christi fidelium Deum ac iusticiam diligentium ad nos pervenit, quod disciplinae et bonae consuetudines olim in domo sancti Spiritus in oppido nostro statutae et temporibus prędecessorum nostrorum firmiter observatę ex vetustate temporis et negligentia provisorum dictae domus in tantum iam viluerint et ad talem statum devenerint, quod omnes fere in dicta domo degentes provisori suo per nos ad provisionem prędictae domus constituto nullam reverentiam exhibeant, sed ad ęternae dampnationis suae interitum actionibus illicitis intendentes, quod suae voluntatis est, faciant et dimittant. Nos igitur habito super eo discretiorum nostrorum consilio statuimus et ordinavimus et ratum habere volumus, quod omnes personae, sive fratres sint sive sorores, in dicta domo prebendulas possidere cupientes pro excessibus suis corporalibus disciplinis et emendationibus subiaceant infrascriptis: Maxime cum dignum sit ac Deo placitum, quod persona stipendiis et elemosinis pauperum sustentari seu refocillari desiderans obedienter vivat et disciplinate correctioni et emendationi subiaceat, provisori suo reverentiam exhibeat et pro excessibus suis poenam patiatur competentem; statuimus igitur et ratum habere volumus, quod quandocunque fratres et sorores dictae domus per suum provisorem, quicunque pro tempore fuerit, ipsis per nos constitutum[1]) ad capitolium vocati fuerint ad habendum tractatum pro utilitate domus et honestate, quod illic unanimiter convenient et nullus sine licentia dicti provisoris quidquam loquatur. Quicunque vero vocatus extunc non venerit aut, si venerit, verba forte minus utilia loquendo protulerit aut sine licentia provisoris quidquam dixerit, proxima die sequenti prebendula sua carebit et per primam sextam feriam in pane et aqua poenitebit. Item statuimus, quod quęcunque persona secretos tractatus dicti capituli extra fratres et sorores predictae domus denudaverit, tribus diebus in refectorio sedebit, panem et aquam in terra comedet eiusmodi pro excessu. Item statuimus, quod si quis in refectorio ad mensam sedens cum aliis fratribus et sororibus silentium debitum non servaverit, tribus diebus panem et aquam in terra comedens emendabit. Pręterea quaecunque persona facta commestione ultra ius et consuetudinem domus panem extra refectorium alias detulerit, per octo dies in terra sedens in refectorio in pane et aqua penitebit. Item statuimus, quod si aliquis confratri vel consorori conviciis aut verbis probrosis insultaverit vel forte mendacium inponens dicendo mentita[2]) seu etiam maledictionem in ipsum promulgans vel parentes ipsius criminose vituperans vel in hiis vel in aliis criminalibus consimilibus honori suo detraxerit, per duas septimanas sedens in terra

134*

in refectorio panem et aquam commedens excessum huiusmodi sic emendabit. Item statuimus, quod si aliquis in dicta domo degentium fratri vel sorori manus injecerit temere violentas trudendo ipsum vel percussiendo quoquomodo vel ledendo, per quatuor septimanas sedens in terra in refectorio in pane et aqua penitebit. Item quicunque de confratre vel consorore dicte domus spreta iuridicione sui provisoris ad alienum iudicium vel ad amicos suos extra dictam domum manentes querimoniam detulerit, per tres septimanas in refectorio sedens in terra panem et aquam commedens emendabit. Item observari precipimus firmiter, quod de sexu muliebri binę et binę cum licentia provisoris a domo simul exeant et simul revertantur et provisori suo, quo velint ire, notum faciant; contrarium vero facientes per duas septimanas in terra sedentes panem et aquam comedent et sic excessus tales emendabunt. Item precipimus breviter, quod nullus sine licentia provisoris domum exeat vel aliqualiter extra ipsam domum per noctem aliquam permaneat; contrarium facientes ad emendam iam proximo supradictam tenebuntur. Preterea quecunque persona hospitem absque licentia provisoris invitaverit, sive de nocte sit sive de die, et ipsum secum in dicta domo tenuerit, per quatuor dies in pane et aqua penitebit. Item quicunque frater vel soror communes tabernas vini vel cervisię frequentare voluerit et super eo vero testimonio convictus fuerit, per octo dies in pane et aqua in refectorio sedens in terra excessum huiusmodi emendabit. Item precipimus et volumus, quod unusquisque de fratribus et sororibus predictis vestibus dictae domui competentibus adeo dęcenter se vestiat et indumentis et precipue muliebris sexus velaminibus et aliis ad ipsas pertinentibus, ne dictae domui exinde scandalum generetur et aliis hominibus malum fiat in exemplum. Item quandocunque supradictus provisor personam aliquam ad aliquod officium domus ordinare dignum duxerit, dicta persona de illo se intromittere nequaquam recusabit; quodsi contrarium fecerit, prebendula sua sibi denegabitur, quousque dictum officium gratanter suscipiat et faciat in eo voluntatem sui provisoris. Preterea si, quod absit, aliqua persona fratrum aut sororum predictorum de forefacto[3]) criminali sicut de furto, fornicatione vel incontinentia incusata fuerit et convicta, dicta persona pro huiusmodi infamia per annum continue sequentem in refectorio sedens in terra comedet et bis in ebdomada, quarta scilicet et sexta feria, in pane et aqua penitebit et liminaria domus non exibit, nobis nihilominus reservato si per emendam huiusmodi gratiam possit adipisci. Item volumus, quod persona aliqua pro suis excessicus ad emendam recepta de dicta domo nequaquam exeat, nisi prius satisfactio et emenda sua totaliter sit adimpleta. Item si aliqua persona dictae domus incorrigibilis inventa fuerit nolens obedire provisori secundum articulos suprascriptos, sed magis in sua duritia et pertinacia perseverans, dictę personae ommino fructus prebendulae suae denegabuntur, quousque, quod sibi iniunctum est, faciat et his nostris statutis obediat et mandatis. In cuius rei testimonium presens scriptum oppidi nostri sigillo duximus roborandum. Acta sunt haec Alberto de Palsole iuniore et Herbordo dicto Make[4]) tunc existentibus magistris civium, item de consilio existentibus Ecberto de Foro, Winando dicto Wale, Regenbodone dicto Gothe, Ludberto de Bremis, Wulfflhardo Eppinc, Henrico Poledro, Wichmanno de Vlerike, Wichmanno de Herfordia, Johanne de Berghe, Wescelo dicto Herinc, Henrico dicto Bastenberg, Johanne de Ostinchusen, Wernero Rufo. Detmaro de Medebeke, Wasmodo Fullone, Reinero de Castro, Ludewico de Sunhere iuniore, anno Domini M°.CC°. nonogesimo secundo, in die Cinerum. Sciendum tamen, quod quandocunque aliqua persona dictae domus super aliquo excessu pręlibato incusata fuerit et convicta, si se cum reverencia et humilitate ad emendam exhibuerit, extunc provisor dicte domus cum aliis sex viris sibi a consilio adaptatis emendam huiusmodi poterit moderare. Datum ut supra.

[1]) *Abschr.* „constitutus". [2]) *Abschr.* „mentiris". [3]) *Abschr.* „feref.". [4]) *Die Namen der Bürgermeister stimmen nicht mit denen der Urk. Nr. 2259, sind aber dieselben wie Nr. 2246.*

Copie auf Papier vom 13. Januar 1570 im Stdt.-A. Soest XXVIII 265 nach dem Original, das „bei den junfferen im . . Hohen Hospital zu erfinden . .". Gedr. nach einer Abschrift Rademachers bei Seibertz UB. I 441.

2256.

Der Pfarrer Macharius in Dorsten erneuert die Schenkung einer vom Erbzins befreiten Wortstatt bei dem Wedemhof in Dorsten und eines von ihm darauf erbauten Hauses an die Kirche in Xanten zu seinem Seelgedächtniss. 1292 (1293) Februar 15.

Universis presens scriptum visuris Macharius sacerdos, plebanus ecclesie de Dorsten, cognoscere veritatem. Quoniam ea que aguntur in tempore, ne simul cum tempore elabantur, solent scripturarum testimoniis posterorum memoriis commendari. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod, cum ego erga Deboldum filium Hermanni ante Portam opidanum in Dorsten et eius heredes aream quandam sitam in Dorsten contiguam doti ecclesie de Dorsten comparassem et eam a prestacione census hereditarii ad cuius solucionem annuatim ipsa tenebatur per meam pecuniam immunem et liberam reddidissem et in eadem domum meis sumptibus edificassem et ipsam iamdudum quiete et pacifice possedissem, tandem saluti anime mee prospicere cupiens, memor eciam beneficiorum mihi a Xanctensi ecclesia prestitorum, predictam aream cum sua domo . . capitulo et ecclesie Xanctensi predicte contuli et donavi donacione inter vivos facta. Quam donacionem per presentes innovo, omne ius quod mihi in predictis area et domo competebat vel competere poterat in predictos . . capitulum et ecclesiam Xanctensem libere transferendo, ut ex hoc apud eosdem memoria mea cum benedictionibus perhennetur. Ceterum quia propter vicinitatem qua predicte area et dos ecclesie sibi invicem coniunguntur necesse videtur, ut altera per alteram viam habeat, de consensu ecclesie Xanctensis ad quam predicta ecclesia de Dorsten spectare dinoscitur sic ordinavi, ut supradicta domus per aream dotis predicte ecclesie libere viam habeat et ipsa dos consimili libertate vie per aream sepedicte domus pacifice potiatur, ut ex hoc commodius utriusque utilitati communiter provideatur. In cuius rei testimonium ecclesie Xanctensis supradicte et opidi de Dorsten sigilla una cum meo apponi presentibus procuravi. Nos autem . . capitulum Xanctense et opidani de Dorsten sigilla nostra presentibus appendisse profitemur ad maiorem premissorum certitudinem et firmitatem. Actum anno Domini M.CC. nonagesimo secundo, dominica Invocavit.

Or. des Stifts Xanten im Pfarrarchiv daselbst Nr. 161. An Pgtstr., welche vom unteren Rand des Pergaments abgeschnitten sind, die Siegel 1) des Kapitels von Xanten, 2) der Stadt Dorsten (Westf. Siegel Taf. 70, 4), 3) des Pfarrers Macharius (spitzoval, unter gothischem Baldachin der Heilige stehend mit Palmzweig; Umschrift: S. Macharii plebani de Dursten). *Gedr. Westf. Ztschr. XXIII S. 68.*

2257.

Der Pfarrer Gottfried in Oedingen und Conrad von Cobbenrode bekunden, dass der Abt Lutbert von Grafschaft seinen Hof in Glintfeld dem Medebacher Bürger Rudolf auf 12 Jahre verpachtet hat; für den Fall, dass das Kl. Küstelberg dahin verlegt wird, soll der Pächter entschädigt werden. 1292 (1293) Februar 22.

Nos Godefridus pastor parrochialis ecclesie in Odynge et Conradus de Cobbenrode tenore presentium protestamur, venerabilem virum dominum Lutbertum, abbatem monasterii in Graschaph, curtim suam in Glyntfelde cum tribus mansis attinentibus Rudolfo et Mergardi sue legitime, oppidanis in Medebike, ad terminum duodecim annorum exnunc instantium porrexisse tenendam ac colendam sine qualibet sui diminutione, et hoc sub villicatione annua et consueta, videlicet duodecim modiorum pise ac novem solidorum denariorum, qui legales fuerint Medebike, et ut duabus vicibus quovis anno, semel in estate et semel in hyeme, dominum suum abbatem predictum hospitari teneantur cum sexdecim caballis, cum hoc exegerit ab eisdem, nisi in sua possint amicicia huiusmodi hospitia prevenire. Si vero casus talis se obtulerit, quod sanctimoniales de Custelberg in Glyntfelde supradicto eligant seu decernant

monasterium seu officinas aliquas edificare ad commanendum ibidem et abbas supradictus curtim suam predictam et eius appendicia porrigere decreverit eisdem, tunc tenebitur prenotatis Rudolfo et Mergardi seu eorum heredibus secundum estimationem possibilem refundere, quicquid ab eis in utilitatem sepedicte curtis notorie expositum fore constat. Ad hoc nos obligantes per presentes unico sigillo communitas, quod si premissorum quippiam infregerit Rudolfus et Mergardis sepedicti moniti respondere tenebimur de neglecto. Testes huius rei sunt: Conradus thesaurarius, Godefridus cellerarius, Hermannus et Reynherus sacerdotes ac professi in Graschaph et alii quam plures ad hoc in testimonium convocati. Datum in Cathedra beati Petri apostoli, anno Domini M°.CC°.XC°. secundo.

Or. Kl. Glintfeld Nr. 13. Siegel von Pgtstr. ab.

2258.

Bruder Tercius Procurator des Johanniter-Ordens nimmt das Kl. Glintfeld in die Gemeinschaft der guten Werke auf. Nach (1292) 1293 Februar 22.

Nos frater Tercius sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani procurator passagii terre sancte. Recepimus prepositum in Glintvelt cum suo conventu et familia in fraternitatem nostri ordinis, dantes eis plenam participacionem omnium bonorum operum, que fiunt et fient in XXII milibus claustris nostris tam ultra mare, quam citra, adicientes etiam auctoritate apostolica, ut si ipsos sub interdicto mori contigerit, liceat eos ecclesiastica sepultura tumulari.

Or. Kl. Glintfeld Nr. 15. An Pgtstr. Siegel des Bruders Tertius (spitzoval, Johannes Baptista im härenen Gewand stehend mit dem Gotteslamm in der Linken, Umschrift: S. fratris Tercii . . . . ore . . . bis).

2259.

Bürgermeister und Rath von Soest erlassen eine Ordnung für das Hospital zum h. Geist daselbst. (1292 Februar 26) 1293 Februar 25.

Nos Gerlacus de Lake et Bruno de Bogge, magistri consulum in Susato et totum consilium eiusdem oppidi universis ad quos presentes littere pervenerint notum esse cupimus, quod nos utilitatem et emendationem domus hosspitalis in oppido nostro in honore sancti Spiritus dedicate et pauperum in dicta domo commoranciun ex intimo cordis affectu desiderantes et qualiter dicta domus subsistere valeat, inter nos tractatum sollicite facientes inter cetera ordinavimus et perpetuis temporibus in predicta domo observari decrevimus, quod quicunque ad provisionem dicte domus per nos vel per successores nostros pro tempore ordinatus fuerit, annonam ad sumptus annuales ipsi domui conpetentes duabus personis ad receptionem et conservationem dicte annone constitutis amministret temporibus subnotatis in granarium dicte domus reponendam. Speramus enim, quod annona huiusmodi habita Dominus ipsis ad cetera necessaria facilius debeat prossperari. Statuimus ergo, quod quolibet anno in festo beati Martini hyemalis dictus provisor, qui pro tempore fuerit, dictis duabus personis ad receptionem et conservationem dicte annone ordinatis septem maltos tritici, unde panem triticeum habere valeant, amministret et assignet; item in festo ad Cathedram beati Petri apostoli sedecim maltos siliginis, in festo vero Pasche decem et octo maltos bracii cum annona estivali ad fructificationem agrorum, qui ex dicta domo coluntur pertinente. Et annona huiusmodi recepta a dicto provisore ante novas messes et diem beati Mychaelis continue subsequentem nullam annonam aliam requirere poterunt aut debebunt, quia taxatum et examinatum est, quod infra dictum terminum sustentari poterunt per premissa. Sed supradictus provisor, cum alia annona, si qua residua fuerit, utilitatem eiusdem domus faciet et quecunque ad emendationem ipsius sibi competere videbuntur. Preterea ratum teneri volumus et inconvulsum, quod si provisor dicte domus, qui pro tempore fuerit, in erogatione et amministratione huius-

modi annone temporibus suprascriptis forte neggliens aut remissus exstiterit, quod extunc due persone predicte ad receptionem et conservationem dicte annone deputate dictum provisorem monebunt et ammonitionibus nequaquam cessabunt, quousque dicta annona ipsis integraliter assignetur et in granario dicte domus recondatur; et pro huiusmodi monitionibus dicte persone odium sui provisoris nequaquam incurrent aut aliqualiter ab ipso exinde debebunt inpeti vel gravari. In testimonium igitur premissorum sigillum oppidi nostri presentibus duximus apponendum. Huius ordinationis tempore de consilio fuerunt magistri consulum prenotati; item Th(eodericus) monetarius, Conradus Swelinc, Henricus Poledrus, Gobelinus de Kywe, Johannes de Berghe, Ludbertus de Bremis, Wescelus Herinc, Henricus de Heringhen, Wichmannus de Hervordia, Johannes, Henemannus de Ostinchusen, Dethmarus de Medebeke, Wichmannus de Vlerike, Gerwinus de Lůnen iunior, Wasmodus Fullo, Hermannus de Ferrea Manu, Wichmannus de Thůnne, Menekinus de Rinhere et alii quamplures tunc consilio presidentes. Datum in crastino beati Mathie apostoli. Anno Domini M°.CC°. nonogesimo secundo.

Or. Stdt.-A. Soest, Hohes Hospital. Siegel abgefallen. Gedr. Seibertz UB. I Nr. 442.

2260.

Heinrich der Sohn des † Burgmanns Udo von Arnsberg lässt sich vom Kl. Himmelpforten seine Ansprüche auf zwei Hufen in Ostönnen abkaufen. Lippstadt 1292 März 9 (1293 März 1).

Noverint universi et singuli, ad quos presentes littere pervenerint, quod ego Henricus filius Udonis militis castellani quondam in Arnesberg, bona deliberatione prehabita occasione octo marcarum, quas[1]) abbatissa et conventus monasterii in Hymelporten michi dedit, necnon et pietatis instinctu omni iuri, quod michi hactenus competere videbatur in bonis, scilicet duobus mansis situatis in villa, que vocatur Hostunen, quos quondam Wihardus miles dictus de Ense prefato monasterio vendiderat, renuntiavi et renuntio ad manus, usum et ad utilitatem prefatorum abbatisse et conventus monasterii antedicti libere et absolute, promittens bona fide, quod exnunc sepefatum monasterium seu aliquem de personis eiusdem ratione bonorum predictorum de cetero non inquietabo. In cuius facti evidentiam firmiorem ego antedictus Henricus procuravi presentem paginam sigillis dominorum meorum, videlicet venerabilis domini Ottonis Paderburnensis episcopi ac nobilis viri Symonis domini Lippensis sigillisque prepositi ac oppidanorum Lippensium communiri. Acta sunt hec iuxta muros Lippenses presentibus preposito Lippensi, Everhardo[2]) et Theoderico capellanis ibidem, Lippoldo milite dicto de Etlen, Lubberto de Aventstrot, Reynfrido de Ervete, Themone de Scorlemar, Florentio de Werven, Hermanno Wambostickere, Alberto filio eiusdem, Hermanno Bodekinc, oppidanis Lippensibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo secundo, in dominica qua cantatur Oculi mei.

[1]) *Or.* „quos“ [2]) *Or.* „Everhado“.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 44. An Pgtstr. die Siegel 1) Bischof Ottos von Paderborn mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 49, 6 u. 61, 16), beschädigt, 2) desgleichen Simons zur Lippe (Lipp. Reg. I Taf. 18), 3) des Propstes Johann von Lippstadt (spitzoval, unter gothischem Baldachin die Gottesmutter mit dem Christuskind, darunter im Kleeblattbogen der betende Siegler), 4) der Stadt Lippstadt mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 68, 6 u. 74, 7). Regest Westf. UB. IV 2237. Fehlt bei Preuss u. Falkmann.

2261.

Die Thesaurarin des Kl. Soest-Walburgis giebt dem Wächter der Elverichsporte *einen zwischen dieser und der* Grantwechporte *gelegenen Garten in Erbpacht. 1292 März 17 (1293 März 9).*

Nos Hermannus prepositus monasterii sancte Walburgis prope Susatum universis presens scriptum visuris notum facimus, quod Gůda et Gerbrunis thesauraria monasterii nostri predicti ortum quendam

situm inter vallvas sive portas muri Susatiensis dictas Elverici et Grantwech Johanni vigili prefate[1]) porte Elverici et suis heredibus secundum ius et consuetudinem oppidi Susatiensis contulerunt et porrexerunt pro pensione quinque solidorum singulis annis solvenda perpetuo possidendum, cuius pensionis medietatem in festo Pasche, reliquam vero[2]) in festo beati Michahelis persolvere tenebuntur thesaurarie que pro tempore fuerit de orto memorato. Hoc eciam condictum est, quod si dictus Johannes aut sui heredes solutionem in aliquo terminorum[3]) predictorum faciendam distulerint ultra tres septimanas post terminum, quod extunc dicta thesauraria cum dicto orto faciendi, alienandi, locandi alteri liberam habebit facultatem. Testes sunt: Hermannus de Waldene, Arnoldus de Hoyngen, Thomas de Sassendorp, Thomas super Brinke et Johannes[4]) conversus monasterii nostri. In testimonium igitur omnium premissorum sigillum nostrum ad peticionem parcium presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo secundo, in crastino dominice qua cantatur Letare.

[1]) *B* „dicte". [2]) *B fügt* „medietatem" *ein.* [3]) *In B vor* „terminorum" *noch einmal* „dictorum". [4]) *B* „Johanne".

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 37 a in doppelter Ausfertigung (A und B) von derselben Hand geschrieben. An A an Pgtstr. noch ein Rest des Siegels des Propstes.

2262.

Bürgermeister und Rath von Soest legen die Streitigkeiten zwischen den zwei Beginenhäusern in der Schure, *vordem* thon Nutten *genannt, bei. 1293 April 10.*

Wy Bruno van Bogge und Gerhardt van der Lake borgermeister und gansse raidt der stat Soist eynem iderem, den disse breffe thokomen, heil unde tho vernemen de warheit. Wetten derwegen so woll de nakomelinge als de itzigen, nachdem twidracht unde manigerlie geschlechte van twyspelde twyschen den begynen in twen husseren in der Schure, wannerdages genompt thon Nutten, dergestalt in eynem huysse darneden gelegen up der becke und in dem oversten huysse wonende erwassen und manck densellven parten eyn tyt lanck geswevet verbleven; thom latesten ist de twidracht vormyddest vorsichtigen luden gedaelt und eyn vaste genommen dergestalt, dat de beginen des nyddersten huysses eyn vrien ganck hebben myt wagen und erer voert durch de porten und schure des oversten huysses, so vern dat se tho erer eigen schuren komen, in welcherer se ere wagen entledigen und, wanner se entlediget, widder durch de schure und porten des vorbenompten oversten huysses wedder ummetheen edder gaen sunder einige des vorg. huysses inwonners widdersage edder verweggeringe. Und tho dissen selven twen oversten porten myt eren thobehorigen tho betteren de vorscr. huysse so woll dat nydderste als dat overste tho gelicher unkost syn verstricket und tho den selfften eyn ider van den huyssen sall besunder slottel hebbn, up dat eyn ider der huysser hebbe einen inganck und uthgank nach synem behage unde willen. Nicht tho myn sall eyn ider updoer edder veroppener der porten verhoden unde balde verschaffen, dath nemande uth sodaner vergettunge eynige den parten schade erwasse. Mer de nyddersten porten behorich tho dem nyddersten huysse schall dat benompte nydderste huys sunder thodoen edder behulp des oversten huysses dan myt eygener unkost betteren. Vortmer tho erholdunge offt verbetterunge des puttes, eygenschafft der beyden huysseren, is gemeyne unde tho dem watergange, de durch geyt de schuren beyder huysse, sollen so woll dat overste als dat nydderste huys thor betterunge gelick unde de bekostunge sampt dragen. Forder twydracht und alle irdummes, wessen edder maten so woll van dem steynen gebug, dat de beginen des nyddersten huysses hebben gebuwet, und van allen anderen unenycheiden twyschen vorgeschreven parten erwassen, durch dusse vorgerorte sollen ewichlichen vergelichet und uthgetilget verblyven. Item och ist gesacht, offt hir nachmals eyniger van den partien gebugge in der gesachten schuren wolde buwen offt uprichten, dat mochte hie byllich doen, indem dat dede nach rechte unde wonheit unsers stat vorgeschreven. In welchs dinck getuchniss uff begerte beider parthie gegenwordige schryfft betrachteden wy edder vorstelten myt unser

stat segell tho befestigen. Tuge dusser vorg. dinge sint vorg. menne myt dissen nachbeschreven als: Gerdt van Attendaren, Diderich Munthemester, Gobbell van Derkyne[1]), Lubbert von Bremen, Henrich de Kefflyke, Johan van Collen, Wichmann van Hervorde, Henrich Poledrus, Gottschalck genompt Edelkint[2]), Cort genompt Swelinck, Gerwyn van Lunen de iunge, Verwer genompt de Ruwe, Henrich de Palzode, Henrich de Rynhere, Wichman de Thunen, Henrich Done, Johan van Berghe, Reyneke van der Borck, Dirick genompt Capelle, Heyneman van Oistinckhuyss und de gansse raidt tho Soist, forder Adam von Thodinckhuiss, Hyldeger genompt Gotte, Wessel genompt Herincke, Hermann van Berstrate und ander mer vorsichtige und loffwerdige menner. Datum feria sexta ante dominicam Misericordias Domini, anno eiusdem M°.CC°. nonagesimo tercio.

Johan van Gesike taffeldener der heren van Soist hefft gegenwerdie copie uth dem latine in dat duytsch transferert und verduyschet, und ist glick dem original ludende, dat ich durch myne hantschrifft bekenne.

[1]) *Statt* „van der Kyve". [2]) *Statt* „Edelkinc".

Abschr. Vorwercks in dessen Handschriften-Sammlung im Stdt.-A. Soest I 23 S. 149.

2263.

Die Brüder Wessel und Diriken von der Leithe (vgl. Nr. 2013 u. 2185) vergleichen sich mit dem Kl. Welver wegen einer Schuldforderung. Burg Horst a. d. Emscher 1293 Mai 5.

Nos Wescelus et Diriken fratres tenore presencium publice profitemur, nos ab abbatissa et conventu in Welvere viginti marcas quarum medietas fuit monete Tremonensis et altera medietas Susatiensis de consilio discretorum virorum Arnoldi Militis et Conradi de Herike opidanorum Tremoniensium, qui inter dictas abbatissam et conventum et nos modo arbitrorum[1]) seu compositorum amicabilium super exortis contra easdem materiarum questionibus statuerunt, taliter recepisse, quod, cum nos fratres predicti antedictis abbatisse et conventui viginti marcas predictas solverimus, quod tunc a die solutionis pecunie prenotate per dimidium annum integrum treugas a nobis et nostris habeant inviolabiles et securas; denariis vero predictis sub nobis sine prefixione alicuius termini sic habe[ntibus][2]) nullam ipsis inferemus iniuriam vel gravamen nec inpetere debemus quoquomodo. Quod nos servaturos promittimus modo predicto favorabiliter et amice, datis ipsis super hoc presentibus litteris nobilis viri domini Theoderici de Linborg et Rutgeri de Horst sigillorum munimine roboratis. Actum et datum in castro Horst super Emescharam anno Domini M°.C°C°. nonagesimo tercio, feria tercia ante Ascensionem Domini, presentibus: domino Th(eoderico) de Linborg predicto, Frederico fratre suo, fratre Everwino converso de Welvere, Symone de Horst, domino Gerardo plebano, Dethardo Clot, Hedenrico Ecdorp et aliis quam pluribus. Et nos Thidericus et Rutgerus predicti recognoscimus nos sigilla nostra presentibus apposuisse ad peticionem Wesceli et Dirikini fratrum predictorum. Datum ut supra.

[1]) *Die letzten vier Worte stehen auf Rasur.* [2]) *Loch im Pgt.*

Or. Kl. Welver Nr. 103. Die Schrift ist durch Feuchtigkeit stark verblasst. An Pgtstr. die Siegel Dietrichs von Limburg (Westf. Siegel Taf. 31, 4) und Rotgers von der Horst (ähnlich wie ebenda Taf. 184, 11).

2264.

Graf Ludwig von Arnsberg überträgt dem Kl. Scheda auf Veranlassung Stephans Torc und seines Sohnes Berthold eine Rente aus der Kirche in Bausenhagen. Hachen 1293 Mai 8.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Universis visuris praesentia nos Ludewicus comes de Arnssbergh salutem et expressam cognitionem veritatis. Dignum est et consentaneum rationi, ut facta hominum deducta utiliter et honeste, ne a veritate se deflectantur, per scripture seriem hominum memorie

commendentur. Noverint igitur tam praesentes quam posteritas successura, quod Stephanus miles dictus Torich ac Bertholdus filius eiusdem nobis supplicaverunt, quod decem solidos redituum qui ipsis in ecclesia Busenhagen in festo Michaelis persolvi hactenus consueverunt, quos dicti pater et filius de manu nostra iure homayi hactenus tenuerant, ecclesiae sanctę Dei genitricis Mariae sanctique Petri apostoli in Scheyde conferremus eo, quod dictus Stephanus sub iuste venditionis titulo pro novem marcis et sex solidis legalium denariorum eosdem decem sollidos in Warmundum praepositum et conventum dicti monasterii contulerit cum consensu suorum omnium coheredum, resignantes in manus nostras quicquid iuris successorii ratione dicti homayi habere poterant in eosdem nullo altero heredum suorum ratione dictorum decem solidorum nobis in aliquo obligato. Nos igitur ecclesiam praedictam sereno favore praesequentes et, ut idem fratres pro nobis et nostris successoribus sedulius invigelent, accedente adhoc dominae Perenitte uxoris nostrae, Frederici, Wilhelmi, Godefridi, Walrami et Johannis heredum nostrorum consensu voluntario et expresso. De consilio quoque castellanorum nostrorum Arnesbergh, Everssbergh et in Hagnen, sicut nomina tenent, proprietatem dicti mansi in eosdem praepositum et conventum pro sex marcis legalium denariorum transferimus et eisdem praesentis scripti testimonio condonamus perpetuo possidendam. Cuius rei testes sunt dominus Ludolphus prepositus in Ulinchusen, Johannes sacerdos canonicus ecclesiae Scheidensis dictus de Westwic, Hinricus notarius noster, Rutgerus gogravius noster in Afflen, Hermannus de Binole[1], Bernhardus Sagittarius et alii quam plures. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Hagnen anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, in crastino Ascentionis Domini nostri.

[1]) *Abschr.* „Bivole".

Abschr. s. XVI in Msc. VII 6116 fol. 28 v. u. 29. Gedr. Wigands Archiv VII 159 nach Msc. VI 13, 135.

2265.

König Adolf leistet dem Erzbischof Siegfried von Köln Ersatz für die bei seiner Wahl und Krönung gehabten Kosten. Boppard 1293 Mai 28.

. . . De curtibus vero Westhoven, Brakele et Elmenhorst sic est actum, quod si idem archiepiscopus docere poterit se ius in ipsis habere, hoc sibi libere dimittemus.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 550. Gedr. Lacomblet UB. II 937.

2266.

Der Domdechant Wigbold und die Kölner Kanoniker Hermann von Rennenberg und Magister Ernst von Rennenberg entscheiden den Streit zwischen dem Dompropst Konrad und dem Propst Pilgrim von Mariengraden in Köln wegen der beiderseitigen Rechte an den Pfarrkirchen im Dechanat Dortmund. 1293 Juli 31.

Universis presentes litteras visuris et audituris Wicboldus Dei gratia decanus et archidyaconus, Hermannus de Rennenberg et magister Ernestus de Rennenberg, canonici ecclesie Coloniensis, salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod cum inter venerabilem virum dominum Conradum prepositum et archidyaconum predicte Coloniensis ecclesie ex una parte et discretum virum Peregrimum decanum ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis ex altera exorta fuisset materia questionis super institutionibus, destitutionibus ecclesiarum in oppido Tremoniensi et decanatu eiusdem consistentium, necnon excessuum correctionibus in clero et populo, iuridicione et hiis similibus infra terminum et districtum dicti decanatus Tremoniensis, que omnia dictus prepositus et archidyaconus ratione sui archidyaconatus ad se spectare dicebat, dicto decano contrarium asserente, immo ad se omnia premissa et singula pertinere pleno iure dicente de consuetudine prescripta a tempore cuius memoria non exstabat, et quod ipse decanus et sui antecessores a tempore, quo sanctus Anno dictam ecclesiam sancte Marie ad Gradus fundavit,

sint et fuerint in possessione iuris vel quasi instituendi et exercendi premissa et hiis similia infra limites decanatus Tremoniensis predicti. Tandem dicte partes de consensu suorum capitulorum paci et concordie intendentes super premissis, in nos tamquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores communiter et concorditer compromiserunt et tenore presentium compromittunt, promittentes fide prestita corporali sollempni stipulatione interposita, se ratum habituras et gratum, quicquid super premissis per viam iuris seu amicabilis compositionis, iuris ordine servato vel non servato, partibus presentibus vel absentibus, in scriptis vel sine scriptis, communiter ordinandum duceremus, declarandum, statuendum seu pronunciandum. Nos recepto in nos huiusmodi compromisso, accedente ad hoc auctoritate et consensu reverendi patris et domini nostri Sifridi Coloniensis archiepiscopi, auditis que partes hincinde proponere voluerunt, inquisita et comperta a fidedignis diligenter veritate de premissis, secundum ea que vidimus et audivimus arbitrando pronunciamus et pronunciando declaramus, ex consuetudine antiqua approbata et hactenus pacifice observata institutiones et destitutiones ecclesiarum oppidi et decanatus Tremoniensis et alia singula premissa ad decanum ecclesie sancte Marie ad Gradus predicte, qui fuit et qui nunc est et qui pro tempore fuerit et in perpetuum pertinere et pertinere debere, eo excepto, quod dictus prepositus et archidyaconus et sui successores de cetero in perpetuum habebunt ius instituendi rectores in sex ecclesiis dicti decanatus, videlicet in Ryclinchusen, in Parva Tremonia, Unna, Kamene, Metlaria et Curlaria cum filiabus dicte ecclesie in Ryclinchusen, cum eas vacare contigerit et destituendi eodem, de causis huiusmodi vacantium ecclesiarum cognoscendi, et fructus lite pendente recipiendi et colligendi; item quod prepositus et archidyaconus Coloniensis, qui pro tempore fuerit, in sui prima creatione habebit introitum in dictis sex ecclesiis ac in ecclesia sancti Reynoldi Tremoniensis, et quod decanus dicte ecclesie sancte Marie ad Gradus pro tempore existens pro omnibus aliis ecclesiis dicti decanatus pro introitu ipsius archidyaconi serviet eidem in prima sui creatione, ut dictum est, duas marcas Tremonienses, et cetera omnia que premissa sunt in oppido et decanatu Tremoniensi ad ipsum decanum et suos successores de cetero libere pertinebunt. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis sigilla reverendi patris et domini Sifridi Coloniensis archiepiscopi, . . prepositi et archidyaconi ac capituli Coloniensis, . . decani et capituli ecclesie sancte Marie ad Gradus predictorum una cum sigillis nostris presentibus sunt appensa. Et nos prepositus et archidyaconus ac capitulum Coloniense ex una parte, et nos decanus et capitulum ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis ex altera omnia et singula premissa vera esse recognoscentes, obligando et promittendo per fidem corporaliter prestitam hincinde expresse omni actioni et questioni de cetero contra huiusmodi arbitrium, ordinationem et declarationem movende, exceptionibus, defensionibus quibuscumque expresse, beneficio restitutionis in integrum, privilegiis impetratis vel impetrandis et quolibet iuris auxilio, per que vel per quod una partium ex nobis contra alteram posset venire in premissis vel aliquo eorundem, renunciamus. Et nos Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, premissis omnibus et singulis auctoritatem nostram et consensum adhibentes sigillum nostrum in robur et testimonium apponi fecimus huic scripto. Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, in vigilia beati Petri ad Vincula.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Mariengraden 31. Die mit Seidenfäden angehängten 8 Siegel sind sämtlich mehr oder weniger stark beschädigt. Gedr. Lacomblet UB. II 942 und Würdtwein, Nova Subsidia IV 70. Reg. Rübel, Dortmunder UB. I 235.

2266a.

König Adolf erlaubt den Dortmundern Bier mit „Grus" *(Gruet) zu brauen. Bonn 1293 August 22.*

Adolfus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris . . sculteto, . . scabinis, . . consulibus et civibus Tremoniensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Regalis

excellencie munificencia, quod suum est, exequitur cum devotorum devotis supplicationibus favorabiliter condescendit. Hinc est, quod vestris precibus pronis animis annuentes vobis de benignitate regia libenter concedimus et liberaliter indulgemus, ut cervisiam passim in opido nostro Tremoniensi cum fermento, quod *grus*[1]) vulgariter appellatur, braxare licite valeatis, presentibus ad nostrum dumtaxat beneplacitum duraturis. Datum Bunne XI Kal. Septembris, indictione sexta, anno Domini M°CC° nonagesimo tercio, regni nostri anno secundo.

[1]) *Ueber dem „u" ein Haken.*

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 59. An Pgtstr. anhängend das Majestätssiegel, wenig beschädigt. Gedr. Rübel, Dortmunder UB. I, 236.

2267.

Wessel von Holthausen verkauft dem Kl. Sterkrade seine Güter in Batenbrock im Kirchspiel Bottrop. Polsum 1293 September 17.

Universis presentia visuris seu audituris nos Wescelus de Holthusen[1]), Aleydis uxor nostra, Leonius, Wescelus, Th(eodericus), Gerhardus et Arnoldus nostri filii cupimus esse notum publice protestantes, quod nos et omnes nostri heredes, quocumque nominantur nomine, vendidimus conventui et sanctimonialibus in Starkerode bona nostra dicta Batenbroke cum hominibus ad eadem bona spectantibus necnon cum universis dictorum bonorum iuribus et attinentiis videlicet cespite, fronde, aquis, pratis, pascuis, nemoribus, agris cultis et incultis hereditarie et perpetue tamquam bona propria et libera possidenda. Preterea antedicta bona cum hominibus vendentes supraportavimus eidem conventui et dictis sanctimonialibus coram libera sede in Polshem in presentia Hugonis de Ryngelinctorp famuli liberi comitis, presentibus scabinis liberis scilicet Conrado de Lindenhorst, Rotgero de Marler et Rotgero de Polshem ac aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium nos Wescelus de Holthusen[1]) presentibus litteris nostrum sigillum pro nobis ac universis heredibus nostris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo CC^mo^. nonagesimo tercio, in die beati Lamberti.

[1]) *Auf Rasur.*

Or. Kl. Sterkrade im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das stark beschädigte Siegel Wessels von Holthausen (Ring im Schild überhöht von einem Turnierkragen, Westf. Siegel Taf. 263, 13); Rückschrift: Hand des XV. Jhs. „item van Batenbroke in parrochia Bortorp".

2268.

Gerhard gen. Broyelant verkauft dem Kl. Himmelpforten eine Wortstätte in Westönnen nebst 9 Morgen Land. 1293 September 25.

Ego Gerhardus dictus Broyelant universis presentes litteras percepturis notum esse cupio, quod ego cum consensu et bona voluntate domini Boymundi sacerdotis fratris mei necnon omnium heredum et coheredum meorum approbatione et voluntate accedente plenius, aream quandam sitam in villa Westthůnen cum novem iugeribus agrorum ad dictam aream pertinencium domine Yde abbatisse et conventui sanctimonialium ad Portam Celi in contractu venditionis rite et rationabiliter assignavi, recedens ab omni iure, quod michi et heredibus meis in dicta area et agris competebat seu in posterum quoquo modo competere videretur, statuens etiam dicte domine . . abbatisse et conventui ad Portam Celi supradicto ad habundantem cautelam amicos meos ad annum et diem, videlicet dominum Boymundum sacerdotem fratrem meum predictum et Hermannum dictum de Bůren oppidanum Sůsaciensem fideiussores, qui pro me fideiusserunt insolidum, quod de dictis area et agris ipsis debitam et condignam ad annum et diem, sicut premissum est, faciam warandiam. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Godefridi decani Sůsaciensis apponi presentibus inpetravi. Et nos . . decanus Sůsaciensis pre-

dictus ad petitionem partium utrobique presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Testes huius rei sunt: dominus Godefridus decanus Susaciensis supradictus[1]), Hermannus Pil canonicus Susaciensis, item Arnoldus dictus Bibeze, Godefridus de Molandino, Gobelinus de Kywe, Albertus dictus Rebbere, Arthurus de Eversberghe et alii quam plures viri ac fidedigni. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, feria sexta ante festum beati Mychaelis archangeli.

[1]) *Es folgt ausradiertes* „dominus".

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 45. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Decans Gottfried (s. oben 2204).

2269.

Urkundliche Notiz über die Verlegung des Nonnenklosters aus Hamm nach Kentrup und die Grundsteinlegung für die Klostergebäude in Gegenwart des Grafen Everhard von der Mark. 1293 September 26.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Sciant tam presentes quam futuri, quod nobilissimus comes[1]) dominus Everhardus de Marca et ingenua uxor eius domina Irmegardis comitissa una cum liberis eorundem[2]) ob remedium animarum suarum ac[3]) omnium progenitorum suorum atque in reconpensationem ecclesie Hammonensis atque aree sive mansionis, que iure donationis a prefati comitis parentibus debebatur sanctmonialibus quondam in oppido Hammonensi commorantibus, ecclesiam et dormitorium suis sumptibus construi fecit in area et possessione devote ac religiose vidue domine Herradis, addens eisdem prefatis sanctimonialibus ac omnibus eis succedentibus curtim que vulgo dicitur Keynttorp et omnes agros, prata[4]), piscaturam in ripa que vocatur Orsna ad ipsam curtim pertinentes post mortem prefate vidue Herradis, ipsa consentiente ac Domino benedicente super hiis et laudante cum consensu omnium qui aliquid iuris in eisdem bonis post mortem predicte vidue habere videbantur.[5]) Acta sunt hec et erecta atque fundata huius claustri edificia presente nobili comite Everhardo et comitissa domina Irmegarde[6]) cum filiis et filiabus suis ac magna multitudine tam militum quam civitatensium atque innumerabile multitudine utriusque sexus anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, sexto Kalendas Octobris, regnante et monarchiam tam in celo quam in terra tenente Jesu Christo filio Dei, Romana sede presidente sanctissimo papa[7]) Nicolao (!) quarto[8]) ac inclito rege Rodolpho (!) Romanum imperium moderante, ecclesiam vero Coloniensem regente domino Sifrido archiepiscopo, cuius auctoritate et consensu[9]) presens ecclesia est dedicata et consecrata a venerabili patre domino Hermanno[10]) Sambiensi episcopo tunc vicem gerente in pontificalibus domini Coloniensis archiepiscopi anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, tertio Kalendas Novembris.

[1]) *Fehlt in A.* [2]) *B* „eorum". [3]) *B* „et". [4]) *A* „preter". [5]) *Der Satz von* „ipsa consentiente" *bis* „videbuntur" *fehlt in B.* [6]) *A* „Irmegardis". [7]) *Die Stelle* „regnante" *bis* „papa" *fehlt in B.* [8]) *B* „pontifice maximo". [9]) *Fehlt in B.* [10]) *Verschrieben statt* „Christiano" (?).

Abschr. A von Kindlingers Hand in Msc. VII, 6216 b S. 74 und aus der zweiten Hälfte des XVI. Jhs. im St.-A. Düsseldorf, Altenberg Akten 11 und B im herzogl. Braunschweigischen Hauptlandesarchiv in Wolfenbüttel, Overham's Collectaneen S. 346 (vgl. Msc. VII 227 Bl. 40). In dieser Abschrift ist die weitere Schlussnotiz angefügt, die auch in A in weitläufiger Ausdrucksweise aber in schlechteren Ueberlieferung vorhanden ist: Indulgentie MCCCCLXXX dierum sunt in festis Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, in quatuor festis beate Marie virginis, Johannis Baptiste, Petri, Pauli et aliorum apostolorum, Laurentii martyris, Nicolai, Benedicti, Bernardi et Omnium Sanctorum, Dedicationis festo et per octavam date a XXXVII episcopis, approbate a domino Sifrido archiepiscopo Coloniensi eodem anno quo ecclesia in Kentorp dedicata est. Anno sequenti MCCXCVI in[1]) dominica in passione Domini qua cantatur Judica[1]) ingresse sunt moniales ex monasterio Hammonensi in novem cenobium Kentorp sub venerabili domina Margaretha de Herborne tunc abbatissa et fratre Henrico quondam camerario

Veteris Montis. — *Eine in manchen Stücken bessere Ueberlieferung dieses Passus bietet die oben angeführte Düsseldorfer Ueberlieferung:* Est autem annalis dedicatio translata a prefato archiepiscopo in dominicam tertiam proximam post dominicam Resurrectionis. Inveniuntur autem in omnibus solennitatibus videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, in quatuor solennitatibus beate Marie, Johannis Baptiste, Petri et Pauli aliorumque apostolorum, Laurentii, Martini, Nicolai, Benedicti et Bernardi et Omnium Sanctorum, Dedicationis et anniversariis eiusdem diei et per octavas omnium et singularum festivitatum predictarum a triginta sex episcopis a quolibet episcoporum 40 dies iniuncte penitentie, qui sunt in numero 1440 dies preter participationem omnium bonorum, que fiunt in presenti ecclesia atque in ordine Cisterciensi tam vivis quam defunctis ab omnibus vere penitentibus et confessis et ad presens monasterium sive suam structuram vel fabricam, luminaria, ornamenta vel aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantibus vel aliquid suarum legaverint facultatum. Hec indulgentia sive gratia a prefatis pontificibus in curia data secundum consuetudinem Romanae ecclesie a domino Sifrigido (!) Coloniensi archiepiscopo examinata approbatur et confirmata est eodem consecrationis istius templi anno sub domina Metima (!) abbatissa dicta de Herborne ac fratre Hinrico Veteris Montis abbate[2]) in his fideliter laboranti, cui Dominus conferat vitam et gloriam sempiternam; amen. Anno Domini 1296 dominica in Passione Domini qua cantatur Iudica conventus novum claustrum ad exequendum divine laudis debitum feliciter est ingressus.

[1]) *So nach der Wolfenbüttler Tradition.* [2]) *Ist Abt seit 1289, vgl. Berg. Ztschr. 29, 180.*

2270.

Christine von Soest schenkt dem Kl. Rumbeck ihre Ländereien beim Hof Osthof, wofür sie auf Lebenszeit eine Fruchtrente aus dem genannten Hof bezieht. 1293 October 14.

Omnibus ad quos presentes littere pervenerint, nos . . prepositus, . . priorissa totusque conventus monasterii in Rumbeke[1]) notum facimus publice protestantes, quod cum Cristina de Sosato mulier, pio circa nos et monasterium nostrum ducta affectu et pro salute anime sue et parentum suorum provide cogitans, agros quosdam apud curtim nostram Osthof sitos, quos suis denariis comparavit, nostro monasterio contulisset et libere nobis resignasset et assignasset eosdem, nos ipsius piam huiusmodi elemosinam in Domino commendantes annuam pensionem videlicet sex modios siliginis et ordei Sosaciensis mensure eidem Cristine, quoad vixerit, reconcedendam duximus et concedimus in hiis scriptis. Quam pensionem villicus noster, qui pro tempore fuerit, in curte nostra Osthof memorata, singulis annis in opido Sosaciensi in die beati Petri ad Cathedram eidem Cristine vel alii, quem ipsa ad hoc statuerit, expedite sine expensis eiusdem presentabit, spondentes preterea, quod si villicus noster solutionem pensionis predicte tardaverit seu non fecerit expeditam, nos et monasterium nostrum omnem defectum et omne dampnum, quod dicta C(ristina) ex hoc sustinuerit, tenebimur restaurare. Dicta quoque Cristina viam universe carnis ingressa dicta pensio ad nostrum monasterium libere revertetur et solute, et agetur memoria ipsius et parentum suorum apud nos, sicut memorie fratrum et sororum nostrarum agi solent. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris exstat roboratum. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, ipso die Calixti pape. Presentes erant: Goswinus vicarius ecclesie Sosaciensis sacerdos, magister Johannes Pilegrimi, Otto de Ludelschede, Johannes Parvus et Lambertus de Esterich clerici, Gotscalcus de Suderlant laicus et alii quam plures.

[1]) *Or.* „Rumbebe".

Or. Kl. Rumbeck Nr. 37 a. An Pgtstr. noch Reste des Siegels des Propstes und das des Conventes von Rumbeck (Westf. Siegel Taf. 113, 8).

2271.

Executoren bekunden, dass der verstorbene Magister Albert von Soest der Jacobicapelle testamentarisch 5 Morgen Land vor der Ulrichspforte vermacht hat. 1293 October 29.

In nomine Domini, amen.[1]) Henricus Dei gracia prepositus ecclesie sancte Walburgis extra muros Susacienses et Vulfhardus sacerdos de Susato et Henricus notarius de Arnesberg et magister Volmarus, omnibus scriptum presens visuris salutem in Domino. Notum facimus et publice protestamur tenore presencium, quod magister Albertus de Susato bone memorie, dum adhuc viveret et testamentum suum faceret, cum consensu heredum suorum coram nobis suis electis et veris testamentariis et in testamento suo legavit et assignavit et demonstravit quinque iugera agrorum sita extra portam Elverici iuxta viam, qua itur Menynchusen, capelle sancti Jacobi in porta Susaciensi et rectoribus prefate capelle, qui pro tempore fuerint, libere et absolute perpetuo possidenda. Et nos, ut debuimus de iure, memorate capelle et rectori eiusdem Henrico dicto Vole tunc ibidem existenti assignavimus et demonstravimus dictos agros, ita tamen quod Lubbertus sacerdos, qui diu in eadem capella vicarius fuit, dimidietatem fructuum de huiusmodi agris proveniencium ad tempus vite sue percipiat et fruatur; quo mortuo omnes fructus provenientes de predictis agris inmediate redeant ad capellam. Ut autem legatio supradictorum agrorum et execucio testamenti per nos facta firma maneat et inconvulsa, nos Henricus prepositus sancte Walburgis et Vulfhardus supradicti ad peticionem Henrici capellarii sancti Jacobi presentem paginam super eo confectam sigillis nostris duximus roborandam. Nos vero Henricus notarius de Arnesberg et magister Volmarus prenotati sigillis discretorum virorum domini Heinrici prepositi sancte Walburgis et domini Vulfhardi sacerdotis predictorum contestamentariorum nostrorum contenti sumus. Datum in crastino apostolorum Symonis et Jude, anno Domini M°CC° nonogesimo III°.

[1]) *Verlängerte Buchstaben.*

Or. Stdt.-A. Soest ad XXVII 24. An Pgtstr. die Siegel des Propstes Heinrich (wie an Nr. 2229) und des Priesters Wulfhard (spitzoval, eine Schwurhand).

2272.

Graf Eberhard von der Mark bekundet, dass die Brüder Gottschalk und Gottfried Budde die von ihnen gegen den Willen des Grafen Herbord und der Stadt Dortmund in Lütkenholthausen (Lippeholthusen) *auf dem Grund und Boden des Ritters* Theodericus de Walshem *errichtete Burg abgerissen haben, wofür die Stadt 60 Mark bezahlt habe. Methler 1293 November 14.*

Actum Metlere . . . presentibus etiam honorabilibus viris Wilhelmo et Everhardo de Mengede, Randolpho Haken, Engelberto de Hereborne, Hermanno de Vorste. Arnoldo de Altena, Zobbone de Swirte, Theoderico de Wickede militibus; Ruthgero de Althena, Theoderico Vridag gogravio in Unna, Winando dicto Danzevoth et aliis quam pluribus ... Actum et datum XVIII° Kalendas Decembris, anno Domini M°CC° nonagesimo tercio.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 60. An rothen Seidenfäden das Siegel Graf Eberhards von der Mark (Westf. Siegel Taf. 10, 4) mit Sekretsiegel (ebenda Taf. 16, 1). Gedr. Dortm. UB. I 237.

2273.

Graf Eberhard von der Mark bekundet, dass seine Ministerialen Henricus de Sibregtinc *und* Johannes dictus Schekere *sich mit der Tochter des in ihrer Haft an Wunden verstorbenen Dortmunder Bürgers* Ertmar de Sunthem *ausgesöhnt haben und dass die Sühnung von der Stadt Dortmund angenommen sei. 1293 November 15.*

Or. Stdt.-A. Dortmund 61 mit dem Siegel Eberhards wie oben Nr. 2272 und dem Dortmunder grossen Stadtsiegel mit Sekretsiegel (Westf. Siegel Taf. 75, 2 u. 84, 3). Gedr. Dortm. UB. I 238.

2274.

Der Edle Gottfried von Rüdenberg bekundet die Uebertragung von Eigenhörigen in Vosswinkel bei Hüsten seitens des Antonius von Blomendale *an das Kl. Oelinghausen.*
Soest 1293 December 5.

Nos Godefridus nobilis de Rudenberg omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, notum esse cupimus, quod nos presentes aderamus, vidimus et audivimus, quod Anthonius de Blomendale cum consensu . . uxoris sue, puerorum et omnium heredum suorum omne ius quod habebat in Alberto, . . uxore sua et Godefrido nato ipsorum in villa Voswinckele in curte, que claustro Olinchusen et Johanni militi Scriptori de Werle equali portione pertinere dinoscitur, commorantibus dicto claustro de Olinchusen receptis pro ipsis octo marcis denariorum Susati legalium in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavit, recedens ab omni iure et servicio quod sibi in dictis personis videlicet Alberto, . . uxore sua et Godefrido nato ipsorum conpetebat seu conpetere videbatur quoquomodo. Ne igitur inposterum de huiusmodi contractu scrupulus aliquis dubietatis suboriri possit vel erroris, presens scriptum ad petitionem partium utrobique sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes huius rei sunt et nobiscum presentes affuerunt: magister Everhardus dictus Sluc viceprepositus Susaciensis, Johannes miles dictus Scriptor predictus socer dicti Anthonii, Albertus de Palsole, Wynandus Wale, Regenbodo Gothus, Wescelus Herinc, Dethmarus de Medebeke oppidani Susacienses; item Ludolphus de Provestinc, Henricus de Berstrate, . . dictus Gamerit et alii quam plures. Postmodum Elyzabeth uxor dicti Anthonii in oppidum Susaciense veniens premissis omnibus consensum adhibuit in presentia virorum subscriptorum videlicet Alberti de Palsole, Gerwini de Lunen senioris, Johannis de Berghe, Wesceli dicti Herinc, Henrici dicti Tolnere, Bettekini de Herborne, Johannis de Ostinchusen et aliorum virorum proborum ac fidedignorum. Acta sunt hec ante monasterium beati Patrocli martiris in Susato, in vigilia beati Nycholai episcopi, anno Domini M°.CC°. nonagesimo tertio.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 149. An Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 7).

2275.

Der Abt Gottschalk von Knechsteden bekundet den Erwerb von Gütern (zu Riebrock n. von Waltrop) im Kirchspiel Waltrop seitens des Kl. Flasheim. 1293 December 13.

Universis presens scriptum visuris cognoscere veritatem. Nos frater Godescalcus Dei patiencia Knethstedensis abbas notum facimus, quod viri discreti et honesti scilicet dominus Rutgerus clericus dictus de Ore canonicus Aquensis legavit conventui in Vlarshem quinque marcas et dominus Arnoldus miles de Henrikenberg quatuor marcas pro memoria eorum ibidem perpetuo recolenda. Dicti vero denarii locati sunt ac comparanda bona in parrochia in Waltorp cum hominibus et omnibus suis appendiciis. Verum quia summa premissorum denariorum non suffecit ad solucionem, Johannes de Siten frater ecclesie motus pietate et gratia adiecit sedecim marcas, homines autem dictorum bonorum possessores sex marcas addiderunt et homines ecclesie in Vlarshem nichilominus ob amorem et favorem conventus sex marcas solverunt. Sciendum tamen, quod Johannes de Siten dimidietatem reddituum de dictis bonis proveniencium recipiet, quoad vixerit. Quo defuncto ad conventum omnia revertentur libere et absolute. Notandum etiam, quod omnia emergentia sive de sponsalibus contrahendis seu mortuis ad conventum sine qualibet contradictione devolvuntur et una de sororibus ipsos redditus recipiet et in minucione vel anniversariis [1]) et ceteris necessariis, prout conventui visum fuerit expidire(!), fideliter ministrabit communicato tamen in hiis omnibus consilio magistre tam presentis quam future. Preterea quatuor solidi qui solvuntur de curia in Buchem pro anniversario [2]) recolendo pie memorie domini Ottonis quondam comitis in Ravensberg huius ecclesie fundatoris premissis redditibus volumus assignari. Actum anno Domini

M°.CC°. nonagesimo tercio, in die beate Lucie virginis. Et ut premissa omnia rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri impressione confirmamus.[3])

[1]) *Or.* „aniversariis". [2]) *Or.* „aniversario". [3]) *Der letzte Satz mit grösseren Buchstaben geschrieben, um die Zeile zu füllen.*

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das Siegel des Abtes von Knechtsteden (klein spitzoval, der Abt sitzend mit Abtsstab und Buch, Umschrift: († S)abb(atis) Knechtstedensis), *Rückaufschrift des XIV. Jhs.:* Rydbrock.

2276.

Der Ritter Hermannus de Aldendorpe *verpfändet die ihm im Immunitätsbezirk der Kirche zu Essen auf den jährlichen Märkten zustehenden Abgaben der Kaufleute für 7 Mark Münstersche Denare bis zum 6. Januar 1295 unter dem Vorbehalt der Wiederlösung an die zur Aebtissin von Essen gewählte Beatrix. 1293 December 26.*

Noverint universi presentes litteras visuri, quod ego Hermannus de Aldendorpe miles una cum consensu et voluntate . . uxoris mee, Hermanni et Henrici filiorum heredum meorum redditus meos annuos, qui in emunitate ecclesie Asnidensis in nundinis annualibus de locis sive stationibus mercatorum, institorum et aliorum quarumcunque rerum venditorum ibidem confluentium michi debentur et solvi consueverunt cum omnibus iuribus ad redditus eosdem pertinentibus venerabili domine mee domine Beatrici electe in abbatissam ecclesie Asnidensis pro septem marcis Monasteriensium denariorum michi a domina ipsa electa numeratis, traditis et assignatis titulo pignoris legitime obligavi et obligo in hiis scriptis tenendos et percipiendos usque ad festum Epyphanie Domini, quod erit anno eiusdem M°.CC°. nonagesimo quarto, ita quod in dicto termino et extunc, quando placuerit, ego et heredes mei dictos redditus redimere poterimus pro summa pecunie memorata, fructibus exinde perceptis in sortem minime computandis. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Premissis autem interfuerunt Wenemarus de Aldendorpe frater meus, Henricus de Ekenschede et Wenemarus filius meus milites, Johannes de Berstraten et Albertus de Sůnheren canonici Asnidenses, Gerhardus de Lynnenbeke et Henricus de Schedelike. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, in die beati Stephani prothomartiris.

Or. im Besitz des Herrn Rittmeisters E. von Zur Mühlen auf Haus Ruhr. Siegel mit Pgtstr. abgerissen.

2277.

Dietrich von Eickenscheid vergleicht sich mit dem Kl. Welver wegen der strittigen Ländereien bei der Cottenmule. *1293.*

Nos Theodericus miles dictus de Heckenscede omnibus presentia visuris salutem in omnium salvatore. Quoniam hominum memoria labilis est et dubia, oportet gesta rerum scriptis et sygillis communiri. Tenore igitur presentium publice protestor et firmiter recognosco, quod discordia, que inter me et filios meos Gotscalcum et Wunnemarum erga conventum in Welvere vertebatur de iugerum agris iuxta molendinum Cottenmulen dictum iacentibus, quos in prebendam primogenite filie mee Gisle conventui contuleram memorato, ita sopita est et sedata, quod idem conventus prefatos agros absque ullius impetitione[1]) libere habebit et quiete possidebit, donec sepe iam dictos agros ego sive filii mei vel alii nostri coheredes XX^ti quinque marcis denariorum in Sůsato legalium proprie redimamus, alioquin nullum proprietatis respectum dictis in agris habere poterimus imperpetuum. Ut autem premissa firma permaneant et inconvulsa, presentem tenorem sygillo nostro duxi roborari. Insuper sygillum viri honorati domini Gotfridi militis dicti de Hůvele et sygillum viri nobilis Gotdefridi dicti de Růtdenberg rogavi apponenda maioris ad testimonium veritatis. Datum et actum anno Dominice incarnationis millesimo

ducentesimo nonagesimo tercio, presentibus: domino F(rederico) preposito monasterii iam sepius memorati, domino Ewerhardo dicto Clot, domino Theoderico dicto Harm, domino Johanne dicto de Hůvele militibus, Gotscalco, Winnemaro filiis dicti domini Theoderici de Heckenscede, Ewerwino et Johanne conversis monasterii prelibati.

[1] Or. „impetione".

Or. Kl. Welver Nr. 102. An Pgtstr. hängt noch das Siegel Gottfrieds von Hövel (Westf. Siegel Taf. 196, 6 mit der bei Nr. 2099 beschriebenen Umänderung), die beiden anderen abgefallen.

2278.

Wessel von Erwitte überträgt dem Kl. Wedinghausen den von ihm lehnrührigen Hof in Höingen, welchen Gervasius von Neheim an das Kloster verkauft hatte. 1293.

In nomine Domini, amen. Nos Wizelus dictus de Ervete . . universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Noverint universi Christi fideles tam presentes quam futuri, quod, cum Gervasius dictus de Nehem vendidisset curtem suam in Hoynge . . preposito et collegio canonicorum ac fratrum monasterii in Wedinchůsen cum omnibus appenditiis ac omni iuris integritate, que eamdem curtem contingebant, et hoc de consensu et voluntate coniugis sue Helenburgis ac fratrum suorum Wilhelmi videlicet et Johannis, et iam dicti coniuges scilicet Gervasius et Helenburgis feodum memorate curtis, quod a nobis receperant, in manus nostras publice resignassent apud civitatem Sůsatiensem, nos de consensu coniugis nostre Sophye et liberorum nostrorum scilicet Rodůlphi, Thyderici, Wizeli, Mechteldis proprietatem ipsorum bonorum in Hoynge, que ad nos a nostris progenitoribus iure hereditario pervenerat, contulimus collegio pretaxati monasterii in meram et liberam proprietatem perpetuo iure possidendam. Ut hec autem rata et inconvulsa permaneant et omnis calumpnie tollatur occasio, sigilli nostri munimine presens scriptum decrevimus communire. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio. Testes aderant: Sifridus, Echbertus sacerdotes, Heydenricus, Peregrimus, Godescalcus conversi; Thydericus dictus Capella judex Sůsatiensis, Echbertus dictus de Foro, Lodewicus filius eiusdem, Johannes dictus Lůteke, Gothmarus dictus de Medebeke, Hildegerus dictus de Hervordia cives Sůsatienses et alii quam plures fide digni.

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 72. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers beschädigt (Westf. Siegel Taf. 184, 5). Rückschrift von Hand des XIV. und XV. Jhs.: De proprietate bonorum Overen-Hoginge in parrochia Bremmensi.

2279.

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt die vorstehende Uebertragung des Hofes in Höingen an das Kl. Wedinghausen. 1293.

In nomine Domini, amen. Lodewicus comes in Arnesberg universis, ad quos presens pagina pervenerit, salutem in Domino. Nos Lodewicus comes in Arnesberg protestamur et protestando innotescimus universis tam presentibus quam futuris nomine Wizeli de Ervete et Gervasii de Nehem fidelium nostrorum, quod Gervasius iam dictus vendidit titulo iuste venditionis curtem suam in Hoynge, quam in feodo tenuerat a Wizelo de Ervete prenominato, cum omnibus suis attinentiis et iuris integritate que eamdem curtem de iure contingunt et dedit eam in perpetem(!) et quietam possessionem monasterio canonicorum ac fratrum in Wedinchůsen mediante assensu et voluntate coniugis sue Helenburgis ac fratrum eius Wilhelmi videlicet et Johannis et coheredum ipsius; fratres quoque iam dicti monasterii pretium contractus, quod pro eadem curte Gervasio pepigerunt, ad ipsius beneplacitum integraliter persolverunt. Sane cum idem Gervasius cum coniuge sua Helenburge feodum curtis prenominate resignasset in manus Wizeli de Ervete, ut fieri assolet, utpote ad quem proprietas eiusdem curtis iure hereditario

devenerat, idem ipse Wizelus cum voluntate et consensu coniugis sue, liberorum ac coheredum suorum renuntiando publice proprietati sepefate curtis eandem proprietatem obtulit et contradidit in meram et liberam proprietatem monasterio fratrum in Wedinchusen perpetuo iure possidendam. Ut hec autem rata et inconvulsa permaneant prelibato monasterio et omnis calumpnie tollatur occasio, nos ad instantiam utrarumque partium Wizeli scilicet et Gervassii et amicorum eorumdem sigillum nostrum presentibus duximus appendendum una cum sigillo Wizeli nostri fidelis. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio. Testes aderant: Sifridus, Echbertus sacerdotes, Heydenricus, Peregrimus, Godescalcus conversi ecclesie in Wedinchusen; Thydericus dictus Capelle iudex Susatiensis, Echbertus de Foro, Lodewicus filius eiusdem, Johannes dictus Luteke, Gothmarus dictus de Medebeke, Hyldegerus dictus de Hervordia cives Susatienses et alii quam plures fide digni.

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 73. An Pgtstr. Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1) und Wessels von Erwitte (ebenda Taf. 184, 5). Rückschrift von Hand des XIV. Jhs.: De bonis in Overenhoynghen (in parrochia Bremmensi). *Die Urkunde ist von der nämlichen Hand geschrieben, von der auch Nr. 2278 herrührt.*

2280.

Vor Bürgermeister und Rathmannen von Geseke verkauft Johann Pawe der Pröpstin Cunegunde und der Kellnerin Elisabeth im Stift Geseke 16 Morgen Land in Witthem, *aus denen die Soester Kirche eine jährliche Rente bezieht. 1293.*

Universis presentem cartam visuris seu audituris nos Ulricus magister civium, Degehardus Gogreve, Hermannus dar Ostene, Johannes Manegotinchosen, Goscalcus Scarlake, Dethardus de Herdinchusen, Albertus de Dreyne, Albertus de Cleye, Rabodo Greve, Rudolfus de Ederdinchosen, Bernardus Boldemere ac Henricus Vasolt consules opidi Geseke notum facimus tenore presentium publice profitendo, quod Johannes Pawe et Hermannus ipsius filius coopidani nostri in nostri constituti presentia de unamini heredum suorum consensu et voluntate vendiderunt honorabilibus dominabus Cunegundi preposite ac Elizabet celerarie ecclesie secularis in Geseke seddecim iugera agrorum sitorum in Witthem perpetuo libere possidenda, ita tamen quod eedem domine et quicunque ipsis in dictorum agrorum possessione successerint ecclesie Susaciensi duos solidos denariorum omnibus et singulis annis in festo Pasce persolvant, quos . . camerario qui ibidem pro tempore fuerit assignabunt. In cuius rei testimonium et firmitatem nos . . consules antedicti memoratis dominabus ad precces(!) venditorum et instantiam presentem cartam sigillo universitatis nostre dedimus consignatam. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tertio.

Or. Kl. Geseke Nr. 25. Siegel von Pgtstr. ab.

2281.

Abt Rudolf von Hardehausen u. a. genannte Zeugen beurkunden, dass Albertus dictus Dickeber *mit Einwilligung seiner Frau Odelhyldis in ihrer und vieler anderer Zeugen Gegenwart auf dem Kirchhof Scherfede auf alle Ansprüche an gewisse von seinem Oheim Elgerus dem Kl. Bredelar vermachten Aecker in* Worden *verzichtet hat. 1293.*

Nos frater Rodolphus dictus abbas in Herswidehusen ordinis Cysterciensis, Albertus de Amelungessen, Raveno senior de Papenhem, Helyas de Aslen, Thydericus de Medrike, Gyso et Godescalcus fratres de Brocbike, Olricus de Escheberch, Udo de Wethen, Ludolphus de Osdagessen, milites, Heinricus de Ykenhusen, Thydericus de Wethen, Borchardus de Ramwordessen, Andreas de Andepe, Ortolphus, militares, recognoscimus et publice protestamur, quod Albertus dictus Dickeber in nostra et multorum aliorum fide dignorum in cimiterio Scherve constitutus presencia de pleno consensu uxoris

sue Odelhyldis et omnium heredum suorum renunciavit omni actioni iuris sive facti, qua religiosos viros inpetierat dominum videlicet Conradum abbatem et conventum Breydelarensem super quibusdam agris in Worden sitis, quos Elgerus patruus ipsius predictis abbati et conventui nomine testamenti rite et rationabiliter legaverat et quos frater Heinricus quondam provisor curie in Upsprungen et alii quidam seculares coloni ratione iam dictorum abbatis et conventus iam diu excoluerant, et eosdem agros cum omnibus suis integritatibus et pertinentiis nobis audientibus et videntibus in manus sepedicti abbatis Breydelarensis liberaliter et voluntarie resignavit. Et quia idem Albertus sigillum proprium non habuit, presens scriptum ad cautelam ampliorem rogatu ipsius predictorum Alberti de Amelungessen et Gysonis de Brocbike, militum, sigillis constat esse roboratum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio.

Or. Kl. Bredelar Nr. 128. An Pgtstr. die Siegel 1) Alberts von Amelunxen (Westf. Siegel Taf. 221, 2) und 2) Gysos von Brobecke (ebenda Taf. 245, 3). Gedr. Westf. UB. IV Nr. 2275.

2282.

Vor Bürgermeister und Rath von Soest verkauft der Soester Bürger Christian von Blomenrode *dem Kl. Paradies seine Güter in Schwefe. 1293 (1294) Januar 20.*

In nomine Domini, amen. Bruno de Buege et Gerlacus de Lake magistri oppidanorum et totum consilium oppidi Susaciensis omnibus presens scriptum visuris seu audituris in perpetuum. Quia hominum memoria labilis est et vita brevis, expedit, ut ea que racionabiliter aguntur sive acta sunt, scripture testimonio perhennentur. Ea propter universis tam presentibus quam futuris notum esse cupimus et publice protestamur, quod ad nostram venientes presenciam et constituti coram nobis Cristianus de Blomenrode noster coopidanus, Clemencia uxor, Arnoldus, Johannes ac Alheydis liberi eiusdem Cristiani publice protestati sunt et recognoverunt, quod bona sua tam in villa Sveve quam in parrochia ibidem sita videlicet quatuor areas et casas super ipsis edificatas cum decimis, agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus et universis earundem attinenciis, que bona quondam ab Arturo de Sveve comparaverant et in feodo tenuerant ab eodem, ac etiam homines servilis condicionis scilicet Johannem Birman, Hildegundim sororem eius, Wichmannum, Fridericum et Elizabet liberos dicte Hildegundis, item Alheydim sororem dicti Johannis, Johannem, Hermannum et Wichmannum liberos dicte Alheydis, item sororem prefati Johannis scilicet Alheydim de Husen cum liberis suis, item Elizabet de Afrucke, item Elizabet filiam Assele cum liberis suis, item Sophiam dicti Juncheren cum liberis suis, item Everhardum Conradinc, item Gertrudim neptem sepedicti Johannis Birman, Johannem et Gertrudim liberos ipsius necnon et omnes ipsorum liberos tam natos quam nascituros utriusque sexus ac universam progeniem ex sua condicione dicto Arturo cum prefatis bonis quondam pertinentem monasterio et conventui sororum ordinis de Paradiso pro octoginta marcis denariorum usualium in Susato legitime vendidissent tam predicta bona quam eciam homines in manus dicti Arturi unanimiter resignantes. Idem quoque Arturus coram nobis personaliter constitutus huiusmodi resignacionem recepit et approbavit asserens se pro triginta duabus marcis denariorum usualium sibi traditis, numeratis et solutis undecim iugera agrorum infra terminos dicte parrochie sita dictis monasterio et conventui legitime vendidisse et universa bona ac homines supradictos in manus domini feodi videlicet nobilis viri — — domini de Volmutsteyne liberaliter resignasse et eisdem monasterio et conventui de universis bonis et hominibus supradictis ab eodem domino feodi proprietatem impetrasse cum effectu, super qua impetracione idem Arturus patentes litteras prefati domini nobis ostendebat, transferens pro se et nomine liberorum suorum scilicet Lamberti, Arturi et Sophie in monasterium et conventum predictos universum ius quodcunque sibi et suis heredibus in predictis bonis et hominibus competebat seu competere posset in futurum. Protestamur eciam, quod Lambertus et Arturus filii Arturi de Sveve prenominati coram nobis personaliter constituti dilucide protestati sunt et recognoverunt, se cum patre suo predicto universa bona et homines

supradictos in manus domini feodi prenarrati liberaliter resignasse, asserentes nichilominus se in factum patris eorum, quoad premissa, per omnia consentire. Ut igitur omnia premissa rata et inconvulsa permaneant ac etiam firmitatis debite robur et munimen perpetuum sorciantur, nos — — magistri et — — consules supradicti, quia premissis omnibus interfuimus, vidimus et audivimus, ad peticionem parcium premissarum utrobique instanter nos petencium sigillum oppidi nostri presentibus apposuimus in testimonium ac perpetuam evidenciam premissorum. Testes huius rei sunt viri prescripti cum subscriptis videlicet honesti viri domini Henricus prepositus monasterii sancte Walburgis, Johannes dictus de Kersebome capellanus ibidem et Godefridus miles nobilis de Rudenberg; item Albertus de Palsole, Gerwinus de Lunen senior, Winandus Wale, Theodericus Monetarius, Henricus Vole, Henricus de Heringen, Wernerus Rufus, Godescalcus de Hunscheyde, Ecbertus de Foro, Regenbodo Gotus, Henricus de Lake, Hermannus de Waldene, Johannes dictus Clericus, Johannes dictus Scotus, Theodericus de Ludrinchusen, Wasmudus, Arturus Cerdo, Wichmannus de Vlerike, Gerhardus de Ruden, Henricus de Ostinchusen, Ludewicus de Sunere et totum consilium oppidi nostri supradicti. Item Adam de Lunen, Johannes de Sunere, Conradus Durendayl, magister Henricus tinctor, Bernardus de Geseke, Ludolfus Prileprale et alii plures oppidani Susacienses fidedigni et honesti. Actum et datum tredecimo Kalendas Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio.

Or.-Pgt. Kl. Paradies Nr. 43. An Pgtstr. das Stadtsiegel von Soest mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 76, 1 und 89, 2).

2283.

Ritter Gottfried von Hövel überlässt den Nonnen in Hamm das Eigen des Erbes Honhus *und empfängt dafür das einer kleinen Hufe* Honlo. *Stockum 1293 Januar (19) 26 (1294 Januar 25).*

Cum id, quod inter homines geritur, idcirco in scriptis ponatur, ne a memoriis eorumdem per lapsum temporis evanescere videatur, hinc est, quod ego Godefridus miles dictus de Hovele habito consensu heredum meorum videlicet Johannis et Hermanni militum no(tum) esse cupio universis presentia visuris, quod proprietatem domus dicte Honhus, quam a me Themo de Horne tenuit feodaliter, ob remedium anime mee ac meorum progenitorum contuli ecclesie sanctimonialium in Hammone perpetuo possedendam (!). Recepi nichilominus a dictis sanctimonialibus proprietatem cuiusdam mansciunculi dicti Honlo eisdem a me simili modo collatam propter causas predictas in restaurum aliquale, quem contuli predicto Th(emoni) ac suo filio Th. nomine feodi, ea intentione, ne predicti mei heredes in iure suorum feodalium penitus frauderentur. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum et actum Stochem anno Domini M°.CC°.LXXXX.III°. feria secunda post octavas octavarum Ephiphanie, presentibus Arnoldo plebano in Heynen (!), Everhardo cappellano meo, Everhardo clerico claustri, Jo(hanne) et Her(manno) heredibus meis, Themone et Th. de Horne sepedictis.

Or. im Gräfl. Plettenbergschen Archiv zu Hovestadt. An Pgtstr. in grünem Wachs das dreieckige wohlerhaltene Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 196, 6 mit der bei Nr. 2099 und 2277 erwähnten Abänderung).

2284.

Abt Gerhard von Liesborn und Propst Alexander von Cappel bekunden die vor ihnen geschehene Uebertragung von Gütern an das Kl. Lippstadt. 1293 (1294) Januar 28.

Universis presentem litteram inspecturis vel audituris nos . . abbas monasterii in Lisbern et . . prepositus monasterii monialium in Cappele notum esse volumus et presentibus protestamur, quod constitutus coram nobis Theodericus dictus van den Vanen sacerdos recognovit et publice est confessus, se omnia bona sua singula et universa mobilia et immobilia monasterio . . sanctimonialium in Lippia

ob salutem anime sue propter Deum donavisse, supraportasse et legitime assignasse tam in vita quam in morte ipsius in perpetuum feliciter possidenda, immo nobis videntibus et audientibus libere donavit, supraportavit et assignavit promittens, quod contra huiusmodi donationem tam rite et rationabiliter factam non veniet in posterum aliquo ingenio de iure vel de facto. In cuius rei maiorem evidenciam et testimonium perpetuum nos . . abbas Lisbernensis et . . prepositus Capellensis predicti ad petitionem utriusque partis sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Actum presentibus Johanne preposito, Hadewigi priorissa at aliis quam pluribus . . sanctimonialibus de conventu monasterii Lippensis predicti, Everhardo et Amelungo sacerdotibus capellanis dicti prepositi Lippensis, Arnoldo sacerdote vicario ecclesie in Monikehusen et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, in octava beate Agnetis.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Siegel 1) des Abtes (spitzoval, Abt auf Thron ohne Kopfbedeckung, geschlossenes Buch in der Linken, Abtsstab in der Rechten, Umschrift: † S. GHERHARDI ABBATIS LESBERNENSIS; *Rücksiegel ähnliches Brustbild des Abtes, aber offenes Buch in der Linken, Umschrift:* † SECRETV . GERHARDI ABBATIS . . . . ECCLESIE), *2) des Propstes (spitzoval, unter Baldachin Krönung der hl. Maria, darunter knieend der Siegler, Umschrift:* † S. ALEXANDRI PR . . . . ITI . CAPPEL .) *an anhängenden Pgtstr. Vgl. Wigands Archiv III 164. Reg. Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. II, 28 Nr. 518.*

2285.

Dietrich von Volmestein genehmigt den Verkauf von Gütern in Schwefe an das Kl. Paradies. 1293 (1294) Februar 3.

Nos Theodericus vir nobilis dominus de Volmesteyne omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, in perpetuum notum facimus, recognoscimus et fatemur tenore presentium publice protestantes, quod, cum Artus de Sveve quatuor areas seu domos in villa Sveve sitas, quas a nobis in feodo tenebat, cum agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus et cum universis attinenciis necnon et hominibus utriusque sexus singulis et universis de progenie Johannis dicti Birman iam progenitis, insuper cum undecim iugeribus agrorum . . priorisse et conventui monasterii sancte Marie ad Paradysum prope Susatum rite ac racionabiliter pro certa pecunie summa vendidisset, idem Artus cum filiis suis Lamberto et Arto ad nostram veniens presentiam et constituti coram nobis ipse Artus et filii sui predicti presente et consentiente filia sua Elizabet protestati sunt pariter, predictam venditionem de prefatis quatuor areis seu domibus et de omnibus attinenciis earundem memoratis pro se et pro omnibus heredibus et coheredibus suis predictis . . priorisse et conventui monasterii ad Paradysum rite ac racionabiliter esse factam petentes, ut eis resignantibus easdem areas seu domos cum universis attinenciis et proprietatem earundem prefatis . . priorisse et conventui monasterii ad Paradysum conferre dignaremur. Nos itaque ad peticionem huiusmodi et resignacionem eorundem ob salutem etiam anime nostre de consensu et voluntate [1]) uxoris nostre et heredum nostrorum [1]) necnon et fratris nostri Everhardi ac omnium coheredum nostrorum areas seu domos predictas cum omnibus attinenciis memoratis et proprietatem earundem sepedictis . . priorisse et conventui monasterii ad Paradysum libere et absolute conferimus et nos eis contulisse recognoscimus in hiis scriptis iusto et legitimo proprietatis tytulo perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium presentem paginam super eo conscriptam contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tertio, in die Blasii martiris presentibus Everhardo fratre nostro [1]) filiis nostris, comite libero, Theoderico milite de Mogelich et duobus filiis suis Gozwino et Theoderico, Gerlaco de Mederike, Gozwino Oppenbrinke et aliis pluribus fide dignis.

[1]) *Für die Namen der betreffenden Personen sind an diesen Stellen Lücken gelassen.*

Or. Kl. Paradies 44. Ein Pgtstr. hängt an, es scheint aber nicht, dass die Urk. wirklich besiegelt worden ist. Sie blieb also wohl unausgefertigt.

2286.

Gottfried von Rüdenberg bestätigt den vor dem Freigericht in Marbeck stattgehabten Verkauf von Gütern in Schwefe an das Kl. Paradies. 1293 (1294) Februar 14.

Nos Godefridus miles nobilis de Rudenberg universis et singulis hoc scriptum inspecturis notum facimus in perpetuum publice protestantes, quod cum . . priorissa et conventus monasterii sancte Marie ad Paradysum quedam bona in villa Sveve sita erga Cristianum de Blomenrode opidanum Sosatiensem, Clementam(!) uxorem eius, . . filios et filias eorundem necnon heredes et coheredes ipsorum ac proprietatem eorundem bonorum erga Arturum de Sveve, Lambertum et Arturum filios ipsius Arturi necnon heredes et coheredes eorundem singulos et universos suis rite ac rationabiliter denariis comparassent, ne in posterum quisquam hominum ipsam vendicionem et emptionem bonorum predictorum, sicut est rationabiliter facta, valeat infirmare, dicti venditores et emptores iudicium, quod vulgariter *vrieding* dicitur, accedentes petebant factum ipsorum banno regio stabiliri. Igitur constitutis in nostra presencia Johanne de Warendorp et fratre Johanne sacerdotibus de Paradyso, fratre quoque Gyselero et quibusdam aliis conversis monasterii predicti pro dictis . . priorissa et conventu ex parte una Arturo de Sveve, Lamberto et Arturo filiis ipsius Arturi pro se et pro omnibus heredibus et coheredibus suis ex parte altera ac presidente de consensu et voluntate parcium hinc inde iudicio, quod vulgariter *vrieding* dicitur, apud domum infirmorum Marbeke Walthero libero comite nostro, presente etiam Johanne dicto Werf precone et quibusdam aliis infrascriptis prefati Arturus de Sveve, Lambertus et Arturus filii eiusdem litteras quasdam sigillo nobilis viri domini de Volmůtsteyne domini feodi bonorum predictorum, in quibus dictus dominus de Volmůtsteyne proprietatem dictorum bonorum cum universis attinenciis eorundem ad petitionem et resignationem dictorum Arturi et . . filiorum suorum libere et absolute contulit . . priorisse et conventui ad Paradysum memoratis iusto proprietatis tytulo perpetuo possidendam sigillatas, exhibuerunt et dictis sacerdotibus provisoribus ipsius monasterii nomine monasterii suscipientibus easdem tradiderunt. Renunciantes plene et expresse pro se et pro omnibus heredibus et coheredibus suis omni iuri, quod ipsis et cuilibet eorum necnon et Elizabet filie ipsius Arturi genitoris et universis et singulis heredibus suis conpetebat seu conpetere posset in bonis sepedictis. Unde vocatis et postulatis, prout moris est, primo secundo et tertio quicumque super donatione et resignatione ac susceptione bonorum predictorum sua crederent interesse, cum nullus contradicens aut sua interesse credens compareret, prefatus liber comes requisita super hoc iusta sententia et approbata venditionem et emptionem de prefatis bonis necnon donationem proprietatis eorundem et resignationem rite ac rationabiliter factas banno regio confirmans stabilivit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum presentibus Gerwino de Andopen, Gotscalco de Ekenschede, Wilhelmo dicto Scheke et aliis quam pluribus. Datum anno Domini . M°.CC°. nonagesimo tercio in die Valentini.[1])

[1]) „in die Valentini" *von anderer Hand nachgetragen. Dieselbe (wie auch in Nr. 2285) Hand hat auf der Rückseite geschrieben:* Hec bona que comparavimus a Christiano et ab Arturo, que resignaverunt coram sede regia.

Or. Pgt. Kl. Paradies Nr. 43. Siegel ab.

2287.

Vor der Aebtissin Beatrix von Essen verzichtet Heinrich von Eickenscheid zu Gunsten des Kl. Welver auf alle Ansprüche an dessen Güter in Merklingsen. Essen 1293 Februar 12 (1294 März 4).

Universis presentes litteras inspecturis Beatrix Dei gratia electa in abbatissam ecclesie Asnidensis salutem in Domino sempiternam. Ea, que iudicio terminantur vel concordia, firma debent et illibata persistere et, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, convenit illa scriptorum patrocinio communiri.

Notum igitur facimus et presentibus publice protestamur, quod constituti personaliter coram nobis Henricus de Ekenscede miles, dictus Oppolt, Rotcherus, Otto et Arnoldus filii heredes ipsius omni inpetitioni quam movebant o . . . . . abbatisse et conventui monasterii de Welvere ordinis Cisterciensis, Coloniensis diocesis super bonis earum in Merkelinchusen omnique iuri si quid eisdem competebat in dictis bonis plane et simpliciter renuntiaverunt et effestucarunt coram nobis presentibus: Wenemaro de Aldedorpe seniore, Wenemaro de eodem loco iuniore et Henrico de Ekenscede militibus, Gerhardo fratre eiusdem, H(enrico?) canonico Asnidensi, Johanne de Rura et Gerlaco de Linnenbeke ac aliis pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum apud Essinde anno Domini M°.CC. nonagesimo tercio, in crastino Cinerum.

Or. Kl. Welver Nr. 100. Siegel von Pgtstr. ab.

2288.

Constanze, die Wittwe Lamberts von Boynen, übergiebt dem Kl. Welver eigne Leute als Wachszinsige. Burg Mark 1293 Februar 12 (1294 März 5).

Quoniam ea, que geruntur in tempore, scriptis ideo commendantur, ne processu temporis per oblivionem a memoria hominum evanescant, noverint igitur universi presentia visuri, quod ego Constantia relicta quondam Lamberti de Boyne accedente consensu Lůberti de Boynen filii mei uxorisque sue Frederunis et filiarum mearum Constantie et Agnetis omni iuri, quod ego seu liberi mei predicti in Arnoldum et sororem suam Hadewigim eiusdemque Hadewigis liberos habuimus, integraliter renuntiamus manumittentes eosdem et conferentes O . . . . . abbatisse et conventui in Welvere iure cerocensuali perpetuo possidendos. In horum evidens testimonium presens scriptum . . abbatisse et conventui predictis conferimus sigillis honestorum militum scilicet domini Wesceli de Galen et domini Johannis de Hůvele munimine roboratum. Huic facto aderant: Wescelus de Galen et Johannes de Hůvele et Pultianus milites castellani in Marka; Artus de Sweve, Gozscalcus de Ekenschede et Bernhardus de Rodenberge famuli; Johannes de Colonia sacerdos tunc temporis plebanus in ecclesia parrochiali in Marka et Johannes dictus Cule capellanus ibidem. Datum et actum in castro Marka anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, feria sexta ante dominicam Invocavit. Aderat etiam huic facto Everwinus conversus in Welvere qui homines predictos vice ecclesie in Welvere una cum castellanis prescriptis recepit.

Or. Kl. Welver Nr. 101. 2 Siegel von Pgtstr. ab.

2289.

Erzbischof Siegfried von Köln dispensirt den Propst des Kl. Soest-Walburgis von der Residenzpflicht als Kaplan der Stephanskapelle in Soest. 1293 Februar 17 (1294 März 9),

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilecto in Christo Henrico preposito monasterii sancti(!) Walburgis extra muros Susatienses salutem in Domino. Cum racione electionis de te in prepositum celebrate et nostre confirmationis subsequente dicto monasterio nostras eciam vices, quoad hoc, supplens tenearis preesse super residencia, quam tamquam capellarius in capella beati Sthephani oppidi Susatiensis predicti facere deberes, ex debito capellanie predicte tecum presentibus dispensamus, dantes tibi licentiam ex causa predicta abessendi ab eadem et per alium officiandi eandem ydonee, prout tibi et ipsi capelle videris expedire. Datum sub sigillo nostro ad causas feria tercia post dominicam Invocavit, anno Domini millesimo CC°. nonogesimo tercio.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 38. An Pgtstr. das Siegel des Erzbischofs (Ewald Rheinische Siegel 19, 4).

2290.

Graf Everhard von der Mark überträgt dem Kl. Kappenberg das von ihm lehnrührige Erbe Lune (bei Dorsten?) und empfängt dafür von demselben das Erbe Velmede (Kr. Hamm).
Rikesmole *1293 (1294) März 17.*

Everhardus Dei gratia comes de Marca omnibus in perpetuum noticiam rei geste. Quia labilis est hominum memoria, ne quod bona fide agitur lapsu temporis et mentis oblivione depereat, cautum est placita hominum sigillatis apicibus perennari. Noverint igitur singuli et universi tam presentis etatis homines quam future, quod Arnoldus dictus Rulle acceptis a . . preposito et . . conventu monasterii in Capenberg Premonstratensis ordinis, Monasteriensis dyocesis sexaginta et quinque marcis denariorum Monasteriensium domum que dicitur Lune quam a nobis iure homagio possederat cum hominibus, casis, silvis, nemoribus, pascuis, pratis, terris cultis et incultis et universis ad dictam domum pertinentibus in manus nostras pure et libere resignavit. Conradus eciam de Metlare et uxor sua Beatrix, mater Arnoldi predicti et liberi eorundem videlicet Bernardus, Johannes et Oda, si quid iuris haberent vel habere possent quoquo modo in domo Lune prefata et universis attinenciis suis, in manus nostras eciam integraliter resignabant. Nos vero de assensu domine Irmegardis uxoris nostre et coheredum nostrorum scilicet Engelberti, Adolphi, Conradi, Margarete, Irmegardis, Katherine et Cunegundis permutacionis titulo racionabiliter facto domum Lune antedictam cum hominibus, casis et omnibus aliis ad dictam domum pertinentibus . . preposito et . . conventui in Capenberg contulimus et conferimus in hiis scriptis cum omni iuris plenitudine ab ipsis in perpetuum proprietatis titulo possidendam; versa vero vice . . prepositus et . . conventus monasterii in Capenberg prelibati ius proprietatis domus in Velmede, quam domum Ludolphus miles de Velmede hucusque a . . preposito de Capenberg iure homagio possederat in nos et heredes nostros libere transtulerant. In cuius rei testimonium et, ut premissa perpetuo firma permaneant et inconvulsa, presentem paginam nostro et domine Irmegardis uxoris nostre predicte sigillis fecimus communiri subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Conradus cellerarius Capenbergensis, Rodolphus plebanus Wernensis, Gerwinus de Rinkenrode, Johannes de Hovele, Pulcianus, Engelbertus de Heriborne, Andreas Marscalcus, Gerhardus Knippinc, Randofus (!) Hake, Lambertus de Velmede et Engelbertus de Lon milites; Richardus de Hesne, Theodericus Vrihdach, Alexander et Godefridus fratres de Werne, Everhardus de Werne, Gerhardus de Barchusen at alii quamplures. Acta sunt hec loco qui dicitur Rikesmole. Datum anno Dominice incarnacionis millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, in die Gerthrudis virginis.

Or. in zwei Ausfertigungen Kappenberg K 164. An Hanffäden hängt noch an das Siegel des Grafen Everhard von der Mark (Westf. Siegel Taf. 10, 4), das der Irmgardis ist mitsamt den Fäden verschwunden (war es überhaupt angehängt?). Die ausführlichere Ausfertigung ist gedruckt Westf. UB. III 1486, diese bei Kindlinger Volmestein II 48.

2291.

Der Marschall von Westfalen Johann von Plettenberg und dessen Bruder Heidenreich schenken dem Kl. Fröndenberg ihren Antheil an den Gütern des Klosters in Wickede.
Rüthen 1293 (1294) März 23.

Nos Johannes miles de Pletthenbrat Westphalie marescalcus et Heidenricus frater ipsius, canonicus ecclesie Paderburnensis, notum facimus universis presentes litteras visuris, quod propter Deum precipue et ob salutem et perpetuam memoriam animarum parentum nostrorum et nostrarum animarum in monasterio et cenobio Vrondeberg perpetualiter habendam et peragendam dicto cenobio et conventui ibidem contulimus et conferimus per presentes proprietatem et omnem partem, quam habemus et que postmodum nobis evenire posset, cum omni utilitate ac proventu de bonis nostris apud Wicke sitis, et ob

dilectionem sororis nostre, quam ibidem faverabiliter (!) receperunt in sanctimonialem, damus et dedimus cum bona et libera voluntate perpetualiter possidendam, dantes eisdem has nostras litteras patentes in testimonium premissorum. Datum apud Ruden anno Domini M°.CC°. nonagesimo tertio, X Kalendas Aprilis.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 43. Das Siegel Johanns von Pgtstr. ab, das Heidenreichs von Plettenberg (spitzoval, über dem Plettenbergschen Schild ein Zweig mit zwei Vögeln) beschädigt.

2292.

Der Kämmerer Lutbertus von s. Patroclus in Soest überträgt den der Kammer seiner Kirche zustehenden Hof in Westönnen an das Walburgiskloster bei Soest, den dieses von dem Soester Bürger Gerhard Bruylant gekauft hatte, gegen Abgabe eines jährlichen Zinses von 5 Schillingen. 1293 März 17 (1294 April 6).

Nos Lutbertus camerarius ecclesie Susaciensis universis presens scriptum visuris notum facimus, quod cum prepositus, priorissa et conventus monasterii sancte Walburgis prope Susatum curtem et bona sita in Westunnen ad camerariam ecclesie nostre pertinentia a Gerhardo dicto Bruylant oppidano Susaciensi eo iure per omnia et in omnibus quo idem Gerhardus et sui antecessores ea tenuerunt rite ac rationabiliter comparassent, idemque Gerhardus ea libere in manus nostras resignasset, nos ad resignationem eiusdem Gerhardi eandem curtem cum universis attinentiis preposito et conventui dicti monasterii titulo pensionis duximus concedenda et porrigenda ita sane, quod nobis et camerario qui pro tempore fuerit quinque solidos Sosacienses singulis annis amministrent: videlicet in cathedra beati Petri unum et quatuor solidos feria tertia in festo Pasche proxima subsequente persolvent cum effectu. Preterea iudicium quod vulgariter *hyendinc* dicitur feria tertia predicta et in die beatorum Cosme et Damiami martirum de dictis curte et bonis observandum in domo camerarii dicte ecclesie prepositus monasterii predicti qui pro tempore fuerit personaliter singulis annis observabit, nisi legitimo impedimento detentus capellanum sive secundum suum presbyterum ad observandum duxerit transmittendum, et hoc presentibus sub appensione sigilli camerarie nostre protestamur. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tertio, feria tertia post dominicam Judica me.

Abschr. des XVIII. Jhs. von Rademacher in Msc. I 219 fol. 109.

2293.

Das Walburgiskloster bei Soest bekennt von dem Gute in Westönnen, dessen Eigenthumsrecht der Kammer von s. Patroclus zusteht und welches es von dem Soester Bürger Gerhard Bruyelant gekauft hat, dem Kämmerer von s. Patroclus jährlich einen Zins von 5 Schillingen schuldig zu sein. 1293 März 17 (1294 April 6).

Nos . . prepositus, . . priorissa totusque conventus monasterii sancte Walburgis prope Sůsatum notum facimus universis presens scriptum visuris, quod nos de curte et bonis sitis in Westůnen ad cameram ecclesie Sůsaciensis pertinentibus, que erga Gerhardum dictum Bruyelant opidanum Sůsaciensem eo iure per omnia et in omnibus quo idem Gerhardus et sui antecessores ea tenuerunt, rite ac rationabiliter comparavimus, tenemur singulis annis persolvere ac amministrare honesto viro domino . . camerario ecclesie Sůsaciensis predicto, qui pro tempore fuerit, quinque solidos Sůsacienses tytulo pensionis, quorum unum in Cathedra beati Petri et quatuor solidos feria tercia in festo Pasche proxima subsequente persolvemus cum effectu. Preterea iudicium, quod vulgariter *hyendinch* dicitur, feria tercia predicta et in die beatorum Cosme et Damiani martirum de dictis curte[1]) et bonis observandum in domo domini camerarii memorati prepositus monasterii nostri, qui pro tempore fuerit, personaliter singulis annis observabit.

nisi legitimo impedimento detentus cappellanum sive socium suum presbiterum ad observandum duxerit transmittendum. In testimonium igitur et robur omnium premissorum nos Henricus dictus de sancto Stephano prepositus et Helena priorissa cum approbatione et consensu tocius conventus monasterii predicti sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo tercio, feria tercia post dominicam Judica me.

[1]) *Abschr.* „curie".

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VII 6102 fol. 76.

2294.

Das Kl. Paradies verkauft dem Kl. Benninghausen seine Güter in Stirpe.
1294 April 16.

Nos soror Druda divina miseratione dicta priorissa in Paradiso cum universali collegio ibidem omnibus presentia inspecturis notum esse volumus presentibus protestantes, quod nos libera voluntate et unanimi consensu tocius nostri capituli proprietatem bonorum nostrorum in Stederdorp sitorum dedimus et damus pro summa novem marcarum numerate ac solute pecunie denariorum Sůsati valentium domine abbatisse et conventui in Benikinchusen libere ac quite (!) imperpetuum possidendam, eo videlicet pacto, ut inde solvant annuatim quinque solidos Sůsaciensis monete domine abbatisse in Mescheyde sibique succedentibus, quousque dicta ecclesia in Benikinchusen proprietatem dictorum bonorum possederit dominica ante Ascensionem Domini, dantes predictis abbatisse et conventui in Benikinchusen patentes nostras litteras super premissis sigillorum nostrorum testimonio roboratas. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonogesimo quarto, XVI° Kalendas Maii.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 69. An Pgtstr. das Conventssiegel des Kl. Paradies (Westf. Siegel Taf. 120, 1) und das Siegel der Priorissin (spitzoval, Mariä Verkündigung; Umschrift: († Sig)illum prioriss(e s)ororum de Paradi(so). *Auf dem Spruchband des Engels:* „Ave" *und auf dem Spruchband der hl. Maria:* „Ecce ancilla".

2295.

Beilegung eines Streites zwischen dem Kl. Scheda und dem Kl. Paradies wegen des Hofes Avelinchusen. *Schwefe 1294 April 23.*

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos littere presentes pervenerint, Waremundus prepositus, Ywanus prior totusque conventus monasterii ordinis Premonstratensis in Sceyda subscriptorum cognoscere veritatem. Cum ea, que fiunt in tempore simul dilabantur cum tempore, necesse est ea litteris et sigillis fideliter perhennare. Notum ergo sit omnibus, quod cum nos priorissam et conventum monasterii de Paradyso ordinis fratrum Predicatorum traxissemus in causam coram domino officiali curie Coloniensis super proprietate curtis dicte Alvelinchusen infra septa dicti monasterii site et super censibus dicte curtis pluribus annis detentis multique tractatus amicabiles inter dictam priorissam et conventum eius et nos fuissent habiti super huiusmodi controversia terminando tam in capitulo Sůsatiensi quam coram nobili domino Ewerhardo comite de Marca, tandem mediantibus domino Anthonio de Scedincke et domino Engelberto de Herborne militibus, in quos tam nos quam dicta priorissa et conventus eius maturo prehabito consilio compromisimus sub pena centum marcarum legalium in Sůsato, omnis predicta controversia hinc inde sopita est et extincta penitus in hunc modum: videlicet quod nos simpliciter et absolute renunciaremus proprietati dicte curtis et censibus eius detentis et omni iuri, quod in ipsis habuimus seu habere videbamur et omni actioni sive querele in futurum movende ipsis per nos aut alios quoscunque nomine nostro occasione predictorum; resignaremus etiam omnia instrumenta nostra

super premissis confecta vel de premissis facientia mentionem. Sepedicta autem priorissa et conventus eius nobis econtrario daret in recompensationem triginta marcas denariorum legalium in Sůsato. Cum igitur huius forma compositionis per dictos arbitros sive arbitratores Antonium et Engelbertum milites fuisset pluribus presentibus publicata et a fratribus Gerwino priore et Henrico de Hellewagen suppriore, Henrico de Wittenberg lectore ordinis Predicatorum domus Susatiensis nomine priorisse et conventus eius et a nobis scilicet me preposito et Ywano priore nomine nostri conventus fuisset approbata et acceptata, nos prepositus et prior iam dicti nomine conventus nostri statim in manus dictorum arbitrorum seu arbitratorum ac deinde in manus prioris, supprioris, lectoris predictorum nomine priorisse et conventus eius publice, simpliciter et absolute renunciavimus et nunc iterum tenore presentium renunciamus proprietati et omni iuri sepedicte curtis quod in ipsa habuimus seu habere videbamur ad habendum et possidendum perpetuo, libere et quiete ac censibus inde detentis et omni actioni seu querele in futurum eis movende per nos aut alios quoscunque nomine nostro occasione predictorum resignantes insuper omnia instrumenta nostra super premissis confecta vel de ipsis facientia mentionem, quodque contra huiusmodi renunciationem et resignationem nunquam veniemus in posterum nos aut posteri nostri per nos aut alios quoscunque nomine nostro, promisimus ac iterum tenore presentium promittimus bona fide, protestantes insuper dictas triginta marcas a dictis priorissa et eius conventu nobis fore numeratas et solutas integraliter, ita quod pro pagatis plenarie nos habemus. Ad omnis autem litis et discordie in futurum hinc inde ratione premissorum movende occasionem precidendam sepedictas renunciationem et resignationem fecimus, sicut de iure debuimus, de reverendi domini nostri Siffridi archiepiscopi Coloniensis et vererabilis patris nostri domini Wilhelmi abbatis Premonstratensis licentia, beneplacito et assensu. In omnium autem premissorum stabilem ac perpetuam firmitatem presentes litteras sigillis nostris videlicet propositi(!) et conventus fecimus communiri, rogantes insuper predictum nobilem dominum Everhardum comitem de Marca et dictos arbitros seu arbitratores Antonium et Engelbertum, ut sua quoque sigilla presentibus apponere dignarentur. Et nos comes predictus et nos arbitri seu arbitratores prescripti ad peticionem sepedictorum domini . . prepositi, . . prioris et conventus sigilla nostra presentibus appendimus in robur perpetue firmitatis. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto, in die Georgii martiris, in ecclesia in Sweve presentibus: fratre Ulrico ordinis Predicatorum, fratre Johanne capellano in Paradyso, domino Rudolpho plebano in Wernnen et domino Johanne dicto Cantor fratre monasterii nostri et domino Richardo plebano in Unna; magistris civium opidi Sůsatiensis: Gerlaco de Lake, Alberto dicto de Palsole ac civibus eiusdem opidi Brunone de Bocke, Theoderico dicto Monetarius, Johanne de Sunhere, Wernhero Rufo, Wichmanno de Flereke et aliis quam pluribus fide dignis.

Or. Kl. Paradies Nr. 45. An grünen geflochtenen Seidenschnüren hängen noch die Siegel 1) des Kl. Scheda (Westf. Siegel Taf. 103, 5), 2) Graf Everhards von der Mark mit Rücksiegel (ebenda Taf. 10, 4 u. 16, 1), beschädigt, 3) Antons von Schedingen (ebenda Taf. 204, 14) und 4) Engelberts von Herborn (ebenda Taf. 203, 3); das des Propstes von Scheda ist von den Seidenfäden abgebröckelt.

2296.

Erzbischof Siegfried von Köln überträgt dem Subdiacon Johann gen. Parvus die Pfalzkapelle in Soest. 1294 April 25.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius dilecto in Christo Johanni subdiacono Susatiensi dicto Parvo salutem in Domino. Ad honorem omnipotentis Dei eiusque matris Marie capellam palatii nostri in Susato cum pensione quinque marcarum Susatiensium minus duobus solidis, quam tu hactenus ex molendino tuo sito in villa Hattorpe nomine nostro villico curtis nostre ibidem seu schulteto nostro Susatiensi aut eius notario persolvere

tenebaris de consilio et assensu capituli ecclesie Coloniensis in hiis scriptis dotantes tibi, de quo nobis laudabile testimonium perhibetur, eandem capellam sic dotatam presentibus in nomine Domini porrigimus et conferimus in remissionem tuorum peccaminum officiandam, tenendam et gubernandam ut per te tuosque successores in dicta capella divina officia cum devotione debita laudabiliter habeantur et ibidem perpetuo commodius celebrentur. In testimonium igitur et robur omnium premissorum damus tibi has nostras litteras sigillo nostro et capituli ecclesie Coloniensis communitas. Datum die Dominica qua cantatur Quasimodogeniti anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Abschr. von Kindlingers Hand in Msc. II 71, 64 (vgl. Nr. 2298).

2297.

Erzbischof Siegfried von Köln bekundet, dass der Soester Kleriker Johann gen. Parvus, der von ihm zum Subdiakon befördert worden, der Pfalzkapelle in Soest seine Mühle zu Hattrop geschenkt hat. 1294 April 25.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino sempiternam. Cum nos alias maturo capituli ecclesie nostre Coloniensis consilio et tractatu diligenti prehabito capellam palatii nostri in Susato miserabiliter desolatam et collapsam cum pensione quinque marcarum Susatientium minus duobus solidis quam habemus et nobis hactenus solvebatur ex molendino Johannis clerici Susatiensis dicti Parvi sito in villa Hattorpe dotassemus et dictam pensionem de consilio dicti capituli ad eandem capellam liberaliter donassemus ac ipsam capellam sic dotatam prefato Johanni dicto Parvo a nobis in subdiaconum promoto, de quo nobis laudabile testimonium perhibetur, causa Dei porrexissemus more debito et consueto. Idem dominus Johannes statim et in eodem momento pio ductus affectu de omnipotentis Dei misericordia plene confisus pensionem octo maltorum annone ex ipso molendino suo singulis annis solvendam ac ipsum molendinum cum universis attinentiis ob honorem Dei eiusque pie matris Marie dedit et contulit ad capellam memoratam, ut ibidem de cetero cultus divinus habeatur et ab ipso ac suis successoribus divina officia perpetuo laudabiliter celebrentur. Nos itaque ipsius Johannis affectum pie in Domino commendantes et huiusmodi dotem, prout tenemur, confirmare et eidem capelle illesam perpetuo conservare volentes, universitatem vestram rogamus et in Domino exhortamur, quatenus unusquisque, prout sibi inspiraverit clementia Salvatoris, cum elemosinarum largitionibus ac aliis virtutum operibus dictam capellam accedat cum fiducia et favore. In testimonium premissorum sigillum nostrum una cum sigillo capituli ecclesie Coloniensis presentibus est appensum. Datum die Dominica quae cantatur Quasimodogeniti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Abschr. von Kindlingers Hand nach der von dem Notare Henricus Coci de Tremonia *angefertigten und beglaubigten Copie XV./XVI. Jhs. in Msc. II 71, 63 (vergl. Nr. 2298).*

2298.

Erzbischof Siegfried von Köln befiehlt dem Soester Schultheiss, dessen Notar und dem Villicus zu Hattrop die aus der Mühle des Klerikers Johann gen. Parvus bezogene Fruchtrente für die Pfalzkapelle fernerhin nicht mehr zu erheben. Bonn 1294 April 25.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius dilecti fideli suo Henrico schulteto Susatiensi, notario eiusdem ac villico curtis in Hattorpe gratiam suam et omne bonum. Cum capellam palatii nostri in Susato miserabiliter desolatam et collapsam cum pensione quinque marcarum Susatiensium minus duobus solidis de consilio et assensu capitul

ecclesie Coloniensis dotavimus, que pensio hactenus ex molendino clerici et capellani nostri videlicet Johannis dicti Parvi solvebatur idemque Johannes dictum suum molendinum cum omni integritate ad capellam contulit memoratam ac ipsam capellam ipsi contulimus more debito et consueto, requirimus, volumus et sub obtentu gratie nostre mandamus, ne de cetero huiusmodi pensionem, ius aut iusticiam aliquam ex dicto molendino et ab eius possessore aliquatenus requiratis aut recipiatis vel recipi aut requiri faciatis, sed ipsum Johannem nomine sue capelle suosque successores in eadem possessione dicti molendini cum omni integritate, aquis, pratis, pascuis et quibuscumque aliis gaudere permittatis perpetuo, pacifice et quiete; cum in usus hominum converti non debeat quod semel Deo dinoscitur dedicatum, taliter in premissis vos habentes, ut vestra discretio et benivolentia provide[1]) non immerito commendetur et participes efficiamini bonorum omnium, que dominus noster in dicta capella dignabitur operari. Datum Bunne anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, die Dominica Quasimodogeniti.

[1]) *Statt* „proinde".

Abschr. von Kindlingers Hand in Msc. II 71, 64 (vgl. Nr. 2296).

2299.

Der Arnsberger Droste Antonius von Ense bezeugt, dass Arnold gen. Balke und seine Brüder von Rollinchusen *dem Kl. Himmelpforten gegenüber ihre Ansprüche auf Güter in Schwefe aufgegeben haben. Neheim 1294 April 25.*

Nos Antonius dictus de Ense, dapifer domini comitis de Arnesberg, notum facimus universis presentes litteras visuris, quod Arnoldus dictus Balke et fratres eius Johannes et Wichardus, Arnoldus et Johannes fratres de Rollinchusen in nostra presentia constituti zelo devotionis ducti ob amorem Jesu Christi et beate Marie virginis resignaverunt omni iuri, quod in bonis ecclesie de Porta Celi sitis in Sveve habere dinoscebantur. Ut autem hoc ratum et firmum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto, dominica ante festum Phylippi et Jacobi in ecclesia in Nehem. Presentes aderant: Conradus miles de Ense, Israhel de Borsith, Johannes Sclepere, Hake de Berdinch, Godefridus Bluwelscoke et alii quam plures.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 49. Das Siegel mit samt dem Pgtstr. aus dem Einschnitt verschwunden.

2300.

Bischof Everhard von Münster tauscht mit dem Grafen von Arnsberg Ministerialen aus. 1294 Mai 4.

Nos Everhardus Dei gracia Monasteriensis episcopus recognoscimus publice protestantes, quod Elyzabecht(!) filiam Conradi militis dicti de Magna Domo nostram et ecclesie nostre ministerialem damus nobili viro comiti de Arnsberg in ministerialem, recipientes pro eadem Gundam filiam Rutgeri militis dicti de Althena bone memorie in nostram et ecclesie nostre ministerialem pari titulo permutacionis. Datum anno Domini M.CC^mo^. nonagesimo quarto, feria tertia post Inventionem sancte Crucis.

Abschriften des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 22 u. 109 B Bl. 28 a.

2301.

Die Schwestern des verstorbenen Subcustos von Soest-Patroclus schenken dem Kl. Soest-Walburgis in dessen Hof Heyminchusen *(Hemmis Kr. Soest?) 12 Morgen Land. 1294 Mai 15.*

Omnibus presentem litteram percepturis . . prepositus totusque conventus sanctimonialium ecclesie sancte Walburgis extra muros Susaciensis salutem in Domino perpetuam. Notum esse volumus publice

protestantes, quod Hadewigis et Elyzabet sorores nate Hinrici subcustodis quondam ecclesie Susaciensis duodecim iugera agrorum pro sedecim marcis usualium denariorum in Susato racionabiliter et iusto contractu conparaverunt, ea pio favore ac eternorum intuitu ecclesie nostre in curtem Heyminchusen liberaliter conferentes et assignantes perpetuo possidenda, ita quod . . villicus dicte curtis qui pro tempore fuerit eisdem sororibus de dicta curte duo malta siliginis et ordei in festo beati Martini singulis annis exnunc in antea, quamdiu vixerint, amministret et earum altera defuncta superstes pro tempore vite sue et uno termino post mortem eius totalem percipiat pensionem. In qua si dicte sorores vel altera ipsarum aliquem defectum habuerint, ipsum cessante qualibet contradictione de granario nostro supplebimus statim, cum fuerimus requisiti. Mortuis vero dictis sororibus predicta pensio ad ecclesiam nostram redibit absolute: sed inde memoria earumdem sororum agetur apud nos in perpetuum, prout fratrum et sororum nostrorum memorie agi solent. In cuius rei testimonium sigilla nostra in testimonium et robur perpetuum presentibus duximus apponenda. Datum sabbato post festum beati Servacii, anno Domini M^mo^.CC^mo^. nonagesimo quarto.

Or. Kl. Walburgis 39. An Pgtstr. noch Reste des Siegels des Propstes (vgl. Nr. 2229).

2302.

Hermann Nagel verzichtet mit seinen Verwandten zu Gunsten des Kl. Benninghausen auf ihre Anrechte an Gütern in Overhagen. 1294 August 5.

Universis presentes litteras inspecturis vel eciam audituris Symon nobilis dominus de Lippia salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod Hermannus dictus Naghel et Rodolfus filius, Hermannus et Hermannus cognati dicti Grip, Thimmo Grip, Thimmo Naghel et . . uxor sua ac eorum filii Herbordus, Rodolfus et Johannes constituti coram nobis in oppido Lippensi omne ius proprietatis seu quodcunque aliud ius, quod habebant vel ex quacunque causa hactenus habuisse dinoscebantur, in bonis sitis in villa Overhaghen cum eorum pertinentiis, que bona . . abbatissa et conventus sanctimonialium in Benekinchusen a Hermanno dicto Wamboystickere opidano Lippensi emerunt pro centum marcis denariorum Lippensium et eidem Hermanno huiusmodi pecuniam persolverunt . . abbatisse et conventui predictis donaverunt, tradiderunt ac libere resignarunt renunciantes omnibus exceptionibus et defensionibus iuris et facti tam canonici quam civilis, que ipsis vel eorum heredibus in dictis bonis imposterum possent vel deberent quomodolibet suffragari. In cuius rei testimonium nos Symon nobilis de Lippia predictus presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Nos vero consules opidi Lippensis ad evidenciam huius facti pleniorem et ad peticionem partium sigillum nostrum una cum sigillo prepositi monasterii Lippensis presentibus duximus apponendum. Actum coram comite de Redberghe; Hermanno de Daverenberge dicto Micke, Johanne de Linghe, Bernhardo de Beveren, Arnoldo de Altena militibus; Volberto tunc proconsule, Bernardo Pundere, Helmerico apud Cymitherium, Arnoldo de Specken, Godefrido Radbrachting opidanis Lippensibus et Detmaro Redbergh, Hermanno de Zendene, Henrico Ebbinchof, Conrado de Herevelde et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in die beati Oswaldi regis et martiris anno Domini M°.CC^mo^ nonagesimo quarto.

Or. Kl. Marienfeld 303. An rothen Seidenfäden 1) das Siegel Simons v. d. Lippe mit Rücksiegel (Preuss u. Falkmann Taf. 18), 2) von Lippstadt mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 68, 6 u. 14, 7), 3) Bruchstück vom Siegel des Propstes Degenhard von Lippstadt. Gedr. Westf. UB. III 1494.

2303.

Der Schultheiss Heinrich von Soest überträgt nach Empfang des doppelten Zinses dem Kl. Himmelpforten den Zinshof in Müllingsen, welchen dieses von Gottschalk von Wiginchusen *gekauft hatte, und führt die von dem Hofe zu zahlenden Zinsen auf. 1294 August 8.*

Omnibus presentes litteras inspecturis ego Henricus Sculthetus Susatiensis miles notum esse cupio, quod, cum religiosa domina .. abbatissa ecclesie ad Portam Celi curtim quandam sitam in villa Mulinchusen de qua michi et successoribus meis annua debetur pensio nomine conventus eiusdem ecclesie rite et rationabiliter a Goscalco de Wiginchusen quondam oppidano Susatiensi et heredibus suis comparasset, ego prout iuris erat recepto a dicta domina abbatissa et conventu predicto duplo pensionis quod theuthonice *twischette* nuncupatur dictam curtim predicte domine . . abbatisse et eiusdem conventui porrexi, prout talia bona pensionalia de iure sunt porrigenda. Solvit itaque dicta curtis in die beati Jacobi apostoli triginta denarios: Ade videlicet de Lunen viginti novem denarios et notario meo unum, item in die beati Mychaelis archangeli tres solidos notario predicto, preterea in die beati Martini hyemalis sex solidos Alberto de Bekehem vel officium preconatus sui possidenti, item Alberto iam dicto vel officium suum predictum tenenti sex solidos in die ad Cathedram beati Petri et sex denarios et obolum eidem Alberto vel dictum officium suum tenenti in Ascensione Domini, item tres *schepel* tritici qui in die beati Kuniberti episcopi in domum meam in Susato sunt presentandi; preterea solvit etiam dicta curtis septem denarios in die beati Kuniberti iam dicto qui presentandi sunt in curtim sitam in Lendrinchusen que quondam Johanni de Werdinchusen oppidano Susatiensi pertinebat. Recognosco itaque firmiter et protestor tenore presentium litterarum, quod huiusmodi pensione a dicta domina . . abbatissa et conventu eiusdem de dicta curte dictis temporibus rationabiliter persoluta nec ego nec successores mei nec quisquam alius de prenotata curte amplius quidquam requirere possumus aut debemus, salvo tamen michi et successoribus meis in eo per omnia iure nostro, quod si dicta curtis postmodum a dicta domina . . abbatissa et conventu eius per venditionem seu alio quoquomodo in personam vel personas transferatur alienas, dicta persona vel persone michi vel successoribus meis de duplo pensionis quod *twischette* vulgariter appellatur plenariter satisfaciant, priusquam se de dicta curte et ipsi pertinentibus aliquatenus intromittant, tribus tamen *schepel* tritici exceptis supradictis de quibus in venditione dicte curtis nulla erit *twischette* facienda. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine duxi roborandas. Testes huius rei sunt: dominus Godefridus decanus ecclesie Susatiensis, Andreas frater suus miles, Hermannus Pil notarius meus, Dethmarus officiatus meus, Winandus Wale, Johannes et Godefridus fratres de Molandino, Johannes de Hoginghe, Gobelinus de Kywe, Conradus de Elfeldehusen, Johannes Polledrus, Albertus de Palsole, Henricus de Hammone, Helmicus de Hammone et alii quam plures in Susato providi ac fidedigni. Datum in die beatorum Cyriaci et sociorum eius, anno Domini M°CC° nonagesimo quarto.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 50. Das Siegel von Pgtstr. ab. Die Zeugenreihe scheint später nachgetragen zu sein. Geschrieben von derselben Hand wie Nr. 2268. Gedr. Seibertz UB. I 449.

2304.

Theodericus *der ältere Edelherr von Limburg bezeugt die Freilassung der Frau des Johann von* Sthengraven *Gerburgis, die früher als Leibeigene zu seinem Hof Styrum gehörte, gegen den Eintritt der Tochter Hincelmanns von Rüttenscheidt an ihre Stelle. 1294 August 21.*

Universis in perpetuum presentes literas visuris Theodericus senior nobilis de Lymborch salutem in Domino sempiternam. Ad nostram accedens presentiam Gerburgis uxor Johannis de Sthengraven nobis humiliter supplicavit, quatenus, cum ipsa sue conditionis privilegium a nobis ante multa tempora

optentum negligenter perdiderit, huiusmodi sibi privilegium de novo concedere curaremus. Nos ergo iustis suis petitionibus benignum prebentes assensum, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod dicta Gerburgis ad curtem nostram Styrhem pleno iure seu conditione servili quondam pertinens, recepta pro ipsa ad dictam nostram curtem quondam Druda, filia Hincelmanni de Ruddenschede, in statum et conditionem eiusdem Gerburgis per concambium seu personalem permutationem ad ius libertatis a nobis legitime est translata, ipso libertatis iure cum tota sue prolis successione perpetuo mancipanda. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CC°.XC°. quarto, presentibus Alberto dapifero nostro, Arnoldo Waschardi, Henrico Winnero, Gobelino de Stengraven, Gerhardo de A et Theoderico Celerario et aliis compluribus fide dignis, XII Kalendas Septembris.

Abschr. Kindlingers in Msc. II, 117 S. 8 ohne Siegelvermerk.

2305.

Vor den Rathsleuten von Bielefeld verzichtet die Wittwe des Thimmo Nagel zu Gunsten des Kl. Benninghausen auf ihre Anrechte an Gütern in Overhagen. Bielefeld 1294 August 23.

Nos consules civitatis Bileveldensis notum facimus universis, quod Lutgardis relicta quondam Thimonis dicti Nagel militis et filii ipsius Herebordus, Johannes et Rodolfus necnon et Lutgardis uxor Hermanni dicti Griph ac filia sua Gůda, quicquid iuris in bonis Overhagen cum omnibus suis attinenciis hactenus habuerant aut habere videbantur, abbatisse et conventui sanctimonialium in Benikinchusen ordinis Cisterciensis, Coloniensis dyocesis in manum Henrici conversi eiusdem loci coram nobis libere resignarunt. Hec autem bona Overhaghen Hermannus dictus Wamboisstickere iamdictis abbatisse et conventui quondam vendiderat, sicut in instrumentis super hoc confectis plenius continetur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Actum et datum in Bilevelde in vigilia beati Bertholomei (!) apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Copie des XVI. Jhs. in Msc. VII 5718 b S. 63. Regest bei Reese, Bielefelder UB. 63.

2306.

Heinrich von Curne *und dessen Mutter erwerben von dem Kl. Welver eine Fruchtrente aus dem Sternenhof in Clotingen. 1294 September 1.*

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris soror O . . . . . . dicta abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Welvere salutem [1]) in vero salutari. Tenore presentium protestamur et notum esse cupimus tam modernis quam futuris, quod Henricus dictus de Cuorne et mater ipsius dicta Alyedis (!) novem malcia et dimidium syliginis et ordei paris quantitatis usu et contractu vendicionis rite ac racionabiliter erga nos comparaverunt, quam pensionem singulis annis, quam diu vixerint, circa festum Martini dicto H(enrico) et matri sue A(leydi) ac sorori ipsius nomine Hildegundis de curte nostra dicta Stella in Clotinke sita absque aliqua contradictione benivole administrabimus. Hoc quoque condictum est, si prefata curtis nostra dicta Stella grandine, incendio vel alio infortunio dampnum aliquod sustinuerit, id ipsum dampnum, prout possibile est, eisdem scilicet H(enrico) et A(leydi) ac Hil(degundi) alleviabimus (!). Post mortem vero unius trium iam dictorum unum maltium syliginis et unum maltium ordei ex parte ipsius iam defuncti nobis libere cedet et absolute. Post mortem autem alterius scilicet supradictorum trium iterum unum maltium syliginis ex parte eius eciam nobis liberaliter cedet et revertetur et sex maltia et dimidium prefate pensionis cuicunque de ipsis adhuc superviventi a nobis persolvenda remanebunt. Universis vero iam sepe tribus prelibatis defunctis dimidia pars pensionis primo transmigrationis anno ultime viventis Predicatoribus in Sůsato cedet et a nobis ipsis pari quantitate

administrabitur et postmodum ad ecclesiam nostram dicta iam sepius pensio in eternum absque ullius contradictione libere et absolute revertetur et memoria dictorum omnium apud nos devote peragetur. In testimonium igitur premissorum hanc paginam sibi contulimus sygillo nostri monasterii roboratam. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXX° quarto, in die beati Egydii abbatis.

[1]) *Die 3 letzten Worte übergeschrieben.*

Or. Kl. Welver Nr. 104. An Pgtstr. das Siegel des Kl. Welver (Westf. Siegel Taf. 114, 9).

2307.

Der Dompropst und Archidiacon Conrad von Köln beauftragt den Pfarrer in Düdinghausen den vom Kl. Küstelberg für die Pfarre in Medebach präsentirten Grafschafter Mönch Gottfried mit der genannten Pfarre zu investiren. 1294 September 15.

. . Conradus Dei gratia prepositus et archidiaconus Coloniensis dilecto in Christo . . plebano in Dudincshusen salutem in Domino. Cum Godefridus monachus et sacerdos in Graschaif nobis[1]) tamquam loci archidyacono a venerabilibus dominabus . . priorissa et conventu de Quistelberg[2]) ad ecclesiam de Medebeke vacantem ex libera resignatione Godefridi sacerdotis de Odincgen, quondam dicte ecclesie in Medebeke pastoris, presentatus existat, petens se ad dictam ecclesiam admitti et per nos de eadem investiri, nos consideratis considerandis, quia predictas . . priorissam et conventum recognoscimus dicte ecclesie in Medebeke esse veras patronas, prenominatum Godefridum de Graschaif de dicta ecclesia in Medebeke presencialiter investientes curam animarum et custodiam reliquiarum eidem duximus committendam. Hinc est, quod vobis sub pena excommunicationis districte precipiendo mandamus, quatinus predictum Godefridum in possessionem eiusdem ecclesie in Medebeke inducatis corporalem cum sollempnitatibus ad hoc debitis et consuetis, precipientes auctoritate nostra universis parrochianis ibidem, ut dicto Godefrido tamquam eorum vero pastori aut substituto ab eodem in omnibus reverenter obediant et intendant, contradictores et rebelles, si qui fuerint, eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam compescendo. Facta executione reddite litteras sigillatas. Datum in crastino Exaltationis sancte Crucis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto . . . . Superscriptionem harum dictionum: „in (!) Quistelberg" approbamus. Datum ut supra . .

[1]) *Hinter* nobis „ad ecclesiam de Medebeke" *durchgestrichen.* [2]) „de Quistelberg" *übergeschrieben; vgl. die Schlussbemerkung.*

Or. Kl. Glintfeld Nr. 14. Zwei Siegel von Pgtstr. ab.

2308.

Der Kleriker Arnold von Hövel und sein Bruder Johann verkaufen dem Kl. Fröndenberg ihre Eigenthumsrechte an Hufen in West-Büren und Klein-Billmerich. Mark 1294 October 17.

Nos Wescelus de Galen, Gerwinus de Rinkenrode et Johannes de Hovele milites universis presentia visuris et auditturis notum facimus et presentibus protestamur, quod in nostra et testium subscriptorum constituti presentia Arnoldus de Hovele clericus et Johannes frater eius vendiderunt et contulerunt omne ius proprietatis eisdem de iure conpetentibus[1]) in manso Westbůren et in manso Lůttiken Bilemeriken ecclesie seu monasterio in Vrendeberge Cysterciensis ordinis pro quatuor marcis Tremoniensium denariorum, confitentes, se predictam pecuniam ab eiusdem monasterii provisoribus recepisse, renunciantes omni iuri ad eos in prefatis mansis per mortem Theboldi quondam patris eorum devoluto, promittentes se et heredes eorum contra venditionem et traditionem predictas non venturos. In cuius rei memoriam nos milites supradicti ad petitionem ipsorum fratrum presentibus duximus apponenda sigilla nostra. Actum ante viridarium in Marka anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto, in crastino beati Galli confessoris, presentibus nobis militibus supradictis Constantino de Galen famulo, Johanne Volenspit, domino

Pulciano, Thiderico Harme militibus, Richardo de Hesnen, Rothero de Galen, Lůberto de Hagen, Arthuro de Sweve, famulis et aliis pluribus fide dignis vocatis ad hoc specialiter et rogatis.

[1]) *Fälschlich für* „competens".

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 45. Die Siegel von Pgtstr. ab.

2309.

Hermann von Hövel bekennt sich dem Kl. Welver gegenüber zu einer Schuld von 26 Mark, die er in drei Jahren zurückzuzahlen verspricht. 1294 November 15.

Nos Hermannus miles dictus de Hovele universis presencia visuris et audituris cupimus fore notum tenore presencium publice protestantes et recognoscentes, quod nos et uxor nostra Odburgis[1]) necnon heredes nostri universi videlicet Godefridus, Johannes, Lambertus, Stacius, Cristina et Ermegardis tenemur in viginti sex marcis Monasteriensium seu Sůsaciensium denariorum bonorum et legalium duodecim solidis pro marca conputandis abbatisse, priorisse totique conventui in Welvere ex causa mutui, quas ipsis in festo beati Martini proximo preteriti ad tres annos persolvemus et persolvere promittimus in hiis scriptis, promittentes eciam eisdem hiis singulis tribus annis dare duarum marcarum reditus de domibus et areis in Bekehem sitis in platea orientali solvendos quatuordecim diebus elapsis post festum Pasce, in dominica qua cantatur Misericordia Domini. In cuius rei testimonium et firmitatem presentes litteras nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Datum anno Domini M°.CC°.XC°. quarto, feria secunda post festum beati Martini.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Welver Nr. 105. An Pgtstr. das Siegel Hermanns von Hövel (Westf. Siegel Taf. 196, 7).

2310.

Schiedsrichter entscheiden die Streitigkeiten zwischen dem Kl. Bredelar und dem Soester Bürger Albert Bruninch wegen eines Hauses in Soest und eines Hofes in Wulfringhausen. 1294 December 4.

In nomine Domini. Nos Vulfhardus presbiter rector ecclesie sancti Georgii et Wernerus dictus Rufus opidanus Sůsaciensis omnibus presentem litteram percepturis notum facimus publice protestantes, quod cum in causa, que inter relligiosos viros . . abbatem et conventum de Breydelar ordinis Cisterciensis, Paderbornensis dyocesis ex una parte et Albertum dictum Brůninch opidanum Susaciensem seu clericum ex altera super domo sive fabricis sitis in opido Susaciensi iuxta ecclesiam et cimiterium sancti Georgii, in quibus fabri cultellorum morantur, que quondam fuerunt Hermanni de Hůttinchusen, quadam area adiacente et quadam curia dicta Vulfhardinchusen ac quibusdam aliis querelis, questionibus et causis coram honorabili viro domino . . officiali curie Coloniensis vertebatur, in nos una et Hinricum Advocatum militem sit tanquam in arbitros, arbitratores seu conpositores amicabiles sub certa forma compromissum, nos Vulfhardus et Wernerus arbitratores predicti, quia dictus miles examinacioni et pronunciacioni huiusmodi negocii interesse non potuit, prout nobis suis patentibus litteris suo sigillo sigillatis intimavit, nos[1]) onus eiusdem negocii seu arbitrii pro commodo et concordia partium assumentes conpetenti deliberacione prehabita et omnibus, que consideranda fuerant, diligenter consideratis arbitrando dicimus et pronunciamus, dictos . . abbatem et conventum in dictis domo, area et curia potius ius habere, propter quod domum, aream et curiam easdem auctoritate arbitraria in hiis scriptis adiudicamus . . abbati et conventui memorato, dicto Alberto super ipsis domo, area et curia perpetuum silencium inponentes. Verum arbitrando ordinamus, quod in reconpensacionem iuris, quod dictus Albertus in curia Vulfhardinchusen habuerat . . abbas et conventus predicti dabunt et solvent predicto Alberto et Helewigi sorori sue, quamdiu vixerint, annuatim in festo beati Petri ad Katedram pensionem quatuor

maltorum mensure Susaciensis siliginis, ordei et avene triplicis annone pari quantitate, ita quod altero defuncto superstes medietatem pensionis tantum habeat et post mortem utriusque abbas et conventus sint ipso facto absoluti a solucione huiusmodi pensionis. Et si dictos Albertum et sororem eius vel alterum eorum ante festum beati Petri predictum mori contigerit, ipsa pensio eis vel alteri ipsorum non conpetit; si vero post festum ipsum decesserint, de termino ipsius festi preteriti percipiant pensionem. Unde omnes litteras ab eodem Alberto super dictis domo, area et curia obtentas seu obtinendas sub quacunque forma et a quibuscunque personis arbitrando cassamus et decernimus in perpetuum minime valituras. Preterea de precio cuiusdam equi, de quo mencio fit in compromisso, dictum Albertum arbitrando quitum proclamamus et solutum volentes, quod omnes querele, questiones et cause qualitercumque inter partes predictas exorte per hanc nostram ordinacionem et pronunciacionem omnimode sint sopite. Insuper auctoritate predicta sub pena viginti marcarum denariorum Susaciensium in compromisso edita mandamus, quatenus partes predicte omnia premissa rata habeant et inviolabiliter observent. Partem vero contra nostrum arbitrium venientem in dictis viginti marcis parti alteri arbitrium observanti presentibus condempnamus ordinacione et pronunciacione nostra nichilominus in suo robore duraturis. Huic pronunciacioni presentes erant: . . prepositus Sceydensis ordinis Premonstratensis, Rubertus scolasticus, Hinricus de Dungelen, Gerhardus de Osthoven, Ludolphus Ferneri, Theodericus de Palsole, Radulphus Swelinch canonici ecclesie Susaciensis, Gozwinus, Hinricus Videlere, Hinricus de Traiecto vicarius ibidem et quidam alii. In testimonium igitur premissorum sigillo prepositure Susaciensis ad causas una cum sigillo honesti viri scolastici predicti presentes litteras rogavimus communiri. Pronunciatum et datum sabbato ante festum beati Nycolai confessoris coram capitulo ecclesie Susaciensis hora vesperarum, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto . . . . . .

[1]) *Corrigirt aus* „nobis".

Or. Stift Soest-Patroclus 68. Zwei Siegel von Pgtstr. ab.

2311.

Der Ritter Rabe d. J. von Pappenheim überträgt mit Zustimmung seiner Frau Elisabeth und seines Sohnes Rabe Frucht- und Geldrenten aus seinen Gütern in Esbeck an das Kl. Bredelar. 1294 December 13.

Universis hanc litteram visuris vel audituris Raveno miles iunior dictus de Papenhem noticiam veritatis protestor litteras per presentes de consensu uxoris mee domine Elizabeth et Ravenonis filii mei et heredum meorum, me dedisse monasterio in Bregdelaria ordinis Cisterciensis de redditibus nostris in Esbike X moldra siliginis et X avene et de eisdem bonis in futuro anno X moldra siliginis et X avene mensure Wartbergensis, eodem modo recipiet dictum monasterium et I marcam denariorum de bonis antea memoratis. Siquid autem defuerit in premissis, supplebitur de proventibus, qui in Hersvedehusen per meos famulos reponi ab annis plurimis consueverunt. In cuius rei testimonium sigilla fratrum meorum et meum et cognati mei domini Ecberti dicti Speculum de Desenberg presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CC°XCIIII, in die beate Lucie.

Or. Kl. Bredelar Nr. 126. Gedr. irrthümlich zu 1290 Westf. UB. IV 2115. 2 Siegel abgefallen.

2312.

Conrad von Menninghausen verzichtet gegenüber dem Grafen Ludwig von Arnsberg auf die Vogtei über den Hof in Frohnhausen zu Gunsten des Kl. Scheda. 1294.

Nos Conradus de Meninchusen universis praesentia visuris notum esse volumus, quod cum nobilis vir Lodewicus comes de Arnessbergh proprietatem advocatie curtis in Vronhusen conferre[t] ecclesiae

Schedensi iure proprietatis perpetuo possidendam, quod nos et patres nostri ab ipso tenuimus iure homagii, in manus ipsius comitis resignavimus et ab omni iure recessimus et per presens scriptum recedimus et resignamus, quod in ipsa habere videbamus, ad dictae ecclesiae profectum et voluntatem, prout inter nos, cum dictam advocatiam a nobis compararent, erat ordinatum. In cuius rei testimonium sepedictae ecclesiae praesentes litteras sigillo nostro contulimus sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Abschr. des XVI. Jhs. in Msc. VII 6116 fol. 86. S. Meininghaus in d. Familiengesch. Blättern Jahrg. 1905 Nr. 28—30.

2313.

Dietrich gen. Rump schenkt dem Kl. Himmelpforten Güter in Gerlinchusen *(Gerlingen Kr. Soest) und eine Rente aus Gütern in Dinker. 1294.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris Theodericus dictus Rump veritati testimonium perhibere. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Noverit igitur tam presens etas, quam futura posteritas, quod ego cum consensu et plena voluntate matris mee dicte Vrederunis necnon et fratrum meorum, videlicet Helmici, Herbordi, Rutgeri, Richardi, Theorici (!) et sororis mee Gertrudis et legitimorum meorum heredum pro remedio mee salutis et carorum meorum religiosis . . abbatisse et conventui monasterii ad Portam Celi bona in Gerlinchusen sita cum agris et omnibus attinentiis suis una cum proprietate et cum quadam annua pensione, scilicet IX solidorum, VI denariorum, IIII^or^ pullorum de bonis in Dinchere sitis eodem iure, quo mihi et meis progenitoribus pertinere videbantur, donavi perpetuo possidenda. Siquid igitur iuris in utrisque bonis prelibatis ego et universi heredes mei prefati habere noscebamur, ecclesie memorate resignavimus libere et absolute, firmam spem et fiduciam in Domino habentes, quod hec nostra donacio animabus nostris proficere debeat ad salutem. Ut autem huiusmodi factum firmum semper et inconvulsum permaneat et retractari quocunque modo non valeat, presens scriptum super eo confectum et sigillo meo signatum contuli in premissorum testimonium et in stabilimen perpetue firmitatis. Presentes erant: dominus Adolphus decanus de Velmede, Hermannus plebanus de Odinge, Conradus de Bruchusen, Wernherus[1]) clericus de Werle, Johannes Scruch, Dithardus de Varenbragt et alii quam plures. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo quarto.

[1]) *In der ersten Silbe Correktur.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 51. An weissen Hanffäden das stark beschädigte Siegel des Ausstellers (schildförmig, Sparren); Umschrift: († S. Theode)rici de Odinghen (?).

2314.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt den Vergleich zwischen dem Kl. Paradies und dem Kl. Scheda (s. Nr. 2295) wegen des Hofes in Alveldinghusen. *(1294 Januar 11) 1295 Januar 10*

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presens scriptum visuris salutem in Domino. Ex parte priorisse et sororum monasterii de Paradyso iuxta Susatum nobis exstitit humiliter supplicatum, quod, cum diu inter ipsas ex una parte prepositum et conventum ecclesie Schedensis ordinis Premonstratensis ex altera super proprietate cuiusdam curtis olim appellate Alveldinchusen, in cuius curtis fundo dictum monasterium nunc est situm, questio verteretur et dicta questio tandem fuerit per amicabilem composicionem seu transactionem mediantibus fidedignis sopita, quibusdam litteris et instrumentis super huiusmodi compositione seu transactione confectis, nos dignaremur approbare et auctoritatem inpertiri compositioni et trans-

actioni predictis. Dictarum igitur sororum precibus inclinati dictam compositionem seu transactionem, prout rite facta est, approbamus et auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum feria secunda post Epiphaniam Domini, anno eiusdem M°.CC°. nonagesimo quarto. Superscriptionem que est „ex altera" approbamus. Datum ut supra.

Abschr. des XIV. Jhs. Msc. VII 6107 fol. 24—25.

2315.

Ablassbrief genannter Bischöfe für das Armenhospital in Lippstadt. Rom 1295 Januar 13.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater Basilius Jerosolemitanus Armenorum [1]) Dei gratia archiepiscopus, Azo Casertanus,[2]), Romanus Crohensis[3]), Michael Albanie[4]), Perronus Larinensis[5]), Aymardus Lucerie[6]), Maurus Ameliensis[7]), Lambertus Veglensis[8]). Jacobus Acenensis[9]), Cyprianus Bovensis[10]), Salernus Thelesinus[11]) et Andreas Lidensis[12]) eadem gratia episcopi salutem sempiternam et fructuosam in Domino karitatem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme operibus misericordie prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur hospitale pauperum in oppido Lippensi Coloniensis diocesis non habeat in redditibus, unde egenas pariter et egros illuc confluentes, prout eorum indigentia requirit, provisores eiusdem hospitalis valeant in alimoniis sustentare, nisi eleemosynis Christi fidelium subveniatur eidem, universitatem vestram monemus, rogamus et in Domino exhortamur, quatinus in remissionem vestrorum peccaminum de bonis vobis a Deo collatis pias eleemosynas et grata karitatis subsidia erogetis eidem, ut per vestram subventionem eorundem egenorum et egrorum indigentiis plenius et liberius consulatur vosque per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis adipisci possitis vitam eternam. Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui prelibato hospitali manus ad huiusmodi piorum operum exercitia porrexerint adiutrices seu in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum aut qui ad capellam dicti hospitalis in festis suscriptis (!) videlicet Nativitatis, Resurectionis et Ascensionis Domini nostri Jesu Christi atque Pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, sancti Michaelis archangeli, sancti Johannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli ..... Nicolai pontificum ...... omnium sanctorum patroni vel patronorum ...... anniversario dedicationis capelle memorate causa devotionis accesserint seu etiam qui ad fabricam vel structuram, luminaria, ornamenta ... alia necessaria eiusdem capelle manus porrexerint adiutrices singulis singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum (R)ome Idibus Januariis, anno Domini M°CC°LXXXX°V°, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo.

Auf den Ablassbrief war dann folgende Bestätigung des Erzbischofs Wigbold von Köln gesetzt oder daran transfigirt:

Et nos Wicholdus (!) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius indulgentias venerabilium patrum archiepiscoporum et episcoporum quibus hec presens nostra licentia est impertita tanquam loci diocesanus ratificamus et approbamus quadraginta dies venie de omnipotentis Dei misericordia superaddentes eisdem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Susati XII Kalendas Julii, anno Domini M°CC° nonagesimo octavo.

[1]) Armenien. [2]) Caserta. [3]) Croja. [4]) Belgrad? [5]) Larino. [6]) Lucera. [7]) Amelia. [8]) Veglia. [9]) *Statt* Acernensis. Acerno. [10]) Bova. [11]) Telese. [12]) Lydda?

Abschr. (Augustinerkloster Lippstadt 1 a) des Lectors des Franziskanerklosters in Paderborn Fr. Marcellinus Molkenbuhr vom Jahre 1781 bei dessen Anwesenheit in Lippstadt angefertigt. Die Siegel sollen noch vorhanden gewesen sein, dagegen waren die Unterschriften der Aussteller (d. h. doch wohl die Siegelvermerke auf dem Umbuge) verblichen.

2216.

Das Kl. Benninghausen nimmt ein Kapital von 7 Mark auf und verpfändet dafür eine Fruchtrente. 1294 (1295) Februar 10.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris Mechtildis Dei pacientia abbatissa et totus conventus monasterii in Benekinchusen Coloniensis dyocesis tenore presentium publice protestamur et recognoscimus, quod nos ad usus monasterii nostri septem marcis denariorum Susati legalium receptis a Cristina de Berninchusen de communi consilio et voluntate confratrum et consororum nostrarum pro reconpensatione dicte pecunie decrevimus dicte Cristine dare pensionem unius malti annone scilicet siliginis et ordei equaliter mensure Susacensis; quam annonam ad tempus vite sue singulis annis infra octavas beati Martini hiemalis eidem Cristine amministrabimus in oppido Susacensi nostris laboribus et expensis. Post mortem vero ipsius dicta pensio ad nostrum monasterium revertetur libere et absolute et exinde habebit fraternitatem et participationem omnium elemosinarum, vigiliarum, orationum et ceterorum quorumcunque bonorum, que in nostro monasterio agi solent. In testimonium igitur et plenam evidentiam premissorum sepedicte Cristine contulimus presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Datum in festo beate Scolastice virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 67. Siegel von Pgtstr. ab.

2317.

Hermann von Neheim bezeugt, das Gottfried von Borbeyn die von ihm zu Lehen gehenden Güter in Madewich *(Mawicke) an das Kl. Himmelpforten verkauft hat. 1294 Februar 28 (1295 Februar 13).*

Universis presencia visuris seu audituris Hermannus dictus de Neheym salutem et cognoscere veritatem. Noveritis quod Godfridus de Borbeyn de consensu uxoris sue Elyzabet et puerorum suorum Danielis, Wilhelmi, Godfridi, Friderici, Ide et Megelendis bona sua sita in Madewich ad meam infeodacionem pertinencia iure proprietatis iusto contractu pro certa et numerata pecunia racionabiliter vendidit perpetuo possidenda abbatisse et conventui ad Portam Celi ordinis Cisterciensis meo, . . uxoris mee Stephanie ac filiorum meorum Johannis et Hermanni ac heredum meorum accedente consilio et consensu, quam vendicionem utpote racionabilem ratam habeo et gratam, immo ratifico et confirmo per presentes necnon pietatis intuitu de scitu et voluntate . . uxoris et filiorum meorum predictorum ob spem remuneracionis eterne proprietatem dictorum bonorum confero abbatisse et conventui memoratis, immo in monasterium ipsarum presentibus transfero perpetualiter obtinendam et omni iuri, quod mihi et meis heredibus in dictis bonis conpetebat, renuncio simpliciter propter Deum. In cuius rei testimonium sigillum meum necnon sigillum opidanorum in Werle ad maiorem evidenciam premissorum presentibus sunt appensa. Hiis presentes erant: Johannes de Werle miles; Hinricus de Berdinch, Florencius de Ůflen, Gerwinus de Engere, Gerwinus de Tůnen, Gamerith, Antonius Sluc, Bruno de Werle, Johannes de Buderike, Kostentinus de Budrike, Hermannus de Borsit, Th(eodericus) de Hoynch, Godefridus de Mola, Johannes de Hoynch, Hinricus de Hammone, Wilhelmus, Gozwinus et Hermannus magistri burgensium[1]). Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto, dominica Esto michi.

[1]) *Hinter* „burgensium" *ist eine Lücke gelassen; zu ergänzen ist wohl* „opidi Werlensis".

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 46. An Streifen, die aus dem Pergament geschnitten sind, die Siegel Hermanns von Neheim (Westf. Siegel Taf. 208, 5) und der Stadt Werl (ebenda Taf. 71, 5).

Von dieser Urkunde ist eine, der Schrift nach zu urtheilen, gleichzeitige Uebersetzung (Himmelpforten Nr. 47) vorhanden, die wir aus sprachlichen Rücksichten im Wortlaut hier anschliessen.

Kundigh zi al denghinen, dey dissen breyf zeyt unde horet lesen, dat Godert van Borbeyn myd willen zins wyves Elzeken unde zir kindere Danyeles, Wilhems, Goderdes, Frederykes, Iden unde Meychildes zyn gud to Madewygh gheleghen, dat van my to leyne gheyt dat hevet hey vor eghen verkoyft redeliken unde reychtliken umme eyne zumme gheldes dey em betalt is, eweliken to besittene der ebbedissen unde dem convente to der Hymelporten myd willen myns wives Stephanien unde myr zoyne Johans unde Hermans unde al myr reychten erven myd irme rade unde vůlbort myd ir wyscap unde myd irme willen; vortmer myd willen mir zoyne vorghenomd unde al myr reychten erven so ghevé ich umme Godes willen der ebbedissen und irme convente den eghendoym des vorbenomden gůdes eweliken unde ummermer to behaldene unde umme Godes willen al dat reyght dat ich unde myn erven an dem gude hadden dat dreghe wy oyp der ebbedissen und irme styghte unde vertiget des in dir ghyghewerdighen scryft. Unde to eynem tughe disser dynk so is myn zighel unde der stades zighel van Werle to eyner merer zykerygheyt an dissen breyf ghehangen. Hir was oyver unde an: her Herman van Werle ridder: Hinrich van Berdinc, Flore van Uflen, Gherwin van Engere, Gerwin van Tůnen, Ghameryt, Tonyus Sluyk, Brun van Werle, Johan van Buderike, Kostentyn van Budrike, Herman van Borsyt, Diderich van Hoyginge, Godert van der Mulen, Johan van Hoyginge, Hinrich van dem Hamme, Willhem, Goswin unde Herman burghmestere. Actum et datum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo quarto, dominica Esto michi.

2318.

Heynemann gen. Sprenge und sein Bruder Hermann verkaufen dem Kl. Fröndenberg ihre Güter in Hemmerde. 1294 (1295) Februar 16.

Ego Heynemannus dictus Sprenge, Harmannus frater meus, uxor mea et heredes nostri notum facimus universis hanc litteram intuentibus et presentibus publice [1]) protestamur, quod nos ecclesie et conventui in Frendenberge vendidimus et resignavimus coram Harmanno de Gelinchusen gogravio et Alberto de Limborg iudice in Unna tunc temporis existentibus in figura iudicii et coram consulibus ibidem omnia bona nostra tam in frondibus quam in cespitibus et aliis attinenciis suis sita in Hemerde perpetuo possidenda. Hii presentes fuerunt et in testimonium evocati: Lambertus et Ludolfus de Velmede, Erinferdus Foye, Menricus de Brochusen milites; Verenboldus magister civium in Unna et alii ibidem consules pro tempore, Gerhardus de Manso et Hinricus apud Cimiterium et alii quam plures fide digni. Et nos consules predicti protestacione huiusmodi contractus coram nobis facta ad peticionem Heynemanni Sprengen, uxoris sue ac Hermanni fratris eius et aliorum heredum eorundem predictorum nostri sigilli munimine roboravimus prenarrata. Actum et datum anno Domini M°.CC° nonagesimo quarto, circa Ieiunium, proxima feria quarta ante festum beati Petri.

[1]) *Ursprünglich stand im Or.* „plublice".

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 47. Siegel von Pgtstr. ab.

2319.

Vor dem Rathe zu Lippstadt verkauft Johann Pergamenarius dem Kl. Herzebrock 6 Schilling Rente aus seinem Hause in Lippstadt. 1294 (1295 März 9).

Omnibus presencia visuris et eciam audituris nos consules opidi Lippensis notum esse cupimus et presentibus publice protestamur, quod Johannes Pergamenarius noster coopidanus una cum uxore sua coram nobis in figura iudicii constitutus recognovit et professus fuit publice et expresse, se religiosis ac devotis sororibus abbatisse, priorisse totique conventui ordinis sancti Benedicti in Hertzebrock

redditus sex solidorum denariorum Lippensium legalium et bonorum pro sex marcis denariorum vendidisse de qua pecunie summa dicti coniuges recognoverunt, sibi fore per omnia satisfactum. Quos redditus prefatus Johannes cum sue uxoris predicte bona voluntate et consensu in domo seu area quam ad presens inhabitat infra muros nostri opidi versus orientem situata dictis abbatisse, priorisse et conventui assignavit et assignat per presentes ipsis cuilibet anni revolucione in festo beati Galli confessoris perpetualiter persolvendos, hac superaddita pactione, quod si dicti coniuges in dicte pensione (!) solutionem (!) in prefato termino persolvende aliquotiens negligentes extiterint vel remissi, extunc dictam domum seu aream et quidquid in ea iuris habebant ad manus et ad usum dicti conventus libere resignabunt pacifice et sine impetitione qualibet possidendam. Ita quod ipsam domum seu aream vendere, alteri locare vel alias de ipsa suam poterunt ordinare voluntatem secundum quod ipsis visum fuerit expedire. Et in signum huius vendicionis et satisfactionis nos consules predicti sigillum nostri opidi ad peticionem parcium contrahentium utrobique duximus presentibus apponendum. Actum coram Volberto et Hermanno dicto Wambostiker magistris consulum, Bernardo dicto Pu[n]der, Nicolao Lanifice, Engelberto de Fossato consulibus et aliis quam pluribus fide dignis. Ceterum protestamur sigillo nostro predicto, quod ad nostram accesserunt presenciam Johannes dictus Gislinc, Henricus dictus Offerhus, Hermannus de Melderike et Johannes Vryge etc. asserentes in verbo veritatis et se ad declarandum secundum quod ordo iuris postulaverit, si opus fuerit, offerentes, quod Henricus dictus Scultete privignus predicti Johannis Pergamenarii sanus corpore et mente renunciavit coram ipsis in figura iudicii omni iuri et actioni, quod ius vel que actio sibi competebat vel competere posset in domo seu area prenotata. Preterea premissis condicionibus est adiectum, quod si dictam domum aliquo infortunio, puta incendio, contingeret devastari ad eiusdem domus reparationem seu reedificationem dictus Pergamenarius infra dimidium annum, postquam requisitus fuerit, teneatur. In quo si negliens fuerit vel remissus, extunc dictam aream predictis abbatisse, priorisse et conventui libere et sine contradictione qualibet resignabit. Datum feria 4ª proxima post dominicam qua cantatur Oculi mei, anno Domini M°CC° nonagesimo quarto.

Nach einer Abschr. des XVI. Jhs. im Herzebrocker Copiar des Domarchivs Osnabrück S. 78. Gedr. Osnabr. UB. IV, 398 zu 1294 März 24.

2320.

Der Droste Antonius in Arnsberg und Heinrich Brüder von Ense bekunden, dass die Brüder Bernhard und Johann von Weslarn zu Gunsten des Kl. Himmelpforten auf die Mobiliarverlassenschaft des Johann Lanifex verzichtet haben. 1294 März 28 (1295 März 13).

Nos Antonius dapifer in Arnesberg et Henricus fratres dicti de Enze protestamur presentibus notum omnibus facientes, quod Bernhardus et Johannes fratres dicti de Weslere cum filiis eorumdem, Arnoldo videlicet cognomento Slehake, Wichardo et Johanne nobis presentibus actioni, quam moverunt abbatisse et conventui Porte Celi super quadam hereditate rerum mobilium, que sibi ex morte Johannis Lanificis sui consanguinei apud iamdictum claustrum defuncti extitit acquisita, renuntiaverunt libera voluntate, simpliciter omni iuri cedentes, pro se et ceteris suis coheredibus, quod ipsis ex talibus competere videbatur. Ut autem in posterum causam per nos penitus iam extinctam nullus supradictorum replicare presumat, ego Antonius litteram hanc in testimonium facte renuntiationis scriptam sigilli mei munimine roboravi. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. nonagesimo quarto, dominica qua cantatur Letare Iherusalem.[1])

[1]) *Nachtragung.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 48. Das Siegel von Pgtstr. ab. Rückschrift von einer Hand des XVI. Jhs.: Sweve.

2321.

Graf Dietrich von Limburg überträgt dem Kl. Fröndenberg das Eigen einer Hufe in Holtum. 1294 März 28 (1295 März 13).

Nos Teodericus comes de Limburg et dominus Everhardus filius noster notum facimus universis presentia visuris, quo de consensu Theoderici, Friderici ac heredum nostrorum omnium proprietatem mansi de Holtheym, quem Ludewicus iure homagii a nobis in feodo tenuit, pro salute et remedio animarum nostrarum abbatisse et conventui de Vrendeberg, quem pleno affectu diligimus, contulimus perpetuo possidendam. Ut autem hec rata et firma permaneant, presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro una cum sigillis filiorum nostrorum fecimus communiri. Testes huius rei sunt: dominus Albertus de Hergotinchusen, dominus Nicholaus de Ergiste et Mauricius frater eius, Albertus de Volmesteyne dapifer noster; Arnoldus dictus Miles, Hinricus Stot, cives Tremonienses. Actum anno Domini M°.CC°.LXXXXIIII°, dominica Letare.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 44. Die 3 Siegel von weissen Hanffäden ab.

2322.

Neun Bischöfe verleihen dem Kl. Paradies für bestimmte Feiertage einen 40tägigen Ablass. Rom 1295 April 1.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Petrus Arborensis[1]) et Rogerius sancte Sewerine[2]) Dei archiepiscopi, frater Franciscus Fanensis[3]), Bonifacius Parentinus[4]), Stephanus Oppidensis[5]), Franciscus Terracinensis[6]), Robbertus Calinensis[7]), Guillelmus Callensis[8]), Manfredus sancti Marci et Maurus Amiliensis[9]) eadem gratia episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut monasterium priorisse et conventus sanctimonialium secundum instituta et sub cura fratrum Predicatorum viventium in Paradyso prope Susatum Coloniensis diocesis congruis honoribus et iugi Christi fidelium frequentatione veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium in festis subscriptis videlicet Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis domini nostri Jesu Christi atque Pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, beatorum Johannis Baptiste et Ewangeliste, beatorum Petri et Pauli aliorumque omnium apostolorum, beati Dominici confessoris, beate Marie Magdalene, beatarum Katerine et Margarete virginum, Omnium Sanctorum et in anniversariis dedicationis ipsius monasterii ac per octo dies festa predicta inmediate sequentes causa devotionis accesserint aut qui prelibato monasterio pro sua fabrica vel structura, luminaribus, ornamentis vel pro aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome Kal. Aprilis, anno Domini M°.CC°.LXXXX°.V°. pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo.

[1]) Rab. [2]) Santa Severina. [3]) Fano. [4]) Parenso. [5]) Oppido. [6]) Terracina. [7]) Cagli. [8]) San Marco. [9]) Amelia.

Or. Kl. Paradies 46. An rothgelben Seidenfäden hängen die Siegel der Aussteller in rothem Wachs. Die Namen der Siegeler mit Ausnahme von Zweien sind auf den Umbug oberhalb der Siegeleinschnitte gesetzt. Als Transfixbrief hängt an die Bestätigung der Urkunde seitens des Erzbischofs Siegfried von Kön von 1296 (s. unten).

2323.

Fünf Bischöfe verleihen denen, welche den Priester der Parochie s. Jacobi in Lippstadt auf seinen Gängen beim Versehen der Kranken und beim Umtragen des Kreuzes um den Kirchhof an Sonn- und Feiertagen begleiten, ferner den Besuchern der Kirche an bestimmten Festtagen und überhaupt deren Wohlthätern einen 40tägigen Ablass. Rom 1295 April 1.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis Rogerius sancte Saeverinae[1]) Dei gratia archiepiscopus, Fransciscus Fanensis[2]), Manfredus sancti Marci[3]), Robertus Calinensis[4]), Fransciscus Terracinensis[5]), Guilhelmus Bismunensis[6]) eadem gratia episcopi salutem sempiternam et fructuosam in Domino charitatem. Honorificentia Salvatoris eo sollercius procurandi(!) est in terris quo ipsius clementia Christi fideles post consummationem praesentis cursus pro suis laboribus sperant verius consequi domum quietis aeternae. Cupientes igitur, ut ad reverentiam ipsius Salvatoris per munera spiritualia populus excitetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui sacerdoti corpus Christi pro vulneratae animae medicina ad infirmos parochiae beati Jacobi in Lippia Coloniensis dioecesis deferenti et circumeunti in summis festivitatibus et diebus dominicis more solito cum cruce coemiterium ecclesiae memoratae devote fecerint comitivam, et qui ad eandem ecclesiam in festis subscriptis videlicet Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis domini nostri Jesu Christi atque Penthecostes, in quatuor festivitatibus beatae virginis Mariae et anniversariis dedicationis ipsius ecclesiae et altarium existentium in eadem et per octo dies praedicta festa immediate sequentes causa devotionis accesserint aut qui praelibatae ecclesiae pro sua fabrica et structura vel aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum autoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi poenitentiis, dummodo consensus dioecesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium praesens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Romae Kalendas Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo.

[1]) Santa Severina. [2]) Fano. [3]) San Marco. [4]) Cagli. [5]) Terracina. [6]) *Statt* Bisinianensis (Bisignano).

Abschr. in Gelenii Farrag. III S. 198. Daran ist der folgende Consensbrief des Diöcesanen angeschlossen:

Et nos Wicboldus sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius indulgentias venerabilium patrum archiepiscoporum et episcoporum, quibus presens nostra littera est infixa, ratificamus et approbantes autoritate nostra diocesanea, quadraginta dies venie de omnipotentis Dei misericordia superaddentes eidem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Susati XII Kalendas Julii, anno Domini M°.CC° nonagesimo octavo.

2324.

Wessel von Erwitte verzichtet zu Gunsten des Kl. Himmelpforten vor seinem eigenen Freigericht auf seine Ansprüche an Güter in Seringhausen. (Oevinghausen?) 1295 April 29.

Universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris Wescelinus dictus de Ervete salutem et veritati testimonium perhibere. Ad amputandam cuiuslibet dubietatis calumpniam statuit discretorum prudentia, ut gesta hominum, ne nube oblivionis involvantur, testimonio litterarum roborentur. Noverit igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod contraversiam(!) habui adversus sanctimoniales ordinis Cysterciensis ecclesie de Porta Celi et impetivi eas iniuste pro quibusdam bonis in Zewerdinchusen sitis que pater meus bone memorie Wescelinus miles dictus de Ervete ob spem divine remunerationis dicte ecclesie una cum proprietate bonorum eorumdem accedente consensu et plena voluntate coheredum suorum contulerat perpetuo possidenda. Habito denique super hoc quorumdam amicorum

meorum consilio, ab huiusmodi desistens impeticione ob salutem anime mee et carorum meorum ego necnon uxor mea Sophia et filii mei Theodericus, Rodolfus et Wescelinus et omnes heredes mei coram mea libera sede iudiciali, cui presidebat auctoritate mea Johannes dictus de Nuslen presentibus liberis[1], si quid iuris in dictis bonis habere videbamur, sponte resignavimus et recognovimus prefata bona ecclesie supradicte. In cuius facti testimonium et robur perpetue firmitatis presentem paginam super eo conscriptam sigillis domini Johannis marscalci et mei feci communiri. Presentes erant: dompnus(!) decanus Sosaciensis, Erenfridus miles dictus de Breydenole, Hugo notarius domini marscalci, Fredericus de Hurde, Hunoldus de Plettenbragt, Godescalcus de Rade, Bertrammus de Hondorpe, Hermannus de Hylevelde, Arnoldus de Specken, Henricus Colhaze de Anrogte, Sifridus Steltere, Everhardus, Rychardus de Ebbinchusen, Johannes filius Hermanni de Eclo, Hermannus Hoyke de Berenbruke, Robertus Ebbinchusen et alii quam plures. Actum et datum in villa Ůvinchusen, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, III° Kalendas Maii, coram iudicio meo, quod dicitur *vridinc*.

[1]) *Auf Rasur.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 53. An Pgtstr. die Siegel des Marschalls Johann von Plettenberg (Westf. Siegel Taf. 194, 2) und Wessels von Erwitte (ebenda Taf. 184, 5).

2325.

Heinrich von Erwitte stiftet sein und seiner Frau Petronilla Seelgedächtnis im Kl. Herzebrock; zur Sicherstellung der zu dem Zwecke angewiesenen, nach ihrem Tode zahlbaren 6 Mark verpfändet er dem Kloster Einkünfte aus seinem Erbe Bredeck. Rheda 1295 April.

Universis presencia visuris ac eciam audituris nos Hinricus de Ervite et Petronilla coniuges cupimus notum esse, protestantes publice in hiis scriptis, quod nos pari voto communique consensu de bona voluntate Hermanni filii nostri et omnium heredum nostrorum legavimus et legamus per presentes religiosis dominabus . . abbatisse et . . conventui sanctimonialium monasterii in Hercebroke ordinis sancti Benedicti sex marcas legalium denariorum in Widenbrugge currencium dictis . . abbatisse . . et conventui post obitum nostrum assignandas, ut in monasterio predicto memoria nostri in execucione divini officii perpetuo habeatur et ne forte, quod absit, solucio dictarum VI marcarum post decessum nostrum prorogetur vel eciam ab aliquo valeat impediri, dedimus eisdem . . abbatisse et . . conventui tytulo pignoris mansum nostrum qui dicitur Bredenech quem quidam Gerhardus nomine inhabitat et ipsius mansi redditus sunt subscripti: videlicet dimidium molcium siliginis Widenbrucgensis mensure, XII denarii, due auce cum VI pullis; qui redditus quamdiu vixerimus integraliter nobis cedent, postquam vero alter nostrum decesserit sepedicti . . abbatissa et conventus singulis annis medietatem recipient reddituum premissorum, alteri vero nostrum qui superstes fuerit medietas quam diu vixerit remanebit, postquam vero ambo decesserimus, iidem . . abbatissa et conventus universos redditus dicti mansi singulis annis recipient, donec ipsis a nostris heredibus sex marce fuerint integraliter persolute. In cuius rei testimonium et certitudinem omnium premissorum sepedictis . . abbatisse et . . conventui presens scriptum dedimus et sigillo honorabilis viri domini Ecberti decani ecclesie in Widenbrucge una cum sigillo . . abbatisse iam dicte petivimus communiri. Actum et datum anno Domini M°CC° nonagesimo quinto, mense Aprili ante castrum Rede, presentibus honorabilibus viris Johanne de Linge, Bernhardo de Beveren, Alrado Nigro, Henrico et Luberto fratribus dictis Slavi militibus et aliis quam pluribus fidedignis.

Or. im Fürstlichen Archiv zu Rheda. Gedr. Osnabrücker UB. IV 424. Zwei Siegel an Pgtstr. 1) oben Maria mit dem Kinde, darunter unter gothischer Ueberdachung stehend der Siegler: S. Ecberti decani Widenbruggensis, *2) Aebtissinsiegel wie Westf. Siegel Taf. 127, 2.*

2326.

Ablassbrief verschiedener Bischöfe für das Nonnenkloster bei Hamm (Kentrup). Rom 1295 Mai 1.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.[1]) Marcus Surentinus Dei gratia archiepiscopus[2]), Andreas Lidensis[3]), Manfredus sancti Marci[4]), Guillelmus Bisinianensis[5]), Stephanus Oppidensis[6]), Bonifacius Parentinus[7]), Franciscus Terracinensis[8]), Franciscus Fanensis[9]) Perronus Larinensis[10]), Iacobus Treventinus[11]), Robertus Calinensis[12]), Emanuel Cremonensis[13]), Saba Militensis[14]), Aymardus Luceriensis[15]) eadem gratia episcopi salutem sempiternam et fructuosam in Domino karitatem. Vite perennis gloria qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum a redemptis precio sanguinis fusi de precioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute interque illud esse pergrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi sed precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. Cupientes igitur, ut monasterium . . abbatisse et conventus prope Hammonem ordinis Cisterciensis, Coloniensis diocesis eo magis congruis et iugiori Christi fidelium frequentatione venereretur (!), quo ipse sanctimoniales ibidem degentes strictioris observantie regularis scilicet ordinis Cisterciensis prelibati celibatui laudabilius inserviunt duriori, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictum monasterium in festis subscriptis videlicet Nativitatis, Resurrectionis et Ascensionis domini nostri Jesu Christi atque Pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, beati Johannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli aliorumque omnium apostolorum, beati Laurentii martiris, beatorum Bernardi et Benedicti abbatum, beatorum Martini et Nicolai pontificum, beate Marie Magdalene, in festivitate Omnium Sanctorum et in die dedicationis ipsius monasterii aut in anniversariis eiusdem diei causa devotionis accesserint aut qui prelibato monasterio pro sua fabrica vel structura, luminaribus, ornamentis vel pro aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome Kalendis Maii, anno Domini M°.CC°.LXXXX°V°, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo.

[1]) *Verlängerte Buchstaben.* [2]) Sorrent. [3]) Lydda (?). [4]) San Marco. [5]) Bisignano. [6]) Oppido. [7]) Parenso. [8]) Terracina. [9]) Fano. [10]) Larino. [11]) Trivento. [12]) Cagli. [13]) Cremona. [14]) Mileto. [15]) Lucera.

Or. Kl. Kentrup 17 a. Von den 15 an rothgelben Seidenfäden angehängt gewesenen Siegeln sind noch 9 erhalten.

2327.

Der Dortmunder Bürger Bernhard und Frau, Heinrich und dessen Mutter Adelheid von Körne *überweisen dem Kl. Welver den dritten Theil von Gütern in* Spectesholle *und Neuhaus bei Recklingsen, die sie von Conrad von* Meninchusen *gekauft haben. 1295 Mai 15.*

Universis Christi fidelibus presentem litteram visuris vel percepturis soror O . . . . . . abbatissa totusque conventus monasterii in Welvere salutem in omnium salvatore. Tenore presentium notum facimus tam modernis quam futuris, quod dilectus et specialis amicus noster dominus Bernhardus oppidanus Tremoniensis et uxor ipsius domina Hirburgis et Henricus ac mater ipsius domina Alyedis (!) dicti de Corne dimidietatem duorum mansorum: unum situm in Spectesholle, alterum dictum Novam Domum situm iuxta villam Riclinchusen et quatuor casas circumiacentes cum omni utilitate usufructuum ad dictos mansos et casas attinentium erga Conradum de Meninchusen usu et contractu venditionis rite ac racionabiliter pro quadam summa pecunie comparaverunt tali videlicet denariorum quantitate, quod dictus dominus B(ernhardus) de Tremonia expendit decem et septem marcas ac octo solidos pro tertia

quantitate medietatis dictorum bonorum, quam videlicet iam dictam terciam partem prefatus dominus B(ernhardus) commisit supradicto Henrico dicto de Chorne, ut ipse omnem utilitatem et proventum eiusdem tertie partis filie sue Alyedi apud nos moniali singulis annis, quoad vixerit, fideliter procuret et administret. Si vero ipsum Henricum de hac vita migrare contigerit, ipsa moniali Al(yede) adhuc supervivente abbatissa nostra que pro tempore fuerit premissam iam sepe Al(yedem) de prefatis bonis materno nichilominus affectu annuatim procurabit. Post mortem autem sepius predicte Al(yedis) monialis prelibata pars tertie quantitatis ad ecclesiam nostram libere devolvetur et memorie parentum suorum videlicet domini B(ernhardi) et uxoris ipsius domine Hirburgis in eternum apud nos devote peragentur. Ad reliquas autem duas medietatis portiones prelibatus H(enricus) et mater eius Al(yedis) de Chuorne triginta et quinque marcas ac quatuor expenderunt solidos, ut ipsi etiam omni anno usufructum suarum partium, quamdiu vixerint, integraliter percipiant. Quandocunque vero alterum ipsorum mori contigerit, unum maltum annone de ipsius defuncti porcione ab uno supervivente singulis annis percipiemus. Post mortem autem utrorumque item unum maltum annone singulis annis recipiemus et residua de pensione fient nobis annuatim duo servicia unum in Adventu Domini, alterum in Annunciacione Dominica. Quod ut fiat, premissa iam sepe Al(yedis) monialis cum voluntate cuiuscunque apud nos abbatisse fideliter procurabit et memorie ipsorum videlicet H(enrici) et patris sui domini Gerhardi ac domine Al(yedis) de Chorne imperpetuum apud nos devote peragentur. In cuius rei testimonium presentem paginam super hiis confectam sygilli nostri fecimus impressione communiri. Datum anno Domini M°.CC°.L°.XXXX°. quinto, dominica infra octavam Ascensionis Domini.

Or. Kl. Welver Nr. 107. An Pgtstr. das Siegel des Kl. Welver (Westf. Siegel Taf. 114, 9).

2328.

Die Aebtissin Agnes von Meschede tauscht mit dem Grafen von Arnsberg Ministerialen aus. 1295 Juli 1.

Nos Agnes Dei gracia Messchedensis ecclesie abbatissa litteris presentibus recognoscimus universis, quod Wilhelmum de Ostwich filium sororis Godefridi dicti Schake ministerialem nostrum bona deliberacione prehabita de consilio et consensu fidelium amicorum nostrorum damus in ministerialem nobili viro domino comiti de Arnsberg et suis legitimis heredibus in hiis scriptis perpetuo possidendum, recipientes pro eodem in pari concambio Hinricum filium quondam Heidolfi de Musche ministerialem prefati domini comitis de Arnsberg nobis et ecclesie nostre in ministerialem similiter perpetuo possidendum, quod sigilli nostri munimine duximus roborandum. Presentes fuerunt: Adolphus vicedecanus in Messchede, Gerhardus plebanus de[1]) Eckenhusen capellanus dicti domini comitis, Henricus notarius eiusdem domini comitis, Syfridus dictus Schoke, Theodericus dictus de Enze officialis noster, Godfridus de Tulen famulus noster et alii quam plures viri fidedigni. Datum anno Domini M.CC^{mo}. nonagesimo quinto, in octava beati Johannis Baptiste.

[1]) *109 B* „in".

Abschr. des XIV. Jhs in Msc. VI 109 A Bl. 23 v. u. 109 B Bl. 30.

2329.

Der Edle Conrad von Rüdenberg übergiebt dem Conrad von Ense für 40 Mark eine Rente von 10 Mark aus seiner Freigrafschaft als Lehen. Meschede 1295 Juli 21.

Universis presentes litteras inspecturis Conradus nobilis dominus de Rudeneberg salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos de plena voluntate et consensu domine . . uxoris nostre, Godefridi filii nostri accedente consilio et consensu ac omnium heredum et choheredum (!) nostrorum redditus

decem marcarum denariorum in Susato legalium in feodo libero ac soluto porreximus Conrado filio Wichardi militis dicti de Enze ac suis legitimis heredibus et successoribus iure hereditario percipiendos ex cometia nostra libera perpetuo tali condicione mediante, quod nos sive nostri heredes aut successores redditus decem marcarum prefatarum reemere possumus singulis annis infra quindenam festum Pasche proximo subsequentem pro quadraginta marcis denariorum legalium in Susato. Quanto enim tempore in reemptione huiusmodi fuerimus neglientes (!) dicto Conrado ac suis heredibus et successoribus legitimis dabimus nos et successores seu heredes nostri singulis annis in festo sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi et sancte Walburgis virginis decem marcas denariorum legalium in Susato. In cuius facti nostri firmitatem et testimonium sigillum nostrum una cum sigillo domini Ludewici comitis in Arnesberg consanguinei nostri presentibus litteris duximus appendendum. Actum apud Meschede anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo quinto, in vigilia beate Marie Magdalene. Presentes aderant, dum hec fierent: dominus Ludewicus comes in Arnesberg, domicellus Johannes frater eius[1]), Godefridus nobilis de Rudenberg, Theodericus miles de Visbike; Gerwinus in Helvelde[2]) et Godefridus in Vriole plebani; Henricus, Theodericus et Conradus fratres de Enze, Bertoldus de Ryeste, Erenfridus de Budenveld, Lubertus de Binole, Volpertus de Middelstena, Conradus dictus Kyghelere, Godefridus dictus Vroboze, Johannes et Helmicus fratres de Lare, Sifridus dictus Scoko, Herbordus dictus Nasebart, Herbordus famulus domini comitis Arnesbergensis, Scade officialis et quam plures alii fidedigni. Datum ut supra.

[1]) *Uebergeschrieben.* [2]) *Or.* „Helulde".

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 568. Die Siegel von Pgstr. ab.

2330.

Rotger von der Horst verkauft die Hälfte seiner wilden Pferde im Wald des Grafen von Cleve bei Hiesfeld an die Deutschordenscommende in Welheim. Horst 1295 Juli 25.

Universis et singulis presentibus et futuris presens scriptum intuentibus ego Rutgerus de Horst cupio fore notum presentibus recognoscens, me bona deliberacione prehabita de voluntate . . uxoris mee, meorum liberorum ac omnium meorum coheredum pariter et consensu medietatem omnium equorum meorum indomitorum gressum in nemore domini . . comitis Clevensis iuxta Histvelde habencium circumcirca [simul?] cum gressu pastus sive pascue eorumdem, qui gressus *wiltbant*[1]) vulgariter appellatur, . . commendatori et . . fratribus domus Theu(tonice) in Welhem legitime et racionabiliter vendidisse pro summa peccunie mihi meisque coheredibus ab eisdem . . fratribus integraliter persoluta. Qu[apropter] ego unacum meis . . uxore, . . liberis et . . coheredibus nominatam medietatem equorum et gressum pastus eorumdem prefatis . . fratribus resigna[vi atque] resigno per presentes, promittens nichilominus dictis . . fratribus super premissis iustam prestare warandiam. Presentibus interfuerunt: Ger . . . sacerdos in Horst, Gotswinus in Ulenbruch, Rutgerus de Dorrenburch, Winemarus de Grintberg, . . dictus Scůle de . . . . steyne, Theodericus dictus de Horst, Cesarius dictus de Fůnderen, Henricus et Theodericus filii Gotswini predicti, Gerlacus de . . . Castorp, Her . . . . . . dictus de Goye ac alii quam plures fidedigni. Datum et actum Horst anno Domini M^mo^.CC^mo^. nonagesimo quinto, in festo beati Jacobi apostoli. In cuius rei testimonium presentem litteram dictis . . fratribus meo sigillo tradidi sigillatam. Datum anno Domini ut supra.

[1]) *Aus* „wilb . . ." *corrigirt.*

Or. (beschädigt) im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das Siegel Rutgers von Horst (vgl. Westf. Siegel Taf. 184, 11).

2331.

Der Marschall von Westfalen Johann von Plettenberg u. A. bekunden, dass der Ritter Rudolf von Horne den Zehnten über das Dorf Brüllingsen und den Hof tho den Eschen *an das Kl. Soest-Walburgis verkauft hat. Soest 1295 Juli 27.*

Nos Johannes de Plettenbracht miles Westfalie marscalcus, Godebertus de Dedelshusen miles, Bernhardus vrigravius in Hare universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint, notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod constitutus coram nobis in presentia nostra Rudolphus de Horne miles cum Rudolpho filio suo cum consensu et bona voluntate uxoris sue, Rudolphi filii sui predicti et Johannis filii sui et omnium heredum suorum decimam, que supra villam Brullinchusen et curtem, que tho den Eschen dicitur, se extendit cum omni utilitate et integritate Henrico preposito et conventui ecclesie beate Walburgis extra muros Susatienses in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavit iure proprietatis perpetuo possidendam. Renunciavit quoque coram nobis dictus Rudolphus de Horne miles cum universis heredibus suis predictis plane et expresse omni iuri, quod sibi aut suis heredibus in predicta decima conpetebat seu conpetere videbatur. In cuius rei testimonium sigilla nostra ad petitionem supradicti Rudolphi de Horne militis et suorum heredum necnon ad petitionem prefati Henrici prepositi et conventus ecclesie beate Walburgis predicte presentibus duximus apponenda. Hiis presentes aderant: Conradus de Hustene canonicus ecclesie Susatiensis, Everhardus dictus Advocatus miles et Wilhelmus filius eius, Theodericus de Syburg, . . gogravius de Attenderne, Johannes filius Florentii militis de Thunen, Conradus Howeschilt, Bertoldus de Herborne, Albertus de Bekehem et alii quam plures tam clerici quam layci et Johannes dictus de Ruden clericus. Actum et datum in emunitate ecclesie Susatiensis ante domum vinariam que dicitur Rumenye, feria quarta ante Pantaleonis martyris, anno Domini M°.CC^{mo}. nonagesimo quinto.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 40. Das Siegel des Marschalls (Westf. Siegel Taf. 194, 2) an Pgtstr., beschädigt; die beiden anderen ab. Gedr. Seibertz UB. I Nr. 455.

2332.

Henricus dictus Kemerere *verzichtet vor dem Schultheissen Heinrich von Soest auf alle Ansprüche an die Güter des Kl. Clarholz in* Vestorpe *bei der Burg Hovestad. 1295 August 2.*

Nos Henricus scultetus dictus de Sosato universis presentia visuris salutem et cognoscere rei factum. Constitutus coram nobis Henricus dictus Kemerere recognovit, se nichil iuris habere in bonis dominorum de Klarholte videlicet Vestorpe iuxta castrum Hovestad. Preterea cessavit ab omni impeticione, que sibi competebat in eisdem, quod presentibus cum appensione sigilli nostri publice protestamur. Testes huiusmodi sunt: Stephanus Thoric, Albero Cloth milites; Werenher et Henricus fratres dicti Balke, Thedericus (!) de Rodenberg, Stephanus Thoric, Bertoldus de Holthusen, Henricus Rost et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, in die Stephani pape.

Or. Depositum Graf Plettenberg. An Pgtstr. das Siegel des Schultheissen Heinrich von Soest (vgl. Westf. Siegel Heft IV Einl. Sp. 32 Anm. 5).

2333.

Graf Ludwig von Arnsberg macht die Verhandlungen bekannt, die in dem Streite des Edlen Gottfrieds von Rüdenberg und Wilhelms gen. Seckel mit dem Provisor der Kapelle in Arnsberg dem Cleriker Heinrich wegen gewisser Aecker in Ober-Eimer stattgefunden haben und verkündet das in Arnsberg ergangene Schlussurtheil. Arnsberg 1295 August 3.

In nomine Domini, amen. Nos Lodewicus comes de Arnesberg universis presentium inspectoribus cognoscere veritatem inperpetuum. Quia scripti tenacitas oblivionem tollit et calumpniam, cautum est

et utile, ut ea que fiunt in tempore scripture memoria perhennentur. Noverint igitur cuncti fideles tam futuri quam presentes, quod, cum litigium verteretur inter nobilem virum Godefridum dictum dominum de Růdenberg et Wilhelmum dictum Scekel ex una parte et Henricum clericum notarium nostrum provisorem capelle nostre Arnesberg ex altera in figura judicii coram nobis, idem nobilis Godefridus proposuit et dicebat coram nobis, quosdam agros dicte cappelle Arnesberg iure proprietatis pertinentes doti eiusdem capelle site in villa Superioris Embere se debere decimare. Idem vero Wilhelmus quosdam agros eiusdem dotis dixit coram nobis sibi pertinere et dicebat esse suos. Henricus vero clericus prefatus dicebat econtrario coram nobis eosdem agros doti sue iure proprietatis pertinere a temporibus quorum non est memoria: fortassis trecentorum annorum. Item dicebat idem clericus, quod demonstratio facta fuit temporibus Erenphridi plebani de Eckenghůsen sui antecessoris et idem agri doti predicte pleno iure fuerunt assignati, quia domina Helewigis vidua de Hůstene eosdem agros tunc temporis volebat decimare, quam decimam a domino de Růdenberg supradicto tenuit et sic eadem domina eosdem agros cessavit decimare. Huic demonstrationi presentes fuerunt anno Domini M°.CC°. septuagesimo sexto, feria quinta post festum beati Jacobi Hermannus villicus de Herderinche, qui dotem eandem pluribus annis inhabitaverat, Hermannus dictus Lindeman, Arnoldus de Inferiori Embere, per quos tres senes forte centum annorum in animas ipsorum demonstratio facta fuit. Item presentes erant: Hermannus miles dictus Quaterlant, Helmicus, Conradus et Menricus fratres de Embere, Johannes filius Helmici prefati, Heynricus villicus de Embere, Gerewordus frater suus et alii quam plures cives ibidem de Embere. Item idem clericus dicebat quod, cum dominus Erenphridus de Eckenghůsen capellam Arnesbergh resignasset et sibi eadem capella fuerit collata, prefata domina de Hůstene agros dotis eiusdem decimare volebat iterato, et facta demonstracio fuit secundo agrorum eorundem anno Domini M°.CC°. octogesimo sexto, dominica ante festum beate Marie Magdalene et idem agri assignati sunt doti iure proprietatis, sicut ante, et sic eadem domina ipsos agros decimare cessavit iterato. Huic demonstrationi presentes fuerunt idem Hermannus villicus de Herderinge, idem Arnoldus de Inferiori Embere, Gerhardus dictus Clunghase seniores de civibus Embere, per quos secundo in animas suas demonstratio facta fuit. Item presentes fuerunt: Hermannus dictus Scůreman, Gůntrammus dictus Hesse tunc decimator domine memorate, Helmicus et Conradus fratres de Embere, Johannes filius Helmici prefati, Heinricus villicus de Embere, Conradus de Embere, qui moratur in bonis Wilhelmi dicti Scekel, Arnoldus dictus Krakewage, Johannes et Brůno de Walpe et alii quam plures cives de Embere. Item dicebat idem clericus, quod, cum domina de Hůstene prefata volebat decimare agros dotis sue, quesivit a domino Eremphrido de Eckenghůsen supradicto, quid esset iuris in istis? Qui dicebat in animam suam, quod capellam Arnesberg tenuerit quadraginta quatuor annis et amplius diebus suis libere et quiete, quod nec ab eo nec a dote nec agri nec decima fuerint requisiti, nisi semel a domina de Hůstene sepedicta, que tamen ab eiusmodi decima cessabat atque iure. Huic protestationi presens fuit Gerhardus nunc plebanus Eckenghůsen capellanus noster, qui in animam suam coram nobis dixit se simile idem audivisse ab eo et per omnia esse verum. Hec itaque omnia ac singula idem clericus, que coram nobis proposuit per viventes personas suprascriptas probavit esse vera, propterquod usi et freti consilio clericorum peritorum videlicet Wigandi domini prepositi de Wedinchůsen, Frederici plebani ibidem, Gerhardi prioris ibidem, item Heynrici militis Advocati dicti de Elsepe, Antonii de Ense dapiferi nostri, Heynrici fratris sui castellanorum nostrorum Arnesberg usi consilio, item quorundam opidanorum nostrorum Arnesberg videlicet Theoderici Fabri magistri consulum, Heynrici de Hůstene, Heynrici de Bergfrede, magistri Godescalci Fabri consulum ibidem accedente consilio accepta etiam securitate a partibus quadraginta marcarum partibus presentibus et consentientibus, ut, quicquid ex hiis determinaremus ratum et firmum perpetuo tenere deberent utrobique et, si qua pars deficeret in ordinatione nostra, parti adverse summam denariorum solvere teneretur supradictam legalem in Sůsato. Helmico de Embere, Conrado fratri suo,

Heynrico villico de Embere senioribus civibus ibidem, qui demonstrationibus supradictis cum aliis concivibus suis bis interfuerunt, tercio commisimus in animas ipsorum, ut assumptis sibi aliis concivibus eorum demonstrationem tercio facerent, prout a senioribus suis viderant et cognoverant bone memorie supradictis et idem agri doti capelle Arnesberg tercio assignati sunt iure proprietatis pertinere. Huic demonstrationi presentes fuerunt anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, feria quarta[1] proxima post Vincula Petri clerici, castellani et opidani nostri supradicti. Item presentes fuerunt: Stacius iudex noster Arnesberg, Lůtbertus de Hůstene, Conradus de Ense, Hermannus dictus Scuͤreman, Conradus Luscus gogravius noster Hůstene homines bone nationis, magister Heynricus Faber, Heynricus Preco, Heynricus dictus Misennere, Heynricus dictus Gyr, Bodo dictus Grawe, Johannes de Horreo et alii quam plures opidani nostri ibidem. Item cum huius demonstratio fieret in campis presentes fuerunt: nobilis vir dominus Godefridus de Růdenberg, Wilhelmus dictus Scekel et Henricus clericus provisor capelle nostre Arnesberg actores cause in iudicio coram nobis, item Henricus miles Advocatus de Elsepe, Anthonius de Ense dapifer noster, item Helmicus et Conradus fratres de Embere, Henricus villicus ibidem per quos ad commissionem nostram et iussum demonstratio facta est in campis in animas eorundem, item Helmicus de Embere, Conradus ibidem, Arnoldus dictus Crakewage ibidem, Johannes dictus Wennere decimator ibidem, Ambrosius de Inferiori Embere et alii quam plures concives ipsorum. Huius igitur veritate sic examinata et diligenter inquisita capelle Arnesberg agros, pro quibus litigium fuit in iudicio coram nobis, adiudicamus libere et legitime perpetuo pertinere et nobilem virum dominum Godefridum de Růdenberg sepedictum in decima, quam petivit, et Wilhelmum dictum Scekel in agris, quos petivit, sententiando, promulgando et pronuntiando condempnamus in hiis scriptis et nichil iuris eos habere dicimus in premissis. Ne vero huius sententiam nostram alicuius in posterum irritare valeat calumpnia, presentem litteram conscribi[2] facimus super istis sigilli nostri, Wigandi domini prepositi de Wedinchůsen et opidanorum nostrorum Arnesberg sigillorum munimine roboratam ad maiorem firmitatem et evidentiam veritatis. Datum Arnesberg anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, feria quarta post Vincula Petri. Item[3] Wilhelmus vir nobilis dictus de Ordeya(!) aderat cum ceteris testibus suprascriptis. Subscriptionem vero huius approbamus sub sigillorum munimine premissorum. Datum ut supra.

[1]) *Corrigirt aus* „quinta". [2]) *Auf Rasur.* [3]) *Von* Item *an bis zum Schluss Zusatz.*

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 76. An weissen Hanffäden die Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1), der Pröpste von Wedinghausen (spitzoval, der Propst das Messopfer celebrirend) und der Stadt Arnsberg (ebenda Taf. 67, 6).

2334.

Gottfried von Rüdenberg verzichtet auf sein Vogteirecht über das Kl. Welver und tauscht mit diesem einen Kotten in Meyerich gegen Einkünfte aus einem Kotten in Einecke aus. 1295 August 22.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Gotfridus miles dictus de Roddenberg salutem in perpetuum. Ad amputandam cuiuslibet dubietatis calumpniam statuit discretorum prudentia, ut gesta hominum, ne nube oblivionis involvantur, scriptis, sigillis et testibus roborentur. Tenore igitur presentium[1]) publice protestor et notum facio tam modernis quam futuris, quod accedente dilecte uxoris mee Palmanie consensu insuper omnibus liberis meis tam generatis quam generandis in id ipsum voluntarie consencientibus omne ius, si aliquot(!) nostre respectu advocatie in monasterio dicto Welvere habuimus et in rebus eiusdem, resignamus ab eodem iure totaliter recedentes, dictum cenobium et omnia infra terminos et septa ipsius contenta necnon curtem dictam Bohhof(?) cum suis confinibus et contentis libera facimus et nullius nobis aut liberis nostris predictis iuris respectu subiacencia. Preterea notandum, si nostra advocatia, quod Deus avertat, nostri aut liberorum nostrorum voluntate sive ne-

cessitate in manus aliorum eveniret, tamen prefatum iam monasterium prenotate donatione libertatis firmamus et ab omni impeticione prelibate sepius advocatie hiis scriptis et sygilli nostri inpressione communimus et in eternum manifeste firmamus. Ceterum presentibus declaramus, quod uxore mea Pal(mania) ac omnibus liberis meis item consencientibus casam meam super Hundesdich sitam ad libera bona in Mederick pertinentem tres solidos annuatim nobis solventem memorato contuli conventui et ipse nobis ac legitimis nostris heredibus pro concambio de propria casa sua in villa Endeke iuxta viam sita III[1]) solidos[1]) annuatim resignabit et dictam casam nostram libere et absolute perpetuo possidebit. Huic donationi et facto nostro presentes erant: plebanus de Bremen, Gotscalcus de Ekenscede, Gerlacus de Mederick, Hermannus de Worstenberg, Albertus et Lutbertus fratres de Borssit, Wilhelmus Scechel, Ewerwinus et Henricus dictus Albus conversi in Welvere. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXXX° quinto, in octava Assumptionis sancte Marie virginis. In cuius rei testimonium presentem paginam super hiis confectam et sigilli nostri munimine roboratam ecclesie contuli memorate.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Welver Nr. 108. Das Siegel vom Pgt. ab. Gedr. Seibertz UB. I 457 nach dem Or., an dem damals noch das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 7) anhing.

2335.

Rudolf von Horne überträgt dem Nonnenkloster in Lippstadt beim Eintritt seiner Tochter Clara in dasselbe seine Güter in Böckum. Berenbrock 1295 August 30.

Universis presens scriptum visuris vel audituris Rodolfus miles dictus de Horne cognoscere veritatem. Quia . . prepositus, . . priorissa totusque conventus monasterii Lippensis filiam meam Claram nomine benigne ac favorabiliter in suum collegium assumpserunt, ego Rodolfus predictus zelo devotionis accensus et in presentia Johannis dicti *vrigreve* Wesceli de Ervete in Berenbroke pro tribunali sedentis constitutus cum bona et expressa voluntate . . uxoris mee legitime, Rodolfi filii mei legitimi ac aliorum heredum meorum bona sita in Bochem michi proprietatis iure attinentia, que cum filia mea predicta ipsi monasterio contuli et quorum fructus circa XVIII. annos perceperunt et quiete possederunt, dedi, supraportavi et assignavi libere et absolute cum pratis, agris, pascuis et mancipiis eadem bona colentibus ac omni iure quod michi vel heredibus meis predictis in dictis bonis competebat seu competere poterat . . preposito, . . priorisse et conventui predictis simili proprietatis iure perpetuo possidenda. Renuntians publice cum dictis heredibus meis omnibus exceptionibus iuris et facti per quas dicta donatio posset in posterum per me vel per alios retractari. Et ne aliquis hanc donationem quoquo modo infringere valeat, dictus iudex memoratam proprietatem ad manus . . prepositi, . . priorisse et conventus antedictorum in presentia aliorum libertinorum sub regio banno sententialiter stabilivit. In cuius rei testimonium ego Rodolfus predictus presens scriptum sigillis . . nobilis domini de Lippia ac oppidi Lippensis una cum sigillo meo quod presentibus apposui petii sigillari. Et nos Simon nobilis dominus de Lippia et nos Volbertus et Hermannus proconsules et alii consules dicti opidi ad petitionem prefati Rodolfi ac predictorum heredum suorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum in die beatorum martirum Felicis et Adaucti, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. An Pgtstr. die Siegel: 1) des Edlen Simon zur Lippe mit Rücksiegel (Lipp. Reg. Taf. 18), der Stadt Lippstadt mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 68, 6 u. 74, 7) und Rudolfs von Hornen (vgl. ebenda Taf. 164, 1 ff., Umschrift: de Hornen). *Reg. Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. II, 29 Nr. 521. Rückschrift von Hand des XVII. Jhs.:* Fahlenhoff in Bockum.

2336.

Die Brüder Wedekind und Werner Grafen von Wittgenstein tragen dem Erzbischof Siegfried von Köln die Hoheit über die Burg Wittgenstein und die in der Nähe gelegene Stadt Laasphe auf und empfangen diese als Lehen zurück. Bonn 1295 September 9.

Universis presencia visuris nos Wedekinus et Wernerus fratres comites de Weydgensteynne[1]) notum volumus esse presentibus protestantes, quod nos de communi nostrorum amicorum consilio utilitate nostra considerata[2]) proprietatem seu directum dominium castri in Weitgesteyn[3]) predicti ac opidi adiacentis in valle dicti Lasphe reverendo patri ac domino Syfrido[4]) Coloniensis ecclesie archiepiscopo et ecclesie Coloniensi pro ducentis marcis usualis[5]) monete de quibus nos pagatos esse[6]) recongnoscimus vendidimus, tradidimus et assignavimus et deliberavimus[7]) cum omni iure et allodio dictis castro[8]) et opido pertinente[9]) ab ipso domino archiepiscopo suisque successoribus Coloniensibus archiepiscopis pro proprietate beati Petri et ecclesie Coloniensis in perpetuum possidenda et habenda dictumque castrum in Weitgensten et oppidum Lasphe eidem domino Coloniensi supraportantes per presentes cum iure et allodio ad ipsa pertinentibus, ut est dictum. Et huiusmodi vendicione et traditione et supraportatione dictorum opidi et castri[10]) cum suis iuribus et allodio facta ipsum castrum et oppidum cum suis allodiis attinentibus quoad usufructum nostrum nostrorumque liberorum in feodo ab ipso domino Coloniensi et ecclesia sua Coloniensi sub redditibus decem marcarum annuo nobis pro iure castrensi, quod in ipso castro deservire tenemur deputandis ab ipso domino archiepiscopo et sua ecclesia[11]) Coloniensi recepimus et recipimus et dictum castrum, oppidum in[12]) Lasphe et sua allodia ipsis pertinencia nos nostrique successores seu liberi a dicto domino Coloniensi et eius ecclesia Coloniensi in perpetuum pro feodo tenebimus et tenebunt erimusque fideles ipsius ecclesie Coloniensis et castrenses dicti castri de[13]) Weitgensten et nostri liberi erunt fideles et castrenses dicte ecclesie de feodo et redditibus antedictis. In cuius rei testimonium et robur perpetuum presentes litteras ipsi domino Coloniensi[14]) et sue ecclesie Coloniensi sigillis venerabilis viri domini Reynardi[15]) prepositi ecclesie Bunnensis et Henrici domini de Wildenberg[16]) una cum sigillo nostri Wydekini[17]) ad peticionem nostram appensis tradidimus communitas. Datum et actum Bunne presentibus dominis Widekino[18]) decano Coloniensis, preposito Bunnensis, preposito Xanctensis et preposito ecclesie sancte Florini[19]) in Confluentia ecclesiarum, nobilibus viris domino[20]) Salentino de Ysenburg, predicto Henrico de Wildenberg, Gerlaco de Bredinbag[21]) Johanne de Plettinbregt[22]) mareschalco Westvalie et Johanne de Heygere ad hoc vocatis et rogatis. Anno Domini M°.CC°. nonogesimo quinto, in crastino Nativitatis beate Marie virginis.

1) *B* „in Witgensteyn“. 2) *A* „ponsiderata“. 3) *B wie oben.* 4) *A* „sancte“. 5) *A* „usualium“. 6) *A* „et quibus pagatis“. 7) *A* „deliberabimus“. 8) *A* „castris“. 9) *A* „pertinentibus“. 10) *In B die beiden Wörter umgestellt.* 11) *A* „ecclesie“. 12) *Fehlt in A.* 13) *B* „in“. 14) *Fehlt in B.* 15) *Fehlt in B.* 16) *B* „Woldenberg“. 17) *B* „Wedekindi“. 18) *Statt* „Wicboldi“. *Fehlt in B.* 19) *B* „Florencii“. 20) *B* „dominis“. 21) *B* „Breydenbecg“. 22) *B* „Plettenbracht“.

Abschr. des XIII. Jhs., Stdt.-A. Köln, Copiar Erzbischof Siegfrieds von Köln Bl. 18 Nr. 56 (A) und neuere Abschrift nach einem Transsumpt von 1382, St.-A. Münster, Lehens-Akten Herzogthum Westfalen unter Wittgenstein (B), nach dem auch die Abschriften des XVI. Jhs. in Msc. II 57, S. 57 u. 66 angefertigt sind. Gedruckt wie es scheint nach einer anderen im St.-A. Düsseldorf nicht zu ermittelnden Vorlage bei Lacomblet UB. II 955. Vgl. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln XII S. 53.

2337.

Graf Everhard von der Mark und dessen Gemahlin Irmgard schenken zu ihrem, ihrer Eltern und Verwandten Seelenheil dem Stift Essen eine Rente von 12 Schillingen aus der Coppelen-Mühle *an der Ruhr bei* Aldenisenberg. *1295 September 13.*

In nomine Domini, amen. Omnibus in perpetuum presens scriptum inspecturis Everhardus comes et Irmegardis cometissa de Marca salutem in omnium salvatore. Quia non solum sacre observationis pia exigit consuetudo, verum etiam utriusque edocet pagina testamenti, quod suis quique Christi fideles amicis, qui deposito carnis velamine ex hoc transierunt seculo misericordiam impendere et, ut a peccatis solvantur, pietatis studio debeant subvenire, hinc est, quod nos dilectorum parentum et propinquorum nostrorum animas scilicet quondam dominorum Engelberti felicis recordationis comitis et Cůnegundis uxoris sue cometisse de Marka, Adolphi comitis de Monte et prepositi Walrami eius filii necnon et Henrici ducis ac Irmegardis uxoris sue ducisse Limburgensis devotioni dilectarum in Christo venerabilium dominarum . . decane et conventus ecclesie secularis Asnidensis sincera fide recommendantes tam pro ipsorum quam pro nostrarum remedio animarum ex communi voluntate et unanimi consensu omnium . . heredum nostrorum redditus annuos duodecim solidorum legalium denariorum de nostro molendino dicto Coppelen supra Ruram iuxta Aldenisenberg sito annuatim in vigilia beatorum Prothi et Jacincti martirum integraliter exsolvendos dicto conventui pure et simpliciter donavimus, contulimus et conferimus per presentes, ut idem conventus singulis annis in die dictorum martirum vigiliis et missarum sollempniis parentum et propinquorum nostrorum prenominatorum perpetualiter agat memoriam, obitus nostri dies et anniversarios, postquam universe carnis viam ingredi nos contigerit, devotione congrua perpetuo similiter peracturus. In huius vero nostre donationis testimonium, evidentiam ac firmitatem perpetuam presens scriptum super premissis confectum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Testes autem quibus presentibus sunt hec acta, sunt hii videlicet Anthonius de Scedingen, Everhardus de Menghede tunc noster dapifer, Wenemarus de Dungelen, Lubertus de Vitinchoven et Henricus de Didinchoven milites, item Adolphus de Aldendorpe et Albertus de Vresendorpe famuli et alii quam plures. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, Idus Septembris.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 100. Beschädigte Urkunde. An rothgelben Seidenfäden die Siegel des Grafen und der Gräfin von der Mark (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1 u. 10, 5 u. 16, 2).

2338.

Conrad von Hundem, Comthur zu Mülheim, verpachtet drei Salzhäuser seines Ordenshauses in Sassendorf auf 10 Jahre. Soest 1295 September 14.

In nomine Domini, amen. Quia scripti tenacitas oblivionem tollit et calumpniam, cautum est et utile, ut ea que geruntur in tempore, scripture memorie perhennentur. Igitur nos frater Conradus dictus de Hundeme, commendator domus Theutonice in Molnhem, universis presentia visuris notum facimus publice protestando, quod nos de bona voluntate et unanimi consensu fratrum nostrorum tres domos nostras salinarias, sitas in Sassendorp, exponimus et locamus in hiis scriptis Gerlaco Hildebrandi et Hillebrando eius fratri decem annis a festo Nativitatis Domini nunc proximo preterito currentibus possidendas, ita tamen quod idem Gerlacus vel eius frater singulis annis quatuor marcas pro pensione de dictis domibus in terminis subscriptis persolvent et amministrabunt, videlicet quolibet anno, in Nativitate Domini, sedecim solidos, in festo beati Ůdelrici sedecim solidos, in festo beati Michahelis sedecim solidos. Elapsis quoque decem annis predictis, iam dicte domus nobis solute permanebunt, et ipse Gerlacus aut eius frater Hildebrandus decem et octo centenarios plumbi nobis[1]) assignare et

reddere tenebuntur. Super omnium igitur premissorum certitudinem et observantiam pleniorem, idem Gerlacus et Hildebrandus amicos suos, scilicet Gerlacum dictum de Susato et Volmarum dictum de Eynchusen suos nobis statuunt et constituerunt fideiussores, quorum promissionem dilecti nobis dominus Gerewinus dictus de Lunen et Gerewinus eius filius, oppidani Susatienses, nomine nostro et pro nobis receperunt. In cuius rei testimonium sigillum domus nostre presentibus duximus apponendum, sigillum etiam domini Gerewini de Lunen predicti pro nobis, et ipse Gerlacus et frater suus pro ipsis, apponi petivimus ad maiorem evidentiam premissorum. Datum et actum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo quinto, in die Exaltationis sancte Crucis, in civitate Susatiensi.

[1]) *Zweimal geschrieben.*

Or. Com. Mülheim 3. Das erste Siegel ausgerissen, das zweite von Pgtstr. ab.

2339.

Goswin Herr von Gemen bekennt von Erzbischof Siegfried von Köln eine Rente von 6 Mark aus den Gütern in Recklinghausen überwiesen erhalten zu haben, wofür er sich zu Vasallendiensten verpflichtet. Brole *(Brühl?) 1295 September 18.*

Universis presentes litteras inspecturis ego Goswinus dominus de Gemene notum esse volo, quod habita deliberatione provida communicato consilio amicorum meorum convenit inter reverendum patrem et dominum Sifridum sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum nomine ecclesie sue predicte (?)[1]) ex una parte et me ex altera, quod idem dominus . . archiepiscopus constituit michi, meis liberis seu heredibus pro tempore in dicto[1]) meo castro sex marcarum redditus solvendarum michi seu heredibus meis antedictis singulis annis in festo beati Martini vel infra octavas dicti festi ab . . officiato dictorum domini archiepiscopi vel ecclesie Coloniensis de bonis ipsius archiepiscopi vel ecclesie Coloniensis in Ryckelichusen, pro quibus marcis sic solvendis ero ex hoc in antea et erunt mei liberi sive . . heredes dicti castri mei fidelis sive vasallus, fideles sive vassalli dictorum domini archiepiscopi et ecclesie Coloniensis imperpetuum. Teneborque et dicti heredes mei tenebuntur in quibuslibet necessitatibus et maxime pro defensione ecclesie Coloniensis predicte et impugnatione inimicorum eiusdem servire, consilium et auxilium exhibere ipsis contra quoslibet ecclesie Coloniensis inimicos reverendo patre et domino episcopo Monasteriensi ac . . comite Clevensi dumtaxat exceptis. Confitens et protestans me, ut melius premissa servicia possim et mei . . heredes possint in posterum exhibere receptis a dicto domino Coloniensi quadraginta marcis monete legalis pecunie mihi tradite, numerate et assignate, renuncians quoad premissa exceptionibus quibuscunque nobis competere potentibus quomodolibet contra premissa vel aliqua premissorum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Brole XIIII° Kalendas Octobris, anno Domini millesimo C°C°. nonogesimo quinto.

[1]) *Lücke im Pgt.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 381½. Beschädigte Urkunde. Siegel von Pgtstr. ab. Vgl. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln XII S. 53 unter Nr. 101.

2340.

Der Edle Wilhelm von Ardey verkauft dem Kl. Fröndenberg eine Rente von 1 Mark aus seinem Hof in Hüsten. Fröndenberg 1295 October 3.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Wilhelmus nobilis dictus de Ardeya salutem in eo, qui salus est omnium. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec lingue testimonio firmiter eternantur. Ad noticiam igitur omnium tam posterorum quam modernorum volumus testimonio presentium devenire, quod nos de communi consensu et voluntate libera Jutte uxoris nostre et Hinrici filii nostri necnon [omnium][1]) aliorum heredum nostrorum marcam unam

denariorum Tremoniensium de curte nostra Hustene libere vendidimus et absolute abbatisse et [conventui sanctimonialium][1]) in Vrendeberg ordinis Cistertiensis Coloniensis diocesis pro duodecim marcis denariorum Tremoniensium, de qua pecunia scilicet duodecim [marcis nobis a] dictis abbatissa et conventu pro nostra voluntate est plenius et per omnia satisfactum. Predictam autem marcam sine contradictione qualibet .... bet recipiet prefatus conventus de Vrendeberg de curte [nostra] Hustene singulis annis sequenti die beati Martini. Huius rei testes fuerunt: Gerwinus de Dalehusen, Bruno de Ole, Plattere de Busenhagen, Theodericus de Hustene, Otto de Smalemburg, Godefridus de Aldemdorpe et alii quam plures. Ne autem huiusmodi emptionis ordinationem calumpnia infirmare possit aut oblivio, presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum in Vrendeberg in vigilia Francisci, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

[1]) *Die eingeklammerten Stellen sind zum Theil dem Sinne nach ergänzt.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 49, durch Feuchtigkeit sehr beschädigt. Siegel von weissen Hanffäden ab. Gedr. von Steinen, Westph. Gesch. I 821 ff.

2341.

Der Soester Bürger Bruno von Bugghe quittirt dem Erzbischof Everhard von Münster über 40 Mark, die dieser dem Edlen Otto von Polle (Eberstein, früher Marschall von Westfalen) schuldete. 1295 November 7.

Ego Bruno dictus de Bugghe civis Susatiensis omnibus presens scriptum intuentibus notum esse cupio tenore presentium publice protestando, me a reverendo patre domino Everardo Monasteriensi episcopo recepisse quadraginta marcas Monasteriensium denariorum in pecunia numerata videlicet de pecunia, in qua idem dominus episcopus nobili viro Ottoni de Polle tenebatur. In cuius rei testimonium et pecunie predicte receptionem et numerationem sigillum meum duxi presentibus litteris apponendum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, feria secunda post festum Omnium Sanctorum.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. I 1 S. 143 Nr. 5.

2342.

Der Pfalzgraf Rudolf bei Rhein nimmt die Güter des Kl. Grafschaft, am Rhein insbesondere den Hof unterhalb der Burg Fürstenberg in seinen Schutz. Fürstenberg bei Bacharach 1295 November 13.

Nos Rudolfus Dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie notum facimus presentium inspectoribus universis, quod iuxta tenorem privilegii domini Lodwici illustris comitis palatini Reni, ducis Bawarie patris nostri karissimi felicis recordationis, cupientes paternis vestigiis fideliter inherere, bona et possessiones virorum honorabilium domini . . venerabilis abbatis et conventus monasterii de Grafschaft in nostro dominio circa Renum sita in nostram defensionem recipimus et gratiam specialem et precipue curiam prelibati monasterii cum attinentiis suis universis sub castro nostro Furstenberch situatam, de qua nil novi et inconsueti exigi volumus, sed stare contenti eo iure, quod nobis et progenitoribus nostris de prenotata curia persolvi dinoscitur ex antiquo, mandantes universis officialibus nostris firmiter et districte, quod ultra eandem sortem antiquam nichil a predicta curia de cetero penitus exigatur. In cuius rei testimonium presentes damus sigilli nostri robore communitas. Datum in Furstenberch, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, Idibus Novembris.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 22. An grün-roth geflochtener seidener Schnur Bruchstück des Reitersiegels des Pfalzgrafen. Bemerkenswerthe Stempelabdrücke auf der Rückseite.

2343.

Propst und Convent von Küstelberg bekunden, dass eine Fruchtrente nach dem Tode des zeitigen Inhabers, des Medebacher Bürgers Herdegen, an das Kl. Soest-Walburgis zurückfallen soll.
1295 November 21.

Universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint nos . . prepositus, conventus in Cůstelberghe notum facimus et presentibus publice protestamur, quod constitutis in nostra presentia, Herdegeno cive in Medebeke, Cůnegůnde uxore sua Johanne, Herbordo et Heydenrico filiis predictorum coniugum et aliis quibuscunque ipsorum heredibus aut coheredibus predicta Cůnegůndis et heredes eius predicti et coheredes publice protestati et confessi sunt, sibi post mortem prenotati Herdegeni nichil iuris conpetere in pensione annua duorum maltorum triplicis annone: scilicet siliginis, ordei et avene pari quantitate quam pensionem prefatus Herdegenus erga . . prepositum et conventum ecclesie beate Walburgis extra muros Susacienses ad tempus vite sue dinoscitur rite ac rationabiliter comparasse, renunciantes coram nobis plane et expresse omni iuri seu actioni que ipsis contra . . prepositum et conventum ecclesie beate Walburgis conpetere potuisset, recognoscentes nichilominus, quod post mortem supradicti Herdegeni prenotata pensio perpetuis temporibus cedere debeat iam dicte ecclesie beate Walburgis, ut abinde eiusdem Herdegeni et fratris sui in eadem ecclesia memoria perpetualiter peragatur. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum ad petitionem predictorum Herdegeni scilicet et heredum suorum et coheredum duximus presentibus apponendum. Datum in vigilia beate Cecilie virginis anno Domini M°.CCmo. nonagesimo quinto.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 40 a. An Pgtstr. das Siegel des Kl. Küstelberg (Westf. Siegel Taf. 116, 9).

2344.

Erzbischof Siegfried von Köln überlässt dem Kl. Benninghausen den Zehnten in Katerbeke.
1295 December 13.

In nomine sancte et individue Trinitatis.[1]) Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius imperpetuum. Dignum est, ut, que iuste ac rationabiliter facimus, scripto commendemus, ne per temporis intervalla in oblivionem trahantur, sed ex scripti declaratione tam futurorum quam presentium memorie transmittantur. Notum itaque facimus cunctis Christi fidelibus, quod dilectis in Christo sanctimonialibus et conventui in Benikinchusen Deo famulantibus proprietatem decime in Katerbeke, quam nobilis vir Conradus de Rudenberg et sui progenitores a predecessoribus nostris et a nobis cum aliis bonis suis in feodo tenuerunt, propter Deum precipue et, ut eo melius valeant sustentari, dedimus et porreximus libere imperpetuum possidendam priorum et capituli nostri Coloniensis consensu ac fidelium nostrorum consilio mediante. Et ne aliquis donationem libertatis predicte decime infringere valeat quoquo modo, predictis sanctimonialibus et conventui dedimus has nostras patentes litteras nostri sigilli munimine roboratas in testimonium premissorum. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo quinto, Lucie virginis.

[1]) *Verlängerte Buchstaben.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 71. An grünen Seidenfäden das stark beschädigte Siegel des Erzbischofs (Ewald, Rheinische Siegel I. 19, 5). Von einer zweiten gleichlautenden und von der nämlichen Hand geschriebenen Ausfertigung ist der untere Rand mit dem Siegel abgeschnitten. Erwähnt Seibertz UB. I Anm. 527 zu 398.

2345.

Symon von Bocke vergleicht sich mit dem Kl. Welver wegen der streitigen Mühle in Meyerich. 1295.

Ego Symon dictus de Bocke filius Anshelmi notum facio omnibus hanc litteram visuris vel audituris publice protestando, quod omnis sedicio et impeticio de fundo et loco molendini in Medererich (!) siti inter me et conventum de Welvere orta totaliter est sopita et ita composita, quod assensu dilecte uxoris mee accedente benivolo simulque omnibus liberis meis tam genitis quam generandis in id ipsum consentientibus cum ipsis et cum omnibus legitimis heredibus meis ab omni iure, quod in dicto molendino habere videbamur, recedentes prefato conventui dictum iam sepe molendinum cum fundo ipsius et loco concedimus ac damus libere imperpetuum possidendum et quiete. Huic facto presentes erant: dominus Johannes vicarius tunc temporis in capella Scedinchhe, Lůdwicus de Scaphusen, item Lůdwicus de Holthem, Costentinc de Hilbecke, Gosscalcus de Eckenscede, Gerlacus de Medericke, Hermannus Breiwe, frater Ewerwinus et frater Henricus dictus Albus conversi in Welvere; item frater Henricus camerarius dicti cenobii. Datum et actum anno Domini M°.CC.°LXXXX° quinto. Et quia proprium sigillum non habui, presentem litteram communiri rogavi sygillo domini Wilhelmi plebani in Emmerde.[1])

[1]) *Von* „domini" *an später nachgetragen.*

Or. Kl. Welver Nr. 105 a. Siegel von Pgtstr. ab.

2346.

Dietrich Rump überträgt den bisher von Everhard Vretere besessenen Zehnten zu Bruchhausen (bei Hüsten) dem Kl. Wedinghausen. 1295.

In nomine Domini, amen. Nos Theodericus dictus Růmp notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam perspecturis, quod, cum Everhardus dictus Vretere decimam in Brůchehůsen, quam a nobis tenuerat, in manus nostras pluribus presentibus resignasset et ius iam dicte decime in monasterium canonicorum ac fratrum in Wedinchůsen transferri postulasset a nobis, nos piis votis eius annuentes ius decime prelibate una de consensu Frederůnis matris nostre, Johannis, Helmici, Růthgeri, Rychardi, Witzeli, Theoderici fratrum nostrorum necnon et de consensu et bona voluntate Gerthrůdis sororis nostre et omnium heredum seu coheredum nostrorum, sicut nomina tenent, monasterio beati Laurentii canonicorum in Wedinchůsen conferimus libere et quiete perpetuo possidendum cum omni integritate iuris et fructuum exinde percipiendorum; domus itaque Johannis dicti Vridach sola ad minutias decime pre aliis persolvendas tenetur. Ut hec autem rata et inconvulsa permaneant, presentem litteram super hiis confectam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M°.CC° nonagesimo quinto. Presentes aderant: Wigandus dominus prepositus de Wedinchůsen, Gerhardus prior, Fredericus plebanus, Johannes custos et Ecbertus sacerdotes fratres et canonici ibidem; Everhardus dictus de Sutvelde, Henricus de Hůstene et alii quam plures viri fide digni.

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 74. Siegel von Pgtstr. ab.

2347.

Der Ritter Johann gen. Scriptor belehnt Hermann von Hüttinghausen mit dem Zehnten in Hüttinghausen. 1295.

Universis et singulis, quibus hoc presens scriptum fuerit exhibitum, nos Johannes miles dictus Scriptor publica protestatione protestamur, quod nos Hermanno de Hůttinchusen decimam dicte ville

Hůttinchusen integraliter porreximus iure pfheodali perpetuo possidendam. Presentes erant: Gotfridus de Borbeninch, Rudolfus de Borbeninch, Florencius de Uflen, Halto de Bůderike, Wilhelmus de Uflen, Thomas filius Thome quondam militis; Johannes de Bůderike, Theodericus notarius, Wilhelmus et Goswinus proconsules in Werle, Theodericus de Holdinchove, Hemelricus dictus Callicus(!) et alii quam plures. In cuius rei testimonium, quia sigillum proprium non habuimus, presens scriptum sigillo opidanorum Werlencium ad nostram peticionem est roboratum. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo quinto.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 69. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5). Gedr. Seibertz UB. I 459.

2348.

Die Brüder Johann und Hermann gen. Rump geben zu Gunsten des Kl. Himmelpforten ihre Ansprüche auf die Güter in Gerlingsen und die Rente in Dinker auf. 1295.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris Johannes dictus Rump et frater eius Hermannus salutem et veritati testimonium perhibere. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod controversiam habuimus adversus sanctimoniales ordinis Cysterciensis monasterii Porte Celi et inpetivimus eas pro quibusdam bonis in Gerlinchusen sitis sive pro quadam pensione annua, scilicet novem solidorum, sex denariorum et quatuor pullorum de bonis in Dinchere sitis, que bona nostri progenitores ob spem divine remunerationis dicto monasterio una cum proprietate bonorum eorumdem accedente consensu et plena voluntate coheredum suorum contulerant[1]) perpetuo possidenda. Habito denique super hoc amicorum nostrorum maturo consilio, ab huiusmodi inpetitione desistentes pro salute animarum nostrarum nos et universi heredes nostri, si quid iuris in utrisque bonis habere videbamur, resignavimus sponte et recognovimus ecclesie supradicte. Ut autem huiusmodi factum nostrum firmum semper permaneat et inconvulsum et retractari quocunque modo non valeat, sigillum honesti viri Gerhardi de Witthene ob[2]) maiorem evidenciam premissorum presentibus est appensum[2]). Presentes erant: Menricus miles de Brochusen, Gerhardus de Witthene, . . scolasticus in Vnneha, Johannes vrigegreve, Bruno de Důveline, Henricus Sprenge, Vredericus de Muntelo, Gerwinus dictus de Heringe, frater Godescalcus de Porta Celi et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto.

[1]) *Or.* „contulerat". [2]) *bis* [2]) *Rasur.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 54. Ein Siegel von weissen Hanffäden ab, von einem zweiten nur die Schnitte vorhanden, daraus wohl die Rasur Anm. 2 zu erklären.

2349.

Conrad von Rüdenberg überträgt dem Grafen Ludwig von Arnsberg sein Eigen an der Hälfte des Dorfes Wüstenbracht bei Attendorn. ca. 1295?.

Nos Conradus de Rodenberg recognoscimus presentibus protestando, quod nos nobili viro Ludewico comiti de Arnsberg suisque heredibus nostram proprietatem quam habuimus in medietate ville dicte Wostenbracht contulimus nostrorum de consensu heredum perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presentes et patentes ipsis conferimus nostri sigilli robore consignitas. Presentes aderant: Gode(scalcus) de Broch(usen), Hermannus Quatterlant, Olricus de Heldene necnon Wighardus de Ense milites; Godefridus de Messchede, Gerardus de Ruden et Gerhardus suus cognatus famuli cum aliis viris providis et probatis.

Abschriften des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 5 u. 109 B Bl. 7. Erwähnt im Regest Seibertz UB. II S. 298.

2350.

Lambert von Hemestede *verzichtet zu Gunsten des Kl. Wedinghausen auf die von seinem Bruder Everhard an Everhard gen. Hane verkauften Güter zu Büderich bei Werl.*
1295 (1296) Januar 13.

Nos Lambertus dictus de Hemestede litteris presentibus protestamur . . universis perpetuo, quod bona nostra sita Bůderich, que Everhardus frater noster bone memorie vendidit Everhardo dicto Hane similiter bone memorie gratum una cum . . uxore nostra et . . primogenito filio nostro cum ceteris heredibus et coheredibus nostris, sicut nomina tenent, firmum tenemus atque ratum et eadem bona, si quid iuris habuimus vel habemus, penitus assignamus in manus Wigandi domini prepositi de Wedinchůsen et sui conventus sine quavis contradictione perpetuo possidenda. Quia vero sigillum proprium non habemus, Godefridi de Sůmmere, Johannis de Nehem militum presentem litteram sigillorum munimine petivimus roborari ad maiorem firmitatem et evidentiam veritatis. Presentes fuerunt: Godefridus de Sůmmere, Johannes de Nehem milites supradicti, Henricus notarius de Arnesberg et Everwinus clericus rector puerorum de Mendene, Brůno de Halingen, Růthgerus de Hemerde et alii quam plures viri fide digni. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, in octava Epiphanie Domini.

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 75. An Pgtstr. die Siegel Gottfrieds von Sümmern (Westf. Siegel Taf. 200, 1) und Johanns von Neheim (ebenda Taf. 200, 6).

2351.

Bernhard von Strünkede, Propst zu Wischel, und sein Bruder Bůvo bekunden, dass die Oberherrlichkeit und das Eigentumsrecht an der Burg Strünkede dem Grafen Dietrich von Cleve zustehe.
(1295) 1296 Januar 22.

Universis ad quos presentes littere pervenerint Bernardus de Strunkede prepositus Wiscelensis et Bůvo frater eiusdem salutem et cognoscere veritatem. Tenore presencium protestamur, quod dominium et proprietas castri de Strunkede pleno iure pertinet ad illustrem virum dominum nostrum Theodericum comitem Clevensem et ad ipsius heredes, et quod nichil iuris amplius nobis competit in eodem castro, nisi quod ex commissionis gratia eiusdem domini nostri comitis Clevensis alter nostrum videlicet Bůvo predictus dictum castrum et domum comitis ibidem ipso comite absente tamquam superior castellanus inhabitabit. Preterea castellani, portarii et turris custodes, quandocumque de novo aliqui serviendo fuerint constituendi, ipse dominus noster comes eos constituet et eidem comiti fidelitatis prestabunt sacramentum. Insuper promisimus fide data corporali et prestitis nostris iuramentis in omnibus ipsius domini nostri comitis obedire consiliis, mandatis et voluntati et quod dictus frater noster Bůvo preter consensum ipsius comitis et voluntatem aliquem in ipso castro non suscipiet nec tenebit nec alicui inde movebit guerram, bellum et dissensionem. Et ut hec ipsi comiti et suis heredibus inviolabiliter observentur, presentem litteram nostris sigillis, sigillo Theoderici de Wickede militis nostri sororii eidem domino nostro comiti et suis heredibus tradidimus sigillatam et Arnoldi de Slusa, Sveteri de Alpem, Ottonis de Venne et Jordani de Monment militum, qui promissioni et iuramentis prestitis interfuerunt, sigillis rogavimus sigillari. Et nos milites predicti recognoscentes, nos premissis interfuisse, ad petitionem ipsorum fratrum nostra sigilla apposuimus hiis scriptis. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonogesimo quinto, in crastino beate Agnetis virginis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark 22, durch Feuchtigkeit beschädigt. An Pgtstr. hängt noch das Siegel des Propstes Bernhard an (spitzoval, der Propst stehend, in der rechten Hand hat er eine Pergamentrolle, auf der linken einen Falken (?); für die anderen 6 Siegel sind nur noch die Löcher im Umbug sichtbar. Regest bei von Steinen III, 773.

2352.

Der Edle Wilhelm von Ardey bestätigt dem Kl. Fröndenberg aufs neue den Ankauf der Höfe Ardey, Dallwig, West-Büren und Wiedenbrock. 1295 (1296) Februar 3.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti universis presentia visuris et audituris nos Wilhelmus nobilis de Ardeya in perpetuum. Cum ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore (dilabant)ur, (caut)um est, ut facta hominum utiliter et honeste litterarum serie perhennentur. Cum igitur recolende memorie quondam Hermannus miles nobilis de Ardeya frater noster maturo consilio et diligenti deliberatione prehabitis assignaverit abbatisse et conventui monasterii sancte Marie virginis in Vrendeberg Cisterciensis ordinis, Coloniensis diocesis curtes subscriptas: Ardeya, Dalewic, Westburen, Wedebruch cum omnibus attinentiis earundem sub titulo emptionis et venditionis, salvis sibi et suis successoribus quibusdam conditionibus in privilegiis conscriptis inde confectis, a quibus omnibus et singulis nos Wilhelmus antedictus recedimus per quoddam nostrum scriptum, datum predictis abbatisse et conventui monasterii supradicti, sed ex negligentia provisorum dicti monasterii ipsis cautum non satis exstitit in appensione sigillorum in dicto scripto testium expressorum; quapropter nos dictas abbatissam et conventum sepedicti monasterii speciali dilectione prosequentes et diligentia diligenti cum consensu uxoris nostre Jutte, Hinrici et Hermanni filiorum nostrorum et Katerine filie nostre voluntario et expresso damus predictas curtes Ardeya, Dalewic, Westburen et Wedebruch cum omnibus attinentiis earundem, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, piscariis, a(quis aqua)rumve decursibus, agris cultis et incultis predictis abbatisse et conventui monasterii memorati renuntiantes et effestucantes in[petitionibus], iuribus omnibus, si qua nobis vel nostris heredibus competere poterant ex conditionibus quibuscunque in nostris sive predecessorum nostrorum litteris indultis eisdem abbatisse et conventui predicti monasterii super curtibus memoratis. Recedimus insuper ab omnibus inpetitionibus et aliis rebus quibuscumque nobis contra dictas abbatissam et conventum dicti monasterii usque in presentem diem competentibus, motis vel movendis, promittentes fide prestita corporali, nos predictas emptionem et venditionem fratris nostri et nostram liberam donationem presentem inter vivos ratam habituros et firmam nec contra eam venturos ullo umquam tempore ullo ingenio sive causa. In cuius rei testimonium evidens sigillum nostrum (presentib)us est appensum. Et nos Everhardus nobilis comes de Marcha, in cuius districtu curtes predicte sunt site, ad petitionem partium predictarum sigillum nostrum presentibus appendimus in robur et testimonium evidens premissorum. Datum et actum anno Domini M^mo^CC^mo^ nonagesimo quinto, feria sexta post Purificationem beate Marie virginis tertio Nonas Februarii.

Or. durch Feuchtigkeit beschädigt, Kl. Fröndenberg Nr. 46. An weissen und grünen Hanffäden die Siegel Wilhelms von Ardey (Westf. Siegel Taf. 31, 10) und Everhards von der Mark (ebenda Taf. 10, 4) stark beschädigt. Das in der Urk. erwähnte „quoddam . . scriptum“ *Wilhelms von Ardey* „cautum non satis in appensione sigillorum“ *ist das vom 31. Juli 1282 (s. oben Nr. 1819). Gedr. Ledeburs Arch. 18, 177 nach Msc. II 13, 184. Auf der Rückseite von der bekannten Hand des XVI. Jhs.:* „item die gudere to Ardey, Dalewick, Kesseburen und Wedebrock betreffend“.

2353.

Der Edle Conrad von Rüdenberg verkauft dem Grafen Ludwig von Arnsberg die Hälfte der Grafschaft Velmede, welche von dem Erzstift Köln zu Lehen geht, zugleich mit dem Vorkaufsrecht für die andere Hälfte. Hof Eynhorst *1295 (1296) Februar 3 (oder 10?).*

Nos Conradus nobilis vir dictus Rodenberghe[1]) et Godfridus filius noster litteris presentibus imperpetuum recognoscimus universis, quod de voluntate Elizabeth domine uxoris nostre et aliorum heredum nostrorum pleno de consensu nobili viro domino Ludewico comiti de Arnsberg nostro consanguineo et

heredibus suis legitimis medietatem comecie nostre que *grascap* dicitur in vulgari in parrochia de Velmede site et alias ubicumque sita sit pro quadringentis marcis et quinquaginta marcis denariorum Susaciensium vel legalium in Susato vendidimus cum omnibus iuribus, proventibus et attinentiis universis sicut sita hoc adiecto, quod idem comes de Arnsberg viginti marcas denariorum Susaciensium tollet in eadem comecia communi de consensu nostro in solucionis sue supplementum et sibi et heredibus suis, ubicumque ipsis necesse fuerit, debitam et plenam warandiam faciemus. Item si alicubi alicui de eadem comecia pensio ex parte nostri fuerit obligata vel aliquid positum sub errore ipsi comiti et heredibus sine quovis dampno ipsorum dimidiam comeciam liberam faciemus. Item eandem medietatem comecie Theoderico militi de Visbeke, Syfrido dicto Scoken dapifero, Lamberto dicto Rovere et Gyselberto iudici de[2]) Eversberg iusto tituli[3]) feodo et libero porreximus et porrigimus in hiis scriptis simpliciter et absolute. Addimus etiam, ut si unum istorum mori contigerit, alium probum virum quem prefatus nobis presentaverit comes in locum defuncti statuemus et similiter de aliis faciemus. Item prefati quatuor in nostra presencia et nostra voluntate eandem comeciam domino Ludewico comiti et suis heredibus pro mille marcis denariorum Susaciensium duxerunt obligare. Preterea ista nostra infeodacio predictorum quatuor sub forma predicta durabit, quousque dominus comes de Arnsberg a venerabili patre domino archiepiscopo Coloniensi poterit obtinere, qui dominus infeodator est eiusdem comecie, ut eum infeodet eadem comecia, sicut suprascriptum est. Extunc nos et uxor nostra cum ceteris heredibus nostris presentes erimus et eandem comeciam in manus domini Coloniensis manumittemus et resignabimus cum omni iure quod in eadem medietate comecie habere dinoscimur vel habuisse, sentencia super hoc articulo requisita, ut si quis postmodum infringere vellet an[4]) pocius teneri debeat vel infringi; quam sentenciam Arnoldus miles dictus Hittertat pronunciavit astantibus consencientibus „quod pocius teneri debeat quam infringi“. Item si postmodum aliam medietatem nostram predicte comecie vendere voluerimus, domino comiti predicto et suis heredibus pro quadringentis marcis et quinquaginta marcis denariorum Susaciensium, sicut superius est expressum, vendemus; item videlicet quod dominus comes et sui heredes tunc sicut nunc viginti marcas denariorum Susaciensium de comecia communi tollent nostro de consensu. Quam vendicionem ad annum unum ipsum comitem et suos heredes prescire faciemus, illo vero anno evoluto dominus comes et sui heredes denarios integraliter persolvent et Arnsberg seu Eversberg sine quovis impedimento seu arrestatione qualibet presentabunt et nos una cum ipso domino comite in eadem comecia unusquisque pro iure suo in possessione pacifica manebimus et quieta. Si vero idem comes negligens fuerit et sui heredes in solucione prefata, nos et heredes nostri ab huiusmodi compromissione liberi erimus et soluti et nostra parte omnem utilitatem nostram ordinabimus et faciemus. Hec omnia premissa et singula fide data promittimus firmiter observare sigilli nostri munimine roborata. Ego Godefridus filius nobilis viri supradicti sigillo ipsius patris mei sum contentus. Presentes fuerunt: Arnoldus plebanus de Aldenruden, Godefridus nobilis vir dictus de Rudenberche frater noster, Henricus dictus Advocatus de Elsepe, Godefridus de Langenole, Arnoldus dictus Hittertat, Theodericus de Vysbeke milites; item Anthonius et Henricus fratres de Ense, Henricus dictus de Wine, Gerhardus de Ruden, Helmicus et Gotfridus dicti Stotere, Godes(calcus) de Lon, Franko de Warstene, Johannes et Everhardus fratres de Eslive, Henricus notarius de Arnesberg et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M.CC^mo^. nonagesimo quinto in curia Eynhorst, feria quinta in octava Marie Luminis.

[1]) *Beide Abschriften haben hier* „Fridenberche“, *in der Ueberschrift jedoch* „Rodenberghe“. [2]) *109 B* „in“. [3]) *109 B* „titulo“. [4]) *Von anderer Hand zugesetzt; in 109 B Lücke.*

Abschriften XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 4 v und 109 B Bl. 6 v. Gedr. Kindlinger, Münster. Beiträge III 95 und danach bei Seibertz UB. I 451.

2354

Der Edle Widekind von Grafschaft tauscht mit dem Kl. Grafschaft den Zehnten daselbst gegen eine Hufe in Langenbecke und eine in Othmaringhausen ferner 40 Mark. Attendorn 1295 Februar 17 (1296 Februar 9).

Innotescat tam presentibus quam futuris, quod ego Widekindus nobilis dictus de Grascap de pleno consensu Gerdrudis uxoris mee legittime, Adolfi filii mei ac omnium heredum meorum legittimorum permutacionem feci medietatis decime in villa Grascap cum omnibus attinenciis et appendiciis tam in nemore quam in campo, que me ac meos heredes iure successionis contingit et contingebat cum domino Luperto abbate et conventu monasterii in Grascap pro duobus mansis, quorum unus in villa Langebeke situs est, et alius in villa Otmarenkusen et pro XL^{a} marcis iure hereditario libere et quiete perpetuo possidendam. Ne autem predicta permutacio in posterum inpediri vel calumpniari valeat, sigillum proprium cum sigillis domini Erenfridi militis de Breydenole et fratris mei nobilis dicti Craft presentibus est appensum. Testes huius facti sunt: Henricus plebanus Attendernensis, Wigandus capellanus eiusdem, Henricus plebanus in Overkirchin, Johannes marscalcus Westfalie, Hermannus frater eius, dominus Erinfridus de Breydenole, Conradus de Enserenkagen milites; Wigardus civium magister Attendernensium, Tylomannus dictus de Angulo et quam plures fide digni. Datum Attenderne et factum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, feria quinta ante dominicam, qua cantatur Invocavit.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 21. An Pgtstr. an erster Stelle spitzovales Siegel Widekinds von Grafschaft (Westf. Siegel Taf. 34, 4); die Siegel an zweiter und dritter Stelle sind mit Pgtstr. abgefallen. Regest bei J. Brunabend: Attendorn, Schnellenberg, Waldenburg und Ewich Beilage 4; Seibertz UB. 1 Nr. 476 Anm. 612.

2355.

Dietrich und Herbord von Helden genehmigen den Verkauf von Hörigen in Ostönnen seitens ihres Bruders Gottfried gen. Monachus an das Kl. Himmelpforten. 1295 Februar 17 (1296 Februar 15).

Universis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris nos Theodericus et Herbordus dicti de Heldene milites recognoscimus protestando, quod venditioni, qua frater noster Godefridus dictus Monachus cum voluntate uxoris sue, scilicet Sophie, et Gertrudis filie sue transtulit in abbatissam et conventum monasterii de Porta Celi homines suos videlicet Johannem et Henricum, liberos Metthildis, et Henricum filium Alheydis de Ostůnen cum omni spe posteritatis eorumdem consensum prebemus voluntarium, liberum et expressum pro nobis et nostris liberis seu heredibus presentium testimonium litterarum. Presentes erant dominus Johannes plebanus in Ostunen, Henricus Pipenbruch, Gewinus (!) de Andopen, Godefridus de Molendino, Johannes de Hoynge, Henricus de Hammone, Johannes Vole, Henricus Vrige, Bette de Ostůnen, Hermannus de Caspele, frater Godescalcus et frater Arnoldus de Porta Celi. In cuius itaque facti testimonium et robur perpetue firmitatis presentem paginam super eo conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, feria quinta ante Cathedra sancti Petri.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 52. An Pgtstr. das Siegel Dietrichs von Helden (Westf. Siegel Taf. 204, 6) stark beschädigt.

2356.

Vor Richter und Rath von Recklinghausen verkauft Herbordus de Vort *ein Zinsgut der Xantener Kirche zu Ebbelich an* Bernardus de Sickenbecke *(Sienbeck) gen. Crampe. 1295 (1296) Februar 24.*

Nos Sibodo dictus de Munck(en)becke, iudex in Rikelinchusen, Ludolfus de Alta Domo, Gerhardus de (!) dictus de Bachem, Sibodo de Domo Lapidea, Johannes dictus Meygreve, Hinricus de Monte, Ever-

hardus Faber, Hinricus quondam fermentarius, Jacobus in Ponte Lapideo, Udo aput Forum, Hinricus filius domine Odradis, Hermannus dictus Torrenan, Everhardus dictus Buse, consules opidi Rikelinchusen, notum facimus universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis, quod coram nobis Herebordus dictus de Vort conparuit et de maturo consilio suorum amicorum et de consensu omnium heredum suorum vendidit animo benivolo absque ulla coercione Bernardo de Sickenbeke dicto Crampen et omnibus suis heredibus domum sitam Ebelinchem cum omnibus suis attinentibus et utilitatibus, quam idem Herebordus inhabitabat, excepta una domuncula et orto uno ac uno agro dicto Distelinckestucke iure pensionali et iure hereditario dicto Bernardo de Sickenbeke dicto Crampen et omnibus suis heredibus perpetue permanendum, quam tenebat iure predicto ab ecclesia Xanctensi, et eandem domum exceptis predictis idem Herebordus dictus de Vort cum omnibus aliis suis attinentibus et utilitatibus, prout sita est ibidem, et Metheldis uxor predicti Herebordi et omnes ipsorum heredes tam masculi quam femine iure predicto absque ulla cohercione supradicto Bernardo dicto Crampen de Sickenbeke et omnibus suis heredibus resignaverunt et effestucaverunt iure predicto ipsis perpetue permanendam; et promiserunt dicto Bernardo Crampen et omnibus suis heredibus idem Herebordus et omnes sui heredes plenam facere warandiam, prout iuris est in terra, et nichil inde dandum alicui, sed annis singulis tres solidos de domo predicta et de omnibus eius attinentibus. Pro huiusmodi warandia supradicta fideiussores sunt: Godefridus dictus de Vort et Johannes dictus liber de Currevic, promittentes omnem defectum exinde supplere. Acta sunt hec coram iudicio Rikelinchusen et stabilita per sententiam dicti iudicii anno Domini M°CC° nonagesimo quinto, in die beati Mathie apostoli.

Or. im Renteiarchiv auf Haus Westerholt bei Recklinghausen, an einigen Stellen durch Feuchtigkeit beschädigt. Siegel von Pgtstr. ab.

2357.

Der Edle Gottfried von Rüdenberg überlässt dem Grafen Ludwig von Arnsberg im Tausch gegen andere Güter (im Kirchspiel Welver)[1] die Vogtei über die Kirche in Dinker. Hachen 1295 März 26 (1296 März 17).

Nos Godfridus vir nobilis dictus de Rudenberg litteris presentibus recognoscimus universis, quod proprietatem advocacie nostre quam habemus in ecclesia Dynchere et dote et omnibus attinentiis suis et proprietatem molendini de Stockey cum omnibus attinentiis de voluntate Palmanye domine uxoris nostre et omnium, sicut nomina tenent, heredum nostrorum de consensu Ludewico domino comiti de Arnesberg et heredibus suis legitimis dedimus et damus in hiis scriptis perpetuo possidendam in recognicionem proprietatis bonorum de Spechteshole et bonorum de Nova domo quam idem comes nobis dedit econverso, quod sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum anno Domini MCC^{mo} nonagesimo quinto, Hagnen in vigilia Palmarum. Presentes fuerunt Gerhardus sacerdos caplanus prefati domini comitis, Henricus notarius suus, frater Henricus de Welvere, Jonathas vir nobilis de Duleberg, Gerlacus de Mederike, Wilhelmus dictus Wule et alii quam plures viri fidedigni.

[1]) *S. folgende Nummer.*

Abschriften des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 5 und 109 B Bl. 7 a.

2358.

Graf Ludwig von Arnsberg überlässt seinem Neffen Gottfried von Rüdenberg Güter in der Pfarrei Welver und empfängt dafür die Vogtei über die Kirche zu Dinker und die Mühle zu Stockei. Hachen 1295 März 26 (1296 März 17).

Nos Ludewicus comes de Arnesberg litteris presentibus recognoscimus universis, quod proprietatem bonorum de Spechteshole cum omnibus suis attinenciis et proprietatem bonorum de Nova domo cum

suis attinenciis, sicut sita sunt in parrochia Welvere, de voluntate nobilis domine Peronette domine comitisse de Arnesberg uxoris nostre et omnium heredum nostrorum, sicut nomina tenent, pleno de consensu nobili viro domino Godfrido de Růdenberg nepoti nostro et suis legitimis heredibus dedimus et damus in hiis scriptis perpetuo possidendam in recognicionem proprietatis bonorum scilicet advocacie ecclesie in Dinghere ac molendini in Stokkey cum omnibus attinenciis, quam idem G(odfridus) vir nobilis nobis dedit econverso, quod sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum Hagnen anno Domini M°.CC°. nonogesimo quinto, in vigilia Palmarum. Presentes fuerunt: Gerhardus sacerdos capellanus noster, Jonathas vir nobilis de Důleberg, frater Hinricus de Welvere, Hinricus notarius noster, Gerlacus de Medereke, Wilhelmus dictus Wůle et alii quam plures viri fide digni.

Or. Kl. Welver Nr. 106. Das Siegel von Pgtstr. ab.

2359.

Graf Ludwig von Arnsberg bekundet, dass der Streit zwischen dem Kl. Fröndenberg und Arnold gen. Hake von Neheim wegen der Güter beim Hof Berge beigelegt sei und dass Siegfried von Dinchusen *dem genannten Kloster seine Güter bei eben diesem Hofe übertragen hat. Hachen 1295 (1296) März 25.*

Nos Ludewicus comes de Arnesberg universis presentium inspectoribus presentibus et futuris notum facimus in hiis scriptis, quod gwerra, que vertebatur inter claustrales de Vrendeberg ex una parte et Arnoldum dictum Hake de Nehem ex altera, pro quibusdam bonis sitis apud curiam Berge integraliter est composita coram nobis et ab omni actione et inpetitione eorundem bonorum prefatos claustrales liberos proclamavit. Preterea idem Arnoldus predicta bona, que a nobis tenuit, in manus nostras libere resignavit. Ceterum Syfridus de Dinchusen ministerialis noster in nostra presentia constitutus, bona sua propria sita similiter apud curiam Berge, dedit cum omnibus attinenciis suis simul et proprietate de consensu Lyse uxoris sue simul et heredum suorum voluntate claustralibus de Vrendeberg perpetuo possidenda, qui nichilominus prefata bona coram iudicio nostro Nehem duxerunt resignanda. Hec itaque sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum Hagnen, anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, in die Annunciationis beate Marie virginis. Presentes fuerunt: Lůdolfus dominus prepositus de Ůlinchusen, Albertus de Heregotinchusen, conversus apud Ůlinchusen, Antonius de Enze dapifer noster, Lubbertus de Hagen, Hinricus de Berdinch; item Gerhardus sacerdos cappellanus noster, Jonathas de Důleberg vir nobilis, Hermannus de Bynole senior, Hermannus de Honge, Hinricus notarius noster et alii quam plures viri fide digni.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 48. An weissen Hanffäden ein Rest des Siegels Graf Ludwigs von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Gedr. Wigands Archiv VII 160 f.

2360.

Der Schultheiss Heinrich von Soest bekundet, dass das Kl. Walburgis bei Soest zu seiner Villication gehörige Güter in Windhövel und Aldehold gekauft hat. 1296 Mai 2.

Nos Hinricus sculthetus Susaciensis miles omnibus presentem litteram percepturis notum facimus et protestamur, quod honestus vir . . prepositus ac relligiose domine . . priorissa et conventus sanctimonialium ecclesie sancte Walburgis extra muros Susacienses, ordinis sancte Augustini de nostro scitu, voluntate, ratihabicione et consensu speciali conparaverunt duo bona in Winthůvele ab Ertmaro et Richardo laycis et a Wichmanno dicto de Tůnne opidano Susaciensi bona in Aldeholt ad villicacionem nostram pertinentia perpetuo possidenda inde soluturi nisi . . scultheto Susaciensi qui pro tempore fuerit annuatim consuetam et debitam pensionem videlicet de bonis in Winthůvele ab Ertmaro emptis

VII. solidos et II. denarios et in custodiam beati Patrocli VI. denarios et obulum, item de bonis ibidem emptis a Richardo et Al. uxore sua quinque solidos obulo minus scultheto et quinque denarios quadrante minus in custodiam beati Patrocli, item de bonis in Aldenholte a Wichmanno dicto de Tůnne emptis unam marcam scultheto iam sepedicto et IIII. solidos denario minus domino decano et capitulo Susaciensi et hanc pensionem supradictam in festo Michahelis persolvemus. In cuius rei et contractus testimonium ac robur perpetuum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum crastino beatorum apostolorum Philippi et Jacobi anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 42. Siegel von Pgtstr. ab.

2361.

Das Kl. Paradies kauft aus der Wortstatt eines Werler Bürgers eine Rente von 6 Schillingen. 1296 Mai 10.

Universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, humilis priorissa totusque sanctimonialium in Paradyso conventus inperpetuum. Ad noticiam cupimus pervenire tam futurorum quam presencium, quod nos ex area Henrici civi[1]) Werlensis de consensu uxoris sue comparavimus sex solidos annue pensionis iure hereditario perpetuo possidendos et dictam pensionem duabus vicibus in anno videlicet in festo Mychahelis tres solidos et in festo Pasche tres solidos sine aliqua contradictione debito modo persolvendos. Presentes erant: Wilhelmus et Hermannus de Gůlike proconsules, Arnoldus dictus Buschere, Emelricus dictus Gallicus, Theodericus de Holdinchove, Goswinus Egenbolt, Hermannus de Melkestere, Johannes Scolaris, Henricus dictus Covolt, Helmicus Salendin dictus Kepike, Henricus Prosekese et alii quam plures. In cuius rei testimonium et ad maiorem cautelam hanc litteram sigillo oppidi Werlensis petivimus roborandam. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, quinta feria post Assensionem (!) Domini.

[1]) *Statt* „civis".

Or. Kl. Paradies Nr. 49. Siegel von Pgtstr. ab.

2362.

Graf Dietrich von Isenberg giebt dem Ritter Engelbert von Herbern die Hufe Norwic, *eine in* Wilshorst *und eine in Frielick zu Lehen. 1296 Mai 15.*

Nos Theodericus comes de Ysenberg presentium protestatione recognoscimus, quod nos Engelberto de Herborne militi, Conrado, Engilberto et Rotghero pueris eiusdem mansum Norwic, mansum in Wilshorst et mansum in Vrihlwic cum omnibus eorundem attinentiis in feodo homagiali porreximus hereditarie possidendos, quemadmodum eosdem Rudolfus de Grothe a nobis habuit et tenebat, Kunegundique uxori eiusdem de predictis mansis porreximus usumfructum. In evidens huius porrectionis testimonium ipsis presens scriptum dedimus sigilli nostri munimine communitum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, feria tertia infra octavam Pentecosten.

Abschr. von Kindlingers Hand in Msc. II 46, 87 mit Siegelzeichnung, welche Westf. Siegel Taf. 16, 14 erkennen lässt. Reg. in Westf. UB. III 1546.

2363.

Ritter Hunold von Plettenberg tauscht mit dem Grafen Ludwig von Arnsberg Eigenhörige aus. 1296 Mai 25.

Ego Hunoldus miles de Plettenbracht notum facio tam presentibus quam futuris, quod ego et mei legitimi heredes Gertrudim filiam Theoderici sculteti de Ovinchusen, que iure servili et proprietatis mihi et meis heredibus attinebat nobili viro domino meo L(udewico) comiti de Arnsberg assignavi et

tradidi eo iure, quo mihi et meis legitimis heredibus attinebat, recipiens pro ipsa sub tytulo cambicionis a prefato domino meo L(udewico) comite de Arnsberg et suis legitimis heredibus Ydam filiam Ailberti de Sodinchusen, que iure proprietatis et servilis condicionis pertinebat domino meo L(udewico) comiti supradicto. Et ut hec rata permaneant, presentem cartulam sigilli mei munimine roborari. Datum in die Urbani, anno Domini M°.CC^mo^. nonagesimo sexto.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 32.

2364.

Ritter Dietrich von Volmestein überträgt den Brüdern gen. Vridag *die Güter in Altenhagen, Eckesei und Delsten, die sie ihm resignirt hatten, zu einem erblichen Burglehen. Volmarstein 1296 Juni 23.*

Nos Theodericus miles dominus de Volmotstene notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod Henricus dictus Vridagh dilectus castrensis noster, Menricus et Theodericus fratres sui bona quedam videlicet curiam inferiorem in Altenhagen, mansum dictum Vostehuve, mansum in Ekkesoye, mansum in Delsterhusen, piscariam in Voleminne, que de strata nunc communi inferius se extendit, cum lignis et arboribus inferius eandem plateam nunc communem situatis una cum domo sua in ipso castro nostro sita in manus nostras resignaverunt sub hac forma, quod idem Henricus et sui veri heredes dictis bonis hereditentur in perpetuum a nobis et nostris successoribus universis in feodo castrensi de herede in heredem semper tenendis et habendis; sub qua forma bona prefata Henrico contulimus et conferimus per presentes, promittentes eidem firmiter, quod si ipsum Henricum liberos non contingeret procreare, quod extunc fratribus suis predictis eorumque heredibus eodem iure scilicet feodo castrensi dicta bona per nos et nostros successores libere conferantur et quod universe filie de dictis fratribus Henrico, Menrico et Theoderico videlicet generate in successione bonorum predictorum tantum iuris habeant, acsi eedem filie fuissent masculi procreati. Nichilominus etiam ipsos et amicos suos et consanguineos in castro nostro more aliorum nostrorum castrensium tenebimus, dummodo ius facere et recipere voluerint coram nobis ad ipsorum violentias (et) iniurias propulsandas. Actum est Volmestene anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, in vigilia Nativitatis beati Johannis Baptiste, presentibus: domino Henrico fratre nostro, Theoderico dicto Meyelich, Theoderico dicto Wickede, Theoderico de Asbeke militibus; Wenemaro Husman dapifero nostro, Engelberto de Honswerthe, Goswino Meyelich, Theoderico fratre suo, Goswino supra Portam, Henrico Scule, Ottone de Ysekenwerk castrensibus nostris et aliis quam pluribus fide dignis. Ut autem prescriptum factum nostrum robur habeat et a quoquam in posterum infringi non valeat (vel) mutari, presentem litteram super hoc confectam sigilli nostri munimine firmiter fecimus communiri; datum ut supra.

Nach einer gleichzeitigen Copie eines Volmesteinschen Lehensprotocolls, die damals im Besitze der Freiherrn von der Recke zu Stockhausen sich befand, gedruckt bei Kindlinger, Gesch. von Volmestein II 51.

2365.

Der Decan Gottfried und der Canonikus Hermann Pyl von Soest-Patroclus verkaufen Güter in Berwicke und in Stocklarn an ihren Mitcanonikus Johann von Lippstadt zur Verbesserung seiner Präbende. 1296 nach Juni 24.

Noveritis, quod anno Domini millesimo CC°. nonogesimo sexto post Nativitatem beati Johannis Baptiste quondam honorabilis vir Godefridus decanus ecclesie Sosaciensis bone memorie et ego Hermannus predictus bona sita in Berewich cum tribus virgis pratalibus et dimidietate aree sive curtis, que Kellerhus appellatur, que quondam fuerunt Arnoldi dicti Balken cum omnibus attinentiis exceptis

casis et pratis eisdem bonis attinentibus, item et bona sita in Stochelen, que quondam fuerunt Arnoldi dicti Růsscepenninch eodem iure, quo ipsi possederant, Johanni dicto de Lyppia canonico ecclesie Sosaciensis predicte ad integrandam suam prebendam rite et legitime vendidimus pro sexaginta quatuor marcis denariorum legalium in Sosato. Cui contractui presentes aderant: magister Johannes Pilegrimi canonicus prefate ecclesie, Henricus de Urbe, Godescalcus de Keldinchusen et Boymundus presbiter et Albertus prebendarius vicarius ecclesie predicte ac Henricus de Geseke quondam famulus domini decani predicti et alii quam plures probi et honesti.

Transsumpt vom 9. Mai 1304. Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 79, ausgestellt durch den in der Urkunde ebenfalls genannten Canoniker Hermann Pyl. An Pgtstr. hängen noch die Siegel Hermanns Pyl (mandelförmig, der hl. Patroclus über dem Pylschen Wappen, vgl. Westf. Siegel Taf. 210, 10) und des Magister Johannes, das Propsteisiegel des Stiftes ad causas *ist abgefallen.*

2366.

Die Klosterschwester Gertrud schenkt dem Kl. Walburgis-Soest eine Rente von 3 Schillingen, die sie aus einem Kapital von 3 Mark bezog und zum Ankauf der Güter Aldehold hergeliehen hatte. 1296 Juni 30.

Nos . . prepositus, . . priorissa et conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Susatienses universis presentia visuris notum facimus, quod, cum soror Gertrudis in sub[si]dium contractus bonorum nostrorum dictorum Aldeholt nobis tres marcas Susatienses tradidisset, ut pro hiis pensionem trium solidorum singulis annis perpetuo persolvere teneremur eidem, ipsa Gertrudis circa nos benigno ducta affectu pensionem huiusmodi conventui nostro liberaliter contulit ordinans in hunc modum, videlicet . . magistra granarii nostri, que pro tempore fuerit, singulis annis perpetuo in die Cene Domini cum dictis tribus solidis vinum conparet et ad cenam nostri conventus eodem die ad bibendum fideliter amministret. Nos itaque affectum dicte Gertrudis pie in Domino commendantes donationem et ordinationem predictam ratam et inconvulsam perpetuo observare volentes committimus in hiis scriptis . . magistre granarii nostri nunc existenti et aliis quecunque pro tempore fuerint, ut ordinationem antedicte Gertrudis predictam in amministrando vinum ad refectionem conventus nostri in Cena Domini fideliter studeat observare. Preterea affectui dicte Gertrudis grata viciscitudine(!) respondere cupientes conferimus eidem fraternitatem et participationem omnium bonorum que per nos operari dignabitur clementia Salvatoris, volentes post obitum eius memoriam perpetuo peragere, sicut fratrum et sororum nostrarum memorie agi solent. Ceterum promittimus sepedicte Gertrudi, quod si necessitas, quod absit, eidem ingruerit et ad nos recursum habuerit, benignitati ipsius, sicut decet, conpati volentes pensionem dictorum trium solidorum per . . magistram predictam, quamdiu vixerit et a nobis requisierit, quolibet anno in Cena Domini faciemus assignari. In cuius rei testimonium sigilla nostra . . prepositi et conventus predictorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo sexto, in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Or. Soest-Walburgis Nr. 41. Siegel des Kl. Walburgis an Pgtstr. (Westf. Siegel Taf. 111, 3), das des Propstes abgefallen. Gedr. Seibertz UB. I 461.

2367.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass Ritter Pulcian dem Nonnenkloster bei Hamm (Kentrup) seine Hufe Bramey verkauft hat. Burg Mark 1296 August 1.

Acta hominum tollit oblivio que nec litteris nec testibus perhennantur. Hinc est quod nos Everhardus comes de Marcka notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Pulcian miles de consensu Godefridi, Theoderici filiorum suorum, Gostien, Elisabeth et Cristine filiarum suarum ceterorumque

heredum suorum vendidit claustro sanctimonialium apud Hammonem mansum dictum Bramey cum iuribus et appendiciis universis iure proprietario inperpetuum possidendum, abrenuncians omni iuri quod ipse et sui predecessores in bonis habuerunt prelibatis; super quo venditionis contractu sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Acta sunt hec ante viridarium castri nostri Marka anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, in festo quod ad Vincula Petri dicitur coram Johanne dicto Hobe libero comite nostro necnon Theoderico Bredensprinc eiusdem precone et aliis quorum nomina subsequuntur: Everhardus sacerdos rector divinorum claustri supradicti, Johannes Volenspit, Engelbertus de Herborne, Theodericus Harme, Conradus Snap, Johannes Wrans, Goscalcus de Hesnen, Gerhardus Cnipping milites; Otto de Dalbochen, Themo de Hornen et Themo suus filius, Rikardus de Hesnen, Lutbertus de Boynen, Rutcherus de Galen, Engelbertus de Cotincdorp, Godefridus de Hesnen, Conradus Volenspit, Alexander de Hornen, Conradus Schoke, Conradus Waramund, Fredericus Toric, Henricus Heltene, Gerardus de Berstrate, aliis quam pluribus assumptis in testimonium premissorum.

Or. Kl. Kentrup Nr. 19. Siegel von weissen Hanffäden ab. Rückschrift des XV. Jhs.: Brameyg dar Stoltevoet wont.

2368.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass Lutbert von Boynen dem Kl. Marienhof bei Hamm (Kentrup) seine Hufe bei Osterwick *verkauft hat. Burg Mark 1296 August 1.*

Nos Everardus comes de Marka notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Lutbertus de Boynem(!) de pleno consensu matris sue Constantie, Agnesen sororis sue necnon Vrederun uxoris sue et Lamberti filii sui vendidit cenobio curie sancte Marie apud Hammonem mansum suum Osterwik situm cum iuribus et appendiciis universis iure proprietario in perpetuum possidendum, abrenuncians omni iuri quod ipse et sui heredes in bonis habuerunt prelibatis. Super quo venditionis contractu sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Acta sunt hec ante viridarium castri nostri Marka anno Domini M°.CC°. nonagesimo. sexto, in festo quod Petri vincula nuncupatur coram Johanne dicto Hobe libero comite nostro necnon Theoderico dicto Bredensprinc eiusdem precone et aliis quorum nomina subsequuntur: Everhardus rector divinorum cenobii supradicti, Johannes Volenspit, Engelbertus de Herborne, Theodericus Harme, Pontianus miles, Conradus Snap, Johannes Wrans, Godeschalkus de Hesnen, Gerardus Cnipping milites; Otto de Dalebuchem, Richardus de Hesnen, Rutcherus de Galen, Engelbertus de Cotincdorp, Godefridus de Hesnen, Conradus Volenspit, Themo de Hornen, et suus filius Themo, Alexander de Hornen, Conradus Scoke, Conradus Waremund, Fredericus Toric, Henricus dictus Holtene, Gerardus de Berstrate, aliis quam pluribus assumptis in testimonium premissorum.

Or. Kl. Kentrup Nr. 18. Siegel von weissen Hanffäden ab. Rückschrift des XV. Jhs.: Osterwyck dar Straytman under hefft.

2369.

Der Vicepropst von Soest Everhard gen. Sluc transsumirt die Urkunden Erzbischof Engelberts von Köln (Nr. 1255) und Papst Clemens IV. (Nr. 1268) für das Kl. Paradies. Soest-Patroclus 1296 August 6.

In Dei nomine, amen. Nos magister Everhardus dictus Sluc pro tempore . . viceprepositus Zuzaciensis, Coloniensis dyocesis . . universis et singulis hoc presens publicum instrumentum visuris vel et audituris notum facimus publice protestando, quod anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, indictione nona, mensis Augusti die sexta, hora prime vel quasi constituti coram nobis in figura iudicii in ecclesia sancti Patrocli Zozaciensis, Coloniensis dyocesis in loco, quo ad reddendum iura pro tribunali consuevimus iudicio presidere, honorabiles et religiosi viri fratres Hinricus de Witten-

bergh lector et Johannes de Tremonia ordinis sancti Dominici domus Zosaciensis necnon Lubertus dictus Platere vicarius seu plebanus in Sweve pro parte religiosarum personarum . . priorisse et conventus monasterii in Paradiso dicte dyocesis confirmacionum et incorporacionum litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providencia pape quarti eius vera bulla plumbea in filo canapi inpendenti more Romane curie bullatas necnon reverendissimi in Christo patris et domini domini Engelberti sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi sacrique Romani imperii per Ytaliam archicancellarii eiusque vero sigillo de cera viridi (!) coloris in filo de rubeo serico sigillatas, sanas, integras et illesas, non abolitas non cancellatas, non viciatas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, ut prima facie apparebant, in medium produxerunt, quarum tenores secuntur in hec verba:

Tenor siquidem incorporacionis talis est . . *folgt die Urkunde Erzbischof Engelberts von Köln von 1267 Mai 11, oben Nr. 1255.*

Tenore vero confirmacionis talis est . . *folgt die Bulle Papst Clemens IV. von 1268, April 2. Westf. UB. V 679.*

Quibus quidem litteris apostolicis seu privilegiis, sicut prefertur, ad instantes preces dictarum religiosarum personarum, . . priorisse et conventus monasterii antedicti coram nobis productis, per nos receptis, perlectis, visis et auscultatis, nec non diligenter examinatis iidem religiosi fratres et vicarius seu plebanus proposuerunt, allegaverunt et dixerunt dictas literas sive privilegia propter certas causas et negocia dictorum monasterii et ecclesie nomine expediendas et habenda multociens oportere duci, vehi seu portari extra partes et quod exinde timeant, ipsas literas perdi bullasque et sigilla earundem propter viarum discrimina frangi, ledi vel truncari posse in dicti monasterii dampnum non modicum et gravamen. Quare nobis humiliter et devote supplicarunt, quatenus easdem literas apostolicas sive privilegia transsumi ac per Godefridum dictum Iudicis publicum notarium et coram nobis scribam in formam publicam redigi nostrumque decretum interponi ipsique instrumento seu transsumpto tamquam literis originalibus stari et firmiter credi demandare decerni dignaremur. Unde nos Everhardus viceprepositus Zusaciensis antedictus visis ac perlectis huiusmodi bulla et literis ipsisque tam in bulla, cordula et in aliis signis quameciam in sigillo domini Enghelberti archiepiscopi Coloniensis supradicti consideratis considerandis mandavimus prefato Godfrido notario nostro suprascriptas literas seu privilegia copiare seu transsumere et in publicam formam redigere, decernentes presenti instrumento publico tamquam literis originalibus fore standum firmiter et credendum, nostrumque interposuimus ac presentibus interponimus pariter et decretum ipsumque transsumptum seu instrumentum sigillo prepositure ad causas Zusaciensis una cum sigillo nobilis viri domini Godefridi de Roedenberghe fecimus appensione roborari. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora et loco quibus supra presentibus honorabilibus et discretis viris dominis magistro Johanne Peregrini et Johanne de Lippia canonicis ecclesie nostre Zusaciensis ac predicto domino nobili Godfrido de Roedenberghe necnon strennuis Thiderico de Honrode milite, Hermanno de Molendino, Hunoldo de Plettenbracht et Wilhelmo Schekel armigeris necnon Johanne de Endeke pro tempore templario ecclesie in Sweve antedicte Coloniensis dyocesis ac quam pluribus aliis testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. In testimonium omnium premissorum.

Zwischen zwei Notariatszeichen (je zwei grosse Kreise mit einem Stern als Mittelpunkt, in welche je 6 sich schneidende Kreise eingetragen sind, deren jeder eine Silbe des Vor- und Zunamen des Notars enthält) die Unterschrift: Et ego Godfridus dictus Iudicis clericus Coloniensis dyocesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia dictarum literarum apostolicarum seu privilegiorum exhibitioni, productioni, receptioni, examinationi, assertioni, supplicationi, lectureque et auschultationi decretique interpositioni omnibusque aliis et singulis supra per predictum dominum meum viceprepositum Zusaciensem ac me narratis dum. sicut premittitur, coram eo in iudicio agerentur et fierent una cum prenominatis

testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi; ideo hoc presens instrumentum seu transsumptum de mandato domini mei . . viceprepositi antedicti exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, quod manu mea propria scripsi signoque meo solito et consueto una cum appensione sigillorum dominorum vicepreposti Zusaciensis et nobilis Godfridi de Roedenberghe signavi vocatus et specialiter requisitus in testimonium premissorum.

Or. Kl. Soest-Paradies Nr. 20. An Hanffäden hängen die Siegel der Vicepropstei von Soest ad causas *und des Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 7), stark beschädigt. Gleichzeitige Rückschrift:* supra occasionem Swevensem. *Ein Transsumpt vom 29. Juli 1420 transsumirt obiges Transsumpt.*

2370.

Der Komtur Thomas und die Deutschordensherren in Welheim geben dem Werner von Echove das Erbe Eickhof in Erbpacht, 1296 August 17.

Omnibus presens scriptum intuentibus frater Thomas commendator domus Teutonice in Wellem ceterique fratres ibidem [salutem (?)] et notitiam veritatis. Notum facimus universis, quod nos exigente sincero affectu, quem nos erga Arnoldum dictum de Echowe gerimus et grata obsequia que nobis et domui nostre predictus sepius favorabiliter impendit consensu unanimi locavimus seu porreximus filio suo Wernero et suis heredibus ad usus perpetuos domum dictam Echove cum omnibus suis attinentiis pro eadem pensione annua pro qua frater suus predictus habere consueverat annuatim: videlicet pro quinque maldris siliginis, uno maldro tritici, quatuor maldris hordei quinque maldris avene et duobus porcis duos solidos valentibus, sex pullis et duobus anseribus in festo beati Martini hyemalis annis singulis persolvendis eo scilicet pacto et conditione, quod, quandocunque Wernerum predictum decedere contigerit, heres suus non plus quam unam marcam usualis monete p[ro iure?] . . . et recognitione quod *vor herwede* vulgariter appellatur f[ratribus] nostris pro tempore persolvet. . . . . et singulorum testimonium presentem litteram dicto W(ernero) et suis heredibus nostri·sigillo commendatoris predicti firmiter communitam dedimus. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in octava beati Laurentii fratribus nostris videlicet Alexandro, Ludowico de Wittene, Machario, Johanne Platere et Bertoldo ceterisque fratribus omnibus, datum ut supra (?).

Abschr. des XVII. Jhs. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen auf Papier, dessen untere Partie durch Mäuse abgefressen ist. Auf der Rückseite des zweiten Blattes von der Hand des Schreibers der Abschrift: „Rotger Eichoff undt Elsche Lembeckh sein jetzige besitzere des obgemelten hofes im ampte Blanckenstein". *Regest in der Zeitschrift der Vereine für Orts- und Heimatskunde im Veste und Kreise Recklinghausen XI (1901) S. 84.*

2371.

Vor dem Gericht zu Borken verzichtet Menso von Bekehusen zu Gunsten des Johanniterordenshauses in Borken auf einen Kamp u. A. bei dem Hofe Bekinc *gelegen. 1296 August 22.*

Omnibus presentes visuris et audituris. Ego Menso dictus de Bekehusen notum facio et presentibus protestor, quod ego et uxor mea Mechteldis et filia mea Sophia unanimi concensu (!) accessimus coram iudice et scabinis in civitate Borken et ibidem campum nostrum qui vulgariter dicitur Elspasch situm iuxta curtim Bekinc fratrum ordinis sancti Johannis et quicquid spacii est infra eundem campum et montem contiguum et ultra montem eundem campum parvum situm infra fossatum fratrum predictorum et quicquid iuris in predicto monte habuimus iure proprietatis in manus fratrum ordinis beati Johannis in Borken resignamus renunciantes omni iure, quod nobis et heredibus nostris successivis in predictis bonis competiit aut in posterum competere posset ordinando et disponendo cum memoratis

bonis, sicut eis videbitur utilius expedire. Hiis itaque ordinatis et conventis nos Marcilia procuratrix domus in Borken ordinis beati Johannis Baptiste et fratres eiusdem domus recongnoscimus presentibus, quod nos de consilio magistri Stenvordie sub forma concambii et titulo emptionis restituimus predictis Mensoni, Machteldi uxori sue et Sophie filie eius iure proprietatis agrum situm infra agrum Mensonis ex una parte et infra agrum Johannis Robertinc ex altera parte pacifice et quiete possidendum. Insuper pro melioratione et restauratione agri nostri, ut forma concambii equalis remaneat, adiecimus et refudimus eis quatuor marcas Monasteriensis monete quas integraliter persolvimus, sicut inter nos et eos rite ordinatum extitit et conventum. Acta sunt hec coram iudice Goswino Brant milite, Everhardo de Rekene, Hermanno Brunhardinc, Wernero de Domo Lapidea, Wescelo de Tellinchove, Hinrico Clenkinc, Johanne Brunhardinc, Lamberto de (Ti?)lia[1]), Everhardo Bolen, Hescelo de Capella scabinis, Mathya de Rasvelde, Brunone Evekinc, Gerhardo et Alberto famulis domus, fratre Vemberto, fratre Gerhardo de Colonia et quam pluribus viris ydoneis et honestis. Unde nos iudex et scabini testimonium quod vulgariter dicitur *orcunde* recepisse profitemur. Item nos prenominati scabini protestamur presentibus, quod Hinricus dictus Bekehus frater Mensonis una cum Hermanno dicto de Heyden, Brunone Evekinc, Wilhelmo quondam iudice, Osmanno et aliis suis amicis coram nobis comparuit in curia fratrum ordinis beati Johannis Baptiste in Borken et ibi renunciavit omni iure integraliter, quod sibi in omnibus prenominatis bonis videlicet campo Elspasch et monte contiguo et parvo agro ex altera parte montis infra fossatum predictorum fratrum et quicquid eis Menso de prenominatis bonis vendidit omni exceptione et inquietatione[2]) et dolo in perpetuum postposito ab ipso Hinrico de Bekehusen in manus dicte Marcilie nobilis matrone et predictorum fratrum quicquid ei in predictis bonis competere posset vel competere dicebat benivole et libere resignando. Unde nos scabini testimonium quod vulgo dicitur *orcunde* a predicta domina et fratribus iterato recognoscimus recepisse. Datum anno Domini M°.CC.XC.VI°. in octava Assumptionis Marie. Ut autem hec rata et firma et absque contradictione permaneant, sigillum civitatis in Borken huic littere est appensum.

[1]) *Das Pergament abgeblättert.* [2]) *Or.* „inpietatione".

Or. St.-A. Düsseldorf, Johanniter-Commende Wesel Nr. 6. Das Siegel von Pgtstr. ab. Rückschrift des XV. Jhs.: Item van unsen campe by den Sykenhus datum etc.

2372.

Graf Ludwig von Arnsberg verleiht der bei Allendorf neugegründeten Villa Hagen Lippstädter Recht. 1296 August 27.

In nomine Domini, amen. Ludewicus comes in Arnesbergh omnibus presens scriptum inspecturis salutem in perpetuum. Circumstancia rerum temporalium mentis acumine elabitur, sed litterarum inscriptionibus rerum gestarum series confirmatur. Presentis igitur pagine testimonio omnibus huius littere inspectoribus significamus et protestamur, quod cum nos suasione et amicorum nostrorum consilio novellam plantacionem ville nove[1]) iuxta Aldendorp in nostre propietatis fundo inchoaverimus, civibus et incolis eiusdem loci plenam libertatem et iura Lippensium contulimus et ea per ordinem conscribi decrevimus. Primum est: si aliquis in pistando vel braxando vel aliis scilicet statera iniusta vel 1
mensura excesserit, consules super hoc iudicent et discuciant. Secundum est: quod civis concivem extra 2
villam causare vel in causam, nisi per sentenciam accesserit, trahere non debet nec eciam arma ante
sentenciam latam debet concivis in concivem proclamare. Tercium est: quod si civis concivem occiderit 3
et deprehensus fuerit, secundum quod iustum est iudicatur; sed si domum vel res alias habuerit non iudicantur, sed cedunt suis heredibus. Quartum est: quicunque infra villam sine contradictione vel obiectione 4
anno et die moratus fuerit et postea quis eum arguendo impulsaverit, de obiectis se poterit expurgare
salvo iure. Quintum est: quod nos ipsis civibus tam ligna quam pascua concessimus et concedimus in 5

6 marka de Aldendorp, ita ut tempore oportuno cummuniter hiis utantur. Sextum est: quod si civis
concivem edificando vel sepiendo conturbaverit, iudices in illa parte ville constituti super hoc discuciant;
7 sed si vires illorum superaverit, consulibus referatur et ipsi iudicabunt. Septimum est: quicunque civium
moriatur et infra villam iusto carens herede, omnem substanciam eius, sive multa sive modica sit, consules integraliter conservabunt; quam si infra annum et diem legittimus nullus exquisierit, secundum iuris
8 racionem nobis et posteris nostris assignabitur. Octavum est: quicunque civium cum filia sua vel sorore
seu cum alia consanguinea sua fornicantem deprehendat, ipse eam honorifice desponset; qui si legittime
9 contrahere cum ipsa contempserit, decem markas ei amministrabit. Nonum est: quod omnibus tam advenis
10 quam habitatoribus thelonei libertas est concessa. Decimum est: quod si civis quatuor solidos vadiaberit,
duos denarios dabit; sex vero si testibus convictus fuerit, si quid ultra presumptum fuerit iuri ville
11 obsistit. Undecimum est: quod nullus civium a nobis vel ab aliquo vicem nostram gerente extra villam
12 causetur nec aliqua incommoditate turbetur. Duodecimum est: ut nullus civium iudicio advocatie gravetur.
Ne nos vel aliquis heredum nostrorum huiusmodi libertatem et iura prescripta possit infringere, presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum anno incarnacionis Dominice millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, feria secunda post festum beati Bartolomei apostoli, regnante Adolfo Romanorum rege, Sifrido archiepiscopo sanctam Coloniensium ecclesiam regente. Premissis, dum agerentur, aderant: dominus Godfridus de Rudenberg consanguineus noster, Henricus miles Advocatus in Elzepe, Anthonius de Enze dapifer noster, Henricus eius frater, Gerhardus et Ulricus sacerdotes capellani nostri, Fredericus plebanus in Hustene, Gerwinus plebanus in Helevelde, Johannes dictus Koch officiatus noster, Henricus notarius noster et complures alii fide digni. Datum anno et die predictis.

[1]) *Seibertz giebt hier nach dem Or.* „Haghene".

Abschr. des XV. Jhs. im Stdt.-A. Köln Nr. 612. Gedr. nach dem Or. bei Seibertz UB. I 462, deutsche Uebersetzung des XIV. Jhs. ebenda Nr. 463. Regest Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IV 35. Vergl. Overmann, Lippstadt S. 1 ff.

2373.

Gerlach von Mederike *entsagt zu Gunsten des Kl. Welver auf seine Ansprüche an das Gehölz* Heille *und die Hufe in Scheidingen 1296 August 29.*

Universis Christi fidelibus presencia visuris ego Gerlacus dictus de Mederike notum facio tam modernis quam futuris, quod omnis discordia inter me et conventum de Welvere exorta ita sopita et amice est composita, quod ab impeticione, qua de rubeto sive lignis que Heille vocantur ac de via sive de manso in Scedincke sito necnon de aliis omnibus quibuscumque rebus dictum conventum sum aggressus, penitus recedens prefata bona perpetuo libere possidenda sepe iam dicto conventui benivole condonavi, filio meo Henrico ceterisque omnibus legitimis heredibus in idipsum consencientibus. Insuper prelibatum iam conventum in cunctis promovere negotiis quantum potero fideliter propono. Huic facto nostro presentes erant: dominus Fredericus prepositus in Welvere ac suus capellanus dominus Arnoldus de Hammone, dominus Everhardus Clot, dominus Conradus Cůle milites; Lambertus de Scedincke, Waltherus de Bocke et filius suus Andreas, Hermannus de Sůnthove, Alardus de Marcha, Henricus Hoickere famuli, Everwinus conversus sepe iam dicti cenobii. Et quia proprium sigillum non habui, viri nobilis domini Godefridi militis dicti de Růdenberg sigillo presentem paginam super hiis confectam ad evidens testimonium rogavi communiri. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXX° sexto, in Decollatione sancti Johannis Baptiste.

Or. Kl. Welver Nr. 110. An Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 7).

2374.

Ritter Cracht von Honfels verzichtet auf alle Ansprüche an den Hof in Herrentrup die Güter in Grafschaft und Dreve, welche das Kl. Grafschaft von seinen Verwandten den Edlen von Grafschaft gekauft hat. Gerdighusen *1296 September 4.*

Universis Christi fidelibus quibus presens scriptum fuerit exhibitum patefiat, quod ego Crachto miles dictus de Honvelys uxorque mea legitima cum filiis nostris universis Volperto[1]), Ludewico[1]), Adolpho et Crachtone legitimis presentibus et consencientibus necnon cum heredibus nostris et coheredibus firme et sane ab omni allocutione, infestatione et inquietatione nos eripimus per presentes curtis Herigtorp, bonorum in villa Grasscaph et in Dreve iacentium necnon ab aliis quibuscunque rebus et possessionibus in pratis, campis et nemoribus emptis et acquisitis amicabiliter a nobilibus viris Widekindo et Crachtone, fratribus de Grasscaph, consanguineis nostris per venerabiles viros dominum Lubertum et predecessores suos abbates in Grasscaph et conventum ibidem. Acta sunt hec Gerdighusen presentibus Godefrido custode in Grasscaph, Reynero et Bernhardo professis ibidem, rectore ecclesie in Gerdighusen, Hartmanno milite de Gerdighusen, Volperto de Vronhusen et aliis quam pluribus fide dignis. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant, ego Crachto miles de Honvelys predictus presens scriptum sigillo proprio cum sigillis honestorum virorum subnotatis videlicet Gerlaci de Vermůnt officialis domini Maguntinensis in Patenborych, civium ibidem, necnon Herbordi de Heldene militis duxi et inpetravi roborandam. Datum in die Bonifacii pape et martyris, anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto.

[1]) *Auf Rasur.*

Or. Kl. Grafschaft Nr. 23. An erster Stelle an Pgtstr. rundes Siegel des Crachto von Honvelys (im Schild der oben offene Adlerflügel), stark beschädigt; die Siegel 2., 3. und 4. von Pgtstr. ab.

2375.

Herbord von Helden verkauft Johann von Plettenberg das Gericht in Attendorn. 1296 September 8.

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego Herbordus miles de Heldene cum consensu et libera voluntate omnium heredum meorum vendidi Johanni militi de Plettenbraght et suis heredibus iudicium in Attenderne sicut[1]) et sicut ad me hactenus pertinebat pro ducentis marcis et quinquaginta marcis denariorum Susatiensium resignans ipsum iudicium per presentes coram venerabili et reverendo domino meo domino Sifrido sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et petens studiose predictum Johannem militem de prefato iudicio infeodari. In cuius rei testimonium ac evidenciam pleniorem sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum et datum VI° Idus Septembris anno Domini M°.CC^mo^. nonagesimo sexto.

[1]) *Hier vielleicht zu ergänzen* „possedi".

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 577. An Pgtstr. das Siegel Herbords von Helden (in der Form ähnlich Westf. Siegel Taf. 204, 6, das Siegel Dietrichs von 1322 scheint dem an dieser Urkunde anhängenden Siegel Herbords nachgeschnitten zu sein). Die Urkunde ist cancellirt. Gedr. J. Brunabend, Attendorn, Schnellenberg, Waldenburg und Ewich, Beilage 5.

2376.

Graf Eberhard von der Mark verpflichtet sich, dem Grafen Adolf von Berg wegen des Schlosses Wied eine gleiche Sicherheit zu leisten wie wegen Waldenburg. 1296 September 13.

Everhardus comes de Marka universis presencia visuris subscriptorum cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum castrum de Wide nobis presentatum fuerit, nos infra quindenam post presentationem

immediate sequentem, ad nobilem virum Adolphum comitem de Monte sororium nostrum accedemus et sibi ex parte dicti castri certam bonam et securitatem talem, qualem sibi de castro Waldenberg fecimus, faciemus et sicut conditionatum est de eodem, in quo faciendo vel non veniendo si negligentes fuerimus, ex hoc moniti ex parte Elizabeth comitisse de Monte, in cuius manus assecurando promisimus, quod nos et Lubbertus de Marpe miles Greverode intrabimus ad iacendum, inde non exituri donec premissa omnia, sicut conditionata sunt, plene perficiantur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo CC. nonagesimo sexto, feria quinta post Nativitatem Domine nostre.

Nach Kremer, Akadem. Beiträge III S. 219. Gedr. Seibertz UB. I 464.

2377.

[Gerhard [1])] von Witten resignirt dem Erzbischofe von Köln den Zehnten in Aldendorp, welchen das Kl. Scheda von Hermann von Vorst gekauft hat. 1296 September 20.

Reverendo domino suo archiepiscopo Coloniensi [Gerhardus] de Wittene honoris et debiti obsequii quantum potest. Cum religiosi viri prepositus et conventus monasterii Schedensis, Praemonstratensis ordinis, Coloniensis diocesis iusto emptionis et venditionis titulo comparaverint sibi ab Hermanno milite de Vorste decimam suam in Aldenthorpe maiorem et minorem prout solvi consuevit, quam de manu [vestra] iure tenemus homagii et quam dictus Hermannus miles eodem iure de manu nostra tenuerat, scilicet de consensu voluntario et expresso uxoris suae et omnium heredum ipsorum nobis easdem decimas resignavit, renunciantes coram nobis tam ipse quam sui heredes omni iure hereditario et successorio quod in ipsis decimis habuerant ad usum et utilitatem Scheydensis ecclesiae supradictae, sicut in literis super hoc confectis plenius continetur, discrete vestrae dominationi supplicamus humilime (!) per praesentes, quatenus ius proprietatis dictarum decimarum quas vobis ad usum et utilitatem praepositi et conventus Schedensis ecclesiae praedictae testimonio praesentium literarum resignamus, in his scriptis supradictis prȩposito et conventui misericorditer conferatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in vigilia Matthei apostoli.

[1]) *Vgl. unten die Urk. von 1299 Aug. 12.*

Abschr. des XVI. Jhs. in Msc. VII 6116 fol. 139, 140.

2378.

Vor dem Gogerichte in Unna verzichten Hermann de Reno *und Conrad von* Meyninchusen *auf alle Ansprüche gegenüber dem Kl. Paradies. 1296 September 25.*

Universis presentem litteram inspecturis Theodericus Vridach gogravius in Ůnna salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod constituti coram me Ůnna in figura iudicii Hermannus de Reno et Conradus de Meyninchusen filius quondam Alexandri pro se et pro omnibus suis heredibus et amicis omni actioni et discordie seu iuri, si quid ipsis ex causa quacunque contra monasterium de Paradyso et personas utriusque sexus dicto monasterio attinentes competebat seu quoquomodo competere videbatur, renunciaverunt simpliciter et de plano nulla penitus questione sibi aut suis heredibus seu amicis reservata. Promiserunt eciam dictus Conradus et Alexander frater eius et Conradus et Everhardus fratres de Meyninchusen fide prestita corporali, quod universi amici prefati Hermanni et ipsius Conradi premissam renunciacionem ratam habebunt, approbabunt et inviolabiliter observabunt, ita si quispiam contra premissa veniret, de hoc ipsi Conradus et Everhardus fratres de Meninchusen satisfacere et respondere tenebuntur. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus ad peticionem dictorum Hermanni et Conradi ac amicorum eorundem est appensum. Actum et datum presentibus: Theoderico

dicto Vridag, Thilemanno Crowel iudice in Unna, Hermanno Coco, Everhardo de Herne, Hartlevo Heme, Everhardo Lifherdinc, Gotfrido Bůwelschot, Herbordo de Herne, Dithardo Kerechof, Waltero Engelpagen, Rolf quondam filio Stalis. Feria tercia ante festum Mychaelis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 74—75. Vgl. Meininghaus in Beiträge zur Gesch. Dortmunds XVI, S. 144.

2379.

Die Schöffen und Rathmannen von Werl bezeugen, dass das Kl. Himmelpforten von Rudolf von Borbeninch Güter im Feld Ruhne gekauft hat. 1296 September 29.

Universis et singulis . . quibus presens scriptum fuerit exhibitum, nos scabini, consules opidi Werlensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod honorabilis domina abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Celi Porta proprietatem bonorum sitorum in camppo Růne contra Rudolfum de Borbeninch racionabiliter pro quadam sumna (!) pecunie comparaverunt, Daniele filio suo libero arbitrio et omnibus filiis suis omne ius, quod in dictis bonis ad ipsos spectavit, dicte abbatisse et conventui voluntarie resignantibus, predictam proprietatem ipsis contulerunt perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium ad peticionem Rudolfi, abbatisse et conventus huic patente (!) littere sigillum nostri coopidi (!) est appensum in cautelam omnium premissorum. Presentes erant: Wilhelmus proconsul, Hermannus de Gulike, Walbertus de Rikelinchove, Florencius de Uflen, Gamerit et Gotfridus de Borbeninch, Wilhelmus et Theodericus fratres de Uflen, Theodericus de Holdinchove, Emelricus dictus Gallicus, Henricus dictus Covolt, Henricus filius quondam dicti Slachreghen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, in die beati Mychaelis.

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 55. An blauen Leinenfäden das Siegel der Stadt Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5).

2380.

Der Soester Bürger Bruno von Bugghe quittirt dem Bischof (Everhard) von Münster über 100 Mark, die er im Auftrag des Grafen Otto von Everstein (früheren Marschalls von Westfalen) empfangen hat. 1296 October 12.

Omnibus presens scriptum visuris ego Bruno de Bugghe oppidanus Susatiensis notum facio, protestor et recognosco, quod venerabilis pater et dilectus michi dominus episcopus Monasteriensis michi pleno satisfecit de centum marcis denariorum, quos idem dominus episcopus viro nobili domino Ottoni comiti de Everstene promiserat. In cuius satisfactionis testimonium dictum dominum episcopum quitum proclamo de dicta pecunia nomine comitis predicti dans ipsi domino episcopo presens scriptum meo sigillo sigillatum in testimonium super eo. Datum feria sexta post Gereonis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. I 1 S. 143 Nr. 4.

2381.

Hildebrand Suderman schenkt seiner Schwester Mathilde, Nonne in Elsey, verschiedene Renten in Söhlde. 1296 November 2.

Noverint universi quibus presens littera fuerit exhibita et tenore presentium protestor, quod ego Hildebrandus dictus Suderman cum consensu et bona voluntate uxoris mee Megtheldis, Wendelburgis et Hildebrandi meorum puerorum et heredum, dono et assigno Megtheldi sorori mee, moniali in Elsey,

redditus trium solidorum et tres pullos de bonis meis in Sulede sitis iure hereditario quiete et pacifice perpetuo possidendos, et post mortem ipsius moniales in Elsey perpetuo possidebunt. Pro redditibus antedictorum trium solidolorum (!) dicta Megtheldis redditus trium solidorum de cubiculo Wolcquini et tres marcas (?) Tremoniensium denariorum in parata pecunia michi dicto Hildebrando, mee uxori et meis dictis pueris iure hereditario perpetuo assignavit. In cuius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Actum in domo mea anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, in crastino omnium Sanctorum.

Or. im fürstl. Archiv zu Rheda, Limburg Nr. 12. Siegel von Pgtstr. ab.

2382.

Vergleich zwischen dem Kl. Soest-Paradies und den Eingesessenen des Kirchspiels Schwefe wegen der Leistungen der Klosterangehörigen an die Kirchspielskirche.
Soest 1296 November 5.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, nos magister Everhardus dictus Sluch viceprepositus Susaciensis notum facimus publice protestando, quod, cum inter priorissam et conventum monasterii de Paradyso ex parte una et parrochianos ecclesie in Sveve ex altera dissencio quedam fuisset exorta et aliquamdiu coram nobis in figura iudicii ventilata, tandem per viros religiosos fratres Predicatores Hinricum lectorem dictum de Wittenberg et Hinricum dictum de Hellewagen, per magistrum Johannem Peregrini canonicum Susaciensem ac per nobilem virum dominum Godefridum de Rudenberg et Godefridum dictum Judicis clericum Susaciensem tamquam per amicabiles compositores nostro consensu et auctoritate accedentibus terminata fuit amicabiliter in hunc modum, videlicet quod priorissa et conventus dederunt dictis parrochianis sex solidos monete usualis ad emendum annuum redditum sive censum quanto possent maiorem ad ecclesie sue sive parrochie quamcunque utilitatem pro omnimoda et perpetua exempcione seu liberacione vel absolucione duarum curtium, que olim dicebantur Alveldinchus, in quarum unius fundo claustrum cum ecclesia est constructum, ex alia vero curcium ambarum agri coluntur, necnon pro exempcione, liberacione vel absolucione molendini ceterorumque habitaculorum ac personarum infra exteriora septa dicti monasterii existencium, ita sane quod de predictis curtibus, molendino, habitaculis ac personis ac omnibus rebus, quocumque nomine censeantur, infra dicta septa existentibus dictis parrochianis pro quacumque causa in nullo (!) prorsus racione iuris cuiuscunque aut quarumcunque consuetudinum deinceps teneantur. De aliis vero duabus curtibus extra septa exteriora sitis videlicet Bukele et Ridderinchove et molendino adiacente contribuent, subvenient atque solvent secundum modum, quo alie curtes et molendina parrochie proporcionaliter facere consueverunt. De quibus etiam curtibus et molendino immediate positis in commemoracione animarum, que ter in anno occurrit, tantum unus obulus campanario persolvetur. Priorissa etiam et conventus ac tota familia exterior in crastino Ascensionis Domini celebrabunt festum, quod dicitur *hagelvire*, infra septa et extra septa exteriora, donec reliquie parrochie sepedicte devote ac sollempniter ab eisdem recepte fuerint et cum reverencia dimisse ac redierint ad ecclesiam parrochialem. Festum etiam sancti Severini, eo quod in dicta ecclesia sit patronus, cuius et priorissa est patrona, conventus et tota exterior familia tam intra septa quam extra septa exteriora, sicut in die dominica, sollempniter celebrabunt. Huic autem ordinacioni seu amicabili composicioni interfuerunt quinque mediatores prenominati, dominus Lutbertus plebanus in Sveve dictus Platere, Wilhelmus dictus Scekele famulus domini Godefridi de Rudenberg predicti; parrochiani vero: Conradus de Urbe, Herbordus dictus Welant, Henricus de Vustenhove, Hinricus dictus Afruke, Henricus de Unna, Johannes de Endeke, Gerhardus de Mergenlinchus, Theodericus campanarius. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XC°.VI°., Nonis Novembris in Susato in ecclesia sancti Patrocli. Ut autem dicta ordinacio seu composicio robur habeat perpetue firmitatis, sigillo nostro ac

sigillis sepedicti nobilis viri domini Godefridi de Rudenberg, conventus de Paradyso, domini Lutberti predicti plebani in Sveve fecimus roborari.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 32—34. Gedr. Seibertz UB. I 465.

2383.

Graf Dietrich von Limburg bekundet, dass Engelbert von Herbern die ihm nach Verzicht Erenberts von Dedinghausen übertragenen Lehengüter in Dedinghausen dem Nonnenkloster bei Hamm (Kentrup) verkauft hat. (Kentrup) 1296 November 18.

Nos Theodericus comes de Limburg notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Erenbertus de Tetinchusen uxore (?) sua Elizabeth cum pueris eorundem videlicet Brunone, Erenberto, Sophia et Elizabeth coram nobis constituti bona sua in Thetinchusen sita cum pertinentiis universis expressius resignarunt abrenunciantes omni iuri quod in eisdem habuerunt. Nos vero dicta bona nostra ministerialia ad nostram inpheodationem spectancia Engelberto militi de Herborne et Conrado suo filio porreximus pheodaliter possidenda. Prefatus etiam miles de Herborne et ipsius filius subscripta[1]) bona coram nobis de consensu nostro conventui claustri sanctimonialium apud Hammonem pro ducentis marcis Monasteriensium denariorum titulo pignoris assignavit. In cuius resignationis ac inpignorationis testimonium sigillum nostrum cum appensione sigilli Engelberti militis predicti presentibus est appensum. Actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, in claustro supradicto in octava beati Martini. Testes sunt Pulcian, Engelbertus de Lon milites; dominus Petrus monachus sacerdos et Everhardus dictus Gallus sacerdos, Otto de Dalbuchem provisor sanctimonialium subscriptarum; Bochardus (!) de Hesnen, Havere iudex, Arnoldus de Altena, Petrus de Dinchere, Godico filius Pulcian militis, Fredericus Toric, Sprenghe, Engelbertus de Cotincdorpe, Ludger de Uncdorp viceiudex, Gerlacus de Summeren, Hartlewus, Hermannus dictus Luscus. Astiterunt preterea Thidericus de Lachem, Cristianus officialis noster, Albertus Heket, Goscalcus famulus noster, Blome sigillifer noster cum aliis assumptis in testimonium premissorum.

[1]) „sub" *doppelt geschrieben.*

Or. Kl. Kentrup 20. An weissen Hanffäden die Siegel Graf Dietrichs von Limburg mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 13, 2 u. 16, 14) und Engelberts von Herbern (vgl. Westf. Siegel Taf. 203, 3).

2384.

Gottfried von Dedelshusen *bürgt für den Conversen Heinrich von* Scherenbeke *aus Winterberg, der dem Kl. Welver Urfehde geschworen hat. An der Haar 1296 November 22.*

Universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint, ego Godefridus de Dedelshusen famulus notum facio tenore presentium publice protestando, quod cautionem, que vulgariter *orvede* appellatur, quam fecit seu prestitit frater Henricus conversus de Scherenbeke, de Winterberg oriundus, venerabilibus in Christo . . abbatisse et conventui ecclesie in Welvere pro ereptione eiusdem conversi a vinculis, idem conversus et omnes sui consanguinei et amici ac fautores inviolabiliter observabunt. Ad observationem autem cautionis prenotate pro dicto . . converso et consanguineis, amicis ac fautoribus eiusdem me prefatis . . abbatisse et conventui in Welvere data fide obligavi et obligo firmiter per presentes, ita sane quod omnis rancor seu dissentionis materia que inter venerabiles in Christo . . abbatissam et conventum ecclesie in Welvere ex una parte et ipsum conversum ex altera suborta fuerat nunc per amicabilem conpositionem sopita et exstincta in nomine Domini perpetualiter conquiescat, Volmaro Lanifice, a quo huiusmodi rancor principium seu ortum habuit, predicte cautioni, que superius expressa est, una cum . . abbatissa et conventu predictis per omnia racionabiliter et firmiter intercluso. Et in

horum premissorum omnium testimonium et stabilimen perpetuum ego Godefridus de Dedelshusen famulus predictus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Ego vero Godefridus de Meschede miles, qui premissis interfui, non in testimonium observationis premissorum, sed in signum visionis et audicionis mee de premissis ad peticionem Godefridi dicti de Dedelshusen predicti duxi presentibus sigillum meum similiter apponendum. Hiis presentes fuerunt: nobilis vir Godefridus de Rudenberg miles, Johannes de Plettenbracht miles Westfalie marscalcus, Godefridus de Meschede miles et alii quam plures providi ac fide digni. Actum et datum super Hara, in die beate Cecilie virginis, anno Domini millesimo CC^{mo}. nonagesimo sexto.

Or. Kl. Welver Nr. 109. Die beiden Siegel von Pgtstr. ab.

2385.

Die Wittwe Gertrud gen. Hessische schenkt ihrer Tochter Adelheid, die Nonne im Kl. Rumbeck ist, eine Fruchtrente aus der Strithove *in Ampen. 1296 November 29.*

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus hanc litteram visuris vel audituris, quod Gertrudis dicta Hessissche vidua post mortem suam cum consensu et bona voluntate filii sui Gerhardi Alheidi filie sue moniali in Rumbeke unum maltum annone, scilicet sex modios siliginis et sex modios ordei ex curte sive ex manso, qui Strithove in Andopen dicitur, contulit et donavit, tali videlicet conditione, quod si medio tempore ipsa Gertrudis predictum maltum annone alias sive in alio loco competenti dicte filie sue Alheidi emere poterit seu comparare, extunc prefata Alheidis nichil ex predicta curte vel manso Strithove in Andopen recipiet neque tollet. Item quemcumque dicta Alheidis post mortem sue matris eligit provisorem, ille predictum maltum annone recipiet et eidem Alheidi temporibus vite sue ministrabit; post mortem vero prefate Alheidis monialis dictum maltum annone ecclesia sive conventus in Rumbeke in usus suos recipiet perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium sigilla honorabilium virorum Růbberti scolastici ecclesie Sůsatiensis, Hermanni eiusdem ecclesie cantoris, prepositi in Wedinchusen et prepositi in Rumbeke ad peticionem predicte Gertrudis et filii eius Gerhardi presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, vigilia beati Andree apostoli.

Or. Kl. Rumbeck Nr. 38. An Pgtstr. die Siegel 1) des Propstes von Wedinghuusen (spitzoval, ein Priester am Altar das Messopfer verrichtend), 2) des Scholastikers Rubbert (Westf. Siegel Taf. 136, 11), 3) des Cantors Hermann (ebenda Taf. 137, 15) und 4) des Propstes von Rumbeck (s. oben Nr. 2270).

2386.

Die Gebrüder von Meninchusen *(Meiningsen) verkaufen dem Kl. Oelinghausen eine Fruchtrente aus ihren Gütern in Westtönen auf 6 Jahre. Lippstadt 1296 November 29.*

Ea, que racionabiliter acta sunt, veritatis debent testimonio roborari. Hinc est, quod nos Conradus et Sanderus fratres dicti de Meninchusen notum facimus universis presencia visuris vel audituris tenore presencium protestando, quod de bona voluntate honorabili viro preposito et conventui in Holinchusen vendidimus quindecim molta annone scilicet unum molt siliginis, unum ordei, unum avene pro duodecim marcis, quam annonam infra spacium quinque annorum in bonis nostris sitis in Vesttunen scilicet annuatim tria molta annone predicte recipient favorabiliter et benigne. Quod si eciam bona eadem per incendium aut aliquod aliud periculum per infortunium devastarentur, idem prepositus et conventus predicta bona, quousque de ipsis redditus annuales recipiant et habeant pacifice absque contradictu aliquo possidebunt. Hec acta sunt coram honesto famulo Frederico de Hurdede dapifero nobilis domini de Lippia et discreto famulo Conrado de Etlen, a quo predicta bona iure tenemus

feodali, presente: fratre Alberto de Hurdede, fratre Henrico de Lippia in Lesbern, domino Stephano scriptore domini Lippensis, Hermanno de Reno, Hermanno dicto Sprencke, Antonio dicto Wrede. In cuius rei resignacionem et evidentiam pleniorem ego Fredericus de Hurdede ad instantiam et peticionem prepositi et conventus, Conradi et Sanderi presens scriptum duxi sigilli mei munimine roborandum. Datum et actum in Lippia in domo Conradi Vigandi anno Domini M°.C°C°. nonagesimo sexto, in vigilia beati Andree apostoli.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 151. Siegel von Pgtstr. ab.

2387.

Der Edle Wilhelm von Ardey überträgt dem Kl. Fröndenberg das Ghevehardincgut *zu Billmerich. 1296 December 5.*

Nos Wilhelmus nobilis de Ardeya omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quibus presentia exhibita fuerint, innotescimus et publice protestamur, quod quedam bona sita Belemerke, que dicuntur Ghevehardincgůt, que quondam pertinebant a nobis concessa Gerhardo dicto Rinsghe, nobis cum concensu (!) sue uxoris et suorum puerorum et omnium suorum heredum hereditario iure vendidit et manumisit perpetue possidenda. Preterea hoc facto, nos Wilhelmus nobilis de Ardeya supradictus cum concensu (!) nostre uxoris Jutte ac nostrorum puerorum videlicet Hinrici et Katerine ac omnium heredum nostrorum predicta bona contulimus propria cum omni usus fructu conventui in Vrendeberg ordinis Cisterciensis legitime [et] perpetue possidenda. Presentes fuerunt: gogravius de Unna, *vriegreve* ibidem, Albertus de Herghotinchusen miles, Platere de Buzenhagen, Gerwinus de Gherkinole, Hermannus de Dalhusen, Bruno de Ole, Werenboldus de Unna magister consulum ac omnes consules ibidem et alii quam plures fidedigni. Ut autem hec firma et inconvulsa permaneant, presentem paginam munimine nostri sigilli fecimus roborari. Et quia predicta bona in districtu nobilis viri domini nostri Everhardi comitis de Marcha sunt sita, ipsum hanc paginam ad maiorem evidentiam petivimus sigillari (!). Et nos Everhardus comes de Marcha iam supradictus ad peticionem Wilhelmi nobilis sepedicti et conventui (!) in Vrendeberg hanc litteram robore nostri sigilli fecimus roborari. Datum et actum anno Domini M^mo^.CC^mo^. nonagesimo sexto, vigilia Nicolai episcopi.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 51. An Pgtstr. die Siegel Wilhelms von Ardey (Westf. Siegel Taf. 31, 10) und das beschädigte des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (ebenda Taf. 10, 4 u. 16). Gedr. Ledeburs Arch. 18, 179.

2388.

Bischof Otto von Paderborn verleiht denen, welche die Jacobskapelle in Soest an bestimmten Feiertagen besuchen, 40tägigen Ablass. Soest 1296 December 18.

Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem et sinceram in Domino caritatem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout gessimus in corpore sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis e[x]treme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui causa devotionis ad cappellam beati Jacobi in Susato in festivitatibus subscriptis accesserint et manum porrexerint adiutricem videlicet in festo beati Jacobi et omnium aliorum Apostolorum et in festivitatibus beate virginis Marie et in Nativitate Domini et Circumcisione, et Epiphania et in die Pasche et Ascensionis Domini et in die Pentecostes et in festo beati Michaelis archangeli et Omnium Sanctorum et beati Martini et Nicholay confessorum et in die dedicationis predicte

capelle, nos de omnipotentis Dei misericordia et omnium sanctorum confisi suffragiis quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus, nolentes, quod hec indulgencia extra predictam cappellam aliquatinus deferatur. Datum Susati anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, feria tertia ante festum beati Thome apostoli. [Dyocesani consensu accedente; datum ut supra.][1])

[1]) *Das Eingeklammerte ist von anderer Hand hinzugesetzt.*

Or. Stdt.-A. Soest, ad XXVII 24. Das Siegel des Bischofs mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 49, 6 u. 61, 16) an Pgtstr., beschädigt. Vergl. Nr. 2390.

2389.

Bischof Conrad von Osnabrück verleiht denen, welche die Jacobikapelle in Soest an bestimmten Feiertagen besuchen, 40tägigen Ablass. 1296 December 20.

Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus salutem etc. *(Text mit geringen Auslassungen wörtlich mit Nr. 2388 übereinstimmend).* Consensu dyocesani episcopi accedente. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo sexto, in vigilia Thome apostoli.

Or. Stdt.-A. Soest, ad XXVII 24. Siegel von Pgtstr. ab. Geschrieben von derselben Hand wie Nr. 2388. Vergl. Nr. 2390.

2390.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt die Ablassbriefe der Bischöfe von Osnabrück (s. oben Nr. 2389) und von Paderborn (Nr. 2388) für die Jacobikapelle in Soest und fügt seinerseits einen Ablass von 40 Tagen hinzu. Soest 1296 December 21.

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius indulgenciis a venerabilibus patribus Osnaburgensi et Paderburnensi episcopis capelle beati Jacobi in Susato concessis nostrum consensum liberum adhibemus ipsique capelle superaddentes nostra auctoritate in omni forma in litteris dictorum episcoporum contenta, quibus nostra presens littera est infixa, quadraginta dies indulgenciarum. Datum Susati in die beati Thome apostoli anno Domini millesimo C°C° nonogesimo sexto.

Or. Stdt.-A. Soest, ad XXVII 24. Siegel von Pgtstr. ab. War an Nr. 2388 und 2389 befestigt.

2391.

Elisabeth von Unna stiftet dem Katharinenkloster in Dortmund ein Gut von fünf Scheffelsaat in Wambel. 1296 December 28.

Elyzabeth priorissa totusque conventus ecclesie sancte Katerine in Tremonia notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod Elyzabeth de Unna conparavit a Petro Nigro et uxori(!) sue(!) Grete iugerum ad V mensuras iacentem in campo Wanemale. Igitur predictum agrum post mortem eius[1]) tradidit et donavit ecclesie et conventui nostro ob remedium anime sue, viri sui ac parentum suorum sub tali condicione, quod si predicta Elyzabeth in agro memorato aliquod detrimentum passa fuerit(?), nos eidem plenarie refundere teneamur, videlicet X mensuras siliginis et ordei. Igitur predictum agrum emit pro VII marcis. Acta sunt hec in capella sancti Spiritus Tremoniensi coram iudice Petro de Datlen, requisita et lata sententia ab eodem, quod eque foret acsi pro tribunali actum fuisset, anno Domini M°.C°C°. nonagesimo sexto, in die sanctorum Innocentum, hiis presentibus: fratre Alberto selerario(!), Winando de Herreke, Conrado de Herreke, Henrico de Hagen, fratre Engelberto.

[1]) *Rasur.*

Or. Dortmund St. Katharina Nr. 46. Siegel von Pgtstr. ab. Reg. Rübel, Dortm. UB. 1, 252.

2392.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt dem Kl. Paradies den Ablassbrief vom 1. April 1295. 1296.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius universis presencia visuris salutem et sinceram in Domino dilectionem. Noveritis, quod indulgenciis a venerabilibus patribus monasterio sanctimonialium in Paradiso iuxta Susatum nostre dyocesis concessis, quibus presens nostra littera est[1]) transfixa nostrum consensum liberum adhibemus, superaddentes nichilominus dictis indulgenciis nostra auctoritate quadraginta dierum indulgentias in omni forma superius annotata. In cuius rei testimonium sigillum[2]) nostrum hiis litteris duximus apponendum anno Domini millesimo C°.C°. nonogesimo sexto.

[1]) *Or.* „ex". [2]) *Doppelt geschrieben.*

Or. Kl. Paradies 46. Transfixbrief zu der Urkunde vom 1. April 1295 (Nr. 2322). Siegel des Erzbischofs an Pgtstr., stark beschädigt (Ewald, Rheinische Siegel I 19, 5).

2393.

Everhard gen. Bolike *schenkt dem Kl. Beninghausen seine Güter in Jüchenhövel. 1296.*

Universis Christi fidelibus presentis pagine inspectoribus et auditoribus nos Everhardus miles dictus Bolike notum esse volumus litterarum testimonio protestantes, quod divina nobis inspirante gratia ac speciali favore inducti mera voluntate ac consensu heredum meorum proprietatem bonorum Judikinchovele donavimus ecclesie sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Benikinchusen Deo et beate virgini ibidem famulancium addito dimidiam marcam et quatuor pullos, gallinas et non gallos, annis singulis dandis(!) predicto conventui, ut in sollempni festo Nativitatis precelse virginis Marie iam dictus conventus consolacionem inde habeant corporalem, et hoc volumus nullo pretextu paupertatis vel cuiuscunque necessitatis in alios usus vertatur, set in festo predicto conventus inde reficiatur, quatinus in laude divina devocius incalescat et hoc pro remedio et salute anime mee necnon quondam uxoris mee domine Alheydis omniumque meorum progenitorum ac heredum anniversaria nostra cum debitis orationum suffragiis in conventu memoriter habeatur. Ne quis igitur hoc devocionis nostre factum heredum nostrorum irritare presumat, ad maius firmamentum presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 73. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (3 rechtsgewendete gekrönte Löwenköpfe), Umschrift: ✠ S. Everhardi militis dicti B(ol)eke. *Vgl. Westf. Siegel IV S. 9.*

2394.

Der Meier Dietrich von Kalthoff bekennt, dass er und seine Eigenbehörigen zum Kl. Grafschaft gehören. 1296 (1297) Januar 2.

Noverint universi per presentes, quod Theodoricus villicus de Frigida Curte in ecclesia Schmalenburg et in facie veri domini sui videlicet religiosi viri domini Cuniberti abbatis monasterii in Graschop recognovit, quod tam ipse quam omne [mancipium][1]) sibi attinens iure nativo et debito ad ecclesiam Graschop pertineat in ius proprie [conditionis][2]) et . . . . et pertinuerunt ex antiquo, nihilominus recognoscens, quod ex inductu et malo consilio hominum in quorum precipue autem ex violentia Widekyndi de Graschop se primum opposuit vero domino suo abbati supradicto. Presentibus Gotfrido dicto Spegh nigro burger(?)[3]) in Schmalenburg Otthone Stumpell, Richardo a Put . . . . . Luthgardo de Messlebeke, Theoderico pellifice, Hermanno Bone, Theodorico de Holthausen, Rheinoldo de Wydenckhausen. Et nos testes prenominati presentem paginam sigillo nostre civitatis Schmalenbergensis in testimonium

roboramus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, crastino Circumcisionis Domini.

[1]) *Abschr.* „manuscriptum". [2]) *Abschr.* „condictionis". [3]) „magistro burgensium" *(?) s. Nr. 2397.*

Schlechte Abschrift des XVIII. Jhs. im St.-A. Düsseldorf, Msc. B 181.

2395.

Der Edelherr Johann von Bilstein überlässt mit Zustimmung der Brüder von Latorp *dem Kloster Grafschaft die Hufen in* Dreve *und* Durenheliken *und die Mark* Ulepheri *bei* Grůven *und empfängt mit diesen dafür eine Hufe in* Westwich. *Bilstein 1296 Januar 11 (1297 Januar 9).*

In nomine Domini, amen.[1]) Johannes dominus de Bylstene universis presentia visuris seu etiam audituris rei geste cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos a religiosis viris domino Lutberto abbate et . . conventu monasterii in Graschaph acceptatis septuaginta tribus marcis Lonensium sive Hamensium denariorum et eisdem denariis nobis numeratis, traditis et solutis de consensu Jutte uxoris nostre legitime, Theoderici filii nostri senioris ac omnium heredum nostrorum legitimorum simul et de plena voluntate et consensu Dithmari, Johannis et Rychardi fratrum, filiorum quondam Johannis de Latorp, super quibusdam mansis iure libertino eis attinentibus uno Dreve et altero Durenheliken dictis cum universis suis attinentiis apud Graschaph sitis necnon cum una marca Ulepheri in lignis apud Grüven et super manso dicto Westwich ecclesie in Graschaph iure proprietatis attinente conmutationem quandam et concambium quoddam fecimus cum domino Lutberto abbate et . . conventu monasterii iamdicti et cum iamdictis de Latorp fratribus ac eorum heredibus sub hac forma, et ius tale, quod vocatur *graschult* in vulgo ac alia omnia iura a mansis iamdictis Dreve et Durenheliken et de marca Ulepheri apud Gruven predicta nobis ac heredibus nostris predictis hucusque de iure conpetentia a manso in Westwich predicto, prout de aliis solitum exstitit, de cetero debeantur, conmutatione et concambio taliter inito utrobique, quod fratres de Latorp prefati mansum in Westwich ammodo tenebunt iure libertino, iura ad hoc spectantia persolvendo et abbas ac conventus monasterii prenotati mansos predictos Dreve et Durenheliken et marcam Ulepheri predictam viceversa perpetuo possidebunt sine quolibet exactionis vel servicii genere libere ac quiete. In cuius rei testimonium sigillum nostrum necnon Thiderici filii nostri supradicti et Craftonis de Graschaph sigilla presentibus sunt appensa testibus annotatis videlicet: Herbordo de Ennest, Hermanno de Osterendorp militibus castellanis nostris, Marsilio dapifero nostro, Lutberto de Dusentschure, Henemanno dicto Bylstene, Johanne de Susato clerico, Rykelone de Grimardinchusen et aliis quam pluribus fide dignis. Actum in castro nostro Bylstene et datum sub anno Domini M°.CC°.XC°.VI°., feria quarta post Epiphaniam Domini.

[1]) *Bis hierhin verlängerte Buchstaben.*

Or. Kl. Grafschaft Nr. 24. Von den drei an Pgtstr. angehängt gewesenen Siegeln ist nur noch ein Rest des Siegels Dietrichs von Bilstein (vgl. Westf. Siegel Heft I, 2 S. 34) erhalten. Gedr. Seibertz UB. I 460. Vergl. Nr. 2397.

2396.

Der Ritter Johann gen. Schreiber einigt sich mit dem Kl. Oelinghausen über das zum Hof Vosswinkel (Kr. Arnsberg) gehörige Gehölz Langenscheyt, *das einst Heinrich von Vosswinkel dem Kloster übertragen hatte. 1296 (1297) Januar 13.*

Universis presens scriptum visuris seu percepturis nos Johannes dictus Scriptor miles et uxor nostra Sophia et filius noster Johannes, Anthonius de Blomendale et Anthonius filius eius notum facimus publice protestantes, quod, cum quondam Hinricus de Voswinkele miles de consensu Hinrici et

Goswini filiorum suorum et aliorum heredum in subsidium Gerbergis filie sue in cenobium Ůlinchusen ad serviendum domino Deo locate rubum sive nemus suum dictum Langenscheyt dicto cenobio rite contulisset et dictum cenobium prefatum rubum[1]) et nemus pluribus annis possedisset, nos pro vero intelligentes, quod ratione dicti rubi a possessore sive possessoribus eius competeret ius quoddam[1]) quod dicitur vulgariter *manrecht* in curtem nostram Voswynkele supradictam dictum cenobium et conventum ibidem impetivimus super iure memorato. Tandem mediante consilio reverendi patris domini Sifridi archiepiscopi Coloniensis, Johannis de Plettenbracht marscalci Westfalie et aliorum amicorum nostrorum fuit et est ordinatum pro commodo et favore prefati cenobii, quod conventus ibidem singulis annis perpetuo in festo beati Martini hyemalis dabit pro pensione in dictam curtem nostram Voswinkele duodecim denarios legalis monete in Susato et per hoc idem conventus a prestatione dicti iuris perpetuo manebit relevatus. Quam ordinationem ratam et gratam habentes ac ipsam inviolabiliter[2]) observare volentes perpetuo dictum conventum ab omni impeticione iuris predicti in hiis scriptis liberum dimittimus, quitum penitus et solutum. Ut autem premissa firma et inconvulsa perpetuo permaneant, quia sigillis propriis caremus, presentem litteram sigillis domini marscalci predicti et oppidi in Werle ad peticionem nostram appensis dicto conventui contulimus communitam. Testes sunt: Raven iudex in Werle, Wilhelmus dictus Pistor et Hermannus de Guleke magistri consulum ibidem, Emelricus[3]) dictus Wale, Hapo in Foro, Goswinus Egenbolt, Theodericus de Hollinchove, Hermannus dictus Rovenkarre, Walbertus de Rykelinchove dictus Halt, Johannes dictus Schele, dictus Copeke, Hinricus dictus Prosekese et Johannes dictus Schůlere. Facta et ordinata sunt hec anno Domini M°.CC^me^. nonogesimo sexto, in octava Epiphanie eiusdem.

[1]) *Auf Rasur.* [2]) *Or.* „inviolabiter". [3]) *Hinter dem* „E" *ein* „l" *getilgt durch Punkt.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 150. An Pgtstr. die Siegel 1) Johanns von Plettenberg (Westf. Siegel Taf. 194, 2), 2) der Stadt Werl (ebenda Taf. 71, 5).

2397.

Der Bürgermeister und die Rathmannen von Schmallenberg bekunden, dass ihre Mitbürger, die Söhne Johanns von Latorp, *dem Kl. Grafschaft ihre Anrechte an den Hufen in* Dreve, Durenheliken *und in der Mark* Ulepheri *überlassen haben. 1296 (1297) Januar 15.*

Nos Johannes dictus Spirvogel magister burgensium et . . consules de Smalenburg recognoscendo protestamur litteras per presentes, quod Dithmarus, Rychardus et Johannes fratres liberi quondam Johannis de Latorp nostri burgenses, uxores eorum ac heredes singuli ac universi in oppido nostro nobis presentibus, videntibus et audientibus renunciaverunt plane super omni iure, quod hactenus habuerant aut possederant in mansis suis videlicet Dreve, Durenheliken et in marca Ulepheri apud Gruwen resignantes nichilominus et ultro offerentes huiusmodi mansos et marcam predictam ac eorum attinentia totaliter in manus domini Lutberti abbatis et conventus in Graschaph ad usus sui monasterii perpetuos ac quietos, astantibus Godefrido, vicedecano in Wormbike, Andrea de Smalenburg, Johanne de Budevelde, Hinrico de Overenkerken, Johanne de Lena, Godefrido de Yfelpe sacerdotibus et plebanis, Hunoldo de Elsipe milite, Reynhero dicto Hasenporte, Rotgero dicto Mantel, Hedenrico dyncgravio de Meynchusen, Rykelone de Grymardinchusen et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum vigilia beati Marcelli pape et martyris, anno Domini M°.CC°.XC°.VI°.[1])

[1]) *Das Datum in grösseren Buchstaben nachträglich zugefügt.*

Or. Kl. Grafschaft Nr. 25. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Schmallenberg (Westf. Siegel Taf. 72, 2), stark beschädigt. Vergl. Nr. 2395.

2398.

Bruderschaftsbrief des Kl. Siegburg für das Kl. Flasheim. 1296 (1297) Januar 29.

Venerabilibus in Christo Jesu sibi sincerissime predilectis prudentibus virginibus oleum letitie in vasis suis secum in occursum sponsi virginum deferentibus, honorabilibus puellis et dominabus . . magistre, . . priorisse, . . cantrici ceterisque conventualibus et sacrosanctis monialibus ordinis sancti Augustini in Vlozemh (!) Adolphus Dei gratia abbas, . . priores, . . custodes, . . cantores ac universus conventus Sybrgensis (!) ordinis sancti Benedicti, Coloniensis dyocesis salutem et pacem Dei, que exsuperat omnem sensum. Divini muneris donativa sacre communionis participatione proficiunt et eo copiosius inter possessorum mentes exuberant, quo liberalius in proximorum subsidia diffunduntur. Hinc est, quod devotionem vestram attendentes, quam ob Dei reverentiam ad nos geritis, vobis vero, ne ut ingrati de vicio ingratitudinis districti arguamus (!), vicissitudinem rependere cupientes debitam et salutarem, vos ad universa et singula nostra suffragia tam in vita recipimus quam in morte, plenam vobis cum societate fraternitatem et bonorum omnium qualiumcunque omnimodam participationem tenore presentium concedendo, que per nos seu apud nos aliqualiter operari dignabitur sempiternaliter clementia Salvatoris. Data anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, in die beati Valerii episcopi.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel von Pytstr. ab. Höchst eigenthümliche Schrift in ihrem ganzen Ductus sowohl wie in den Abkürzungen und dem Ueberschreiben der letzten Silben eines Wortes über die vorhergehenden.

2399.

Erzbischof Siegfried von Köln giebt die Dienstmannsgüter in Husinchusen *an Degenhard von* Husinchusen. *Attendorn 1296 (1297) Februar 3.*

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus omnibus presentes litteras visuris, quod dilecto nobis Degenhardo dicto de Hůsinchusen ministeriali nostro bona nostra ministerialia ibidem sita porreximus a nobis et nostris successoribus et ab ecclesia Coloniensi iure ministerialitatis perpetualiter possidenda, dantes sibi has nostras patentes litteras nostri sigilli munimine roboratas in testimonium premissorum. Datum Atthenderne in crastino Purificationis beate Marie virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 360½. Siegel ab.

2400.

Der Lippstädter Bürger Nicolaus Sapiens stiftet mit 12 Schillingen Rente aus dem Wollenhaus des Kl. Paradies in dessen Kirche sein und seiner Angehörigen Jahresgedächtniss. 1296 (1297) Februar 10.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris ac eciam audituris Nicolaus opidanus Lippensis dictus Sapiens[1]) notum esse cupio presentibus publice protestando, quod ego considerata salute anime mee, Margarete quondam uxoris mee et Margarete filie mee sanctimonialis monasterii ad Paradisum redditus duodecim solidorum denariorum Susatiensium michi singulis annis[2]) in festo beati Michaelis de domo lanificii dicta vulgariter *wullenhus* ad dictum monasterium spectante persolvendos emptionis titulo comparavi ea ratione, ut hiis denariis mediantibus a sanctimonialibus dicti monasterii memoria animarum nostrarum perhennis habeatur in hunc modum, videlicet quod de dicta pecunie summa ad peragendum circa festum beati Martini hyemalis dicte uxoris mee anniversarium tres solidi quolibet anno ad manus dicte filie mee debebunt presentari. Item concedente Domino, cum me ipsum ab hoc seculo decedere contigerit, simili modo cum tribus solidis sumptis de novem solidis superstitibus

mei obitus perpetuus apud dictum cenobium anniversarius peragetur. Residuam vero dimidiam marcam redditualem dicta filia mea, quoad vixerit, optinebit, ut hac mediante vestitum et alia sua, quibus indiguerit, necessaria valeat procurare. Ut autem ipsa universe carnis viam est ingressa, religiose ac devote sorores et domine priorissa totusque conventus dicti monasterii, ut nostrarum animarum memoria et aniversarius apud ipsas perpetualiter habeatur, dictos redditus videlicet duodecim solidorum feliciter possidebunt. Igitur ut hec ordinatio stabilis apud posteros et inconvulsa perseveret, appensione sigilli mei presentem paginam roboravi. Nos vero . . priorissa et conventus sanctimonialium predictarum cupientes et volentes omnia premissa secundum quamlibet suam conditionem firmiter observare, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum feria sexta post festum beate Agathe virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto. Superscriptionem, que est „annis" approbamus.

¹) *Auf Rasur.* ²) „annis" *ist übergeschrieben, daher auch die Notiz am Schluss* „superscriptionem" etc.

Or. Kl. Paradies 47. Zwei Siegel von Pgtstr. ab. Gleichzeitige Rückschrift: De Margaretha de Lippia.

2401.

Die Wittwe Johanns von Strod vermacht ihre Güter dem Kl. Benninghausen.
1296 (1297) Februar 14.

Nos soror Methildis dicta abbatissa totusque conventus monialium ordinis Cysterciensis in Beninkinchusen omnibus presencia inspecturis notum esse volumus presentibus declarantes, quod Aleydis relicta quondam Johannis dicti de Strod divina sibi favente gratia, seculi vanitate contempta se ac omnia sua tam bona mobilia quam immobilia iam habita vel adhuc ex solutione debitorum habenda respectu summi Dei sueque piissime genitricis Marie pro salute anime sue suorumque progenitorum nostre ecclesie contulit et assignavit valens et compos mentis et corporis sui in presencia et audiencia honestorum virorum consulum ceterorumque oppidanorum Lippensium, qui laudabile hoc factum et hanc donationem approbantes scriptis suis et sigillo oppidi Lippensis firmaverunt, ne quis malignorum instinctu diaboli impedire audeat vel mutare. Nos vero ob favorem et dilectionem dicte vidue Aleydi auctoritate nostra liberam damus facultatem benefaciendi amicis suis, quibus voluerit de rebus suis mobilibus, salvo tamen nostro iure. Preterea Wendelburgi consanguinee sue post mortem sepedicte Aleydis, si supervixerit dicta Wendelburgis, dabimus ei sex modios siliginis tempore vite sue; qua defuncta quita erit nostra ecclesia ab huiusmodi pensione. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo sexto, in die Valentini martiris. Insuper tria malta annone, videlicet decem et octo modios siliginis et totidem ordei sepedicte Aleydi dabimus ad sustentationem vite sue annis singulis, quoad vixerit, indefesse. Datum ut in premissis.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 72. An Pgtstr. das Siegel der Aebtissin von Benninghausen (Westf. Siegel Taf. 129, 5).

2402.

Das Kl. Corvey verkauft dem Kl. Bredelar für 4 Mark den halben Zehnten in Latervelde *(Wüstung bei Obermarsberg) gegen eine jährliche Abgabe von 2 Pfund Wachs.*
Marsberg 1297 Februar 20.

In¹) nomine sancte et individue Trinitatis.²) Heinricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas, Florentius prior, Ludolfus prepositus, Bernhardus camerarius, Henricus custos, Olricus magister caritatum, Conradus portarius, Fredericus prepositus Novalis, Bertoldus magister carpentariorum, Herboldus prepositus Montis Martis, Cragtho, Alexander, Hugo ac totum capitulum eiusdem ecclesie omnibus has litteras visuris salutem in eo, qui salus est omnium. Vobis universis et singulis, ad quos presentes

littere pervenerint, cupimus fore notum, quod pro reverentia domini nostri Jesu Christi eiusque pie matris Marie virginis unanimi consensu, sufficientibus tractatibus habitis inter nos cum fidelibus nostris, utilitatibus et indempnitatibus ecclesie nostre diligenter prospectis ac aliis sollempnitatibus, que in alienationibus rerum ecclesiasticarum observari debent, legitime observatis venerabili conventui et monasterio in Breydelar, ordinis Cisterciensis pro quatuor marcis numerate pecunie et in utilitatem ecclesie nostre converse vendidimus et dedimus ius proprietatis sive dominium super dimidietate decime in Latervelde cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis aliisque proventibus universis, quam ab Alrado, Ludolfo et Bodone fratribus dictis de Horhusen comparaverunt iure veri dominii et proprietatis libere et quiete perpetuo possidendum et perfruendum omni iuri nostro in eadem decima habito renunciantes, excepto, quod idem monasterium in recognitionem proprietatis predicte a nobis sibi donate duo talenta cere custodi ecclesie nostre annis singulis dabit in perpetuam pensionem. Quocirca ut huiusmodi proprietatis venditio et datio in evum rate et inconvulse permaneant, presentem litteram prefato monasterio tradidimus et nostro et ecclesie nostre sigillis firmiter roboratam, salvis tamen eodem (!) monasterio in Breidelar prioribus litteris suis permansuris, quas a nobis super proprietate dimidietatis alterius sepedicte decime habent, quam a nobili viro domino de Waldeke primitus compararant. Acta sunt hec in Monte Martis, presentibus domino Heinrico plebano in Corbike, domino Rotgero de Lutterbike, milite, Hermanno proconsule, Bertoldo dicto Nathan, Alberto de Mulhusen et consulibus eiusdem civitatis universis, decimo Kalendas Martii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo.

[1]) *Das „I" wie „Φ".* [2]) *Bis hierhin verlängerte Buchstaben.*

Or. Kl. Bredelar Nr. 129. An blau und weissen Hanffäden Sigel des Abtes und des Kapitels (Westf. Siegel Taf. 102, 8). Gedr. Westf. UB. IV Nr. 2425.

2403.

Gadebertus miles de Dydenshusen *mit seinen Söhnen und Erben, ferner* Gadebertus et Eberhardus famuli fratres quoque dicti de Dydenshusen *übertragen zu ihrem Seelenheil ihre Güter in* Vrondorf *die vom Hof genannt* Radenbach *(Radebach Kr. Wittgenstein?) aus bebaut werden und die* Conradus de Bercoben *von ihnen zu Lehen trägt, dem Kl. Georgenberg bei Frankenberg zu Eigen. 1297 Februar 28.*

Presentibus . .: Ekehardo milite de Helfenberg, Craftone Rudingi, Volperto dicto Schubel, Eberhardo de Virminnen, Ludewico iuniore de Munechusen, Heinrico Clinchardi, Craftone Engeze, Herbordo Ruhe, Volperto de Duncylshusen. Datum anno Domini M°.CC°.XCVII°., II. Kalendas Martii.

Or. St.-A. Marburg, Kl. Georgenberg. An Pgtstr. die Siegel der beiden Gadebert v. D., z. T. stark beschädigt. Vergl. Nr. 2408.

2404.

Die Gräfin Peronetta von Arnsberg überträgt dem Kl. Fröndenberg das Eigen des Hofes Oberstadt. Hachen 1296 Februar 12 (1297 März 3).

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum[1]) pervenerit, nos Peronetta comitissa de Arnesberg cognoscere veritatem in perpetuum. Ab humana facilius labuntur memoria, que scripti testimonio non fuerint perhennata. Ad noticiam igitur omnium tam presencium quam futurorum volumus testimonio presencium devenire, quod proprietatem curtis in Overen Staden cum universis attinenciis suis ecclesie et conventui in Vrendeberg damus et tradimus in hiis scriptis perpetuo possidendam, filio nostro Wilhelmo presente et bona voluntate consenciente et omnium heredum nostrorum et coheredum, sicut nomina tenent, pleno de consensu. Ne vero aliquis in posterum hanc donacionem nostram infrin-

gere valeat, presentem litteram sigillo nostro una cum sigillo nobilis viri Godefridi domini de Růdenberg fecimus roborari. Datum et actum Hagnen anno Domini millesimo CC° nonagesimo sexto, dominica, qua cantatur Invocavit me Deus. Presentes fuerunt: Godefridus dominus de Rudenberg predictus, Wilhelmus dictus de Ardeye viri nobiles, Gerhardus sacerdos capellanus noster, Justacius dictus de Berichoven famulus noster et alii quam plures fideles nostri.

[1]) „scriptum" *übergeschrieben.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 50. Das Siegel der Gräfin von Pgtstr. ab, von dem Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 7) noch ein Rest an Pgtstr.

2405.

Die Aebtissin Beatrix von Essen bekundet, dass der Dortmunder Bürger Heinrich gen. Stod *eine Rente von $4^1/_2$ Schillingen, die auf eine Essener Mühle gelegt ist, zu einer Memorienstiftung geschenkt hat. 1296 (1297) März 21.*

Nos Beatrix Dei gratia abbatissa secularis ecclesie in Assinda ac . . preposita totusque conventus ecclesie nostre predicte universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis in vero salutari salutem. Notum facimus ac tenore presentium declaramus, quod Henricus dictus Stod civis Tremoniensis divina gratia inspiratus tantum de bonis nobis et ecclesie nostre contulit, quod de eis quatuor solidorum redditus cum dimidio comparavimus, qui de quodam molendino nostro annis singulis accipientur in perhennem sui et uxoris sue Margarete necnon eorundem Hinrici et Margarete parentum memoriam agendam, ita videlicet quod feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti de dictis redditibus singulis dominabus singuli denarii et quatuor sacerdotibus ecclesie nostre specialiter deservientibus IIII^or^ denarii distribuantur et tunc dictarum personarum in ecclesia nostra prefata in vigiliis et missis memoriam dicto die faciemus perpetuo sollempniter et devote. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillum conventus nostri presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo sexto, ipso die beati Benedicti abbatis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 142. An Pgtstr. das Siegel des Kapitels von Essen am Rande beschädigt.

2406.

Dietrich der Jüngere von Limburg verzichtet auf seine Ansprüche an den von Werner, Herrn des Schlosses Linnep, dem Kl. Saarn überlassenen Zehnten. Rheinberg 1296 März 4 (1297 März 24).

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris Theodericus de Lymburgh iunior salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod cum Wernerus dominus castri de Lynp quasdam decimas de manu domini Theoderici de Lymburgh senioris, avi nostri predilecti, tenuerit in feudo, idem Wernerus ad dictum avum nostrum veniens easdem decimas in manus eius resignans reportavit; avus vero noster memoratus, nobis vocatis, nos coram pluribus fidedignis de ipsis decimis investivit. Nos autem cum multa dampna abbatisse et conventui de Sarne, que se dicebant ipsas decimas a domino castri de Lynp qui esset pro tempore sub perpetuo censu tenere, prout in ipsarum litteris plenius continetur, intulissemus: tandem illius, qui utraque fecit unum, ducti consilio, concessionem ad perpetuum censum predictis abbatisse et conventui factam, prout superius est expressum, ratificamus et approbamus cum presentis scripti protestatione, de consensu Bertradis uxoris nostre predilecte, renuntiantes omni iuri quod in supradictis decimis habemus in presenti, vel nos vel heredes nostri per mortem quorumcunque vel successionem, emptionem, infeudationem, seu per quamcunque viam aliam habere possemus

in futurum. In cuius rei testimonium nostrum sigillum pro nobis et nostra uxore, que sigillo caret, presentibus est appensum. Testes huius rei sunt: fratres Renerus prior et Gerlacus monachi Campenses; Woltherus Stecke miles, Henricus de Goterswich canonicus Xanctensis, Theodericus dictus Rimsbergh miles, Wernerus de Lynp supradictus et alii quam plures fide digni. Datum apud Berke, anno Domini M.CC. nonagesimo sexto, dominica qua cantatur Letare Jerusalem.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kl. Saarn Nr. 14, Siegel Dietrichs (die Rose im runden Siegelfelde) etwas beschädigt. Gedr. Lacomblet, UB. II 969.

2407.

Cunradus dictus de Bercaben *und* Lutthardis *seine Frau verzichten auf alle Anrechte an den Hof genannt* Radenbraht *(Radebach Kr. Wittgenstein?), die sie bisher* a nobilibus viris dictis de Dydenshusen *zu Lehen gehabt haben und überlassen sie dem Kl. Georgenberg gegen eine Rente von* duo maldra annone, unum siliginis et unum avene. *1297 März 25.*

Testes: Hartmannus de Gerhartthenchusen miles, Wolpertus de Dunzelshusen, Goswinus Scharre castrenses, Herbordus, Hermannus de Reddechusen. Datum et actum anno Domini M°.CC°.XC.VII°, VIII° Kalendas Aprilis.

Or. St.-A. Marburg, Kl. Georgenberg. An Pytstr. das Siegel der Stadt Battenberg (rund, Bischof im Ornat sitzend mit Stab und Buch). Vergl. Nr. 2403.

2408.

Ritter Dietrich von Visbeke *verkauft dem Kl. Soest-Walburgis den Zehnten des Hofes in* Hara *(Haarhof bei Niederense?). (1296 März 6) 1297 März 26.*

Universis et singulis ad quos presens scriptum pervenerit ego Theodericus de Wisbeke miles salutem et cognoscere veritatem. Noverint igitur universi tam posteri quam moderni, quod ego cum consensu et bona voluntate . . uxoris mee et omnium heredum et coheredum meorum necnon et Wilhelmi dicti Herinc generi mei quandam decimam que supra curtem dilectorum in Christo . . prepositi et conventus ecclesie sancte Walburgis extra muros Susacienses in Hara sitam se extendit eisdem . . preposito et conventui cum omni utilitate et integritate sua, sicut ad progenitores meos et ad me pertinebat, in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavi et assigno per presentes iure proprietatis perpetuo possidendam, renuncians plane et expresse omni iuri quod mihi et heredibus meis predictis in dicta decima conpetebat seu conpetere videbatur. Et in huius testimonium presentem paginam super eo conscriptam sigillo nobilis viri domini . . comitis Arnesbergensis petii sigillari, sigillum quoque meum una cum sigillo Bertoldi de Herborne iudicis Sůsaciensis presentibus apponendum duxi ad maiorem evidentiam omnium premissorum. Actum et datum presentibus Johanne de Kerscebome presbytero, Bertoldo de Herborne predicto, Syfrido de Palude, Wichmanno de Hervordia et aliis quam pluribus fidedignis anno Domini M°.CC^mo^. nonagesimo sexto; item presente ibidem Adam de Lůnen, datum ut supra, feria tercia post Letare.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 42 a. An Pytstr. Siegel des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1), des Ritters Dietrich von Fischbeck (ebenda Taf. 187, 1) und des Soester Richters Berthold von Herbern (ebenda Taf. 199, 22). Vergl. 2410.

2409.

Graf Ludwig von Arnsberg gestattet, dass die Mühle des Kl. Paradies bei Drüggelte an der Möhne weiter bestehen darf. Burg Hachen 1296 März 9 (1297 März 29).

Ludewicus comes de Arnesberg omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in perpetuum. Ne illa, que in tempore fiunt, simul cum mutabilitate temporis evanescant, dignum duximus, que a nobis rationabiliter aguntur, posterorum noticie litterarum testimoniis commendare. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod cum sorores monasterii Paradysi de curia sua Druchlethe molendinum quoddam in fluvio, qui dicitur Moyne, construxissent, nos intelligentes ipsum molendinum in proprietate nostri dominii locatum, usum ipsius fecimus inpediri. Cumque sorores predicti monasterii per viros religiosos fratrem Borchardum priorem et fratrem Henricum lectorem ac fratrem Wilhelmum ordinis Predicatorum domus Susatiensis a nobis humiliter postulassent, ut dictum molendinum de licencia bone memorie patris nostri constructum eisdem concedere dignaremur, nos deliberacione matura prehabita divine remuneracionis intuitu ob favorem dilecte sororis nostre Jutte sororis eiusdem monasterii et ad exhortacionem fratrum predictorum sepedictum molendinum cum quatuor iugeribus supra borechgraven versus orientem, de quibus erat dubium, an nostre curti Welinchoven attinerent cum proprietate et omni iure, quod ad nos dicitur pertinere, prefato monasterio de voluntate et consensu domine Pyronette uxoris nostre ac omnium heredum nostrorum videlicet Wilhelmi, Godefridi, Walrabani, Johannis, Gerhardi libere conferimus per presentes. In cuius collacionis testimonium sigillum nostrum ac signum predicte domine uxoris nostre duximus apponenda. Datum et actum in castro nostro Hagghene anno Domini M°.CC°.XC°.VI°. feria VI^a. ante dominicam Judica presentibus: Gerardo pastore in Egghenchusen et Olrico capellano nostro, Henrico notario nostro et predictis fratribus priore et lectore et Wilhelmo ac aliis quam pluribus fide dignis.

Or. Kl. Paradies Nr. 48. Zwei Siegel von Pgtstr. ab.

2410.

Vor Bürgermeister und Rath von Eversberg u. A. leistet Dietrich (von Visboke*) Verzicht auf den Zehnten (des Hofes* Hara*; s. Nr. 2408). 1297 April 10.*

Omnibus presens scriptum inspecturis seu audituris nos Hartradus plebanus in Eversberg et Godefridus de Meschede miles castellanus ibidem notum esse volumus et protestamur publice, quod vidimus et audimus honestum virum dominum Theodericum cum uxore sua dicta Detrade et Johanne et Theoderico filiis suis coram honestis viris Ludolfo magistro opidanorum in Eversberg, Gerhardo dicto Vulpe, Hermanno de Scheyde, Waltero pistore consulibus necnon coram honesto viro et discreto domino Waltero sacerdote, Hertrado dyacono et coram scolare Conrado dicti domini Godefridi de Meschede resignare uno consensu et communi voluntate bona seu decimam quod in littera plenius continetur cui presens cedula est transfixa. Ad evidenciam igitur premissorum sive resignationis et ad peticionem utriusque partis sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini et tempore supradictis, quarta feria ante festum Pasche.

Transfixbrief zur Urk. oben Nr. 2408. Siegel von Pgtstr. ab.

2411.

Die Pröpste, Dechanten und Kapitel des Domstiftes Köln, von Xanten, s. Gereon, s. Severin etc. in Köln, ... von Soest und Rees, ferner verschiedene Aebte . . schliessen als Kölnischer Klerus eine Einigung zum Schutz gegen die Bedrückungen der Kirche. 1297 April 22.

Orr. St.-A. Düsseldorf, S. Cunibert 102. Gladbach 40, Kerpen 9. Das Kerpener Exemplar, eine Kopie der prelati et tractatores unionis cleri Coloniensis *vom 20. September 1297, ist mit dem* sigillum unionis cleri, *von dem nur unkenntliche Reste vorhanden sind, besiegelt gewesen. Gedr. Ennen, Quellen III 447 und Eckertz, Gladbach S. 285.*

2412.

Ekbert von Batenhorst verkauft an den Ritter Pulcian Volenspit den Zehnten in Nehlen.
Beckum 1297 April 28.

In nomine Domini, amen. Ego Ecbertus de Battenhorst famulus castellanus castri Stromberg universis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis notum esse cupio publice protestando, quod ego ex libera voluntate seu consensu uxoris mee Ghisle ac heredum meorum Ecberti, Gherhardi, Jutte et Alheydis decimam in Nele infra parrochiam ecclesie Dhinchere sitam cum omnibus suis iuribus ac pertinenciis vendidi et venditam presentibus recognosco domino Pulciano militi dicto Volenspit, castellano castri Marcha, uxori eiusdem domine Lise de Horhosen ac heredibus eorundem de secundis nupciis iure hereditario perpetuo possidendam pro precio ducentarum marcarum et quinquaginta denariorum Monasteriensium tali condicione, quod si Pulcianum et uxorem eius Lisam predictos heredibus secundarum nuptiarum destitutos esse continget, usufructu uxoris sue iamdicte racione triginta moltiorum annue pensionis per omnia salvo in decima memorata, per mortem ipsius Lise ad primos antedicti Pulciani heredes pari iure ipsa decima devolverit. In cuius devolutionis ius casuale certius astruendum primi ipsius P(ulciani) heredes venditam ac resignatam eandem decimam a me, uxore et heredibus meis antedictis per coniunctionem manuum acceptarunt. Pro cuius venditionis nostre iuri consona warandia firmius observanda fideiussores videlicet Hermannum de Beveren, Requien de Ostenvelde, milites; Hinricum borchgravium de Stromberg, Gherwinum de Bokenevorde, Levoldum de Dickenberg, Hermannum dictum Hundertmarc, Hermannum de Mervelde, Wernerum Balke, Hinricum Scole, Adolphum de Battenhorst, Henricum de Mervelde et Conradum de Aventstrot a me rogatos ad hoc specialiter et inductos posui Pulciano, uxori sue et heredibus eorundem sepius prelibatis dictorum fideiussorum cautione se ad id similiter obligante, quod ego Ecbertus, uxor et heredes mei inpheodationem ipsius decime a venerabili domino Coloniensi, qui quam primum creatus fuerit, domino pheodi ad eandem decimam sepetactis P(ulciano), uxori et heredibus eorundem, cum ab ipsis requisiti fuerimus, procurabimus bona fide prout ad nos de iure spectaverit faciendum, ac ipse Pulcianus a domino pheodi predicto quam primum potuerit inpetrare. Dicti enim fideiussores, si quid in exsolutione predictorum ex parte nostri quoquomodo deperiret, dicto Pulciano et suis per nos de iure faciendum opidum Alen moniti intrabunt iuxta cautionis arbitrium de premissis, inde non exituri nisi dictis Pulciano, uxori et heredibus eorundem de premissis exsolutione debita consumata. Acta sunt hec in ecclesia sancti Stephani opidi Bechem ipsa die sancti Vitalis martiris, hora none, regnantibus sacrosancte Romane ecclesie summo pontifice domino Bonifacio octavo ac serenissimo rege Romanorum Adolpho, presentibus Hermanno et Johanne de Hovele fratribus militibus, Hartlevo Pil, Everhardo de Herborne, Gotscalco Torc, Gotscalco de Hesnen, Gherhardo Knippinc, militibus, Richardo de Hesnen, Alexandro Volenspit, Hermanno de Berstrate, Thiderico Torc, Henrico de Nutlon, Lodowico Riscebere, Ottone de Roden, Johanne de Hovele, Platerone de Heringhen et Henrico de Dichus famulis; Alberto Ricbrachtinc, Wilhelmo Scultheto, magistris consulum, Hunoldo Fabro, Alberto de Tuttinchove, Hermanno Lorinc, Johanne de Oldendistede et aliis quam pluribus opidanis Bechemensibus. Ut autem huius venditionis contractus omnis futuri dubii seu inversionis calumpnia illesus permaneat, nos Hermannus et Johannes de Hovele fratres, Requien de Ostenvelde milites, Henricus borchgravius in Stromberg, necnon scabini Bechemenses sigilla habentes ab Ecberto de Battenhorst, uxore et heredibus eorundem multociens antedictis ad hoc specialiter rogati sigilla nostra apposuimus huic scripto in veritatis evidenciam de premissis. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo VII°, ipsa die sancti Vitalis, ut supra.

Or. Gräfl. Plettenberg. Depositum Nr. 9. Von den fünf an Pgtstr. angehängt gewesenen Siegeln noch an 2. Stelle das des Hermann von Hövel (Westf. Siegel Taf. 196, 7), an 4. das des Burggrafen Heinrich II. von Stromberg (ebenda Taf. 26, 8 u. 9) und an 5. Stelle das der Stadt Beckum (ebenda Taf. 97, 2) erhalten.

2413.

Dietrich Rump lässt sich vom Kl. Welver mit seinen Ansprüchen auf die Güter in Westönnen abfinden. Soest 1297 April 29.

Ego Theodericus dictus Rump notum facio omnibus presens scriptum visuris, quod cum questionem movissem adversus conventum sanctimonialium in Welvere de quadam parte agri, que pertinet ad bona in Vestunen, que quondam pertinuit ad curtem in Runa, meorum ad predicte ecclesie amicorum auxilio[1]) et consilio taliter est sedata, quod idem conventus michi dedit tres marcas denariorum Sosaciensium in testimonium perfecte reconciliationis. Ego vero cum consensu et voluntate mee matris domine Frederunis ac meorum fratrum videlicet Richardi, Helmici, Rotgeri ac aliorum nostrorum heredum assignavi eis proprietatem predicte partis agri attestatione mei sigilli cum bonis in Vestunen iure perpetuo possidendam. Acta sunt hec in Sosato in ecclesia beati Patrocli sub cripta anno Domini M°.CC°.LXXXX°.VII°, secunda feria post dominicam, qua cantatur Misericordia Domini. Presentes erant: Everhardus Advocatus miles, Gerhardus de Cranen civis Sosatiensis, Gerlacus de Mederike, Sifridus de Nelen, Dithmarus de Sunher, Johannes Struc famulus meus, frater Everwinus et frater Johannes conversi ecclesie predicte et alii quam plures.

[1]) *Or.* „auxlio“.

Or. Kl. Welver Nr. 113. An Pgtstr. das Siegel Dietrichs Rump (vgl. Westf. Siegel IV S. 55).

2414.

Heinrich von Ense verkauft dem Kl. Himmelpforten seine Güter in (Nieder-)Bergheim. 1297 Mai 5.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris seu percepturis Henricus dictus de Ense veritati testimonium perhibere. Ad amputandam cuiuslibet rei calumpniam statuit discretorum virorum prudentia, ut ea que in tempore aguntur, ne simul cum tempore dilabantur, bene firmentur testimonio litterarum. Noverit igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod ego cum consensu et plena voluntate uxoris mee Cunegundis et puerorum meorum, videlicet Wichardi, Gerhardi, Henrici, Volmari et Elizabet filie mee, et fratrum meorum Hermanni, Antonii, Theoderici et Conradi et nepotum meorum, scilicet Conradi, Udonis et Conradi Kigelere necnon et omnium legitimorum heredum et coheredum meorum maturo accedente consilio, bona mea pactionalia sita[1]) in villa que dicitur Berichem una cum proprietate bonorum eorundem cum agris cultis et incultis et cum omnibus attinentiis suis ecclesie et conventui sanctimonialium ad Portam Celi pro quadam pecunie summa assignavi, renuntians simul cum pueris meis predictis et cum omnibus heredibus et coheredibus meis plane et expresse omni iuri, quodcunque in dictis bonis nobis competebat vel competere videbatur. Que vero bona predicta solidum unum denariorum legalium ibidem solvent ad capellam, que dicitur Brunsteninc, singulis annis. Ut autem huiusmodi factum firmum semper et inconvulsum permaneat et retractari quocunque modo non valeat, nobilis viri domini Godefridi de Rudenberg, Henrici militis Advocati de Elsepe, et Antonii de Ense fratris mei sigilla presentibus impetravi apponi in testimonium premissorum et in stabilimen perpetue firmitatis. Presentes aderant: nobiles viri videlicet dominus Godefridus de Rundenberg (!), domicellus Wilhelmus de Ardeya, Henricus miles Advocatus, Hermannus, Antonius, Theodericus et Conradus fratres mei, Conradus et Udo fratres dicti de Ense, Godefridus Vrobose, Rutgerus de Vresendorpe, Henricus Deussal et alii quam plures viri providi et fidedigni. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo VII°, dominica post festum Philippi et Jacobi.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 56. Die Siegel von weissen Hanffäden ab.

2415.

Graf Dietrich von Limburg (Theodericus senior comes de Lymbůrg) *und Adelheid seine Gattin schenken dem Kl. Saarn für eine Memorie zu ihrem und ihrer Eltern Seelenheil den Zehnten in* Bottenbrůc *im Kirchspiel Mülheim a. d. Ruhr. 1297 Mai 14.*

Or. Kl. Saarn im Pfarrarchiv Saarn. An Pgtstr. noch das Siegel des Grafen Dietrich von Limburg (Westf. Siegel Taf. 13, 2 u. 16, 4).

2416.

Die Witwe Wendelburg von Kefflike verkauft dem Kl. Soest-Walburgis und dem Soester Bürger Heinrich von Kefflike ihre Güter in Meckingsen. Soest-Altekirche 1297 Mai 18.

Noverint universi presens scriptum visuri, quod Wendelburgis vidua dicta de Kefflike cum consensu heredum suorum bona sua in Meckinchusen sita cum omni utilitate et integritate ecclesie beate Walburgis extra muros Sůsacienses ac Henrico dicto de Kefflike opidano Sůsaciensi pro quadraginta IIII^or marcis denariorum Susati legalium et usufructu octo maltorum annone scilicet siliginis et ordei pari quantitate ipsi vidue, tempore quoad vixerit, in festo beati Martini hyemalis annis singulis expedite solvendorum in contractu vendicionis rite ac racionabiliter assignavit hoc condicionis tenore interposito, quod prefata Wendelburgis cum pensione quatuor maltorum supradicte annone facere et ordinare poterit quidquid sue placuerit voluntati hoc eciam condicto, quod conventus ecclesie beate Walburgis et Henricus de Kefflike prenotati dictam pensionem quatuor maltorum annone redimere poterunt videlicet quodlibet maltum pro septem marcis denariorum Susati legalium in quascunque eciam manus post mortem prefate Wendelburgis translata fuerit pensio memorata, sed post mortem eiusdem Wendelburgis residua quatuor malcia libere cedent ecclesie beate Walburgis predicte pro memoria prefate Wendelburgis iugiter peragenda quemadmodum benefactorum et benefactricum dicte ecclesie in eadem[1]) ecclesia memorie peragi[2]) consueverunt. Preterea sciendum, quod prefata Wendelburgis se ad hoc firmiter astrinxit coram probis, quod de dictis bonis nulla servicia erunt facienda nec aliqua pensio solvenda, sed tantummodo in festo beati Martini hyemalis hosspitali sancti Spiritus in Susato exsolvendi sunt annis singulis sex denarii nomine pensionis. Insuper sciendum, quod si conventus beate Walburgis predicte et Henricus de Kefflike de dictis bonis fructus et proventus percipere permittuntur, supradictas pensiones inde solvent. Sin autem gwerra seu quocunque alio casu inpediente nullos fructus inde perceperint, pensiones nullas solvent. In cuius rei testimonium nos Johannes dictus Parvus sacerdos, Gerlacus de Lake, Henricus de Herineghe, Adam de Lunen, Gothmarus de Medebike, Sifridus de Medebike et Wichmannus de Hervordia qui premissis interfuimus ad peticionem parcium utrobique sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Presentes eciam erant una nobiscum: Albertus de Bekehem, Radolfus Luscus, Sifridus de Kefflike et alii quam plures fidedigni. Actum et datum in veteri ecclesia Susaciensi sabbato ante Ascensionem Domini, anno eiusdem M°.CC°. nonagesimo septimo.

[1]) *Or. hat* „adem". [2]) *Or.* „peraga" *mit* J = *Strich.*

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 43. An Pgtstr. die Siegel 1) des Johannes Parvus (Westf Siegel Taf. 139, 7), 2) G. de Lake, 3) G. de Medebike (beide rund mit Hausmarken); die übrigen abgefallen.

2417.

Die Burgmänner von Hovestadt bekunden den Verzicht Friedrichs von Eller auf gewisse Güter und Leute in Wuinchusen *(Winkhausen Kr. Büren?) zu Gunsten des Kl. Benninghausen. 1297 Mai 28.*

Nos Hinricus sculthetus Sůsaciensis, Gozwinus dictus de Susato, Goscalcus dictus de Brochusen, Albero Clot milites, ceterique castellani, quorum nomina subscribentur, in Hovestat notum esse volumus

omnibus presencia visuris vel audituris, quod Fredericus dictus de Elnere in presencia nostra in Hovestat constitutus renunciavit omni iuri et proprietati, quod vel quam habere dinoscebatur in bonis in Wuinchusen et hominibus nunc eadem bona colentibus, videlicet Ertmaro et uxori sue Dingburgi, filiis ac filiabus dictorum coniugum, et libere resignavit in manus domine abbatisse ac conventus ordinis Cysterciensis in Benekinchusen et absolute imperpetuum tradidit possidenda. Ne igitur imposterum predictus Fredericus vel aliquis successorum suorum ratione congnationis vel iure hereditatis prehabitam ecclesiam Benekinchusen[1]) malignandi studio in sepedictis bonis Wuinchusen impetere audeat, ad cautelam et maiorem evidenciam presens scriptum sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Testes autem fuerunt: Hinricus Balko, Bertoldus Torc, Bertoldus de Holthusen, Th(eodericus) et W(icelus) fratres dicti Dirikin, Conradus de Brochusen, Hinricus et Bernhardus dicti Scrodarii, Hinricus Camerarius, Hinricus Balko iunior, Theodericus de Rodenberig, Jo(hannes) Clot, Everhardus sacerdos in Hovestat et alii quam plures ad hoc rogati. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo septimo, tercia feria post Ascensionem Domini.

[1]) *Folgt Rasur.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 75. An Pgtstr. die Siegel 1) Heinrichs Schultheissen von Soest (ähnlich Westf. Siegel Taf. 183, 1), 2) Goswins von Soest (ähnlich wie Taf. 183, 3), 3) Gottschalks von Brochusen (ebenda Taf. 190, 4), 4) ab.

2418.

Der Marschall von Westfalen Johann (von Plettenberg) befiehlt den Geistlichen der Propstei Soest, die Sentenz gegen Everhard Hake von den Kanzeln zu verkünden, der sich widerrechtlich in den Besitz des dem Patroclusstift in Soest gehörigen Hofs in Ampen gesetzt hat. Soest 1297 Juni 20.

Viris honestis ac discretis veteris ecclesie Susaciensis ac universis ecclesiarum plebanis per prepo̊situram Susaciensem constitutis seu eorum vices gerentibus Johannes de Plettenbracht marscalcus Westphalie sincere dilectionis constantiam cum salute. Cum ex commisso nobis officio ecclesias et personas ecclesiasticas in terminis nostris constitutas teneamur in suis iuribus et libertatibus conservare; hinc est, quod licet Everhardus dictus Hake a venerabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie Suͤsaciensis curtem in Andopen sub condicione tenuerit, prout in litteris super hoc confectis vidimus contineri, et a villicacione ac possessione dicte curtis cum pertinenciis universis sit ex causis legitimis destitutus immo, prout nobis constat, privatus per sententias tam iuris canonici quam civilis, ipse tamen dictam villicacionem violenter et temere occupat et inpedimento est, quare dicti decanus et capitulum commode uti non possunt redditibus et iuribus dicte curtis; propter quod contra ipsum Everhardum multis monicionibus premissis per excommunicationis sententiam adeo est processum, quod ecclesia ultra non habet, quod apponat et solum superest, ut iuvetur potestatis auxilio temporalis. Quare vos requirimus et rogamus, quatinus ob reverentiam domini nostri . . archiepiscopi electi et ecclesie Coloniensis, cuius iurisdicionem temporalem per Westphaliam exercemus, in ecclesiis vestris de ambone dicto Everhardo et omnibus vestris parrochianis et subditis publice inhibeatis, ne de cetero se de dicta curte et eius agris seu pertinentiis ingerant vel intromittant et qui se ingesserunt predictis . . decano et capitulo vel eorum officiatis satisfaciant et conponant cum eisdem, ne recursus super hoc ad nos habeatur iteratus, alioquin ipsos et quemlibet exnunc contrarium facientem tanquam invasorem bonorum ecclesiasticorum et perturbatorem iusticie modis omnibus nemini parcendo animadversione debita, prout ius dictaverit, puniemus. Huiusmodi vero inhibicionem adeo sollempniter tribus dominicis diebus vel festivis faciatis, ne aliquis subditorum vestrorum per ignorantiam se valeat excusare. Datum Sůsati feria quinta post Viti, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

Or. Stdt.-A. Soest, Vorwerckscke Samml. Nr. 19. Siegel von Pgtstr ab, ausserdem noch Schnitte für ein weiteres Siegel. Gedr. Tross, Westphalia Jahrg. 1826 S. 348, vgl. Seibertz UB. I 470.

2419.

Vor Bürgermeister und Rathmannen von Schmallenberg verzichtet deren Mitbürger Hermann gen. Bishop *auf seinen Antheil an der Mark und eine Hofstatt in Grafschaft.*
Grafschaft 1297 Juni 25.

Nos Johannes dictus Spirvogel, magister burgensium, et . . consules oppidi in Smalenburg tenore presentium protestamur, quod Hermannus dictus Bishop noster burgensis in presentia domini Lutberti abbatis et conventus monasterii in Graschaph nobis presentibus recognovit profitens in publico duarum vulgo dictarum *echtewart* in marka Graschaph et cuiusdam aree in Graschaph dicte Elenburgis, quas et quam hactenus possederat proprietatem ex antiquo pertinuisse et pertinere ad monasterium Graschapense et easdem *echtewart* de marka in Graschaph necnon aream Elenburgis iam dictam, idem Hermannus, Elizabeth uxor sua, Hermannus filius eorum, Cristina sua legitima, necnon heredes eorum legitimi cum bona voluntate resignaverunt in manus dictorum abbatis et conventus nobis astantibus, videntibus et audientibus, ita sane ut sine aliqua sui ac suorum reclamatione successorum supradictas *echtewart* in marka Graschaph una cum area Elenburgis prefata monasterium in Graschaph predictum ex nunc perpetuo possideat libere ac quiete. In cuius rei testimonium sigillum oppidi nostri ex rogatu dicti Hermanni ac suorum heredum presentibus est appensum. Presentibus Volmaro de Smalenborg et Hermanno de Lyppia sacerdotibus, Rotgero dicto Mantel, Johanne de Durenholthusen, Tylemanno fratre suo, Johanne dicto Huken, Hinrico fabro, Johanne dicto Vrylinc, Rotgero pistore, Conrado dicto Neriant, Luthardo de Misselenbike nostris burgensibus et aliis quam pluribus fide dignis. Actum Graschap in crastino beati Johannis Baptiste et datum sub anno gratie M°.CC°.XC°.VII°.

Or. Kl. Grafschaft Nr. 26. An Pgtstr. das Siegel von Schmallenberg (Westf. Siegel Taf. 72. 2) umgekehrt angehängt.

2420.

Hermann von Rechede und Heinrich gen. Hals verkaufen dem Kl. Flasheim das Erbe Provestinc *in Herten und das Erbe* Elepe *(Eblich?), beide im Vest Recklinghausen. Malstat* „tho den Brinke" *bei Sülsen 1297 Juni 28.*

Nos Everhardus liber comes, Johannes de Mengede, Johannes de Meygerinc et Johannes dictus de Overvelderinc scabini iudicii secreti dicti vulgariter *vrigesdincges* Hinricus dictus de Ulenbroke iudex in Rikelinchusen et consules eiusdem opidi Rikelinchusen nomine: Ludolfus de Alta Domo, Gerhardus de Bachem dictus, Hinricus dictus Uppenberge, Johannes dictus cum Cuneis, Hinricus fermentarius, Rotgerus dictus Scrodere, Johannes dictus Meygreve, Gerhardus Vrode, Udo in Foro, Conradus de Alta Domo, Hinricus de Bochorne dictus et Hugo dictus Felix notum facimus universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris et publice protestamur per presentes, quod Hinricus dictus Hals et Ricgdrudis eius legitima de sano consilio ipsorum amicorum et de consensu omnium heredum ipsorum vendiderunt iusto titulo venditionis et animo benivolo absque ulla cohertione domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre ac toti conventui beate Marie ecclesie in Vlarshem Coloniensis dyocesis domum sitam Hertene dictam Provestinc vulgariter, prout sita est ibidem Hertene in campis, pratis, silvis, nemoribus, pascuis et aquis et cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus, Johannem dictum Provest, uxorem suam et omnes pueros ipsorum tam masculos quam feminas et omnes homines ad ipsam domum attinentes, domum sitam Elepe, quam inhabitat et colit Conradus, eandem domum prout sita est ibidem in campis, pratis, silvis, nemoribus, pascuis et aquis et cum omnibus suis attinentiis et utilitatibus, prout sita est, iure hereditario pro iusto predio et quito supradictas duas domus cum omnibus ipsorum attinenciis et utilitatibus, prout site sunt in iudicio Rikelinchusen, perpetue prefate ecclesie et conventui in Vlarshem permanendas et homines permanendos. Et easdem duas domus pre-

fatas cum omnibus premissis ipsorum attinenciis et utilitatibus et omnes homines attinentes ad domum dictam Provestinc, Hermannus miles de Rechgede, Segewidis uxor sua legitima, Svederus, Hermannus, Hinricus, Bernardus, Johannes, Alexander et Godefridus ipsorum filii ac omnes ipsorum heredes tam masculi quam femine, Hinricus supradictus Hals dictus, Ricgdrudis uxor sua, Johannes, Thidericus, Wilhelmus et Winemarus filii ipsorum, Agnes et Metheldis filie ipsorum coram nobis in figuris iudiciorum predictorum concorditer et unanimiter comparuerunt et animo benivolo absque ulla cohertione liberaliter domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre totique conventui ecclesie beate Marie in Vlarshem pro iusto predio et quito resingnaverunt et effestucaverunt et promiserunt manu unanimi et coniuncta eidem domino Jacobo cellerario et conventui supradicto de prefatis duabus domibus et hominibus plenam facere warandiam et omnium attinentium et utilitatum ipsarum domorum et principaliter Hermannus miles de Recgede et omnes sui heredes, quorum proprietas ipsarum duarum domorum et omnium attinencium et utilitatum ac hominum fuerat, plenam warandiam facere promiserunt. Ut autem hec supradicta venditio et resingnatio ac promissio warandie nulla successorum calumpnia valeant infringi, sed rate et firme tam rite et rationabiliter coram nobis facte et terminate observentur, presens littera exinde conscripta munimine sigillorum Hermanni militis de Recgede et opidanorum Rikelinchusen ad petitionem utriusque partis est roborata. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli, in loco dicto *malstat* vulgariter ex ista parte Sulsen aput ripam dicto vulgariter tho den Brincke.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Die Siegel von den Pgtstr. ab.

2421.

Conradus dictus de Berchoben *und* Lukardis *seine Frau verkaufen ihre Güter in* Vronendorf iuxta curiam dictam Radenbach ac in terminis eiusdem *dem Kl. Georgenberg bei Frankenberg. 1297 Juli 1.*

Acta sunt hec presentibus testibus . .: Herbordo dicto Ruhe, Johanne magistro burgensium dicto Goldere, Conrado de Weyfenbach, Hermanno de Redenchusen, Johanne dicto Betinch civibus in Batthenburg, Craftone Rudingi, Heinrico Clinchardi, Eberhardo de Munechusen, Oyzperto concivibus in Frankenberg. Datum anno Domini M°.CC°.XCVII°, in octava Johannis Baptiste.

Or. St.-A. Marburg, Kl. Georgenberg. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Battenberg. Vgl. Nr. 2408.

2422.

Der Edle Simon von Lippe bekundet den Verkauf von Lehengütern in Bödinghausen seitens des Johann gen. Deosal an zwei Lippstädter Bürger. 1297 Juli 8.

Universis presentem litteram visuris ac eciam audituris nos Symon nobilis vir et dominus de Lippia notum esse cupimus presentibus publice protestando, quod constitutus coram nobis Johannes dictus Deosal recognovit et profitebatur, se de consensu . . uxoris sue ac omnium heredum suorum plena voluntate bona sua sita in villa Bodinchusen, que a nobis tenuit in pheodo, Bernardo opidano nostro Lippensi dicto Pundere et Theoderico pro quadam pecunie summa rite ac rationabiliter vendidisse, que bona eisdem Bernardo et Th(eoderico) dictis Pundere porreximus et concessimus iure pheodali et ab hiis bonis . . uxor dicti Bernardi debebit sumere usufructum. In cuius rei testimonium ac evidentiam ampliorem sigillum nostrum ad petitionem partium hinc et inde duximus presentibus apponendum. Actum coram Lippoldo dicto de Etlen et Bernardo de Beveren militibus, et Hermanno dicto Wenth milite, Frederico dapifero nostro dicto de Hurde, Hermanno de Beveren milite, Conrado de Vernede, Frederico et Everhardo fratribus dictis Bolike, Volberto, Hermanno dicto Wamboysticker, Hermanno

Bodekinc et Johanne Elrikinc opidanis nostris Lippensibus et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in die beati Kiliani martiris, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 76. An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers (Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I Taf. 18).

2423.

Die Stadt Hamm erklärt der Stadt Lübeck, dass der Lübecker Bürger Johannes von Limburg Ministerial, „wohlgeboren" und ehelicher Geburt sei. 1297 Juli 30.

Honorandis viris ...... consulibus ceterisque burgensibus Lubicensibus ...... consules totaque universitas opidi Hammensis paratam ad quevis beneplacita voluntatem. Acerrima tam militum quam famulorum, consanguineorum Johannis de Lymborg vestri conburgensis, querimonia nobis revelante innotuit, quod quidam in vestra civitate honori veritatis non intendentes, sed livoris aculeo suscitati, eidem Jo(hanni) cum magna exprobraverunt contumelia, dicentes ipsum non esse de thoro legitimo generatum. Cum autem discretionis intersit honeste, ut rebellem falsitatis et mendacii presumptionem evidenti veritatis merito aboleat et refrenet, honeste vestre prudencie ac omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, harum protestatione publica declaramus, eundem Jo(hannem) tam ex parte patris quam matris bone esse nationis et ministerialis, ac etiam de generatione thori legitimi processisse. Unde commendabilem vestram sapientiam rogamus attencius, quatenus presentem protestationem in vestra promulgatione, que *bursprake* dicitur, faciatis apertius publicari, ut consimiles detestande falsitatis figuli in suis erubeant fictionibus, veritatisque amatores laudabiliter honorentur. In huius protestationis testimonium evidens presentem litteram sigilli nostri karactere fecimus communiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria tercia post festum beati Jacobi apostoli.

Or. Stdt.-A. Lübeck, Westfalica 21. Gedr. Lübecker UB. II 98. Stadtsiegel mit Rücksiegel an Pgtstr.

2424.

Der Bürger Lutbertus Faber in Lippstadt verkauft vor den Bürgermeistern daselbst 6 Schillinge Rente an das Kl. Herzebrock. 1297 August 23.

Universis presentem litteram visuris ac eciam audituris nos consules oppidi Lippensis notum esse cupimus in hiis scriptis publice protestando, quod constituti coram nobis Lutbertus Faber noster conburgensis, uxor eius ac eorum heredes recognoverunt et profitebantur, se religiosis dominabus, abbatisse, priorisse totique conventui monasterii in Hertzebrock redditus sex solidorum denariorum Lippensium legalium et bonorum pro sex marcis denariorum, dimidia minus, pecunia tradita et soluta rite ac racionabiliter vendidisse quos quidem redditus singulis annis duobus terminis tollendos de domo sive area quam ad presens inhabitant videlicet quolibet festo Pasce tres solidos et totidem solidos quolibet festo beati Michaelis dicto conventui assignarunt, renunciantes omnibus exepcionibus(!) et defensionibus iuris vel facti que sibi seu eorum alteri contra prefatam vendicionem et ipsorum reddituum in dictis terminis perpetualiter tollendorum assignacionem possent seu deberent quomodolibet suffragari et in horum testimonii evidenciam ampliorem ac roboris firmitatem has nostras litteras prefato conventui sanctimonialium in Hertzebroke ad peticionem dictorum vendencium nostri sigilli munimine contulimus roboratas. Actum presentibus domino abbate monasterii Lesebernensis, Volberto et Hinrico dicto Bamboystickere proconsulibus, Johanne dicto Elrikinck etc. et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in vigilia beati Bartholomei apostoli, anno Domini M°CC° nonagesimo VII°.

Abschr. des XV. Jhs. in Msc. I 98 S. 66. Erwähnt bei Overmann, Lippstadt S. 125.

2425.

Abt Heinrich von Werden giebt Heinrich von Vitinchof das Allod Blidenberg *an der Ruhr in Erbpacht. Werden 1297 September 21.*

Nos Henricus Dei gratia abbas monasterii Werdinensis omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis notum esse cupimus per presentes, quod respectis variis et multis servitiis nobis exhibitis per Henricum militem de Vitinchoven dictum Costere sibi et suis heredibus contulimus quoddam allodium nostrum Blidenbergh, prout situm est, usque ad fluxum Rure ita, quod censualiter idem Henricus et sui heredes nobis singulis annis persolvent tres aureos bisantos: unum in Nativitate Domini, alterum in Pascha, tercium in festo Penthecostes et valor uniuscuiusque aurei duodecim denariorum. Si vero aliquis per potentiam seu violentiam dictum allodium cum suis attinentiis inpetierit seu inpetere voluerit de iure vel de facto, super hoc idem Henricus aut sui liberi vel heredes pro warandia ipsis a nobis prestanda ad nos et ad nostrum monasterium recursum de cetero non habebunt et hoc una cum sigillo capituli nostri protestamur. Datum et actum apud Werdinam anno Domini M°.CC°.XCVII°. festo Mathei apostoli.

Abschr. des XIV. Jhs. im St.-A. Düsseldorf, Msc. B 59 1/4 fol. 24 a.

2426.

Dietrich von Volmestein und seine Frau Cunegunde überlassen die Güter in Karweiler, Wadenheim und Ahrweiler dem Gereonsstift in Köln und empfangen dafür die in Bransel im Kirchspiel Schwelm. 1297 September 22.

In nomine Domini, amen. Universis presentes litteras visuris et audituris Theodericus dominus de Volmůtsteyne miles in perpetuum cognoscere veritatem. Noverint tam presentes quam futuri, quod ego prospectis commodo et utilitate mea, Cůnegundis uxoris mee superstitis, necnon liberorum meorum tam prioris matrimonii quam secundi, de ipsorum consilio et consensu ac aliorum amicorum meorum predia et bona mea immobilia, videlicet curtem meam sitam apud Carwilre cum una petia terre vineate continente duodecim iurnales vel circa, item cum alia petia terre sita apud Wadenheym continente tria quartaria terre vineate, item cum tertia petia posita prope portam oppidi Arwilre continente unum quartarium terre similiter vineate que omnia spectant in curtem predictam et exposita sunt et locata certis cultoribus pro medietate crementi assignandi in eandem curtem ipsorum laboribus et expensis, item cum annuis pensionibus vini, bladi, censibus ac iurisdictione ibidem ac aliis omnibus iuribus et emergentiis quocumque nomine censeantur, nichil michi, uxori mee aut heredibus meis iuris reservato in eisdem, prout ipsa bona possedi et tenui pacifice et quiete ac sine omni contradictione usque ad hec tempora pro vero et libero allodio meo, permitto, do et trado iure perpetuo nomine meo, uxoris et heredum meorum predictorum honorabilibus viris dominis preposito, decano et capitulo ecclesie sancti Gereonis Coloniensis pro curte et bonis eorum immobilibus, redditibus et proventibus, que et quos obtinent apud Braselden in parrochia de Svelme, michi et heredibus meis ab ipsis redditis et traditis in concambium pro bonis meis superius specificatis, prout in ipsorum dominorum litteris super hoc confectis plenius est expressum. Unde ego Theodericus una cum uxore mea et liberis meis predictis excepto Henrico primogenito meo, cuius in remotis agentis consensus ad presens haberi non potest, presentibus et in hoc consentientibus transtuli et transfero omnia et singula bona mea supradicta cum suis attinentiis et iuribus in manus honorabilium virorum prepositi, decani et capituli sancti Gereonis predictorum cum fructibus iam extantibus recipientium ipsa bona pro se et successoribus suis iure perpetuo et constituto, eos exnunc in antea veros et legitimos dominos, heredes et possessores eorumdem bonorum, ita quod de ipsis suam possint pro omni commodo suo et utilitate disponere et facere volun-

tatem. Preterea tam ego quam uxor mea ac liberi mei predicti, prefato primogenito meo dumtaxat excepto, renuntiavimus et renuntiamus, effestucavimus et effestucamus super ipsis bonis ad manus ipsorum dominorum et capituli eorumdem omni iuri, quod nobis competebat et competere posset in futurum in eisdem et per sollempnem stipulationem promisimus ipsa bona ipsis dominis disbrigare et eosdem ab omni impetitione cuiuslibet relevare infra annum et diem ac insuper eos warandizare, quod predicta bona sint libera et allodialia tanto tempore, quo hoc fieri est debitum et consuetum. Adhibitis hiis omnibus testimonio et sollempnitate iudicis et hominum terre, familie et hominum dicte curtis de Carwilre et aliorum fidedignorum ad hoc rogatorum et vocatorum, prout hoc in alienatione liberi allodii conservari consuevit. Et quia consensus prefati Henrici mei primogeniti huiusmodi permutationi non accessit, ut cautum sit ipsis dominis et capitulo in futurum, promitto, me effecturum et procuraturum apud primogenitum meum predictum consensum et ratihabitionem ipsius super permutatione predicta. quam primum ex parte ipsorum dominorum vel capituli fuero requisitus. Villicum etiam nunc curtis de Braselden ab ipsis dominis institutum patiemur diebus vite ipsius in huiusmodi villicatione et fructuum eiusdem, quos hactenus percipere consuevit, perceptione quieta et homines ipsius curtis in iuribus et statu quo hactenus extiterunt. Super quibus omnibus et singulis ipsis dominis per nos inviolabiliter observandis et adimplendis constituimus eisdem dominis nos Theodericum tam principalem quam fideiussorem necnon nobiles viros Theodericum dominum de Brůke, Adolphum canonicum Coloniensem et Walramum rectorem ecclesie de Molinheym, fratres ipsius domini de Brůke, necnon Bernardum de Steynhůs et Theodericum dictum Molich, castrensem de Volmutzsteyne milites, ac Winemarum dictum Hůsman in solidum fideiussores, obligantes se super hoc fide prestita corporali, si premissa universa et singula eisdem dominis per nos non fuerint adimpleta et observata aut aliquo huiusmodi fideiussorum decedente alius eque ydoneus infra mensem non fuerit subrogatus ipsi et nos moniti intrabimus villam Munheym ad iacendum, comedendum et dormiendum more bonorum fideiussorum ibidem tam diu, donec super eo, quo monitio huiusmodi facta fuerit, ipsis dominis satisfiat. Poterit tamen quilibet huiusmodi fideiussorum necessitate urgente fide super hoc facta alium, videlicet nobilis nobilem, miles militem et par sibi parem mittere ad iacendum. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem tam nos Theodericus dominus de Volmutzsteyne ac eius liberi et heredes necnon nos fideiussores predicti omnia et singula premissa vera esse profitentes et nos in solidum obligantes, prout superius est expressum, et renuntiantes expresse omni exceptioni et defensioni utriusque iuris que nobis aut alicui nostrum contra premissa aut aliquod premissorum suffragari possent presentes litteras prefatis dominis preposito, decano et capitulo sigillis nostris nos, qui propria sigilla habuimus, una cum sigillo nobilis viri domini Everardi comitis de Marka ad preces nostras et ceterorum nostrorum sigilla non habentium hiis appenso dedimus communitas. Datum et actum incarnationis Dominice anno millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, decimo Kalendas Octobris. Et nos Everardus comes predictus notum facimus, quod ad petitionem predictorum sigillum nostrum huic scripto in testimonium duximus apponendum. Datum ut supra.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Gereon Nr. 68. An grünen und rothweissen Seidenfäden die Siegel 1) Dietrichs von Volmestein (Westf. Siegel Taf. 39, 8), 2) seiner Gemahlin (spitzoval, die Sieglerin auf einem Podest stehend mit der linken Hand den Falken haltend; Umschrift: † S. Cunegundis domine de Volmesteyne), *3) offenbar das Graf Everhards von der Mark, abgefallen, 4) Dietrichs von Bruch (ebenda Taf. 14, 5), 5) Adolfs v. B. (rundes Siegel, im Schild Mittelschild überhöht von Turnierkragen), 6) Walrams v. B. (im runden Siegelfeld ein lediger Schild), 7) Bernhards von Witten (vgl. Taf. 201, 4), der in der Urk. als* Bernardus de Steynhus *bezeichnet ist. Gedr. Lacomblet UB. II 976.*

2427.

Das s. Gereonstift in Köln überträgt auf Dietrich von Volmestein seinen Hof in Bransel und empfängt dafür von Dietrich dessen Güter in Karweiler. 1297 September 24.

In Dei nomine. amen. Universis has presentes litteras inspecturis . . prepositus, . . decanus et capitulum ecclesie sancti Gereonis Côloniensis salutem cum noticia subscriptorum. Quia plerumque facta hominum opprimit lapsus temporum, nisi ea que aguntur firmo litterarum caractere roborentur, ad perpetuam igitur huius rei memoriam presentis scripti testimonio declaramus. quod nos capitulum seu canonici eiusdem provida deliberacione et sollerti tractatu, consensu unanimi et voluntate spontanea precedentibus, accedente etiam ad id consensu et auctoritate reverendi patris et domini Wickeboldi Coloniensis archiepiscopi, quia consideravimus et invenimus curtem nostram de Bransele in Westphalia sitam nobis minus utilem tum propter locorum distantiam, tum propter alia discrimina et incommoda graviora ipsam curtem cum omnibus suis pertinentiis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, terris cultis et incultis, hominibus, iuribus ac aliis quibuscumque spectantibus ad eandem nobili viro domino Theoderico de Volmuntsteine, Cunegundi eius legitime et ipsius Theoderici liberis heredibus in concambium iure proprio et hereditario dedimus et ex nunc inantea permutamus, ita ut nullus dominus nec aliqua potestas de dicta curte et suis pertinentiis disponere habeat vel ordinare aliquid nisi ipsi, recipientes ab eisdem . . coniugibus vice reconpensacionis seu permutacionis bona de Carwilre cum suis pertinentiis quibuscunque. Supraportamus igitur dictis . . coniugibus et ipsorum heredibus dicta bona, dominium et possessionem eis tradimus eorundem promittentes eis warandiam facere secundum consuetudinem patrie generalem, renunciantes publice et expresse omnibus apostolicis litteris et graciis quibuscunque et specialiter formis . . „Ea que de bonis“ etc. tam in maiori quam in minori forma, actioni in factum, excepcioni doli mali, privilegiis et autentice: „Hoc ius porrectum“ etc. omnique iuris et facti auxilio tam canonici quam civilis per que presens instrumentum posset aliquatenus irritari et contractus huiusmodi seu permutacio impediri. In cuius rei robur et testimonium sigillum nostrum una cum sigillo reverendi patris et domini Wickeboldi predicti Coloniensis archiepiscopi in signum consensus sui et auctoritatis presentibus sunt appensa. Et nos Wickeboldus Dei gracia Coloniensis archiepiscopus sigillum nostrum in signum nostri consensus et auctoritatis ad peticionem dicti . . capituli eo, quod nobis lucide constat condicionem dicte ecclesie per contractum huiusmodi meliorem fieri. presentibus duximus appendendum. Actum in presentia subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum: domini Walrami de Brůke, Adolphi fratris sui maioris ecclesie Coloniensis canonici, Bernardi de Witthene, Arnoldi de Edelfelt et Theoderici dicti Molige militum, Henrici fratris domini Th(eoderici) predicti, Wenemari dicti Hůsman, Henrici dicti Vrigreve, Henrici dicti Wale, Johannis de Brůmenkusin, Hermanni Upheirrich et aliorum plurium honestorum et datum anno incarnacionis Dominice M°.CC° nonagesimo septimo, feria tercia post Mauritii.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Gereon Nr. 69. An rothen Seidenfäden das Kapitelssiegel von s. Gereon; für das Siegel des Erzbischofs sind Siegeleinschnitte nicht angebracht, dessen Anhängung scheint daher nicht erfolgt zu sein. Oberhalb des Umbugs unten links steht: „Liborius“, *wahrscheinlich der Name des Schreibers der Urkunde.*

2428.

Das Stift Oedingen leistet dem Ritter Reimfried von Scorlenberg und dessen Sohn Reimfried Währschaft über seine Güter in Westernkotten. 1297 October 10.

Nos prepositus secularis ecclesie in Odinge universis presentes litteras inspecturis seu audituris notum fore cupimus et recognoscimus publice protestando, quod bona nostra in Koten sita, que per quingentos annos et amplius in nostram preposituram spectare dinoscebantur et adhuc dinoscuntur, de

eisdem bonis honesto viro Reymfrido de Scorlenberg militi et Reymfrido, filio suo, ac suis heredibus legitimis plenam warandiam et non alteri in hiis scriptis facimus et ipsi Reymfrido ac suis heredibus, quandocunque necesse fuerit, facere volumus et tenemur. In cuius rei testimonium et ob maiorem evidentiam premissorum sigillum venerabilis domine nostre abbatisse secularis ecclesie in Messchede petivimus presentibus apponi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, sabbato post festum Gereonis et Victoris martyrum.

Or. Gräflich von Landsbergsches Archiv zu Erwitte sub J 1. *An Pgtstr. das verstümmelte Siegel der Aebtissin (Westf. Siegel Taf. 128, 2).*

2428.

Graf Ludwig von Arnsberg verleiht seinem Ministerialen Remfried von Scorlenberg die an dessen Erbpachtgütern in Westenkotten anhaftende Vogtei. Hachen 1297 Oktober 11.

Nos Ludewicus comes in Arnesberg universis presentium inspectoribus publice recognoscimus protestando, quod nos Remfrido dicto de Scorlenberg, ministeriali nostro, advocatiam quandam adiacentem bonis in Coten, que quidem bona dictus R(emfridus) a conventu secularis ecclesie in Odingge iure emphiteositetico habet, porreximus et porrigimus in hiis scriptis sibique de dicta advocatia debitam, ubicunque necesse fuerit, faciemus warandiam. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam sibi duximus largiendam. Datum Hagnen anno Domini M°CC° nonagesimo septimo, sexta feria post Dionisii.

Or. Gräflich von Landsbergsches Archiv zu Erwitte sub L 1. *An Pgtstr. das verstümmelte Siegel des Ausstellers (vgl. Westf. Siegel Taf. 41, 1).*

2430.

Die Brüder Arnold und Johann von Wicheln geben zu Gunsten des Kl. Welver die Tochter Hermanns Hasenlap frei, damit sie als dienende Schwester im Kloster aufgenommen werde. 1297 Oktober 30.

Religiosis personis domine . . abbatisse et conventui de Welvere Arnoldus et Johannes fratres dicti de Wiglon[1]) obsequium suum semper voluntarium et paratum. Reverencie vestre notum fore cupimus, quod nos omni iuri, siquod nobis in Gertrudi filia quondam Hermanni dicti Hasenlap[2]) conpetebat seu conpetere posset in futurum, nos et nostri legitimi heredes[3]) plane renunciavimus et renunciamus per presentes supplicantes, ut ipsam in vestrum consorcium recipiatis ad serviendum in habitu religioso suo creatori, in quo, si eciam preces nostras attenderitis, pro bono recipimus speciali et apud vestrum conventum, quocumque genere gratiarum possumus, intendimus perpetuo deservire. Et quia sigilla propria non habemus, petivimus nobilem virum Godefridum dominum de Rudenberg, ut ipse suum sigillum presentibus apponeret ad plenam evidenciam premissorum. Datum feria quarta ante festum Omnium Sanctorum, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

[1]) *B* „Wicglon". [2]) *B* „Hasenslap". [3]) *B Fehlt* „nos et nostri legitimi heredes".

Or. Kl. Welver 114 in doppelter Ausfertigung. An A Siegel von Pgtstr. ab; an B hängt an Pgtstr. das Siegel Gottfrieds von Rüdenberg (Westf. Siegel Taf. 27, 7).

2431.

Der Vicepropst von Soest befiehlt dem Rektor der Kirche in Körbecke, dass er seine Pfarreingesessenen unter Androhung der Excommunication ermahnen soll, die von dem sogenannten Ziegelhaus weggeführten den Soester Bürgern gehörigen Leitern, Hölzer und Latten zurück zu bringen. 1297 November 23.

Vicepreposilus Susaciensis dilecto in Christo . . rectori ecclesie de Corbeke salutem in Domino . . (Man)damus vobis sub pena suspensionis ab officio, quatenus moneatis universos vestros parochos et

ceteros quoscunque, ut, si qui ipsorum abduxerunt seu deportarunt scalas, ligna, asseres seu quecunque alia ex domo, que vulgo *Thegelhus* appellatur, oppidanis Susaciensibus pertinentes, ut dicta abducta seu deportata infra septem dies post vestram monitionem in dictam domum reducant seu reportent, alioquin ipsorum quos extunc in hiis scriptis excommunicamus, si eorum n[omina] . . scire p[otestis] n[ominatim] in s . . . alios in gen[ere] excommunicatos publice [pronuncietas] quotiescunque . . . requisitus (!) . . . Datum ipso die Clementis pape, anno Domini M°.CC^mo^. nonagesimo septimo.

Abschrift von Vorwerck in dessen Handschriftensammlung im Stdt.-A. Soest I 32 S. 146 nach dem jetzt verlorenen Orginal des Stadtarchivs (früher Rep. B. XI Miscellanea 4).

2432.

Der Marschall von Westfalen Johann von Plettenberg lässt sich für seine Ansprüche auf zwei Hufen bei Enkhausen von dem Kl. Paradies abfinden. 1297 November 29.

In nomine Domini, amen. Nos Johannes miles de Plettenbracht Westfalie marscalcus notum facimus universis presentes litteras visuris vel audituris, quod ob favorem et dilectionem, quibus conventum et sanctimoniales de Paradyso amplectimur specialem, receptis ab ipsis octo marcis denariorum de consensu et bona voluntate nostre uxoris et omnium heredum et coheredum nostrorum et domini Hermanni de Plettenbracht et Hunoldi de Plettenbracht fratrum nostrorum omne ius et servitium, quod nobis racione advocacie conpetebat et conpetere posset de duobus mansis sitis apud Eghinchusen nostre advocacie in Ebdisschinc pertinentibus dedimus et relaxavimus dicto conventui favorabiliter et amice, ita quod singulis annis nobis et nostris successoribus et heredibus dabunt de peticione advocacie in festo beati Michahelis sex solidos denariorum et non ultra et hiis datis et solutis manebunt deinceps perpetuis temporibus ab exactione ampliori liberi et soluti et ab omni serviciorum onere, que nobis de bonis advocacie nostre predicte fieri consueverunt salva nobis iurisdictione nostra in eisdem mansis et bonis de rebus furtivis et de personis de furto suspectis, si que in eis invente fuerint, de quibus iudicare poterimus, sicut de talibus in bonis advocacie nostre consuevimus iudicare. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam super hiis conscriptam dicto conventui de Paradyso contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Presentes erant: Erenfridus de Bredenole miles, Hugo canonicus ecclesie Susaciensis, Albertus de Palsole, Bruno de Bucghe tunc magistri consulum, Bertoldus de Herborne iudex Susatiensis, Theodericus monetarius, Gerlacus de Lake, Gerwinus senior de Lunen, Gerhardus de Grue, Johannes de Sunnere, Hinricus de Kefflike et alii quam plures. Datum in vigilia beati Andree apostoli, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

Or. Kl. Paradies Nr. 51. An weissen Hanffäden noch ein Rest des Siegels Johanns von Plettenberg (Westf. Siegel Taf. 194, 2).

2433.

Vor den Rathsleuten von Lippstadt leistet Friedrich von Bettinghausen dem Kl. Benninghausen Bürgschaft wegen eines Gütertausches. 1297 December 1.

Universis presentem litteram visuris ac eciam audituris nos . . consules opidi Lippensis notum esse cupimus et presentibus publice protestamur, quod constitutus coram nobis [1]) Fredericus dictus de Bettinchusen famulus recognovit, se velle et debere facere plenam warandiam de omni permutatione et concambio, quod fecit prius quam esset separatus et distinctus de bonis ad ipsum ex una parte et Henricum et Everhardum fratres dictos de Eslive ex altera spectantibus, quandocunque et ubicunque fuerit requisitus et commonitus. Et precipue faciet dictus Fredericus dominabus . . abbatisse totique conventui sanctimonialium monasterii in Benekinchusen de premissa permutatione et concambio plenam warandiam; nichilominus debebit ipsas ab omni inpetitione, que eisdem occasione huiusmodi permuta-

tionis fieri posset seu deberet, indempnes penitus conservare. Et in huius rei testimonium nos .. consules predicti sigillum nostrum ad petitionem dicti Frederici duximus presentibus apponendum. Datum in crastino beati Andree apostoli, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

[1]) *Mit anderer Tinte nachgetragen.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 77. An Pgtstr. das Siegel von Lippstadt mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 68, 6 u. 74, 7).

2434.

Kraft von Grafschaft gelobt dem Landgrafen Heinrich von Hessen als Burgmann Treue und verspricht ihm von seiner Burg Nordenau aus Beistand zu leisten gegen seine Feinde, ausgenommen gegen den Grafen Otto von Waldeck. 1297 December 3.

Ego Kraphto de Graschaph tenore presencium protestor et ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum cupio pervenire, quod illustri principi domino meo semper reverendo Heinrico lantgravio terre Hassie domino, domine mee Mechtildi lantgravie sue conthorali ac eius filiis et heredibus fide data promisi adhibito corporali sacramento presentibus quam plurimis fide dignis, fidem et fidelitatem tamquam verus legalis et legittimus castrensis observare et eis aminiculari rebus, corpore ac toto posse, fraude, dolo ac omnibus condicionibus preexceptis, contra quoslibet ipsos intendentes molestare et perturbare, necnon castro meo Nordernahe et aliis castris, quibus inposterum divina gratia me duxerit fecundandum, domino de Waldeken preexcepto, ita sane si quid dubietatis seu rancoris vel discordie inter dictos dominum meum lantgravium, dominam meam lantgraviam eius conthoralem, filios et heredes dicte domine mee lantgravie ab una parte et dominum O(ttonem) comitem de Waldeke ab altera eveniret, media persona ero nulli eorum servicium in alterum faciendo. In cuius robur presens scriptum do meo sigillo roboratum. Actum anno Domini M°CC°XCVII°, III° Nonas Decembris.

Or. St.-A. Marburg, General-Repertorium s. v. Grafschaft. An Pgtstr. das Reitersiegel Krafts von Grafschaft (Westf. Siegel Taf. 15, 2).

2435.

Der Marschall von Westfalen Johann von Plettenberg überträgt im Auftrag des Erzbischofs von Köln dem Kl. Paradies eine freie Wortstatt in der Stadt Ostervelde *(Kallenhard). 1297 December 6.*

Nos Johannes miles de Plettenbracht Westfalie marscalcus notum facimus omnibus presentes litteras visuris, quod intuitu divine remuneracionis et ob favorem et dilectionem, quibus conventum et sanctimoniales de Paradyso amplectimur specialem, ipsis porreximus et contulimus auctoritate reverendi domini nostri Coloniensis archiepiscopi in opido Ostervelde aream unam liberam de consensu ac bona et libera voluntate consulum et opidanorum inibi degencium et existencium, quam aream liberam perpetuis temporibus possidebunt, ita quod potestas iudicii secularis et mandatum preconatus eandem aream non intrabit. Sed qui gubernator eiusdem aree et domus fuerit ibidem ex parte conventus predicti, iudicabit de sua familia et suis subditis, quod unicuique conquerenti de accreditis et de debitis, in quibus tenentur, facient iusticiam expeditam. Si vero aliquis de familia ipsius homicidium vel alios excessus perpetraverit enormes, ille secundum suis excessus exigenciam per iudicii secularis potentiam secundum quod iuris fuerit, punietur. Item de dicta area quolibet anno dabunt domino nostro Coloniensi vel suis officialibus, qui pro tempore fuerint, sex denarios et duos pullos et extunc ab omni onere peticionis seu exactionis, que fieri poterunt vel que requiruntur ex parte domini nostri Coloniensis vel suorum officialium in opidanos supradictos de Ostervelde manebunt perpetualiter liberi et exempti. Attamen inhabitantes predictam aream facient vigilias cum opidanis ibidem et ad omnia[1]), que spectant ad custodiam et ad firmacionem eiusdem opidi iuvabunt et cooperabuntur cum aliis opidanis

ibidem fideliter et constanter. Ut igitur omnia supradicta rata permaneant et inconvulsa (tene)antur, presentem paginam super hiis conscriptam dicto conventui de Paradyso contulimus et dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Et nos [consules] ac opidani predicti de Ostervelde sigillum nostrum presentibus apposuimus in nostre voluntatis ac consensus testimonium ad premissa. D[atum an]no Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, in die beati Nicolai.

[1]) *Lücke im Pgt.*

Or. Kl. Paradies Nr. 52. Das Pgt. an den Faltungen theilweise zerstört. An weissen Hanffäden hängt das Siegel Joh. von Plettenberg (Westf. Siegel Taf. 194, 2). Von dem Stadtsiegel von Ostervelde (Kallenhard) nur ein Fragment erhalten, vgl. Seibertz UB. III Taf. 8, 5.

2436.

Das Kl. Wedinghausen bekundet, dass Gertrud gen. von Helewagen *in Soest für den Fall ihres Todes dem Krankenhaus des Klosters eine Rente von 4 Schillingen aus einer Wortstatt in Werl vermacht hat. 1297 December 21.*

Wigandus Dei patientia prepositus, Gerhardus prior, Sifridus supprior . . totumque collegium fratrum ac canonicorum ecclesie in Arnesberg ordinis Premonstratensis . . omnibus hanc litteram visuris salutem in Domino sempiternam. Noverint singuli ac universi tam presentes quam futuri, quod Gertrudis puella dicta de Helewagen conmorans in Susato, presenti vite pariter et future provide et salubriter consulens, conparavit ecclesie nostre predicte quatuor solidorum reditus Susatiensis monete annuatim in Pascha et in festo beati Michaelis persolvendos in Werle ex area Beninne ab Henrico filio eiusdem Beninne dicto de Osterdinge pro quadraginta uno solidis eiusdem monete, quas a nobis singulis annis in dictis terminis percipiet tempore quoad vivet: post mortem vero ipsius supradictis reditibus infirmarie nostre ad usum infirmorum perpetuo deputatis et extunc memoria ipsius, sicut alicuius fratris nostri defuncti, celebrabitur perpetuo in ecclesia nostra memorata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo conventus nostri necnon et sigillum civitatis in Werle presentibus appendi fecimus ad maiorem evidentiam veritatis. Datum et actum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo septimo, in die beati Thome apostoli. Presentes fuerunt: Lambertus dictus de Pugno plebanus in Werle, Henricus Obses, Gerhardus Crans, Volmarus de Brilon, Arnoldus de Hervordia sacerdotes et canonici in Arnesberg; item Henricus de Berdinch, Wilhelmus de Ufflen, Rudolfus de Borben, famulus dictus Raven homines bone nationis; item Wilhelmus Pistor, Hermannus dictus Gulike, Albertus villicus de Rikelinchove, Henricus Covolt, Gozwinus dictus Egebol, Hape pellifex, Theodericus Hollinchove, Goscalcus Zeppike, Henricus dictus Prosekese et Gerhardus subiudex cives opidi in Werle et alii quam plures viri fide digni.

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 77. An Pgtstr. Siegel des Propstes von Arnsberg (s. oben Nr. 2385), des Kl. Wedinghausen (Westf. Siegel Taf. 109, 8) und der Stadt Werl (ebenda Taf. 71, 5).

2437.

Der Richter und die Rathmannen von Dorsten bekunden, dass der Bürger in Dorsten Thomas Sartor dem Pfarrer Macharius in Recklinghausen eine Rente von 6 Schillingen aus seinem Haus und Wortstatt am Markt in Dorsten verkauft hat. Dorsten 1297.

Nos Wilhelmus dictus Dukere iudex in Dorstene, Johannes dictus Dunnepeper, Arnoldus et Gerlacus fratres de Erler dicti, Weszelus de Thimmerhus, Gerhardus de Ramesdorpe, Gerhardus de Kamenata, Albertus de Cubiculo, Borghardus de Borgken, Gerhardus de Molendino, Rudolfus Vinitor, Arnoldus de Molendino et Wernerus consules eiusdem opidi in Dorstene notum facimus universis presentes litteras inspecturis et audituris, quod Thomas Sartor et Metheldis uxor sua opidani in Dorstene coram nobis

in figura iudicii conparuerunt et de maturo consilio ipsorum amicorum et de consensu omnium heredum ipsorum vendiderunt domino Machario plebano in Rikelinchusen de area et domo ipsorum sitis aput forum Dorstene annis singulis in crastino Purificationis beate Marie virginis iure pensionali perpetue et iure hereditario sex solidos legalium denariorum currentium in opido Dorstene ipsi domino Machario vel suis heredibus quos constituet persolvendos. Si vero dicta domus incendio vel alquo (!) alio casu devastaretur, idem dominus Macharius vel heredes sui omnem defectum annis singulis, si quem haberent de sex solidis pensionis ipsorum in dicta area, deberent habere et requirere plenum restauramen. Acta sunt Dorstene hec coram iudicio, ubi idem Thomas, Metheldis uxor sua et omnes ipsorum heredes animo benivolo absque ulla cohertione domino Machario eosdem sex solidos iure pensionali perpetue solvere promiserunt et plenam warandiam de ipsa venditione supradicta facere sposponderunt, prout iuris est in terra. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta munimine nostri sigilli opidi Dorstene ad petitionem utriusque partis est roborata. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Recklinghäuser Ztschr. IX S. 65.

2438.

Die Tochter Heinrichs von Bynole, Regelendis, lässt sich für ihre Ansprüche auf eine Präbende im Kl. Oelinghausen abfinden. Neheim 1297.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, quod, cum ego Regelendis filia Henrici famuli dicti de Bynole olim movissem causam religioso viro . . preposito, . . priorisse et conventui ecclesie in Ůlinchusen ordinis Premonstratensis super provisione prebende mihi in eadem ecclesia per litteras apostolicas impetrata, dicta causa mediante ordinatione patrui mei Conradi sacerdotis de Bynole, Henrici Advocati tunc dapiferi in Arnesberg, Johannis de Nehem militum ac aliorum amicorum meorum per compositionem amicabilem sopita exstitit sub hac forma, quod videlicet ego predicta R(egelendis) una cum matre mea Cunegunde, Hermanno, Johanne, Henrico, Bernhardo et Antonio fratribus meis carnalibus, Jutta et Alheide sororibus meis plenum adhoc consensum prestantibus receptis ab eisdem . . preposito et conventu in Ůlinchusen decem marcis denariorum in recompensationem expensarum circa premissum negocium factarum huiusmodi gratiam mihi per litteras apostolicas indultam postposui et ei omnimode renunciavi libera voluntate eosdem . . prepositum, . . priorissam et conventum dicte ecclesie in Ůlinchusen quitos dimittendo de provisione mihi facienda in ecclesia memorata. Ut autem hec mea renunciatio et predictorum amicorum meorum ordinatio rata permaneat et inconvulsa, presentes litteras eisdem . . preposito, . . priorisse et conventui tradidi sub sigillo nobilis comitis de Arnesberg, quod ad preces fratrum et aliorum amicorum meorum est appensum, et nos comes de Arnesberg predictus rogati a dictis fratribus de Bynole et eorum amicis ad firmitatem omnium premissorum, ne inposterum per calumpniosam actionem prescripta ordinatio seu compositio interrumpi valeat, sigillum nostrum presentibus litteris decrevimus apponendum. Actum coram iudice in opido Nehem anno Domini M°.CC°. nonogesimo septimo, presentibus: Johanne dicto Slepere, Arnoldo dicto Hake, Alberone de Hunninchusen, Siffrido de Edinchusen, Israhele de Nehem, Adolfo de Bredenole, Godefrido dicto Vos, Gerhardo dicto Nagel et aliis quam pluribus.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 152. Das Siegel scheint mit Gewalt abgerissen zu sein.

Zur Erläuterung dieser Verzichtleistung dient folgende Notiz in dem Status monasterii *in Oelinghausen von 1719 (Msc. VII 5706c fol. 18 f.):* Cum autem propter famosam sororum religiosarum sanctimoniam magnus nobilium filiarum numerus . . . longe lateque illuc conflueret, multo autem plures earum con-

versatione ad ordinis habitum et institutum amplectendum allectae se offerrent quam tenuitas facultatum monasterii posset admittere, modus iste admissionis inventus est, ut cautione de pensionibus vitalitiis annuis praebendae uni aequalibus praestita praeternumerariae seu non praebendatae, nisi forsan ex eleemosynis suis dotalibus novam prebendam constituerent, tamdiu vocarentur et essent, donec prebendata aliqua per decessum suum primae ex praeternumerariis locum faceret. In caeteris autem omnibus inter has et illas nulla prorsus fuit distinctio. Contigit autem ex hac ordinatione, ut nobilis quaedam puella Degenhardis *(statt* Regelendis) de Binolen dicta, cum ob defectum mediorum a praeternumerariarum classe et sic ab ipso ingressu religionis Olinchausae exclusam se videret, sub obtentu literarum et provisionis apostolice a Nicolao papa quarto impetratae ad ordinem praebendatarum recipi praetenderet, id quod propter oppositionem praeternumerariarum gravi liti ansam dedit, quae tamen interveniente Ludovico comite Arnsbergensi anno 1292 *(muss heissen 1297)* tandem sic composita fuit, ut expensis memoratae puellae a monasterio refusis illa a praetensione sua desisteret.

2439.

Verschiedene Erzbischöfe und Bischöfe ertheilen denen, welche die Messe des Decans von s. Patroclus in Soest besuchen, einen 40tägigen Ablass. Rom 1297.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos Dei gratia Johannes Lundensis [1], Bonaventura Ragusinus [2], Basilius Jerosolimitanus [3] et Phil[i]ppus Salernitanus [4] archiepiscopi, Johannes Wintoniensis [5], Ademarus Ossensis [6], Sabbas Militensis [7], frater Romanus Crohensis [8], frater Jacobus Milopotonensis [9], Aymardus Lucerie [10], frater Bartholus Ortanus [11] et frater Ciprianus Bovensis [12] episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota beneservientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen Domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum et quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde divine gratie reddantur apciores. Cupientes igitur, ut missa domini decani ecclesie Susaciensis, Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad missam dicti domini decani in locis sacris debitis ac honestis, quandocumque celebrare vel verbum Dei predicare contigerit, accesserint et ea pia mente audierint, nos de omnipotentis Dei misericordia beateque semper virginis Marie necnon beatorum Petri et Pauli apostolorum atque omnium sanctorum auctoritate confisi quilibet nostrum quatraginta(!) dies de iniunctis sibi penitenciis, dummodo concensus(!) diocesani ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome anno Domini M°.CC°. nonogesimo septimo, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno tercio.

[1]) Lund. [2]) Ragusa. [3]) Armenien. [4]) Salerno. [5]) Winchester. [6]) Huesca. [7]) Mileto. [8]) Croja. [9]) Milopotanus? Malta? [10]) Lucera. [11]) Orta. [12]) Bova.

Or. Stift Soest-Patroclus Nr. 70. Die Siegel ab. Angehängt der Transfixbrief d. d. 1298 Juni 24 (s. unten Nr. 2481).

2440.

Graf Eberhard von Limburg und seine Gemahlin Agnes teilen den Bürgermeistern von Lübeck mit, dass der Lübecker Bürger Johannes dictus Lymborg *ihr Ministerial, „wohlgeboren" und ehelicher Geburt ist. 1297.*

Everhardus comes de Lymburg et Agnes uxor eius, viris ac honestis consulibus existentibus in Lubeke salutem cum affectu sincero. Noveritis nos(!), quod vester burgencis Johannes dictus Lymburg

noster est ministerialis, et est filius sororis domini Lamberti militis de Merche, et prefatus Jo(hannes) vester burgencis est de bono[1]) (!) progenie de patre et de matre et est de legitima tore[2]). Quod litteris presentibus protestamur.

[1]) bona. [2]) legitimo toro.

Or. St.-A. Lübeck Interna 43. Gedr. Lübecker UB. II 99. Siegel mit Rücksiegel (Westf. Siegel IV S. 28 B u. C).

2441.

Beschwerdepunkte des Grafen Ludwig von Arnsberg gegen den Erzbischof [Wicbold] von Köln wegen dessen Eingriffe in die Rechte des Grafen zu Wickede, Werl, Fürstenberg, Belecke, Kallenhardt und Warstein. [1298—1304.]

Primo proponit et dicit dominus Ludewicus comes in Arnſbergh contra dominum archiepiscopum ecclesiae Coloniensis, quod cum ipse comes fuisset dudum in quieta possessione iudicii in Wicke, quod vulgariter *gogerichte* de Wicke dicitur, quod ad ipsum spectabat et spectat iure haereditario a suis progenitoribus ad ipsum devoluto, dominus archiepiscopus eiusdem ecclesiae Syfridus ipsum comitem a dicto iudicio violenter sine aliqua ratione eiecit et spoliavit et per suos officiatos eiici et spoliari mandavit et dictam spoliationem ratam habuit; super quo, cum dictus dominus comes eidem domino archiepiscopo saepius movisset quaestionem, dictus dominus archiepiscopus Syfridus et praefatus dominus comes de communi consensu et voluntate in quatuor arbitratores seu amicabiles compositores super dicto iudicio compromiserunt, prout in rescripto superius nominato plenius continetur; qui arbitratores cum ad pronunciandum super dicta causa apud Werlam convenissent, dominus Wichboldus tunc temporis ecclesiae Coloniensis scholasticus unus de arbitratoribus predictis, videns ecclesiam Coloniensem minus iuris habere in iudicio praedicto, infecto negocio recessit, dicens quod per pronunciationem suam ecclesiam Coloniensem in nullo vellet laedere vel damnare et sic alii arbitratores sine eo pronunciare nolentes, similiter recesserunt, sic quod ecclesia Coloniensis dictum iudicium per vim adhuc detinet in grave ipsius comitis praeiudicium et gravamen. Item proponit secundo dictus dominus comes L. de Arnſbergh contra eundem dominum archiepiscopum Coloniensem, quod cum ipse, frater suus Fredericus et omnes progenitores sui fuissent et habuissent in quieta possessione medietatem iudicii in Werle et dictum oppidum in Werle situm sit in proprio fundo domini comitis praedicti, dictus dominus archiepiscopus ipsum comitem dicto iudicio violenter spoliavit et de dicto oppido Werle, quod quondam villa fuerat sita in proprio fundo domini comitis praedicti, munitum fuit, eius non requisito consensu, immo contra ipsius consensum et voluntatem et ipsius et terrae suae praeiudicium et gravamen. Et infra terminos istorum duorum iudiciorum praedictorum, ad ipsum comitem de iure spectantium, ut praemissum est, necnon infra terminos liberae comiciae dicti comitis idem dominus archiepiscopus de novo castrum construxit in monte, qui dicitur Vorstenbergh, similiter in ipsius comitis damnum et gravamen etc. Item proponit et dicit dictus dominus comes, quod ipse dominus archiepiscopus construxit tria oppida, videlicet Warsten, Bedelecke et Callenhort infra terminos suae silvae et garcinae, quae vulgariter *Vorst* dicitur, quas silvam et garcinam idem dominus comes a domino Romanorum rege tenet in foedo, quam silvam et garcinam dicta oppida inhabitantes destruunt iniuriose etc. Finis: per archiepiscopum Coloniensem minime iuste est spoliatus.

Gedruckt Seibertz UB. I 471 nach einer Abschrift des XVII. Jhs. (Herzogtum Westfalen, Landesarchiv III 57).

2442.

Beschwerdepunkte des Erzbischofs [Wicbold] von Köln gegen den Grafen [Ludwig] von Arnsberg wegen der Städte Neheim, Eversberg, der Gografschaft Schmallenberg, der Lehen des [Gottfried] von Rüdenberg und der Lehen des Wilhelm von Ardey in Wennholthausen. [1298—1304.]

Item petit archiepiscopus, quod comes de Arnesberg structuram et edificia erecta apud Nehem quod facere non debuit nec potuit infra terminos ducatus Westphalie destrui et demolliri, quia dictam structuram cum ipsum oppidum Nehem per antecessorem nunc archiepiscopi dominum Syfridum et civitates Westphalie tamquam iniuste edificatum fuisset destructum, non reedificare vel reponere abiuraverat. — Item petit archiepiscopus castrum et oppidum Eversberg similiter infra terminos ducatus Westphalie absque consensu archiepiscopi et suorum predecessorum edificatum destrui et demolliri. — Item dicit archiepiscopus, quod idem comes de Arnesberg iudicium gograviatus in Smalenborg quod est archiepiscopi iniuriose occupat et detinet minus iuste; quod iudicium idem archiepiscopus nomine suo et ecclesie sibi petit deliberari et ad illud se restitui in cuius etiam possessione pacifica et quieta dominus Syfridus antecessor suus fuit pluribus annis. — Item dicit archiepiscopus, quod idem comes de Arnesberg simile iudicium quod dominus de Rẽdenberg ab archiepiscopo et ecclesia Coloniensi et sui progenitores habuerunt in feodo sibi quodam iniusto emptionis titulo usurpavit cum tamen idem archiepiscopus dicta bona ipsi comiti inhibuerit publice et expresse, ne bona sua feodalia emeret vel sibi usurparet, maxime cum idem archiepiscopus paratus esset dare precium et valorem bonorum suorum feodalium predictorum et nichilominus idem archiepiscopus prius cum eodem domino de Rẽdenberg super certo precio ipsorum bonorum iusto emptionis titulo volens feodum suum ad se revocare, cum esset proximior tamquam dominus feodi ad emendum convenisset, ad que bona idem archiepiscopus se et ecclesiam suam petit restitui. — Item dicit archiepiscopus, quod idem comes de Arnesberg bona in Weneholthusen que Wilhelmus de Ardeye ab archiepiscopo et ecclesia Coloniensi tenuit in feodo sibi usurpavit et usurpat absque requisicione et consensu domini feodi archiepiscopi predicti, que petit sibi restitui.

Or. auf einem Pergamentblatt gr. 4⁰ im Stdt.-A. Köln Nr. 623. Regest in den Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IV S. 37.

2443.

Vor dem Gografen von Unna Thilemann Vrigdach entsagen Dietrich und Johann Rump dem Kl. Welver gegenüber auf ihre Ansprüche an die Güter in Berghausen (Kr Soest?) gegen Entschädigung an sie und ihre Schwester. Hemmerde 1297 (1298) Januar 21.

Nos Thilemannus dictus Vrigdach gogravius in Unna universis presencia visuris cupimus esse notum tenore presencium publice protestantes, quod constituti in presencia nostra Theodericus et Johannes fratres dicti Rumph sponte et libere quicquid iuris habuerunt in bonis sitis in Barichusen quondam venditis a patre eorundem in manus . . abbatisse et conventus ecclesie sancte Marie in Welvere resignarunt omnique inpeticioni et actioni renunciantes, que eis in bonis predictis conpetere posset de iure vel de facto, ita tamen quod . . abbatissa et conventus prenarrati dictis fratribus decem marcas et eorum sorori baghine unam denariorum bonorum et legalium Sůsati infra octo dies solverent et quitarent, promittentes eciam dicti fratres fide data ordinacioni predicte non contravenire verbo, facto seu alioquovismodo. Acta sunt hec coram nobis in forma iudicii in ecclesia Hemerde, presentibus discretis viris domino Johanne de Hovele, domino Menrico de Brochusen militibus; Gotfrido de Hovele canonico Monasteriensi: Alexandro et Conrado dictis de Meninchusen, Alexandro de Ervete, Godescalco de Ekenscede, Gerlaco de Medrike famulis et quampluribus aliis fide dignis. In cuius testimonium et firmitatem presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M⁰.CC⁰. nonagesimo septimo, ipso die beate Agnetis virginis.

Or. Kl. Welver Nr. 111. An Pgtstr. das Siegel Thilemanns Fridag stark beschädigt (vgl. Westf. Siegel Taf. 160, 1 ff.).

2444.

Die Aebtissin Agnes von Meschede bestätigt als Lehnsherrin die Schenkung von 15 Morgen Land bei Ampen, die Gottfried der Sohn des Soester Bürgers Eggehard bei seinem Eintritt in das Kl. Paradies diesem geschenkt hat. 1297 (1298) Januar 25.

In nomine Domini, amen. Agnes Dei gratia Meschedensis ecclesiae abbatissa omnibus presentia visuris vel audituris notitiam veritatis. Notum fore cupimus, recognoscimus et protestamur, quod, cum olim Godefridus natus Eggehardi quondam civis Susatiensis saluti animae suae consulens ad coenobium, quod dicitur Paradysus, cum uxore sua Herbarge se transtulisset, pio ductus motu quindecim iugera agrorum quae hereditario iure possidebat iacentium apud Andopen et ad nostram infoedationem pertinentium de consensu fratris sui Conradi ac legitimorum heredum suorum eidem coenobio contulit et donavit perpetuo possidenda nobis etiam tunc temporis consentientibus in id ipsum. Nos igitur predictum consensum nostrum innovantes ob favorem, quem ad idem monasterium gerimus specialem, in proprietatis sive alia quacunque[1]) ratione ecclesiae nostrae in dictis agris competebat, eidem monasterio conferimus in his scriptis volentes saepedicto coenobio de agris supradictis praestare, sicut et capitulum nostrum praestabit, ubicunque opus fuerit, perpetuo debitam warandiam. Et in huiusmodi consensus et collationis ac warandiae nostrae testimonium et firmitatem perpetuum praefato coenobio contulimus praesentes litteras nostro et capituli nostri sigillis roboratas. Datum et actum mediantibus Adolpho de Velmede decano et canonico in Meschede, Sifrido Schocke officiali ecclesiae eiusdem, Theoderico officiali abbatissae, Adolpho cognato decani, Henrico schulteto in Ebbischinck, Joanne dicto Bere, Gerwino de Andopen, fratre Hildebrando camerario in Paradyso et fratre Brunone et plurimis aliis fidedignis, in Conversione beati Pauli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

[1]) *Wohl zu lesen:* „ius propriepatis sive aliud, quod quacunque".

Abschr. in Vorwercks Handschriftensammlung I 18 S. 130 nach einer Copie.

2445.

E(verardus) comes de Marka *Schiedsrichter in dem Streit zwischen dem Grafen Gerhard VII. von Jülich und dem Erzbischof Wicbold von Köln. Andernach 1297 (1298) Februar 2.*

Gedr. Lacomblet UB. II 980, vgl. Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IV 37.

2446.

König Adolf verpfändet dem Edelherrn Engelbert von der Mark für 400 Mark den Hof Westhofen. Andernach 1298 Februar 4.

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod consideratis probitatis operibus, quibus nobilis vir Engelbertus, Eberhardi comitis de Marca filius, dinoscitur enitere, sibi in subsidium sue milicie quadringentas marcas denariorum Coloniensium, tribus hallensibus pro denario computandis, de liberalitate regia duximus largiendas, obligantes sibi pro pecunia huiusmodi curiam in Westhoven, tamdiu possidendam, quousque ei per nos aut nostros in imperio successores predicte quadringente marce denariorum Coloniensium fuerint persolute, presentium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum. Datum in Andernaco, anno Domini M°.CC°.LXXXX°VIII., indictione XI^{a}. II. Nonas Februarii, regni vero nostri anno sexto.

Or. St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark 77. An Pgtstr. das grosse Siegel König Adolfs, stark beschädigt. Gedr. Lacomblet UB. II 981.

2447.

Vor Schöffen und Rathmannen von Dortmund verzichtet Friedrich von Dortmund zu Gunsten des Kl. Paradies auf alle Ansprüche an die Güter in Alveldinchusen. *1297 (1298) Februar 8.*

Nos scabini et consules Tremonienses universis presentes litteras visuris notum facimus ac publice protestamur, quod comparens coram nobis Fredericus filius quondam domini Herbordi militis de Tremonia expresse fatebatur, quod, cum legitimis documentis sibi esset demonstratum, renunciacionem et resignacionem bonorum dictorum Alveldinchusen pertinencium monasterio dicto ad Paradysum prope Susatum a patre suo predicto et veris heredibus suis olim rite et racionabiliter esse peractam, prout instrumenta super hoc confecta evidenter declarant, ipse impeticioni seu allocucioni, quam claustralibus dicti monasterii fecerat, totaliter supersederet nec aliquod ius, cum nullum haberet, sibi in dictis bonis de cetero vendicaret, protestans, quod si Hugo de Methlere sororius suus vel alius quicunque pretextu et occasione sui dictum monasterium vel claustrales de bonis huiusmodi impetere vel inquietare presumeret quoquo modo, ad hoc nullam warandizationem preberet, sed irritum et inane utpote iuri contrarium duceret, si quid ex parte sui a quovis contra sepedictum monasterium foret in bonis huiusmodi attemptatum. Que omnia premissa, sicut audivimus, ita tenore presencium cum sigilli nostri appensione declaramus. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, VI°. Ydus Februarii.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 21.

2448.

Vor Bürgermeister und Rath von Brilon verzichtet der Arzt Johann gen. Jude mit seinem Bruder Hermann auf Güter in Berwich zu Gunsten des Kl. Welver. Brilon 1297 Februar 19 (1298 Februar 11).

Universis, ad quos presentia pervenerint . . nos . . magister consulum, consules totaque universitas oppidi Brilonensis salutem. Constitutus[1]) in nostra presencia . . Johannes dictus Judeus medicus, noster coopidanus, filius quondam . . Johannis medici de Susato resignavit pro se et pro fratre suo Hermanno necnon pro suis heredibus legitimis bona in Berewic sita cum omnibus suis adherentibus coram nobis in manus . . abbatisse et conventus claustri in Welvere et renunciavit omni proprietati, quam habuit in eisdem, promittens et promisit, quod, si frater suus seu sui heredes legitimi dictum claustrum in posterum vellent inpetere pro bonis memoratis, extunc predictus . . Jo(hannes) deberet dictam abbatissam et conventum ab omni actione quitos facere et indempnes. In cuius rei testimonium sigillum nostri oppidi in Brilon duximus presentibus apponendum. Datum et actum Brilon anno Domini M°.CC°. nonogesimo[2]) septimo, feria tercia post dominicam Exurge.

[1]) *Dahinter* „coram" *ausgestrichen.* [2]) *Darunter noch* „ss" *erkennbar.*

Or. Kl. Welver Nr. 112. Das Siegel der Stadt von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. I 467.

2449.

Bürgermeister und Rath von Soest verkaufen eine ursprünglich zur Allmende gehörige Wiese bei der Feldmühle gegen einen jährlichen Zins ihrem Mitbürger Dietrich de Capellis, welcher Zins den Vorstehern von Grosse Westhoven zu entrichten ist. 1297 (1298) Februar 14.

Omnibus presens scriptum visuris vel audituris nos Bruno de Bůcge et Albertus de Palsode proconsules et totum consilium opidi Sůsaciensis, ut ea que per nos rationabiliter acta sunt nulli nostrorum posterorum dubium generent, sed ut debitam sortiantur firmitatem, notum fore cupimus dilucide protestantes, quod nos de bona voluntate et de unanimi consensu nostri ac omnium quorum consensus erat

requirendus, diligenter provisa nostri opidi utilitate, pratum nostrum quod primitus iuris publici quod *waldemene* dicitur existebat situm ante molendinum dictum Veltmoele et amnem ex opido nostro fluentem utrimque attingens legitime locavimus et vendidimus Theoderico dicto de Capellis concivi nostro et suis heredibus perpetuo possidendum, ita quod de eodem amministrabunt opido nostro singulis annis pensionem decem et octo solidorum denariorum usualium, cuius pensionis dimidietas in festo Pasche, reliqua vero dimidietas in festo beati Mychaelis perpetuo est solvenda. Et in huius contractus testimonium et firmitatem perpetuam eidem Theoderico et suis heredibus contulimus presens scriptum sigillo nostri opidi communitum. Et licet supra scriptum sit, quod dicta pensio sit opido nostro ministranda tamen ipsa est concivibus nostris illis qui presunt Magnis Westhoven specialiter singulis annis presentanda. Testes eciam huius sunt: Gerlacus de Lake, Theodericus Monetarius, Gothmarus de Medebeke, Regenbodo Gotus, Henricus de Herincgen, Henricus de Keflike, Wernherus Rufus, Johannes de Colonia, Dytmarus de Medebyke, Godscalcus de Honschede, Gerwinus de Lunen iunior, Henricus de Lake, Albertus Rebbere, Johannes de Medebeke, Godefridus de Molendino, Wigmannus de Vlerike, Arthurus Cerdo, Radolfus de Vrowendorpe, Henricus de Alta porta, Syfridus Scotto et totum consilium opidi nostri prenotati. Actum et datum in festo beati Valentini martiris, anno Domini M°.CC^{mo}. nonagesimo septimo.

Or. Fürstl. Hatzfeldtsches Archiv in Trachenberg i. Schl. Nr. 10. An Pgstr. das Siegel der Stadt Soest (Westf. Siegel Taf. 76, 1).

2450.

Officialats-Transsumt einer Indulgenz Erzbischofs Wicbold von Köln für die Minoriten in Soest. 1298 Februar 12 und 24.

Universis presentes litteras inspecturis . . officialis curie Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis nos litteras reverendi patris et domini nostri Wicboldi arciepiscopi (!) Coloniensis vidisse et legisse non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte sui viciatas in hec verba: Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilectis in Christo ministro, custodibus et guardianis Fratrum minorum Coloniensis dyocesis salutem in Domino sempiternam. Cum omnium et singulorum, quorum curam gerimus, consolationi et saluti per nos ipsos, prout expediret, intendere ad plenum minime valeamus, licet ipsorum toto cordis affectu continuum salutis desideremus in Domino incrementum viros tales per quos fideles in bono foveantur proposito in fide firmentur Christiana et a peccatorum erroribus revocentur necesse habemus in parte nostre sollicitudinis advocare. Nos igitur de vestra discretione plenam in Domino habentes fiduciam vobis in remissionem iniungimus peccatorum, quatinus in confessionibus, exhortationibus et predicationibus ad supportandum onera nostra studeatis fideliter ac sollicite laborare, concedentes vobis, ut vos et illi fratres quibus hoc officium committendum duxeritis, possint fidelium confessiones audire et absolvere confitentes ac penitencias iniungere salutares, excommunicatis a nobis exceptis, falsariis etiam et usurariis manifestis. Concedimus etiam singulis ad vestros et fratrum vestrorum sermones convenientibus quadraginta dies indulgenciarum, quotiens eisdem duxeritis predicare. Precipimus insuper auctoritate presencium universis plebanis et vicariis eorum, ne vos ullomodo molestare presumant, quominus predicta officia vobis commissa exequi libere valeatis. Datum XIII. Kalendas Marcii, anno Domini M°CC^{mo} nonagesimo septimo. Quocirca vobis singulis et universis et precipue ecclesiarum rectoribus civitatis et dyocesis Coloniensis predicte in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, ne dictos fratres in premissis contra huiusmodi indultum et alia sedis apostolice privilegia eisdem concessa turbare, impedire vel quomodolibet liberius molestare presumatis taliter in hiis vos habentes, ne ad querimoniam dictorum fratrum contra vos pro-

cedere acrius compellamur. In cuius rei testimonium sigillum nostre officialitatis presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°CC^mo nonagesimo septimo, in die beati Mathie apostoli.

Or. Soest, Minoriten u. Dominikaner 22. Siegel von Pgtstr. ab.

2451.

Dietrich I. Herr von Volmestein erklärt seine Zustimmung dazu, dass Dietrich gen. Moyliken sein Burgmann zwei Erben in Rapen, die er von ihm zu Burglehen hatte, an das Kl. Flasheim verkauft hat, nachdem dieser ihm die von dem Dortmunder Bürger Ludolf gen. von Culpe erworbenen Güter zu Schülinghausen zu Burglehen aufgetragen hat. Volmestein 1297 Februar 19 (1298 Februar 18).

Nos Thidericus miles dominus de Volmesteyne, Conegundis nostra uxor, Hinricus et Thidericus nostri filii priores, Lutgardis, Sophia, Conegundis et Metheldis filie nostre et Conegundis nostre uxoris predicte et omnes nostri veri heredes notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis et audituris, quod Thidericus miles dictus Moyliken noster castrensis, Edelendis sua uxor legitima, Goswinus, Thidericus, Rotgerus et Herebordus sui filii et Methildis uxor Goswini supradicti et omnes ipsorum heredes tam masculi quam femine animo benivolo absque ulla cohertione vendiderunt domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre et toti conventui beate Marie in Vlarshem Coloniensis dyocesis duas domus cum omnibus ipsarum attinentibus et utilitatibus, prout site sunt Rapene in campis, pratis, silvis, nemoribus, molendinis, aquis et piscinis, videlicet unam domum Rapene sitam, quam Hermannus inhabitat et colit, ipsum Hermannum colonum, Gertrudim suam uxorem, Johannem, Hinricum, Theodericum, Riquinum filios ipsorum, Hildegundem et Gertrudem filias ipsorum et reliquam domum, quam Vrowinus inhabitat et colit sitam ibidem Rapene, ipsum Vrowinum colonum, Gertrudem suam uxorem, Johannem, Vrowinum filios ipsorum et Emescen filiam ipsorum; supradictas duas domus cum omnibus ipsarum attinenciis et utilitatibus, prout site sunt Rapene, et cum hominibus antedictis, prout nominati sunt, prefato domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre totique conventui beate Marie in Vlarshem liberaliter et perpetue pro liberis et quitis prediis permanenda. Et quia eadem bona et homines predictos in feodo castrensi a nobis idem Thidericus miles dictus Moyliken et sui heredes tenebant, nos freti sano consilio nostrorum fidelium amicorum, inclinati precibus ipsius Thiderici militis dicti Moylikes et suorum heredum ac amicorum suorum cum equipollenti concambio dedimus supradicto domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre et toti conventui beate Marie in Vlarshem Coloniensis dyocesis supradictas duas domus sitas Rapene in iudicio Rikelinchusen cum omnibus ipsarum attinenciis et utilitatibus, cum molendinis et domunculis et hominibus prememoratis pro libero et quito predio perpetue permanendum, recipientes in locum eorundem bonorum et hominum predictorum a Thiderico milite predicto dicto Moyliken et ab omnibus suis heredibus bona ipsorum sita Sculinchusen et agros ipsorum, quos emerunt contra Ludolfum dictum de Culpe civem Tremoniensem, que bona et agri ipsorum erant predia quita, vice versa ipsi Thiderico militi predicto dicto Moyliken et suis heredibus eadem bona sita Sculinchusen et agros prefatos perpetue in feodo castrensi permanenda, que bona et agros ibidem de maturo consilio nostrorum fidelium amicorum eidem Thiderico militi dicto Moyliken et suis heredibus eodem iure quo alia bona vendita a nobis tenebant perpetue ipsis permanenda contulimus. Et sic nos Thidericus dominus de Volmesteyne et nostri veri heredes de maturo consilio discretorum virorum et proborum bona sita Rapene videlicet duas domus predictas cum omnibus ipsarum attinenciis et utilitatibus et homines predictos, prout superius narratum est, idem Thidericus miles dictus Moyliken, Edelendis sua uxor, Goswinus, Thidericus, Rotgerus et Herebordus ipsorum filii et Metheldis uxor Goswini supradicti et omnes ipsorum heredes animo benivolo absque ulla cohertione ore et manu in nostras manus et nostrorum heredum resingnaverunt et effestucaverunt et ad petitionem ipsius Thiderici militis dicti Moylikes et omnium heredum suorum tam masculorum quam feminarum

easdem duas domus cum molendinis et domunculis et cum omnibus ipsarum attinentiis et utilitatibus, prout site sunt Rapene, integraliter iure hereditario et homines prenominatos pro iusto predio et quito dedimus domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre et toti conventui beate Marie in Vlarshem Coloniensis dyocesis perpetue permanenda et promisimus nos Thidericus miles dominus de Volmesteyne et omnes nostri veri heredes supradicti una cum Thiderico milite dicto Moyliken et cum omnibus suis heredibus prefatis supradictis domino Jacobo cellerario, domine Gostue magistre et toti conventui beate Marie in Vlarshem Coloniensis dyocesis de omnibus hominibus et bonis sitis Rapene et attinentium ipsarum duarum domorum, prout superius sunt expressa et nominata, plenam facere warandiam. Actum Volmesteyne coram nobis. Presentes erant in testimonium premissorum ex utraque parte ad hoc vocati: Winemarus dictus Husman, Gerhardus dictus Scul, Stephanus de Osberg, Hermannus dictus Kebbe, Goswinus de Erleberg, Albertus de Erinchusen, Gelies dictus Golebir et alii quam plures viri fidedigni. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, feria tercia ante festum beati Mathie apostoli. Et hec nos tenore presentium sub munimine nostri sigilli, quod presentibus ad evidentiam maiorem et ad petitionem utriusque partis est appensum, protestamur. Actum et datum ut supra.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das Siegel Dietrichs von Volmestein (Westf. Siegel Taf. 39, 8).

2452.

Vor dem Gografen und den Rathmannen von Unna verkauft Johann gen. von Uelzen den beiden Schwestern, Wildrud und Gertrud, die Beginen in Dortmund sind, eine Rente von einer halben Mark aus dem Hof in Uelzen, die nach dem Tod der Schwestern an die Minoriten in Dortmund fallen soll. 1297 (1298) Februar 22.

Nos Theodericus gogravius et universitas consulum oppidi in Unha notum facimus omnibus presentia visuris, quod Johannes dictus de Ulfersne constitutus coram nobis de consensu uxoris sue Margarete ac heredum suorum Lodewici, Goscalci et aliorum acceptis quinque[1]) marcis Tremoniensibus vendidit Wildrudi et Gertrudi sororibus carnalibus begginis Tremonie commorantibus ex curia sua Ulfersne dimidiam marcam denariorum Tremoniensium perpetuo possidendam, quam villicus dicte curie quicumque fuerit de pensione domini sui in domum begginarum, que dicitur domus Wildrudis in festo Mychahelis hyemalis vel infra octavam(?) eiusdem non differet presentare tali tamen condicione adiecta, quod eadem pensio annua ad fratres Minores Tremonie commorantes post mortem dictarum sororum libere et integraliter devolvatur [nec al]iquis amicorum vel consanguineorum earundem [in dicta] pensione sibi unquam aliquid iuris vel proprietatis ascribere poterit vel habebit. Cum vero aliqua dictarum sororum mortua fuerit, pars media pensionis predicte ad fratres, ut dictum est, devolvetur et tunc dictus Johannes vel sui heredes porcionem mortue reemere debent a fratribus pro tali pecunia, quam illa que mortua est, exposuerat pro iam memorata sepius pensione et eodem modo fiet altera decedente, nec beggine nec fratres alicui vendere poterunt dictam pensionem nisi Johanni predicto et suis heredibus et uxori, qui in reemtione tali mediam partem pecunie uno anno et aliam partem alio anno exponent, ita quod infra duos annos dabunt totam pecuniam exponendam. Si autem dictus Johannes vel heredes sui vel villicus dicte curie in solutione fuerint neggligentes, dicte beggine avidius recipere poterunt cum dampno predictorum Johannis et heredum suorum et sine molestia pecuniam se ex debito contingentem. Huius rei testes tunt: Johannes Vriegrave, Conradus de Meninchusen, Henricus Sprenge, Werenboldus, Hermannus Mustart, Thomas Schele, Thilemannus Cruwel et alii quam plures. Ut autem hec rata permaneat (!), presentem paginam sigillorum nostrorum munimine communimus. Datum et actum anno Domini M°. CC°. nonagesimo septimo, in Cathedra sancti Petri.

[1]) *Dahinter* „acceptis" *wiederholt.*

Nr. Kl. Fröndenberg Nr. 52, sehr beschädigt. Die Siegel von Pgtstr. ab.

2453.

Vertrag zwischen Graf Eberhard von der Mark und Graf Wilhelm von Berg über die wechselseitige Rechtspflege. (1298 Februar 23) 1297 März 3.

Nos Everhardus comes de Marca ad universorum notitiam volumus et cupimus pervenire, quod nos cum nobili viro Wilhelmo comite de Monte sororio nostro dilecto, ut amicitia inter nos dudum habita in statu firmiori stet et maneat et ut nulla materia questionis inter nos et nostros ex una parte et Wilhelmum comitem predictum et suos ex altera deinceps quomodolibet oriatur, tale invicem pactum et foedus fecimus et talem ordinationem inivimus et ordinamus, ita quod nostri officiati neque nos ab hominibus ipsius comitis de Monte predicti nullos prorsus denarios ratione iudicii recipere vel requirere debemus, sed iustum iudicium unicuique faciemus, nam si de aliquo agitur, qui pro culpa sua vicini[1]) demeruit, de ipso et cum ipso secundum iustitiam terre nostre procedatur; si de debitis agitur, ita quod reus ipsa debita fatetur, extunc solvet ea temporibus debitis; sin autem diffitetur, iustitiam terre nostre faciat pro eisdem, si unquam de re illa agitur ..... iuste iudicetur taliter quidem, quod nulli denarii ab ipsis hominibus et comitis de Monte aliquatenus recipiantur. Si vero ambiguitas sive dubium aliquod interveniret, quominus iudices iudicare non possent, vel aliqua causa qualiscumque fuerit inter nos hinc et inde oriretur, eligimus et statuimus pro parte nostra Anthonium de Stedinge[2]) et Theodericum de Wickede milites, ipse vero de Monte pro parte sua Philippum de Werdena et Brunonem de Garderode milites, qui postquam huiusmodi dubium vel error aliquis ortus fuerit, infra octo dies convenient et hunc dubium et errorem super iuramentum eorum cum iustitia complanabunt; imo[3]) quidem ex eis mortuo alter sui loco ab illo de cuius parte est infra mensem statuetur. Ut autem hec omnia maneant firma et stabilia, presentem litteram predicto comiti de Monte dedimus sigilli nostri munimine roboratam, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, dominica qua cantatur Invocavit.

1) „vitam"? 2) *Statt* „Scedinge". 3) *Statt* „uno".

Gedr. Kremer, Akad. Beitr. III 201.

2454.

Erzbischof Wicbold von Köln verlegt das Kloster Quistelberg nach Glindfeld. Brühl 1297 (1298 März 12).

Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis in Christo preposito, priorisse et conventui cenobii beate Marie in Quistelberg salutem in Domino sempiternam. Pastoralis officii nostri sollicitudo nos ammonet et requirit, ut nostris subditis, maxime his, qui in sortem Domini sunt electi, utilitatem et commodum in spiritualibus et temporalibus preparemus. Cum igitur fidedigna nobis sugesserit relatio, quod vestrum cenobium iam dictum ex eo, quod in loco aspero et incommodo situatum existat et nihilominus in suis structuris et edificiis miserabiliter est collapsum, gravem iacturam et quasi irrecuperabilem in temporalibus et spiritualibus patiatur, ita quod ad sui restructionem et reparationem proprie non suppetunt facultates propter loci predicti asperitatem et inconvenientiam, ut est dictum. Cupientes itaque vestris commoditatibus et dispendiis quantum in nobis est, paterna sollicitudine prospicere et in omnibus precavere, decrevimus idem vestrum cenobium cum personis inibi Deo famulantibus ad locum alium uberiorem, videlicet ad villam Glyndvellt de prelatorum nostrorum consilio fore transferendum, ubi universa rerum necessaria pro vobis et cenobio vestro longe facilius habebuntur. Quocirca venerabili in Christo abbati monasterii Graschaft damus tenore presentium in mandatis, ut una cum viris nobilibus Johanne de Bilstein et Henrico de Ittere fidelibus nostris, quibus hec iniunximus oraculo vive vocis, auctoritate nostra vos et cenobium vestrum predictum ad villam prenominatam transferat et transponat et personas vestras ibidem faciat Domino

famulari et in omnibus vestris negotiis et agendis assistat, prout fuerit oportunum. Datum Broyle in die beati Gregorii, anno Domini millesimo CC°. nonagesimo septimo.

Nach einem jetzt nicht nachweisbaren Kopiar gedruckt bei Seibertz UB. I 469. Regest Msc. II 40 S. 590 und Wigands Archiv VII 96.

2455.

Vor dem Richter und den Rathmannen von Recklinghausen verkauft Gerhard gen. Stute an Conrad von Speckhorn eine Rente aus seinem Erbe und Wortstätte (in Recklinghausen?). 1297 März 24 (1298 März 16).

Nos Hinricus dictus de Ulenbroke iudex in Rikelinchusen, Ludolfus de Alta Domo, Gerhardus de Bachem dictus, Hinricus Uppenberge, Rotgerus dictus Scrodere, Hinricus Grutere, Johannes mitten Weggen dictus, Gerhardus Vrode, Udo in Foro, Johannes Meygreve, Conradus de Honhus, Hinricus filius domine Odradis et Thidericus filius Hermanni dicti Sartoris consules opidi Rikelinchusen notum facimus universis presentem litteram inspecturis et audituris, quod Gerhardus dictus Stute et Elisabet uxor sua de sano consilio et consensu omnium heredum ipsorum vendiderunt Conrado filio Aleydis de Spechorne dicte ex domo et area ipsorum iure hereditario et iure pensionali sex solidos legalium denariorum currentium in opido Rikelinchusen annis singulis et perpetue ipsi Conrado de Spechorne et omnibus suis heredibus persolvendos et eosdem sex solidos idem Gerhardus dictus Stute et Elisabet uxor sua et omnes ipsorum heredes tam mas[culi] quam femine animo benivolo absque ulla cohertione coram nobis in figura iudicii Rikelinchusen resingnaverunt et effestucaverunt et promiserunt perpetue et iure pensionali eosdem denarios ipsi Conrado vel suis heredibus annis singulis in crastino beati Martini persolvere. Si vero eadem domus incendio vel vetustate destrueretur, semper de ipsa area singulis annis sex solidos ipsi Conrado vel suis heredibus quicumque eandem aream possideret solvere deberet. Acta sunt hec et stabilita et[1]) per sentenciam supradicti iudicii. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta sigillo opidi Rikelinchusen ad petitionem utriusque partis est roborata. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, die dominica qua cantatur Letare.

[1]) *Das „et" zu streichen.*

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel der Stadt Recklinghausen von Pgtstr. ab. Der Aufschrift von einer Hand des XVI. Jhs. auf der Rückseite zufolge gehört die Urk. in das Flasheimer Archiv.

2456.

Der Edle Simon von der Lippe übereignet dem Kl. Benninghausen die Güter des Everhard Boleken in Jüchenhövel. Lippstadt 1297 April 9 (1298 April 1).

Ea, que racionabiliter acta sunt, veritatis debent testimonio roborari. Hinc est, quod nos Symon nobilis dominus de Lippia universis presencium inspectoribus vel auditoribus notum esse cupimus presentibus protestantes, quod de consilio et consensu omnium nostrorum heredum, precipue divine remuneracionis necnon instancie Everhardi Boleken nostri castellani intuitu proprietatem cuiusdam boni siti in Judekenhovele, quod idem Everhardus a nobis iure tenuit feodali, conventui sancte Marie in Benekinchusen tradidimus et assignavimus favorabiliter perpetuo possidendam. Cui donacioni intererant: Johannes domicellus nobilis de Arnsberg, Lippoldus de Etlen miles, Fredericus de Hurdede, Everhardus Boleke et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus

apponendum. Datum et actum in civitate Lippensi, anno Domini M°.C°C°. nonagesimo septimo, feria tercia post festum Palmarum.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 74 An Pgtstr. das Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel (Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. 1 Taf. 18).

2457.

Hermann von Ense gewährleistet dem Kl. Oelinghausen den Besitz an den Gütern to den Eschen, *die ihm sein Schwager Heinrich gen. Hanebick überlassen hat. 1297 April 10 (1298 April 2).*

Ego Hermanus famulus dictus de Ense protestor et per presentes litteras publice recognosco, quod, dum sororius meus Henricus dictus Hanebik una cum uxore sua Clarissia et pueris suis Wichardo, Henrico, Thiderico, Everhardo, Godefrido, Gertrude et Sophia, libere resignasset proprietatem bonorum to den Eschen et penitus quicquid iuris eos contingeret in eisdem bonis seu proprietate et hoc actum fuisset anno Domini M°.CC°. nonogesimo septimo, feria quarta ante festum Pasche presentibus Alberto de Palsole et Wichmanno de Herevorde tunc magistris consulum in Sosato, Bertoldo de Hereborne tunc iudice ibidem, Regenboden dicto Gote, Helmico Clerico de Puteo, Gerwino de Andopen et dicto Hake ibidem, Johanne de Puteo, Hermanno de Ruden, Hermanno dicto Dukere, me et fratre Johanne celerario in Ůlinchusen et aliis quam pluribus presentibus eciam nepotibus meis Conrado dicto Keygelere et Conrado filio fratris mei Wichardi militis et Gobelone dicto Dobbere et cum ego proprietatem dictorum bonorum in Eschen taliter resignatam dedissem Wescelo de Ervete et suis heredibus in restaurum seu recompensationem proprietatis decime in Robertinchusen, quam idem Wescelus contulit ecclesie in Ůlinchusen libere et absolute, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, obligavi me et obligo per presentes una cum fratribus meis Henrico, Antonio, Thiderico et Conrado et promisimus ecclesie in Ůlinchusen supradicte, quod si inposterum quocumque casu contingente aliquis defectus seu qualecumque impedimentum in permutatione dictarum proprietatum occasione eorumdem bonorum in Eschen emerserit, talem defectum seu impedimentum absque dampno et molestia nominate ecclesie in Ůlinchusen omnimodis deponemus. In huius itaque rei evidenciam pleniorem et firmitatem perpetuam presens scriptum dicte ecclesie contuli; quod, quia sigillum per me non habui, sigillo fratris mei Antonii pecii communiri. Datum et actum anno Domini quo supra.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 153. An Pgtstr. Siegel des Antonius von Ense (Westf. Siegel Taf. 158, 1).

2458.

Die Aebtissin Agnes von Meschede trägt Gerhard von Rüden Güter in Schmerlecke zu Eigen auf und empfängt dafür von diesem solche in Lederischelo *bei Lippstadt. 1298 zwischen April 6 und Mai 25.*

Universis presentes litteras inspecturis Agnes Dei gracia secularis ecclesie in Meschede abbatissa salutem et cognoscere veritatem . Noveritis, quod nos de pleno consensu nostri capituli seu conventus ac de sano et maturo nostrorum fidelium consilio proprietatem curtis cuiusdam site apud Smerlecke, quam quidem curtem Gerardus dictus de Ruden castellanus ibidem a nobis in feodo tenuit, ipsi Gerardo contulimus et conferimus per presentes. Cum idem Gerardus de consensu . . uxoris sue et de permissione omnium et coheredum et heredum ipsius nobis et nostre ecclesie predicte proprietatem agrorum sitorum apud oppidum Lippense dictorum Lederischelo loco proprietatis curtis antedicte contulerit simpliciter et expresse et dictos agros loco curtis supradicte a nobis et ecclesia nostra inperpetuum tenere debeat et sui successores seu heredes tenere debeant in feodo libero et soluto. In testimonium autem premissorum et cuiuslibet predictorum sigillum nostrum una cum sigillo ecclesie nostre Meschedensis

presentibus est appensum. Datum anno incarnationis Dominice millesimo ducentesimo nonogesimo octavo, infra sollempnitates festorum Pasche et Pentecostes.

Or. Kl. Benninghausen Nr. 78. An Pgtstr. die Siegel 1) der Aebtissin Agnes (Westf. Siegel Taf. 128, 2) und 2) des Convents von Meschede (ebenda Taf. 9, 2).

2459.

Everhard von Hove verzichtet dem Kl. Oelinghausen gegenüber auf alle Anrechte an der Brücke zu Swydinchusen *u. A.* Marsvelde *1298 April 14.*

Universis presens scriptum visuris ego Everhardus dictus de Hove notum facio, quod ego cum consensu et bona voluntate omnium heredum et coheredum meorum super omnibus questionibus, impetitionibus et causis, quas hactenus habui contra relligiosas personas . . priorissam et conventum in Ůlinchusen, habui et specialiter super ponte in Swydinchusen et super decorticatione quercuum, quam fratri Godefrido converso de Vrenkenmůlen imposui, ac super pignoribus captis per me, que dicuntur *scůttynge*, et michi ab amicis dicti conventus ablatis ac quibuscumque aliis, michi nichil aut meis heredibus ex premissis questionibus reservans dictos . . priorissam et conventum ac conversos in Ůlinchusen quitos in hiis scriptis perpetuo dimitto penitus et solutos, renuntians in manus fratris Johannis cellarii, Ertmari camerarii et Godefridi predicti nomine dicti conventus simpliciter et absolute omni iuri, si quod michi in premissis conpetebat aut inposterum conpetere posset in eisdem. In cuius rei testimonium presens scriptum, quia sigillo proprio careo, sigillo Anthonii de Ense dapiferi Arnesbergensis prefato conventui tradidi communitum. Testes sunt: Godefridus vir nobilis de Rudenberg, Gervasius iudex in Nehem, Johannes Slepere, Goswinus de Voswinkele, Wichardus Balke, Arnoldus Hake, Sifridus de Wenninchůsen, Wilhelmus Hasso, Wilhelmus Schekel, Hermannus Vorstenberg et Stephanus Balistarius. Facta sunt hec ante pontem Marsvelde anno Domini M°.CC°. nonogesimo octavo, in crastino dominice Quasi modo geniti.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 154. An Pgtstr. das Siegel des Antonius von Ense (Westf. Siegel Taf. 158, 1).

2460.

Wilhelm von Ardey verkauft dem Kl. Scheda Eigenhörige. 1298 April 15.

Ne ea, que contingunt in tempore per lapsum temporis evanescant, necesse est, ea que geruntur in tempore litterarum munimine perhennari. Hinc est, quod nos Wilhelmus de Ardeya una cum consensu et bona voluntate Jutte uxoris nostre, Henrici et Wilhelmi filiorum nostrorum, Katerine filie nostre necnon et aliorum coheredum nostrorum vendidimus ac publice resignavimus in manus domini Ywani prepositi et conventus monasterii Scheydensis Johannem, Henricum et Lutherum pro quinque marcis Sůsatiensium denariorum iure proprietatis perpetuo possidendos. Ne autem huiusmodi venditio in irritum duci valeat, sigillo nostro una cum sigillis venerabilium virorum videlicet dominorum de Arnesbergh et de Růmbike prepositorum presentem fecimus paginam communiri. Presentes aderant: de Arnesberg et de Růmbike domini prepositi supradicti, Gerhardus prior, Albertus rector scolarum sacerdotes et canonici ecclesie in Arnesberg; Godefridus dictus de Růdeberg nobilis, Henricus advocatus de Elsepe milites; Theodericus de Hammone dictus Bembere, Wilhelmus dictus Scekel homines bone nationis et alii quam pl[ures viri fide digni]. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, in crastino Tyburtii et Valeriani martirum.

Or. Kl. Scheda Nr. 11. Die Siegel von Pgtstr. ab.

2461.

Simon Edelherr von der Lippe bestätigt dem Kl. Lippstadt alle Schenkungen seiner Vorfahren. 1298 April 22.

Nos Symon nobilis vir et dominus de Lippia universis presentem litteram visuris ac eciam auditturis recognoscimus et protestamur publice in hiis scriptis, quod omnes donationes quas fecerunt predecessores nostri bone memorie parentes, avi et propinqui nobiles viri domini de Lippia monasterio Lippensi in areis, agris, curtibus, pascuis, pratis, silvis, in molendino sito in dicto opido nostro Lippensi iuxta camenatam nostram, in possessionibus et libertatibus quibuscunque cum omni heredum nostrorum consensu ratas habemus et habebimus et eas ratificamus per presentes; unde inhibemus universis et singulis officiatis nostris, ne contra predictas donationes nostras aliquid attemptare presumant. Renunciamus nichilominus pro nobis et nostris successoribus omnibus exceptionibus et defensionibus iuris vel facti, que nobis vel cuiquam ex nostris contra has donationes nostras possent seu deberent aliquatenus suffragari. Et in huius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum feria tercia post dominicam qua cantatur Misericordia Domini, anno Domini M°. ducentesimo nonagesimo octavo.

Or. Stiftsarchiv Lippstadt. Siegel mit Rücksiegel an Pgtstr. (Preuss u. Falkmann Taf. 18). Gedr. von Steinen, Westf. Gesch. IV 1013. Regest Preuss u. Falkmann 459.

2462.

Dietrich gen. Vridach Gograf in Unna bekundet, dass der Streit zwischen dem Kl. Fröndenberg und den Brüdern gen. Plathere wegen der Güter in Ostbühren und Uelzen beigelegt sei. 1298 April 23.

Universis hanc litteram intuentibus ego Theodericus dictus Vridach, gogravius in Unna notum facio et tenore presencium protestor, quod omnis discordia orta inter . . conventum de Vrendeberge ex una parte et Theodericum et Conradum fratres dictos Plathere ex altera super bonis sitis Ostburen et Ulfersen seu de causis quibuscumque coram me in figura iudicii totaliter est sopita. Hii presentes fuerunt: Johannes vrigravius de Aslen, Thylemannus in Massenstrate iudex tunc temporis in Unna, Thidericus de Sulde, Henricus de Buren, Robertus de Sunthaven et alii quam plures. In cuius rei testimonium sigillum meum ad petitionem dictarum parcium presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo octavo, in die beati Georgii martiris.

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 53. Das Siegel von weissen Hanffäden ab.

2463.

Mit Genehmigung Wessels von Erwitte verkauft Hermann von Ense den Zehnten in Robringhausen, welchen dieser von jenem zu Lehen trug, an das Kl. Oelinghausen und lässt dafür das Eigenrecht über Güter in Eschen seinem bisherigen Lehensherrn auf. 1298 April 23.

Universis[1]) presentes litteras inspecturis vel audituris Wezelus de Ervethe in perpetuum cognoscere veritatem. (U)t[2]) ea que tam per me quam coram me racionabiliter acta sunt debitam et perpetuam sorciantur firmitatem et nulli hominum questionis materiam preparent in futurum, notum fore cupio dilucide protestando, quod ad meam venientes presenciam et constituti coram me Hermannus de Enze, Gysela eius uxor, Conradus, Elizabet, Clara et Jutta liberi eorundem publice recognoverunt, quod' de consensu omnium coheredum et amicorum suorum, quorum consensus erat requirendus, decimam suam sitam Robertinchůsen, quam ipsi de manu mea in feodo tenuerant absoluto, cum universis eiusdem

decime appendiciis pro certa pecunie summa sibi numerata, tradita et plene soluta legitime vendidissent . . preposito, . . priorisse et conventui monasterii de Olinchůsen perpetuo possidendam dictique coniuges et liberi dictam decimam ad manus meas libere et absolute resignantes petiverunt, ut eandem decimam cum universis eius appendiciis michi resignatam recognoscerem et proprietatem eiusdem decime donare dignarer . . preposito, . . priorisse et conventui memoratis. Ego vero precibus eorundem petencium iuste motis ac predicto contractui plenum consensum adhibens, de pleno consensu et voluntate domine Sophie uxoris mee, Wezeli, Theoderici, Radolphi, Godefridi, Hadewigis, Sophie et Mechteldis liberorum meorum et aliorum, quorum consensus erat requirendus, proprietatem dicte decime libere donavi monasterio de Olinchůsen antedicto perpetuo possidendam omnino eodem iure et libertate, quibus ipsa de meis progenitoribus a retroactis temporibus fuerat a me per successionem legitimam devoluta. Et per hanc meam donacionem uxor et liberi mei prenominati renunciaverunt penitus omni iuri, si quod eis in prefatis decima et proprietate conpetebat seu conpetere posset in tempus quodlibet affuturum. Preterea ne fides homagii inter me et dictum Hermannum dissolveretur, dictus Hermannus de consensu fratrum suorum et ceterorum, quorumcumque consensus requirendus existebat in restaurum et reconpensam dicte mee donacionis contulit michi bonorum quorundam in Eschen proprietatem, quam Henricus dictus Hanebic tenuerat a . . patre sepedicti Hermanni possidendam perpetuo et in heredes meos michi succedentes legitime transferendam. Ut autem hec omnia, prout supra sunt expressa, in suo robore permaneant nec inposterum a quoquam hominum infringi valeant seu infirmari et ut monasterium de Olinchůsen suo iure pacifice gaudeat et quiete, ego Wezelus pro me et meis uxore, liberis et heredibus sigillum proprium, ego quoque Hermannus, quia sigillum proprium non habeo, sigillum fratris mei Antonii pro me et meis uxore, liberis ac heredibus presentibus litteris apposuimus in testimonium premissorum. Preterea ad peticionem nostri communiter petencium nobilis vir dominus . . comes Arnesbergensis suum sigillum et discreti viri scilicet Albertus de Palsole et Wichmannus de Hervordia proconsules et totum consilium oppidi Sůsaciensis sigillum sui oppidi iam predicti litteris presentibus apposuerunt ad plenam et perpetuam premissorum firmitatem. Testes eciam horum sunt viri prescripti cum subscriptis scilicet Gerwinus et eius filius Gerwinus dicti de Lůnen, Gerlacus de Lake, Regenbodo et Radolfus fratres dicti Goten, Wezelus Heringen, Wernherus Rufus, Robertus dictus Ferner, Johannes de Kiwe, Lubertus, Helmicus Clericus et Johannes dicti de Puteo et plures tam in consilio quam extra consilium oppidi Sůsaciensis viri fide digni et honesti. Item testes sunt: Fridericus de Hůrde, Henricus dictus Balke, Heydenricus de Herderinge, Henricus dictus Hanebic, Wilhelmus de Hevinghůsen, Gerwinus de Andopen, Gerhardus de Hůle, Bertrammus de Hondorpe, Steyneko et plures alii fide digni[3]) et honesti. Actum et datum quarta Kalendas Maii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

[1]) „U" *in einer Lücke nachgetragen.* [2]) „U" *nachzutragen vergessen.* [3]) *Fehlt im Or.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 155. An Pgtstr. die Siegel 1) des Grafen von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1), 2) der Stadt Soest mit Rücksiegel (ebenda Taf. 76, 1 u. 89, 2), 3) Wessels von Erwitte (ebenda Taf. 184, 5), 4) des Antonius von Ense (ebenda Taf 158, 1). Erhalten auch in einem Transsumpt des Ritters Bernhard Wolf von Lüdinghausen, das dieser auf Veranlassung des Propstes Rutger von Oelinghausen 1336 December 29 aufgenommen hat.

2464.

Vor dem Decan Gottfried von Soest verzichtet Goswin von Vosswinkel zu Gunsten des Kl. Himmelpforten auf seine vermeintlichen Anrechte an den Hof in Ruhne. Soest 1298 Mai 3.

Omnibus presens scriptum visuris Godefridus Dei gratia decanus ecclesie Sosaciensis salutem et agnoscere veritatem. Notum facimus, quod habito coram nobis tractatu inter Gozwinum laicum de

Voswinkele ex parte una et monasterium sanctimonialium de Porta Celi ex parte altera super questione, quam dictus Gozwinus super quadam curte in villa Runen sita ab Alberto quondam prebendario opidano Sosaciensi et Helenburge de Runen ac eorum legitimis heredibus dicto monasterio vendita movere inceperat, sibi in eadem domo ius aliquod vendicando, idem Gozwinus veritate agnita a Helenburge de Runen predicta, que eandem curtem XXXII annis inhabitabat, et aliis, quibus ius predicte curie notum fuerat, in nostra et plurium honestorum virorum presentia recognovit, se in dicta curte nichil iuris habere et renuntiavit omni questioni, quam super dicta curte movebat vel movere deinceps potuisset, petens huiusmodi renunciacionem suam nostro et aliorum presencium testimoniis roborari. Itaque nos .. decanus supradictus presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Nos quoque Hermannus Pyl canonicus ecclesie Sosaciensis et Albertus de Palsode magister consulum opidi Sosaciensis ad peticionem dicti Gozwini et monasterii de Porta Celi predicti sigilla nostra duximus apponenda. Actum anno Domini M°.CC°. nonogesimo octavo, in die Invencionis sancte Crucis, in camenata nostri G(odefridi) decani prefati, presentibus Hermanno Pyl canonico Sosaciensi et Alberto de Palsode predictis, Hermanno de Ense, Hermanno de Vorstenberg, Brunone Pyl, Renhero de Castro, Gobelino de Kiwe, Bertoldo Overstolt, Arnoldo Wenken, Godefrido de Molendino, Johanne Poledro, Sifrido de Piscina, Johanne dicto Vinckelstaf, Johanne de Broke, Godefrido Pistore, Hinrico de Alfhem et pluribus aliis fide dignis. Datum anno et die predictis.

Or. Kl. Himmelpforten 57. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Dechanten Gottfried (s. oben Nr. 2204) und Alberts von Palsode (klein schildförmig, darin Schild mit Hausmarke); das Hermann Pyls ist abgefallen.

2465.

Harpernus Herr von Hemersbach gibt dem Ritter Goswin von Soest den Hof in Füchten mit dem Zehnten, einen Zehnten bei Bilme, der sich über die Bauerschaften Bittingen und Volbringen u. a. erstreckt, den Zehnten von Ruhne, den Dalehof *mit dem Zehnten und das Erbe* Hervordinchusen *mit dem Zehnten zu Lehen. Brauweiler 1298 Mai 8.*

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Harpernus dominus de Hemersbach notum facimus, quod nos bona subscripta que a nobis moventur, habentur in feodo et tenentur videlicet curtem de Vuchtene cum decima pertinente in eandem, item unam decimam prope Beleheym, prout se extendit ultra villas Betinchusen, Volbrechtinchusen et ultra alias adiacentes, item decimam de Rune, item curtem que Dalehof vocatur cum decima pertinente in eandem, item domum de Herewordinchusen et decimam pertinentem ad eandem honesto viro Gozwino de Susato militi fideli nostro, qui nobis fidelitatis iuramentum prestitit de eisdem, concessimus et concedimus per presentes nomine feodi per se et suos heredes, quibus warandiam prestamur et in omnibus locis, ubi fuerit necessarium et faciendum, prestabimus de eisdem, possidenda et habenda pleno iure, quod ipsi Gozwino et suis heredibus et non Henrico dicto Lupo militi nec alicui alteri recognoscimus in bonis memoratis. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum presentibus nobili viro Theoderico domino de Volmesteyne necnon honestis viris Arnoldo de Bacheym, Daniele de Bacheym, Godefrido camerario de Bacheym, Henrico dicto Vlecke, Theoderico fratre suo militibus; Conone de Bacheym, Theoderico de Volmesteyne et quam pluribus[1]) nostris et aliis viris fide dignis anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, ad octo dies ante Ascensionem Domini, in curia domini .. abbatis de Bruwilre.

[1]) *Or.* „plubribus".

Or. Depositum Graf Plettenberg. An Pgtstr. das stark beschädigte Siegel des Ausstellers (Schildsiegel, im Schild zwei Querbalken?).

2466.

Vor den Bürgermeistern und Rathmannen von Werl verkauft der Werler Bürger Albert gen. Papa dem Kl. Wedinghausen eine Rente von einer halben Mark aus seinem Salzhause.
1298 Mai 11.

Nos Wilhelmus et Hermannus magistri consulum, consules civiumque universitas in Werle . . omnibus presentis littere inspectoribus salutem in perpetuum. Acta fidelium evanescunt a memoria, nisi litterarum fulsiantur (!) privilegiis. Noverint igitur tam presentis quam futuri temporis veritatis amatores, quod Albertes dictus Papa et Hermannus filius eius dictus Edelinc concives nostri de consensu Gertrůdis coniugis ipsius Alberti ac aliorum heredum eorundem vendiderunt venerabilibus viris domino . . preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen dimidiam marcam de domo sua salina (!) et de septem patellis, que habentur in ea, in festo beati Michaelis iure hereditario annuatim persolvenda. In testimonium igitur premissorum ex utraque parte rogati litteram dedimus et damus sigillo nostre civitatis roboratam. Datum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo octavo, in dominica proxima ante Ascensionem Domini. Presentes fuerunt: Lambertus plebanus in Werle, Henricus Obses, Conradus de Colonia, Volmarus de Brilon Sacerdo (!) ibidem celebrantes; item Gozwinus dictus Eghebolt, Emelricus Gallicus, Hape Pellipex (!), Hermannus Wrondelere, Henricus Prosekese et Albertus villicus de Rikelinchůsen et alii quam plures viri fide digni.

Or. Kl. Wedinghausen 79. An Pgtstr. Siegel der Stadt Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5).

2467.

Herzog Johann von Limburg überträgt dem Grafen Everhard von der Mark ein Lehen von 400 Pfund aus den Einkünften zu Lier (Antwerpen) und Tienen (Brabant). Köln 1298 Mai 12.

Universis presentes litteras visuris nos Johannes Dei gratia dux Lotharingie, Brabantie et Limburgensis notum facimus, quod nos egregio viro fideli et amico nostro dilecto domino Everardo comiti de Marka racione fidelitatis homagii nobis ab eodem exhibiti damus et conferimus hereditarie quadringentarum librarum redditus pagamenti Brabantini (?) annuatim feodali iure de nobis et nostris perpetuo successoribus annis singulis ab ipso et suis heredibus de redditibus nostris videlicet apud Lyram trecentas libras et de redditibus nostris de Thenis centum libras terminis et temporibus, quibus nostri redditus in locis predictis persolvuntur, tenendas, recipiendas et habendas, mandantes nostro receptori Brabantie necnon et de Lyra ac de Thenis receptoribus qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, ut eidem . . comiti dictas quadringentas libras deliberent vel eius certo nuncio annis singulis, prout prescriptum est, sine difficultate qualibet et expectatione alterius mandati. Sed easdem quadringentas libras annuatim et hereditarie nos aut nostri redimere aut quittare poterimus seu poterunt successores pro quatuor milibus librarum pagamenti prenotati erga . . comitem predictum vel eius successores et heredes, quandocumque nobis vel nostris successoribus placuerit. Hiis autem quatuor milibus librarum persolutis idem . . comes vel sui heredes eadem quatuor milia librarum in acquisitionem et emptionem quadringentarum librarum allodialium bonorum tenebitur seu tenebuntur hereditarie et annuatim convertere et locare de nobis et nostris perpetuo successoribus feudali iure a dictis . . comite et eius heredibus tenendarum in locis certis, prout nostrum et ipsius comitis vel nostrorum successorum et heredum consilium hinc et inde concorditer fraude et dolo exclusis duxerit ordinandum. In cuius rei testimonium et munimem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Colonie die Lune ante Ascensionem Domini, anno eiusdem millesimo CC^{mo} nonogesimo octavo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark Nr. 78. Bruchstück des herzoglichen Siegels an Pgtstr.

2468.

Vor den Rathmannen von Werl kauft das Kl. Paradies eine Rente von 6 Schillingen aus dem Salzhaus eines Werler Bürgers. 1298 Mai 15.

Universis presencia visuris nos consules opidi Werlensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod honorabilis domina priorissa totusque conventus in Paradyso comparaverunt sex solidos annue pensionis ex area domus salis Frederici dicti Creaturen, civis in Werle assensu sue uxoris et omnium heredum suorum singulis annis in festo beati Mychaelis dictam pensionem absque aliqua contradictione persolvendam et hereditario iure perpetuo possidendam. Quod si vero in solutionem dicte pensionis ex domo predicta aliquis, quod absit, inveniretur defectus, promisit dictus Fredericus cum suis predictis liberis ex bonis suis undique sitis huiusmodi supplere defectum. In cuius rei testimonium ob peticionem predictarum patente(!) littere sigillum nostrorum coopidanorum presentibus est appensum. Testes aderant: Wilhelmus proconsul, Happe de Foro, Arnoldus dictus Busche, Theodericus quondam filius Ditlevi, Hermannus dictus Rovekare, Hermannus dictus Melkestermann, Walbertus de Rikelinchove, Hermannus de Gulike, Henricus dictus Cancer, Helmicus dictus Salendin, Hermannus dictus Pelles, Henricus filius quondam dicti Slachregenes, Johannes dictus Scolere, Gotfridus de Borvenne, Jacobus filius quondam dicti Nollen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, in Ascensione Domini.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 63—64.

2469.

Vor den Bürgermeistern und Rathmannen von Werl verkauft der Werler Bürger Albert gen. Cristenepape dem Kl. Wedinghausen eine Rente von 3 Schillingen aus seinem Hause in Werl. 1298 Mai 15.

Nos Wilhelmus et Hermannus magistri consulum, consules civiumque universitas in Werle . . omnibus presentium inspectoribus salutem in perpetuum. Acta fidelium evanescunt a memoria, nisi litterarum fulsiantur (!) privilegiis. Noverint igitur tam presentis quam temporis futuri veritatis amatores, quod Albertus dictus Cristenepape noster concivis de consensu coniugis sue Conegundis et Wilhelmi, Gozwini et Alberti filiorum suorum ac aliorum heredum omnium vendidit venerabilibus viris . . domino preposito et conventui monasterii in Wedinchusen tres solidos de domo sua in Werle in festo beate Margarete virginis et in festo beati Michaelis particulatim iure hereditario annuatim persolvendos, hoc proviso, quod si ex eadem domo in memorata pensione qualicunque casu interveniente aliquis defectus fuerit[1]), domus salina(!) predicti civis nostri in Werle defectum restaurabit. In testimonium igitur premissorum nos ex utraque parte rogati litteram dedimus sigillo nostre civitatis roboratam. Datum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo octavo, in Ascensione Domini. Presentes fuerunt: Lambertus plebanus ecclesie in Werle, Henricus dictus Obses, Conradus de Colonia, Volmarus Sacer[do] ibidem celebrantes, frater Gozscalcus conversus ecclesie in Arnesberg; item Theodericus de Hollinchove, Helmicus dictus Salentyn, Everhardus Sviniucholt, Gerhardus Faber, Hape, Emelricus Gallicus et alii quam plures viri fide digni.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. Kl. Wedinghausen Nr. 78. An Pgtstr. Siegel der Stadt Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5).

2470.

Graf Everhard von der Mark erklärt, dass Graf W(ilhelm) von Berg ihm die Burg Waldenburg für 3000 Mark und dem Anton von Scheidingen die Burg Rodenberg für 900 Mark verpfändet habe, dass aber dem Erzbischofe Wigbold von Köln jeder Zeit die Einlösung der Burgen frei stehe. Köln bei ss. Aposteln 1298 Mai 19.

Nos Everardus comes de Marka notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris, quod cum castrum Waldenberg cum suis attinenciis nobis ex parte nobilis viri W(illehelmi) comitis de Monte pro tribus milibus marcarum pagamenti Coloniensis in civitate Coloniensi currentis foret obligatum et castrum Rodenberg cum suis attinenciis Antonio de Scheydingin pro nongentis marcis eiusdem pagamenti Coloniensis ex parte dicti . . comitis de Monte similiter esset obligatum, sic inter reverendum in Christo patrem et dominum nostrum W(icboldum) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum et dictum W(ilhelmum) comitem de Monte, mediantibus ipsorum communibus amicis, convenit et exstitit concordatum, quod nos et dictus Antonius de bona et libera voluntate et mandato speciali ipsius . . comitis de Monte dicta castra tenebimus pro dictis pecuniarum summis ex parte ipsius domini nostri . . archiepiscopi et ecclesie Coloniensis de cetero obligata, nec de ipsis castris dicto . . comiti vel suis heredibus vel aliis quibuscumque tenebimur respondere, nisi solum domino nostro archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi. Idem . . comes de Monte pure, simpliciter et absolute de sua bona voluntate renunciavit omni iuri, actioni et impeticioni, que sibi competere poterant ex quacumque causa in castris antedictis. Nos igitur pro nobis et Engilberto primogenito nostro et reliquis nostris heredibus, et pro dicto Antonio promisimus et promittimus et ad hoc nos et ipsos heredes nostros ac dictum Antonium, habentes ab ipsis et ab ipso super hoc mandatum speciale, tenore presencium astringimus et obligamus, procurabimus et efficiemus, quod castrum Waldenberg pro tribus milibus marcarum pagamenti Coloniensis predicti, castrum vero Rodenberg pro nongentis marcis eiusdem monete restituemus, deliberabimus, restitui, deliberari procurabimus et efficiemus libere et absolute absque omni contradictione ipsi . . domino nostro . . archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi, nec ex aliqua causa nunc suborta vel que suboriri poterit in futurum, predicta castra poterimus aut debebimus retinere, dictis pecuniarum summis persolutis, prout superius distinctum est et expressum. Que omnia et singula premissa fide prestita corporali, interposito iuramento promisimus et promittimus inviolabiliter facere, procurare, efficere et servare. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum, quo uti consuevimus, apposuimus et ex certa nostra scientia apponi fecimus huic scripto. Acta sunt hec in emunitate ecclesie sanctorum Apostolorum Colonie in pomerio Rutgeri eiusdem ecclesie canonici, presentibus honorabili viro T(heoderico) decano et archidiacono Coloniensi ac nobilibus viris Th(eoderico) de Cleve et de Monte . . comitibus, T(heoderico) domino de Heynnsberg, Walramo de Berheym, Frederico de Riferscheyt, Gerardo advocato Coloniensi, Henrico de Hurst, militibus, Costantino de Lisiskergin et aliis quam pluribus fidedignis. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, feria secunda post Ascensionem Domini.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 595. Siegel des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1). Gedr. Lacomblet UB. II 987.

2471.

Graf Everhard von der Mark und seine Kinder verzichten dem Grafen Wilhelm von Berg gegenüber auf die Erbansprüche auf die Grafschaft Berg, vorausgesetzt dass dieser nicht ohne Leibeserben stirbt. 1298 Mai 20.

Universis presentes litteras inspecturis Everhardus comes de Marka, Engelbertus miles eius primogenitus, Adolfus, Cůnradus, Margareta, Yrmengardis, Katerina, Kunegundis, liberi et heredes eiusdem comitis, salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos, recepta propter hoc certa quantitate pecunie a Wilhelmo comite de Monte, sororio nostri comitis et avunculo nostrorum heredum, nobis per ipsum tradita, numerata et soluta et in usus nostros pleniores conversa, renunciavimus et renunciamus, effestucavimus et effestucamus per presentes omni iuri et impetitioni, quod seu quam hucusque habuimus seu visi sumus habuisse in requirendo et petendo partem hereditatis comitie de Monte, ratione

hereditarie successionis nos aliquo casu contingentem, similiter in usufructu, quem nobilis matrona domina Margareta mater dicti comitis possidet apud Hukenshove et attinentiis eiusdem, promittentes bona fide et in solidum, quod ab hac hora inantea nunquam movebimus seu moveri faciemus actionem seu questionem ipsi comiti vel suis heredibus in aliqua parte hereditatis ipsius comitie vel usufructus predicti, nisi forsan idem Wilhelmus sine prole vel herede decederet, quod in eo sit nobis ius nostrum salvum in quantum ius habuerimus in successione predicta, salvo etiam nobis pignore, quod tenemus ab eodem comite et a suis predecessoribus apud Gummertbragt, quousque secundum conditiones super hoc habitas fuerit a nobis absolutum. In cuius rei testimonium sigillum nostri comitis et sigillum nostri Engelberti pro nobis ac pro Adolfo, Cůnrado, Margareta, Yrmengarde, Katerina et Kunegunde presentibus litteris sunt appensa, quibus sigillis nos Adolfus, Cunradus, Margareta, Yrmengardis, Katerina et Kunegundis pro nobis utimur in hac parte. Datum feria tertia ante festum Pentecostes anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Jülich-Berg 129. An Pgtstr. Siegel Graf Everhards (wie Nr. 2470), das Engelberts verschwunden. Gedr. Lacomblet UB. II 988 u. Kremer, Accad. Beitr. III Nr. 205.

2472.

Hunold von Plettenberg spricht dem Kl. Kentrup den Besitz der strittigen Hufe Wostehovestat *in Wambel (Kr. Hamm) gegen die Zusicherung einer jährlichen Abgabe zu.*
1298 Mai 22.

Universis in Christum credentibus tam posteris quam modernis Hunoldus de Plettenbragt miles, Mechtildis uxor eiusdem, Hermannus, Heydenricus et Gerhardus heredes ipsius salutem et infrascripturum cognoscere veritatem. Oblivionis umbraculo obumbrantur hominum acta, nisi luce testium et scripture speculo luceant universis. Proinde est, quod nos tam modernorum quam posterorum memorie notum esse volumus, quod cum inter nos ex una parte et reverendam in Christo dominam Margaretam abbatissam et . . conventum cenobii sanctimonialium Cisterciensis ordinis aput oppidum Hamme situatum ex altera super manso dicto Wostehovestat in Wanebolen sito et ab eodem conventu iam longis retroactis temporibus possesso dissensio dudum ventilata fuisset, nos saniori usi consilio recognovimus sub publica presentium fassione eundem mansum cum agris cultis et incultis, cespitibus, frondibus ac ceteris universis attinentiis et proventibus ad possessionem dicti conventus seu cenobii libere et perpetuo pertinere hac tamen conditione interposita, quod idem mansus quolibet anno curie nostre Stene in novem solidis denariorum Sosatiensium legalium in festo beati Petri ad Cathedram serviet presentando. Qua pensione curie nostre predicte soluta predictus mansus ab omni iure servitutis ulterioris liber erit plenariter et exemptus, adeo quod nec nos nec nostri heredes nec prefate curie statutio seu conditio seu etiam privati iuris aditio a dicto manso et ab omnibus suis attinentiis superius expressis aliud seu plus exigere ultra novem solidos prehabitos possumus nec debemus. In evidens huius fassionis et recognitionis testimonium ego Hunoldus miles predictus karacterem sigilli mei presentibus apposui. Ad maiorem etiam testimonialem premissorum evidentiam sigilla Hermanni de Pletthenbracht, Engelberti de Herborne et Pultiani militum presentibus apponi rogavi. Aderant etiam huic recognitioni Petrus vir religiosus ordinis Cisterciensis et Everhardus sacerdotes tunc temporis provisores divinorum cenobii prenarrati; Gotscalcus Torc miles, Otto de Dalbochem et Hartlevus cum aliis fidedignis. Actum anno Domini M°.CC^mo^. nonagesimo octavo, feria quinta ante festum Penthecostes.

Or. Kl. Kentrup 22. An weissen Hanffäden noch die Siegel Engelberts von Herborn (stark beschädigt, Westf. Siegel Taf. 203, 3) und Hunolds? von Plettenberg (vgl. ebenda Taf. 194, 1), die beiden anderen ab. Nach Msc. II 49, 10 des St.-A. Münster gedr. Ledebur, Arch. 13, 244 Anm.

2473.

Florekin von Werne erwirbt von dem Nonnenkloster Cappel eine Fruchtrente von 6 Maltern aus dessen Weichbildsgütern bei Lippstadt. 1298 Juni 10.

Universis presentes litteras inspecturis vel eciam audituris nos . . prepositus . . priorissa et conventus monasterii sanctimonialium in Cappele notum esse cupimus publice protestantes, quod Florekinus filius quondam Florentii de Werne militis et Conegundis dicta Goldekinc coniuges erga nos sex malta annone, mensure Lippensis, tria videlicet malta siliginis et tria malta ordei nomine annue pensionis ad eorum vite usufructum pro triginta sex marcis denariorum Lippensium, quas nobis recognoscimus esse persolutas, legitime ac rationabiliter compararunt. Que sex malta annone dicti coniuges annis singulis in festo beati Petri ad Cathedram recipient de pensionibus nostris, quas quidam pensionarii nostri nobis de agris nostris apud opidum Lippense sitis qui vulgariter *wichbelde* dicuntur solvere consueverunt. Et ad maiorem securitatem dictis coniugibus faciendam dictas pensiones nostras ad domum dictorum coniugum, quam ad presens inhabitant et quam diu ipsos eandem inhabitare contigerit, deduci singulis annis faciemus et ibidem congregari nostris laboribus et expensis nec aliquid de eisdem pensionibus ordinabimus vel attemptabimus, nisi ante omnia dicti coniuges dicta sex malta receperint in usus suos convertenda. Extunc vero de residua parte dictarum pencionum nos prepositus, priorissa et conventus predicti nostram ordinare poterimus voluntatem. Si vero, quod absit, aliquis defectus fuerit in dictis sex maltis prefatis coniugibus a nobis, ut premittitur, persolvendis, nos talem defectum omni dolo et fraude exclusis de aliis nostris bonis et pensionibus supplebimus cum effectu. Preterea omnia et singula supradicta tali sunt mediante conditione ordinata, quod quam cito aliquis dictorum coniugum decesserit seu ab huius vite medio sublatus fuerit, tria malta predicte annone scilicet decem et octo modii siliginis et totidem modii ordei superstiti sive viventi annis singulis defalcentur et ad nos et ad dictum nostrum monasterium revertentur. Vivens vero qui superstes remanserit alia tria malta ad eius vite stipendia recipiet omnimodo supradicto. Et cum uterque ipsorum coniugum ab huius vite medio decesserit sive cum ipsi coniuges ambo mortui fuerint, dicta sex malta ad nos et nostrum monasterium prefatum integraliter revolventur et extunc in antea super dictis sex maltis et super depositione seu congregatione dictarum pensionum ordinare nostrum poterimus in omnibus voluntatem. Et ut pia vota et honesta desideria que dicti coniuges ad dictum nostrum monasterium gerunt grata vicissitudine compensemus, damus et assignamus domino Ludolfo quondam iudici in Bechem militi bone memorie et eisdem coniugibus participationem et plenam confraternitatem omnium piorum operum[1]) que in dicto nostro monasterio in vigiliis, castigationibus et[2]) missarum sollempnitatibus peragantur, et nichilominus promittimus, quod singulis annis in anniversario dicti militis ac eciam ipsorum coniugum, postquam defuncti fuerint, in cuiuslibet anniversario conventui dicti monasterii dabimus duos solidos nomine consolationis specialis, ut premissa universa et singula tanto diligencius peragantur. In cuius rei testimonium ac evidenciam pleniorem nos prepositus predictus sigillum nostrum, nos vero priorissa et conventus sigillum monasterii nostri una cum sigillo opidi Lippensis, quod eciam appendi rogavimus, presentibus sunt appensa. Datum feria tertia proxima ante festum beati Viti martiris, anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

[1]) *Or.* „operm". [2]) „et" *übergeschrieben.*

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. An Pgtstr. die Siegel 1) des Propstes Alexander (Nr. 2284), 2) des Kl. Cappel (Westf. Siegel Taf. 112, 8), 3) der Stadt Lippstadt (ebenda Taf. 68, 6 u. 74, 7). Reg. Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. II, 30 Nr. 524.

2474.

Der Edle Werner von Wittgenstein verkauft dem Erzbischofe Wigbold von Köln Gericht, Münze, Zoll und Vogtei in Medebach. Medebach 1298 Juni 12.

Universis presentes litteras inspecturis ego Wernerus nobilis vir de Widgensteyne notum esse cupio presentibus publice protestans, quod reverendo patri et domino meo domino Wicboldo sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et ipsi ecclesie Coloniensi de bona et libera mea voluntate iudicium, monetam, theloneum et advocatiam apud Medebike et alia iura et iuriditiones, que habui et pacifice possedi in oppido Medebike, que ad me ex divisione hereditaria cum fratre meo Widekindo comite de Widgensteine inita legitime fuerant devoluta, pure et simpliciter vendidi et in ipsum dominum meum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem transtuli perpetuo possidenda, tenenda et habenda, pro ducentis et viginti quinque marcis, denario pro tribus hallensibus computato, decimis tamen, . . vasallis et bonis meis aliis feodalibus apud oppidum predictum michi reservatis. Pro qua quidem summa pecunie persolvenda statutis terminis idem dominus archiepiscopus michi certos et idoneos constituit fideiussores, eidem vero domino meo archiepiscopo et ecclesie Coloniensi warandiam plenam et perfectam infra annum et diem, prout moris est, de dictis iudicio, moneta, theloneo, advocatia et aliis per me, ut dictum est, venditis prestare et facere promisi, una cum Volperto dicto Schovel ministeriali ecclesie Coloniensis, qui se pro me nomine meo et ad petitionem meam de dicta warandia prestanda fideiussorio nomine obligavit fide prestita corporali in manus ipsius domini mei archiepiscopi, quod dicta warandia ipsi domino archiepiscopo et ecclesie Coloniensi per me implebitur debito modo. Condictum est etiam inter ipsum dominum meum archiepiscopum et me, quod si aliqui homines ad dictam advocatiam spectantes in districtum meum, terram Francorum, que vulgariter dicitur *Frengserde*, se transtulerint et vice versa, si iidem homines vel aliquis ex eis in districtum et terram ecclesie Coloniensis et dictam advocatiam reversi fuerint ad manendum, quod hoc ipsis hominibus licitum erit, nec ipse dominus archiepiscopus neque ego propter huiusmodi mutationem mansionis ipsorum hominum in eisdem vel bonis ipsorum aliquid iuris michi possum usurpare. Item condictum est inter ipsum dominum meum archiepiscopum nomine suo et ecclesie Coloniensis et me, quod si iudicium, moneta, theloneum, advocatia et alia iura et iuriditiones predicta dicto domino archiepiscopo et ecclesie Coloniensi, ut predictum est, vendita et in eosdem per me translata immediate ab ipsa ecclesia Coloniensi iure feodi descenderint sive non, quod ego quoscumque seu quemcumque, qui ab ipso domino archiepiscopo aut eius successoribus archiepiscopis Coloniensibus pro tempore existentibus michi fuerit sive fuerint presentati seu presentatus, infeodabo ad iussum et voluntatem ipsius domini archiepiscopi de bonis per me venditis antedictis. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsi domino archiepiscopo et ecclesie Coloniensi sub sigillo meo tradidi communitas. Et ego Volpertus predictus protestor me pro dicto nobili viro Wernero de Widgensteyne et ad petitionem suam de dicta warandia prestanda fideiussorem apud dictum dominum meum archiepiscopum constituisse, ut est dictum; et quia sigillo proprio careo, contentus sum sigillo ipsius nobilis W(erneri) hiis litteris appenso. Datum et actum in oppido Medebike, in crastino beati Barnabe apostoli, presentibus honorabilibus viris dominis Henrico preposito, Theoderico decano, archidyaconis, Ernesto choriepiscopo, Wedekindo scolastico ecclesie Coloniensis; nobilibus viris: Johanne domino de Bilsteyne, Henrico domino de Ittere, Bertholdo domino de Buren; Theoderico de Volmesteyne, Johanne de Plettenbracht marescalco Westfalie, Zobbone de Altena, Hermanno de Hademare, Hermanno de Osterendorp, Conrado de Escheringhayn, militibus; Constantino de Lysolfkyrgen cive Coloniensi et aliis pluribus fidedignis. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo. Et nos Theodericus Dei gratia decanus, archidiaconus Coloniensis, et Johannes dominus de Bilsteyne prenominati, quia premissis interfuimus, sigilla nostra in testimonium apposuimus huic scripto. Datum anno, die et loco predictis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 597. Es hängen an die Siegel 1) des Kölner Domdechanten Dietrich mit dem Siegel ad causas *als Rücksiegel, 2) Johanns von Bilstein (Westf. Siegel Taf. 33, 14) und 3) Werners von Wittgenstein (im Schild zwei Pfähle; Umschrift:* † S. Werneri de Wedegesten). *Gedr. Lacomblet UB. II 991. Reg. Westf. UB. IV 2501.*

2475.

Erzbischof Wigbold von Köln bestätigt der Stadt Medebach die ihr von seinen Vorgängern bewilligten Privilegien und Freiheiten. 1298 Juni 12.

In nomine Domini, amen. Universis presentes literas inspecturis Wichboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri Romani imperii per Italiam archicancellarius salutem cum notitia veritatis. Cum oppidum nostrum Medebeke sit de antiquioribus membris sancte Coloniensis ecclesie et ab antecessoribus nostris et ipsa Coloniensi ecclesia diversis privilegiis, iuribus et libertatibus insignitum, nos venerabilium patrum pie recordationis Reinoldi, Engelberti et Sigfridi archiepiscoporum Coloniensium predecessorum nostrorum vestigiis inherentes et attendentes devotionem et fidelitatis constantiam prudentum virorum consulum et oppidanorum oppidi antedicti privilegia huiusmodi ipsis indulta per predictos et alios antecessores nostros cum ceteris iuribus et libertatibus ipsorum, que et quas ab archiepiscopis Coloniensibus predecessoribus nostris obtinere dinoscuntur, ipsis innovamus, ratificamus et confirmamus in Dei nomine per presentes, inhibentes[1]) sub anathemate, ne quis huiusmodi privilegia, indulta, iura, libertates et bonas consuetudines presumat infringere quoquomodo. In cuius rei testimonium et robur presentem paginam predictis consulibus et opidanis nostris dedimus et damus nostri sigilli munimine roboratam. Datum II Idus Junii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

[1]) *A* „inhibendo“.

Vom Notar und Medebacher Secretär Hermann Schmidt beglaubigte Abschrift (XVII. Jhs.) nach dem Or., an dem noch das Siegel „in transfixo“ *anhing, bei Gelenius Farrag. III 219 A. Schlecht geschriebene Abschrift des XVII. Jhs. in Msc. II 40, 586 B, desgl. zur Hälfte (bis* constantiam prudentum*) erhalten in einer Abschrift Bockskopffs in Msc. VII 5901 S. 18 C.*

2476.

Privileg Erzbischof Wigbolds von Köln für das Kl. Oelinghausen. Soest 1298 Juni 18.

Notiz im Status monasterii canonissarum seu sanctimonialum ord. Praemonstratensis *in Oelinghausen* a. 1719 descriptus *Msc. VII 5706 fol. 6:* Eiusdem tenoris *(wie das Privileg Erzbischof Brunos von 1208, s. oben Nr. 60)* sunt literae datae a successoribus archiepiscopis Coloniensibus a Theoderico anno Christi 1209 pontificatus sui anno primo X Calendas Julii, a s. Engelberto anno 1223, ab Henrico anno 1227, a Conrado datae Coloniae 1250 quarto Calendas Junii, ab Engelberto datae Coloniae 1261 quarto Calendas Februarii, a Sifrido datae Coloniae 1270 *(muss heissen 1275)* septimo Idus Octobris, a Wichboldo datae Susati 1298 XIV Calendas Julii, hoc vero discrimine, quod tres primi (!) eadem Brunonis, quatuor postremi alia literarum formula usi fuerint. *(Vgl. oben No. 63, 237, 299, 720, 1083, 1540).*

2477.

Erzbischof Wigbold von Köln bestätigt dem Armenhospital in Lippstadt verliehenen Ablass d. d. 1295 Januar 13 (s. oben Nr. 2315), desgleichen der Jacobipfarre daselbst d. d. 1295 April 1 (oben Nr. 2323)). Soest 1298 Juni 20.

Gedr. oben zu Nr. 2315.

2478.

Die Aebtissin Irmgard von Herford giebt ihre Ansprüche an die Abtei Essen zu Gunsten der erwählten Aebtissin Beatrix auf den Zuspruch Erzbischofs Wigbolds hin auf. Soest 1298 Juni 23.

Acta sunt hec Susati in domo seu pallatio predicti domini nostri archiepiscopi Coloniensis anno Domini M°.CC^mo^. nonagesimo octavo, in vigilia Nativitatis Johannis Baptiste in presentia ipsius domini nostri domini Wicboldi Coloniensis archiepiscopi necnon honorabilium virorum *(Kölner Domherren und Geistlichen und Rheinischen Edlen — darunter* Johannes de Bylsten *— und Rittern etc.)*

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 151. Gedr. Tross, Westphalia III 319 ff. Reg. Westf. UB. IV 2503.

2479.

Erzbischof Wigbold von Köln, Bischof Everhard von Münster, Graf Everhard von der Mark, die Städte Münster, Soest und Dortmund schliessen für Westfalen einen Landfrieden auf fünf Jahre, zu dessen Hüter zwölf Ritter, Herren und Städter bestellt werden. 1298 Juni 24.

Nos Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius et nos Everhardus eadem gratia Monasteriensis episcopus et Everhardus comes de Marca, necnon magistri civium, consules et universitates Monasteriensis, Susaciensis et Tremoniensis civitatum notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod attendentes statum terre per omnem Westphaliam per gwerrarum discrimina, rapinas et spolia ab iniquitatis filiis, non que sua sunt querentibus, perpretata, pluribus retroactis temporibus adeo et in tantum disturbatum, quod vix nostris temporibus, nisi salubri et oportuno occurratur remedio, poterit reformari; placuit igitur nobis omnibus et singulis, consensu unanimi huiusmodi periculis et periculosis turbatorum machinationibus et conatibus salubri sancte pacis remedio occurrere, pacem iuravimus et ad ipsius sancte pacis observacionem bona fide et intentione sine dolo nos adiuvicem astrinximus, interposito iuramento, divitibus, mediocribus, pauperibus et mercatoribus quibuscunque ac aliis transeuntibus infra terminos ducatus Westphaliae et dyocesis ac dominii Monasteriensis ad quinquennium durature, ut universi sub umbraculo sancte pacis valeant respirare. Et ne tam salutifera, fructuosa et necessaria pacis ordinatio propter copiosam multitudinem omnium nostrum, qui pacem iuravimus, dissolvi valeat vel remitti et in paucioribus sit via brevior, eligimus nos archiepiscopus pro conservatione et prosecutione pacis predicte virum nobilem Johannem dominum de Bylsten et Antonium de Scheydinge, milites, et nos Monasteriensis episcopus Gerlacum de Beveren et Ludolphum de Monasterio, milites, et nos Everhardus, comes de Marca, Engelbertum de Herborne et Theodericum de Wickede, milites, nos vero cives Monasterienses Henricum Riken et Bernardum Kircherinc, concives nostros, nos Susacienses Albertum de Palsole et Wulfardum Eppinc, concives nostros et nos Tremonienses Henricum Longum et Bertrammum Suderman, concives nostros, adiungimus, qui certis temporibus et locis ab ipsis ordinandis, convenient et tractabunt, et quidquid commoditatis et utilitatis pro observancia pacis excogitare et invenire poterunt, ordinabunt. Quod si pacem a quibuscunque seu a quocumque cuiuscumque status vel condicionis existant vel existat infra terminos prenotatos in personis vel in rebus inibi existentibus perquisierint et repererint violatam, ita quod contra tales fuerit merito procedendum, dicti pacis tractatores seu ordinatores, si violatorem pacis invenerint iniustum, et competenter monitus noluerit excessum suum emendare, tunc pacis tractatores secundum tenorem iuramenti sui contra ipsum expedicionem ordinabunt et unicuique dominorum ac civitatum numerum armigerorum imponent iuxta cuiuslibet ipsorum vires, situs et facultates, quam expeditionem nobis archiepiscopo Coloniensi si presentes fuerimus, alioquin marscalco nostro Westphalie intimabunt sub suis patentibus litteris et sigillo communi, quo in huiusmodi factis communiter utentur, et iurabunt tactis sacris, quod nec prece nec pretio nec odio nec timore

alicui parcent in premissis, cuiuscunque status vel conditionis existat. Qua intimatione sic facta nos archiepiscopus, si in terminis fuerimus, alioquin marscalcus noster, ulterius dominos et civitates convocabimus et convocabit contra pacis violatorem processuros, qui omnes infra terminum competentem super hoc ab ipsis pacis ordinatoribus moderandum potenter et patenter, prout status negotii et qualitas personarum pacem violantium requisierint, expensis propriis procedemus, nec desistemus a persecutione pacem violantium, nisi condigna prestita fuerit emenda, et pax extiterit reformata. Si autem pacis violator monitus iniuriam suam revocare, et excessum suum emendare voluerit, predicti pacis ordinatores potestatem habebunt, ipsum recipiendi ad emendam, et emendam excessus moderandi; qua emenda prestita deinceps super huiusmodi excessu a nullo debebit argui vel culpari. Insuper est condictum inter nos, quod si aliquis pacem violaverit, et ob hoc in territorio, in quo deliquit vel ad quod spolium deduxerit, proscriptus fuerit, ille, quicunque fuerit, ab omnibus sancte pacis conservatoribus et in omnibus locis, ad que pax iurata se extendit, pro proscripto habebitur, et de ipso in omnibus locis iudicabitur tanquam de proscripto, ac si ibidem deliquisset. Adiectum est etiam, quod si aliquos vel aliquem de predictis personis et adiunctis et assumptis, adiungendis vel assumendis mori, abesse, vel legitime impediri vel revocari contigerit, illi, qui ipsos vel ipsum iustituerant et adiunxerant, alium vel alios in locum illorum vel illius poterunt et debebunt subrogare, qui consimilem habeant vel habeat potestatem. Si vero predicti pacis ordinatores seu conservatores omnes duodecim convenire nequiverint ad suos tractatus et negotia prosequenda, sed contingat unum vel duos abesse, quidquid ceteri ordinandum decreverint, hoc processum habebit, acsi omnes convenissent. Dicte etiam persone sic assumpte semel ad minus convenient infra mensem, nisi forte necessitas et pacis turbatio ad conveniendum sepius astringat eosdem. Quod si aliqui principes, comites, nobiles vel civitates, de quibus verisimilis sit presumptio, quod sint viri pacifici et boni pacis emulatores, huiusmodi ordinationi includi petiverint, tales in nostrum consortium de unanimi assensu omnium nostrum assumi poterunt, et admitti, super omnia tamen[1]) quibuslibet dominis et civitatibus, in confederatione pacis iurate adherentibus, in sui iuris vigore permansuris. In horum testimonium et firmitatem evidentem presentes literas roboravimus sigillorum nostrorum appensione. Actum et datum in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

[1]) *Or. „tam" mit Abkürzung.*

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 68. An Pgtstr. Siegel 1) Wigbolds (Ewald, Rhein. Siegel Taf. 19, 6 u. 3), 2) Everhards (Westf. Siegel Taf. 44, 5 u. 45, 7), 3) Everhards von der Mark, beschädigt (ebenda Taf. 10, 4 u. 16, 1), 4) Münsters (ebenda Taf. 77, 1 u. 84, 7), 5) Soests, zerbrochen (ebenda Taf. 76, 1 u. 89, 3) und 6) Dortmunds, beschädigt (ebenda Taf. 75, 2 u. 84, 3). Gedr. Rübel, UB. I 255, Westf. UB. III 1615 und Seibertz, UB. I 473.

2480.

Erzbischof Wigbold von Köln bestätigt den Ablass für die die Messe des Decans von s. Patroclus Besuchenden (s. Nr. 2439) und fügt seinerseits für diese 40 Tage Ablass hinzu.
1298 Juni 24.

Et nos Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius indulgencias, quibus presens cedula est infixa, tamquam loci dyocesanus ratificamus, quadraginta dies de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius suffragiis confisi superaddentes eisdem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum ipso die Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini M°.CC°. nonogesimo octavo.

Or. Stift Soest-Patroclus 70. An rothseidenen Schnüren Reste des Siegels des Erzbischofs. Transfixbrief zu Nr. 2439.

2481.

Beilegung der Irrungen zwischen Hermann von Pikenbrock und dem Kl. Flasheim wegen des Ankaufs der Güter und Leute in Rapen, den das Kloster mit Dietrich gen. Moylike abgeschlossen hatte. 1298 Juni 29.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris ego Hermannus dictus de Pikenbroke notum facio, quod fretus sano consilio meorum consanguineorum et amicorum de omni discordia sive discencione habita inter dominum Ja(cobum) cellerarium et conventum beate Marie in Vlarshem ordinis beati Augustini Coloniensis dyocesis ex una parte et me et meos complices ex altera de emptione bonorum et hominum in Rapen, quam fecerant contra Thidericum militem dictum Moyliken et suos heredes, et de omni inpeticione, si quam habui, contra ipsum conventum ecclesie beate Marie in Vlarshem et homines ipsorum pro me et pro omnibus quicquam pro me facere et dimittere volentes (!) amicabilem inivi composicionem, ita quod deinceps nunquam ipsum conventum in Vlarshem predictum, bona et omnes homines ipsorum debeo nec possum inquietare, sed in omnibus causis ipsorum pro mea possibilitate teneor et debeo promovere. Et hoc tenore presencium sub munimine sigilli domini Bernardi militis dicti Vulf de Ludinchusen, quod presentibus ad meam petitionem est appensum, protestor declarando. Huic tam rationabili facto presentes erant in testimonium premissorum: dominus Bernardus miles dictus Vulf, Reynerus de Westerholte, Otto dictus Rode, Lambertus dictus de Stuterlo, Johannes dictus Hert, Adam famulus domini Bernardi Vulf predicti, Rotgerus de Vlarshem et alii quam plures viri fide digni huic compositioni predicte interfuerunt. Datum et actum in die beatorum apostolorum Petri et Pauli anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel von Pgtstr. ab.

2482.

Johann von Hövel überträgt dem Kl. Fröndenberg Güter in Holtum, welche Gerhard von Bühren diesem verkauft hatte. Unna 1298 Juli 2.

Nos Johannes de Huvele miles innotescimus et publice protestamur, quod quedam bona sita Holthem, que Gerghardus de Buren a nobis hucusque habuit et possiderat (!) ac eadem bona conventui in Vrendeberg vendiderat, predictus Gerghardus proprietatem dictorum bonorum cum dictis bonis ad manus nostras voluntarie et libere resignavit. Nos vero predictus Johannes miles cum consensu fratris nostri Hermanni militis et Lamberti famuli filii nostri de Huvele et omnium heredum nostrorum ob reverentiam beate virginis Marie patrone in Vrendeberg ibidem conventui proprietatem predictorum bonorum cum bonis contradimus [1]) et assignamus perpetue ac libere possidendo [2]). Acta sunt hec Unna presentibus: Menrico de Brochhusen, Johanne de Rura, Hermanno de Huvele militibus; libertino comite de Unna, gogravio ibidem, Brunone de Ole famulis et aliis quam pluribus fide dignis, qui omnes loco et titulo omagii sunt electi. Ut autem hec firma et inconvulsa permaneant, robore sigilli nostri presentia fecimus communiri. Datum anno Domini M^me^.CC^me^. nonagesimo octavo, ipso die Processi et Martiniani martirum.

[1]) *Corrigiert.* [2]) *Vielleicht verschrieben für* „possidenda" *oder* „possidendam".

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 54. An weissen Hanffäden das Siegel Johanns von Hövel (Westf. Siegel Taf. 196, 8).

2483.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass Hermann von Berstrate eine Hufe in Wirinchusen *(Weringerhof bei Weckinghausen?) an das Kl. Benninghausen verkauft hat. (Hamm) 1298 Juli 3.*

Nos Everhardus comes de Marca presentium protestatione tam futuris quam presentibus presentem paginam inspecturis volumus esse notum, quod Hermannus de Berstrathe famulus noster in nostra

presentia compos mentis et corporis constitutus publice recognovit, quod mansum suum in Wirinchusen situm in parrochia Ervethe cum pratis, pascuis, rubetis, nemoribus, terris cultis et incultis tam in cespidibus (!) quam in frondibus ac cum omni fructuum et proventuum utilitate, quem mansum idem Hermannus a Hermanno milite de Wolmestene in libero feodo tenuerat, dilectis in Christo domine Methildi abbatisse et conventui sanctimonialium in Benikinchusen ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis pro sexaginta marcis denariorum Susati legalium legitime, rationabiliter et simpliciter vendidisset scitu et consensu plenario uxoris sue Hildegundis necnon et fratrum suorum, videlicet Johannis canonici Asnidensis, Hynrici et Gerhardi aliorumque omnium heredum, quoscunque aliquid iuris mansi predicti contingit. Insuper[1]) spopondit idem Her(mannus) bona fide, quod ipse cum heredibus et coheredibus suis prenominatis dictum mansum cum attinenciis omnibus superius expressis, quandocunque a prefata abbatissa vel conventu fuerit requisitus, resignabit. Est insuper adiectum, quod procuratio proprietatis ac etiam herwadii de dicto manso, si quod obvenerit, solutio fiet sub eiusdem abbatisse et conventus laboribus et expensis. Super omnia ad reprimendum omnis calumpnie vicium predictus Her(mannus) pro se suisque heredibus prenominatis renunciavit publice coram nobis omnibus exceptionibus doli mali, pecunie non numerate, non tradite, non solute ac etiam omni auxilio iuris tam canonici quam civilis, per quod dicta venditio acta[2]) rationabiliter et legitime posset imposterum impediri. Et nos ad petitionem Her(manni) predicti omnia suprascripta[3]) recognoscentis publice in testimonium evidens sigilli nostri caracterem apponi fecimus volentes omnibus calumpniandi materiam tollere et auferre. Aderant etiam huic facto viri nobiles dominus Theodericus dictus de Wolmestene, dominus Engelbertus filius noster primogenitus; Antonius miles de Schedingen et Henricus rector scolarium in Hammone, in viridario curie nostre, anno Domini M°.CC°. nonogesimo octavo, feria quinta infra octavas apostolorum Petri et Pauli, post horam vespertinam.

[1]) „Insuper" *bis* „resignabit" *fehlt in B.* [2]) *Die beiden Worte* „venditio acta" *auf Rasur in A.* [3]) *B* „supradicta".

Or. Kl. Benninghausen Nr. 79. An Pgtstr. das Siegel des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1) (A). Eine zweite gleichzeitige Ausfertigung ist nicht besiegelt (B). Gedr. Seibertz UB. III 1105 u. Kindlinger, Volmestein II Nr. 52 A nach A.

2484.

Graf Everhard von der Mark tauscht mit dem Grafen Ludwig von Arnsberg Ministerialen aus. Camen 1298 Juli 11.

Nos Everhardus comes de Marka notum facimus universis presencia visuris, quod nos precibus inclinati Lutgardis uxoris Regenhardi de Vrenckinchusen, Everhardi, Volmari et Ailheidis liberorum dicte Lutgardis, nostrorum ministerialium, ipsos Lutgardim, Everhardum, Volmarum et Ailheidim de voluntate nostrorum heredum ab omni iure ministeriali quo nobis tenebantur liberos et quitos dimittimus per presentes, donantes ipsos nobili viro consanguineo nostro dilecto Ludewico comiti de Arnsberg et suis heredibus ad idem ius ministeriale spectaturos; quorum loco recepimus Gotschalcum, Hugonem, Gertrudim et Hildegundim liberos Hugonis de Ergesthe in idem ius ministeriale in quod predicti Lutgardis, Everhardus, Volmarus et Aleidis nobis fuerunt obligati presencium testimonio litterarum sigillo nostro sigillatarum. Datum feria sexta ante diem beate Margarete virginis in Camen, anno Domini M.CC^{mo}. nonagesimo VIII.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 23 v u. 109 B Bl. 30 v.

2485.

Der Edle Wilhelm von Ardey bekundet, dass sich seine Ministerialen die Brüder von Hundesdike und Gottfried Vollant vom Kl. Welver mit ihren Ansprüchen auf das Steinhaus in Ricklingsen haben abfinden lassen. Hüsten 1298 Juli 14.

Universis presens scriptum visuris seu percepturis nos Wilhelmus vir nobilis de Ardeya notum facimus, quod venientes ad presentiam nostram et constituti propter hoc coram nobis Adolfus et Gerhardus de Hundesdike fratres et Godefridus dictus Vollant nostri ministeriales ab omni impeticione, lite et discordia, quas hactenus contra . . abbatissam et conventum cenobii in Welvere super domo dicta Sthenhus sita in villa Rykelinchusen et super tribus et dimidio iugeribus agrorum prope dictam villam iacentibus prosequebantur, receptis a dicto conventu tribus marcis simpliciter et de plano renuntiaverunt, renuntiantes omni iuri, si quod ipsis et eorum heredibus in dicta domo et iugeribus conpetebat seu quoquomodo conpeteret in futuro, et petebant, ut nos sigillum nostrum in testimonium premissorum presentibus apponi faceremus. Nos vero de consensu Jutte uxoris et Hinrici filii nostri consentientes in renuntiationem dictorum domus et iugerum ad nos iure ministeriali pertinentium et ius nostrum in ipsis in dictam . . abbatissam et conventum presentibus transferentes sigillum nostrum duximus apponendum. Testes sunt: Godefridus vir nobilis de Růdenberg, Lambertus de Schedingen, Godescalcus de Ekenschede, Johannes de Hůstene, Gerlacus de Medrike, frater Everwinus et Arnoldus conversi. Facta sunt hec in cimiterio ecclesie in Hustene anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo octavo, in crastino beate Margarete virginis.

Or. Kl. Welver Nr. 117. An Pgtstr. das Siegel Wilhelms von Ardey (Westf. Siegel Taf. 30, 10).

2486.

Knappe Wescel von Erwitte verkauft sein Erbe Osthof in Wadersloh an Ritter Bernhard von Bevern. Lippstadt 1298 Juli 18.

Universis presentem litteram visuris ac eciam audituris ego Wescelus de Ervethe famulus recognosco et protestor publice in hiis scriptis, me de consensu et plena voluntate Sophie uxoris mee ac Rodolfi, Theoderici et Wesceli filiorum meorum ac Mechtildis et Sophie mearum filiarum necnon omnium meorum heredum proprietatem domus mee site in Wardeslo dicte Osthof cum universis fructibus, proventibus et pertinentiis dicte domus quibuscumque domino Bernardo dicto de Beveren militi, . . eius uxori ac eorum veris heredibus seu legitimis successoribus pro tribus marcis denariorum pecunia tradita et soluta rite ac rationabiliter vendidisse. Nichilominus dictorum bonorum proprietatem ad manus et ad usum ipsorum astantibus pluribus fide dignis quorum nomina subscripta sunt ac eciam coram iudicio seu tribunali, quod vulgariter *vrigestole* solet dici, libere resignavi pacifice et quiete perpetualiter possidendam. Que quidem bona quondam Arnoldus dictus Crede miles felicis recordationis ac ipsius heredes a me tenuerunt et annis pluribus p(os)sederunt. Unde renuncio una cum heredibus meis predictis simpliciter et expresse omni iuri et actioni, quod ius vel que actio michi seu heredibus meis vel eorum alteri predictis contra dictam venditionem nunc vel in posterum posset seu deberet quomodolibet suffragari. Et in huius rei testimonium ac maioris roboris firmitatem ego Wescelus predictus sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum in opido Lippensi, presentibus: Henrico dicto Crede iudice, Hermanno dicto Wamboysticker, Hermanno Bodekini, Johanne et Elrico fratribus dictis Elrikinc, Hermanno de Stormede, Renfrido de Scorlemere, Frederico et Johanne dictis Kuninc, Johanne dicto de Esbeke, Hunoldo de Ervethe, Bertoldo de Ripen, Hermanno notario Lippensi et aliis quam pluribus fide dignis. Datum feria sexta post Divisionem Apostolorum, anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

Or. im Fürstl. Lippischen Landesarchiv in Detmold, Rep. II E LIX Osthof. An Pgtstr. das Siegel Wessels von Erwitte (Westf. Siegel Taf. 184, 5). Regest Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I 461.

2487.

Everhard von Werne verkauft dem Kl. Fröndenberg seine Hufe und seinen Zehnten in Kumpe *(?). 1298 August 2.*

Noverint presentium auditores quod ego Everhardus de Werne una cum consensu et assensu domine Gertrudis mee uxoris et Elisabet et Grete sororum mearum ac aliorum heredum meorum hobam meam et decimam meam sitarum(?) Kumpe, prout site sunt, cum omnibus earundem attinentiis ecclesie sancte Marie et conventui in Vrondenbergh vendidi hereditarie perpetuo possidendas receptis a supradictis ecclesia et conventu sexaginta [marcis] Tremoniensium denariorum et predictam hobam et decimam . . . et proprietatem earundem predicte ecclesie et conventui . . . . . . perpetuis temporibus possidendam . . . . erant . . . . Me(nricus) de Brochusen, Johannes liber comes dictus Hobe, Rutgerus de Ludelschede conversus (?), Theodericus gogravius in Unna, Heidenricus subiudex ibidem, item fideiussores . . . Radolfus Butel, Theodericus de Berichem (?), Wilhelmus Rusticus, item Johannes Scolaris, Gozwinus de Ule, Wernherus et Helmicus proconsules in Unna, Everwinus (?), Everhardus et Jacobus filii Scolaris, Hinricus Tecge, Gotscalcus de Brochusen, Wychart . . . . de Bogge et alii quam plures fidedigni. Actum et datum sub sigillo Theoderici Rump anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in crastino beati Petri ad Vincula.

Unsichere Abschr. von Kindlingers Hand in Msc. II 13, 191, nach dem damals schon beschädigten Original.

2488.

Graf Ludwig von Arnsberg erklärt, dass er dem verstorbenen Ritter Hermann Quatterlant nur sein Vogteirecht über Helmicus aus Obereimer übertragen habe, unbeschadet des Wachszinsigenrechtes des Kl. Weddinghausen an diesen. 1298 August 7.

Nos Ludewicus comes in Arnesberg universis presentia visuris publice protestamur in hiis scriptis, quod Helmicum de Superiori Embere Hermanno militi bone memorie dicto Quaterlant cum omni iure, quod in prefato Helmico habuimus videlicet advocatiam nostram dedimus possidendum nec aliquem sibi ultra non fecimus nec facimus warandiam in eodem. Ius vero cerocensuale, quo ipse H(elmicus) et tota parentela sua ecclesie de Wedinchusen tenebatur et adhuc tota parentela tenetur, dare non potuimus, sed ecclesiam prefatam in salvo iure suo promisimus permanere. Quod sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno Domini M°.CC°°. nonagesimo octavo, feria quinta ante festum beati Laurentii.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 374. An Pgtstr. noch ein Rest des Siegels des Grafen Ludwig von Arnsberg (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Eine Abschrift aus dem Anfang des XVI. Jhs. im Copiar des Kl. Wedinghausen, Msc. VII 5737 S. 41 v, bringt das Datum feria 4ta post festum beati Laurentii *(August 13), während eine andere im Copiar von 1674, Msc. I 209 S. 228 v, das Datum des Originals hat. Gedr. Wigands Arch. VII S. 169 und Seibertz UB. I 474.*

2489.

Graf Otto von Waldeck gelobt dem Bischof (Otto) von Paderborn ihn, seine Kirche und Diöcese innerhalb zwei Jahren nicht zu belästigen, es sei denn, dass dieser dem Grafen Everhard von der Mark und Ludwig von Arnsberg und dem Edelherrn Simon zur Lippe Gewalt oder offenbares Unrecht zufüge. Paderborn 1298 August 13.

Gedr. Westf. UB. IV 2511.

2490.

Der Schultheiss Heinrich von Soest und Heinrich Wulf bekunden, dass Arnold von Meckingsen dem Kl. Soest-Walburgis den Zehnten des grossen Hofes in Meckingsen verkauft hat. 1298 August 16.

Omnibus et singulis presens scriptum inspecturis nos Henricus sculthetus de Susato et Henricus dictus Wulf milites notum facimus et presenti scripto publice profitemur, quod venientes ad presentiam nostram Arnoldus filius Theoderici de Meckinchusen, Helenburgis uxor sua, Theodericus eorundem coniugum filius, . . uxor et heredes iam dicti Theoderici recognoverunt publice, se rite ac rationabiliter ve[n]didisse . . preposito et conventui monasterii sancte Walburgis prope Susatum decimam que super maiorem curtem in Meckinghusen se extendit cum omni utilitate et integritate sua ad nostram inpheodationem iure hereditario spectantem et eandem decimam cum suis attinentiis in manus nostras libere resignarunt recedentes plane et simpliciter ab eadem. Unde nos dictam venditionem ratam habentes et approbantes, ius et proprietatem dicte decime et omnium suarum attinentiarum cum consensu et bona voluntate omnium heredum nostrorum pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum dicto monasterio beate Walburgis contulimus auctore Domino et conferimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Presentes fuerunt: Johannes sacerdos dictus de Kerzebome et Wichmannus de Hervordia tunc magister consulum in Susato, Henricus de Heringe, Adam de Thodinchusen, Henricus dictus Surdus, Henricus de Lake, Bertoldus dictus de Hereborne tunc temporis iudex in Susato, Johannes de Colonia, Henricus de Honporten, Regenbode dictus Gůte, Theodericus Monetarius, Richardus Scolaris dictus de Platea, Dehtmarus famulus scultheti. Datum in crastino Assumptionis beate Marie virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 44 a. Das Siegel des Schultheissen Heinrich von gelbseidenen Fäden ab, von dem Heinrichs Wulf noch ein Rest vorhanden (vergl. Westf. Siegel Taf. 183). Auf der Rückseite: Privilegia de bonis in Madewic et de decima in Meckinchusen.

2491.

König Albrecht verleiht dem Erzbischof Wigbold von Köln ein Privileg de non evocando *für die Bürger seiner Städte. Köln 1298 August 28.*

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi suo dilecto[1]) gratiam suam et omne bonum. Ut . . cives et . . oppidani tui suis mercimoniis ac tuis serviciis commodius insistere valeant et esse intenti, tibi ex speciali gratia concedimus et indulgemus, ut nullus . . cives et oppidanos tuos ad examen seu iudicium curie nostre regalis per nostra vel . . iustitiarii curie nostre edicta possit evocare et ad nostrum iudicium trahere, nec ibidem teneantur comparere, quamdiu tu vel . . officiati tui . . conquerentibus vel conqueri volentibus parati fueritis iustitiam facere expeditam, dantes tibi has nostras litteras maiestatis nostre sigillo munitas in robur et testimonium super eo. Datum Colonie V Kalendas Septembris, anno Domini M°.CC°. nonagesimo VIII°, regni vero nostri anno primo.

[1]) *B* „carissimo".

A Transsumpt von 1300. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 672, B ebenda im Liber priv. maior corsaceus, Msc. B 1 Nr. 18. Gedr. Seibertz UB. I 475. Regg. imperii 1246—1313 Nr. 15.

2492.

König Albrecht bestätigt den Dortmundern alle ihre Privilegien und verbietet, irgend welche Angriffe auf dieselben zu machen. Köln 1298 August 28.

Or. St.-A. Dortmund Nr. 69. Gedr. Rübel, UB. I 257. Regg. imperii 1246—1313 Nr. 16.

2493.

König Albrecht übergibt dem Erzbischof Wigbold von Köln ausser anderem das Schultheissenamt in Dortmund und den Judenschutz daselbst, ferner die Höfe Westhofen, Elmenhorst und Brakel und verweist die Bürger und Juden in Dortmund in ihren Angelegenheiten an den Erzbischof, behält sich aber vor, von Bürgern und Juden servitia *und* subsidia *fordern zu können. Köln 1298 August 28.*

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus universis sacri Romani imperii fidelibus et devotis, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Coloniensem ecclesiam a divis Romanorum imperatoribus et regibus, nostris predecessoribus, pluribus bonis, possessionibus, privilegiis et gratiis ob servitia fidelia sacro Romano imperio ab eiusdem ecclesie archiepiscopis fideliter retroactis impensa temporibus dotatam et insignitam, favore et gratia speciali, eorundem predecessorum nostrorum vestigiis inherendo, in nostra iocunda ex providentia divina creatione respicere cupientes, castrum Werde, quod pro triginta sex milibus marcarum sterlingorum, quolibet grosso Turonensi pro tribus denariis computato, pie memorie Sifrido, olim archiepiscopo, et ecclesie Coloniensi ex certis et legitimis causis invenimus obligatum, accedente ad hoc sacri imperii principum consensu expresso, venerabili Wicboldo archiepiscopo Coloniensi, principi nostro dilecto, ad vitam nostram committimus, concedimus ac deliberamus tenendum, habendum ac pacifice possidendum, cum dicti castri theloneo et attinentiis universis, redditibus et obvenientibus dicti castri ac thelonei percipiendis, et qui percipi poterunt, quos eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi propter servitia, que nobis et imperio impendere poterunt utiliter in futurum, et in augmentum feodi sui medio tempore ex liberalitate regia dono damus ac dominium eorundem pleno iure, pure et simpliciter in ipsum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem transferimus, in sortem minime computandis nec de summa predicta aliqualiter defalcandis. Hoc adiecto, quod post nostram et ipsius archiepiscopi mortem . . successor noster a . . successore ipsius archiepiscopi ipsum castrum redimere et absolvere poterit pro triginta sex milibus marcarum monete supradicte, promittentes quod eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi nullam violentiam vel oppressionem pro recuperatione vel rehabitione dicti castri per nos vel per alios faciemus, vel ab aliis cuiuscumque status vel conditionis existant, nulla arte vel ingenio ad hoc quesitis manifeste vel occulte fieri patiemur. Oppidum etiam nostrum Synziche simili modo cum iudicio, redditibus et suis obventionibus universis eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi donamus et committimus tenendum ad vitam nostram pacifice et habendum, volentes quod . . oppidani ibidem super hoc fidelitatis homagium prestent archiepiscopo et ecclesie memoratis. Preterea officium villicationis seu scultetatus oppidi nostri Tremoniensis et custodiam iudeorum ibidem, necnon curtes Westhoven, Elmenhorst et Brakele cum eorum redditibus et attinentiis quibuscumque, quas curtes archiepiscopi Colonienses pro tempore existentes a nostris predecessoribus longis anteactis temporibus habuerunt et visi sunt habuisse, eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi tenenda, custodienda et habenda, similiter duximus committendum, ut dicti . . oppidani et iudei Tremonienses ad ipsum archiepiscopum recursum habere possint in suis necessitatibus et agendis, ita tamen quod nichilominus nos a dictis oppidanis et iudeis Tremoniensibus servitia et subsidia requirere possimus, quandocumque nobis videbitur expedire. Acta sunt hec pre-

sentibus venerabilibus Gerhardo Moguntinensi, Boemundo Treverensi archiepiscopis necnon illustribus Rudolfo duce Bawarie comite palatino Reni, Ottone marchione Brandenburgensi et de Landesberg, Alberto duce Saxonie ac Hermanno marchione iuniore filio Ottonis marchionis Brandenburgensis, nostris et imperii principibus nobis in premissis assidentibus et eorum consensum expressum prebentibus super eo. In quorum principum presentia omnia et singula premissa ipsi archiepiscopo et ecclesie Coloniensi fide prestita corporali spondemus rata et firma inviolabiliter observare, dantes prelibatis archiepiscopo et ecclesie Coloniensi has nostras patentes litteras nostre regie maiestatis ac dictorum principum sigillis communitas in robur et testimonium super eo. Et nos . . principes singuli prenotati, recognoscentes premissa de nostro consensu benivolo processisse et nos eisdem, ut premittitur, interfuisse, ad maiorem evidentiam eorundem et nostri consensus sigilla nostra hiis litteris duximus apponendum. Datum Colonie V. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 601. Siegel des Königs und der genannten Zeugen an Seidenfäden, z. T. beschädigt; das Erzbisch. Boemunds von Trier ist überhaupt nicht angehängt gewesen. Gedr. Lacomblet UB. II 997. Reg. Rübel UB. I 258, Böhmer, Regg. imp. 1246—1313 Nr. 12.

2494.

König Albrecht theilt den Rathmannen und den gesammten Bürgern von Dortmund mit, dass er die Stadt, ihre Personen und seine Rechte daselbst, dem Regiment des Erzbischofs Wigbold von Köln übertragen hat und befiehlt ihnen ihm in allem zu gehorsamen.
Köln 1298 August 28.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris . . consulibus et universis civibus Tremoniensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Attendentes servicia venerabilis Wicboldi Coloniensis archiepiscopi principis nostri karissimi que nobis et imperio impendere poterit in futurum, considerantes etiam in hoc vestram non modicam utilitatem, quod sub regimine et umbraculo protectionis sue commodius quam per aliquem alium in terminis illis nobis pro Romani imperii negociis agentibus in remotis poteritis defensari, oppidum nostrum Tremoniense et personas vestras et alia iura nostra ibidem eidem archiepiscopo ac regimini suo de consilio et consensu principum nostrorum commisimus et committimus per presentes, vobis universis et singulis mandantes et volentes, quatenus ipsi archiepiscopo in omnibus obediatis, respondeatis et intendatis sibique fidelitatem ad nostram et suam prestetis et servetis vitam tamquam vestro, nomine nostri et imperii, provisori. Datum Colonie V Kalendas Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 603. Siegel des Königs an roten Seidenfäden. Gedr. Lacomblet UB. II 999. Reg. Böhmer, Reg. imp. 1246—1313 Nr. 17 und Dortm. UB. I 259.

2495.

Everhardus comes de Marka *unter den Zeugen in der Urk. König Albrechts für die Bürger von Kaiserswerth. Köln 1298 August 28.*

Gedr. Winkelmann, Acta imp. II 255.

2496.

Comes de Marka *Zeuge in der Urkunde König Albrechts, durch welche er die Privilegien der Stadt Köln bestätigt. Köln 1298 August 29.*

Gedr. Lacomblet UB. II 1003, vgl. Ennen, Quellen III 468. Regg. imperii 1246—1313 Nr. 30.

2497.

Erzbischof Wigbold von Köln überträgt den Brüdern von Horhusen *die Burg* Aldenvels *bei Brilon unter der Bedingung, dass sie den Zehnten beim Dorf Lederke vom Ritter Svicker von Brilon mit 125 Mark einlösen. 1298 September 5.*

Nos Wycboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius notum facimus universis presens scriptum visuris vel percepturis, quod nos attendentes fidelitatem et circumspectionem Stephani et Conradi militum fratrum de Horhusen et obsequium, quod nobis et ecclesie nostre Coloniensi inpendere et facere poterunt in futurum, castrum nostrum Aldenvels possidendum et tenendum ad nostros et ecclesie Coloniensis usus commisimus eisdem tali videlicet conditione, quod dicti milites decimam nostram sitam apud villam dictam Lederike a Svickero milite de Brylon pro centum et XXV marcis denariorum liberabunt et de eadem decima dictum castrum Aldenvels tenebunt sine aliquibus aliis expensis nobis vel ecclesie nostre Coloniensi computandis, et quandocumque nobis placuerit, quod dictum castrum ab eisdem fratribus recipere et rehabere velimus, nos extunc centum et XXV marcas denariorum eiusdem monete, quam pro dicta decima liberanda exposuerunt, refundemus integraliter eisdem vel heredibus legitimis eorundem. Insuper Stephanum militem predictum nostrum hereditarium et perpetuum castrensem cum sex marcarum redditibus faciemus, quos sibi et suis heredibus deputabimus liberatione facta de nostra decima supradicta. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis fecimus communiri. Et nos decanus et capitulum Coloniense sigillum nostrum ad petitionem domini nostri Coloniensis presentibus duximus apponendum in testimonium premissorum. Acta sunt hec presentibus Theoderico decano maiore et archidiacono Coloniensi, Bertoldo de Buren Westphalie marscalco, Johanne domino de Bylsteyn et Henrico de Ittere, nobilibus, ac aliis quampluribus fidedignis. Datum feria sexta ante festum Nativitatis beate Marie virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 606. Es hängen an die Siegel des Erzbischofs mit Rücksiegel (Ewald, Rheinische Siegel, Taf. 19, 6 u. 3) und des Kapitels. Gedr. Lacomblet, UB. II 1007. Regest Westf. UB. IV 2516.

2498.

Graf Everhard von der Mark überlässt Bochumer Bürgern zu seinem daselbst gelegenen Hof gehörige Wortstätten und Häuser als Erbzinsgut. 1298 September 8.

Nos Everhardus comes de Marcha notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod habito consilio amicorum et officialium nostrorum contulimus quibusdam civibus in Bůchem areas et casas qualescumque attinentes curie nostre ibidem sub hereditaria pensione, quod vulgariter dicitur *erethinsguth* perpetuo possidendas tali conditione, quod quilibet presentabit pensionem suam statutam sculteto curie nostre ibidem singulis annis dominica proxima post festum Martini episcopi: scilicet casa illa, que vocatur domus Cauponis super forum tres libras cere et tres pullos, item domus Alberti super forum tres libras cere et tres pullos, item una casa iuxta domum Alberti super forum unam libram cere et unum pullum, item casa Ottonis et Aleydis alteram dimidiam libram cere et alterum dimidium pullum, item Janua Scraconis, que ascendit forum, dimidiam libram cere et dimidium pullum, item domus pileatoris quatuor libras cere et IV^or^ pullos, item domus Marsilii quatuor libras cere et IV^or^ pullos, item domus Alberti carnificis et de uno macello quartam dimidiam libram cere et tot pullos[1]), item Godefridi dicti Reyme tres libras cere et tres pullos, item domus Comitis iuxta ripam tres libras cere et tres pullos, item domus Goscalci iuxta ripam et de uno macello tres libras cere et tot pullos, item Bertha relicta de Gradu quatuor libras cere et IV^or^ pullos, item Alexander institor alteram dimidiam libram cere et tot pullos, item Gerlacus suus vicinus in foro alteram dimidiam libram cere et alterum dimidium pullum, item super cellario in foro et de sex macellis quatuor libras cere et quatuor pullos, item domus Schepelerschen terciam dimidiam libram cere et tot pullos, item Hildegundis filia Pugilis de duobus macellis et de una casa terciam dimidiam libram cere et tot pullos, item Ludolfus sartor de una casa alteram dimidiam libram cere et alterum dimidium pullum, item Renerus de una casa alteram dimidiam libram cere et tot pullos, item Johannes iuxta ripam de duobus macellis unam libram cere et tot pullos, item Gertrudis filia Brunonis de uno macello unam dimidiam libram cere et dimidium pullum, item Sesarius dictus obme Campe de uno macello dimidiam libram cere et dimidium pullum. Item adiectum est, quod si aliquem eorum decedere vel ius suum vendere aliqua necessitate compulsus(!) contingerit, ille qui sibi succedit dabit sculteto nostro predicto XII denarios pro iure suo et idem scultetus porriget bona predicta ad manus unius nomine nostro sine aliqua contradictione pro denariis supradictis. Item si sepedictus scultetus super premissis articulis aliquid eis infringere vel negare conaretur, quilibet eorum cum duobus suis collegis qui vulgariter *geltchenothe* nuncupantur ius suum vel porrectionem sibi legitime factam poterit probare super hoc prestito iuramento. Ut autem hoc factum ratum et inconvulsum permaneat, presentem litteram fecimus sigilli nostri munimine et sigillis discretorum virorum Gerhardi plebani in Buchem et Gyselberti dicti Speke tunc temporis iudicis nostri ibidem firmiter roborari. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, in Nativitate beate Marie virginis.

[1]) „et de uno macello", *das hier ursprünglich stand, durch Verweisungszeichen hinter* „carnificis" *eingefügt.*

Or. Stdt.-A. Bochum Nr. 1. Drei Siegel von Seidenschnüren ab. Gedr. Darpe, Geschichte der Stadt Bochum III, UB. 5.*

2499.

Comes de Marka *unter den Adressaten des Intercessionsschreibens König Albrechts für Erzbischof Wigbold von Köln. Rothenburg 1298 September 23.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 607. Transsumpt 1300 25/29, Köln-Domstift 672. Gedr. Lacomblet UB. II 1008. Kremer, Acad. Beitr. III Nr. 208. Regg. imperii 1246—1313 Nr. 54.

2500.

Der Edle Symon von der Lippe gibt die ihm von Arnold gen. Gortevigent *überlassenen Güter in Langeneicke diesem wieder zu Eigen. 1298 September 29.*

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Symon nobilis de Lyppia notum esse volumus, recognoscimus et protestamur publice per presentes, quod proprietatem cum omni iure quod nobis Arnoldus dictus Gortevigent in bonis suis sitis in Langeneke et in confinio ibidem dedit eidem Arnoldo remisimus et remittimus per presentes, ita videlicet quod eadem bona eius proprie possessioni integraliter asscribimus, nichil iuris nobis in eisdem reservantes et volumus eidem Arnoldo prestare warandiam debitam de premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC° nonagesimo octavo in die beati Mychahelis archangeli.

Or. Kl. Geseke Nr. 26. Siegel von Pgtstr. ab. Vgl. Nr. 2504.

2501.

Gottfried von Meschede bestätigt dem Kl. Rumbeck die Erwerbung der von ihm lehnrührigen Güter in Altengeseke von dem Soester Bürger Johann von Medebach. Arnsberg 1298 October 7.

Nos Godefridus miles dictus de Messchede universis visuris vel audituris presentia notum esse volumus et tenore presentium protestamur, quod Johannes prepositus ecclesie in Rumbeke nomine et vice conventus dicte ecclesie quedam bona sita in Aldengissche comparavit a Johanne dicto de Medebeke civi Susaciensi et suis heredibus pro triginta et duabus marcis Susaciensium denariorum. Hinc est, quod dictus Johannes in presentia nostra constitutus, cum dicta bona a nobis iure teneret omayi, nobis resignavit rogans, ut ipsa cum proprietate transferremus in ecclesiam supradictam. Nos vero de consenssu (!) heredum nostrorum, videlicet Theoderici, Godefridi et Thimonis filiorum nostrorum et aliorum omnium heredum nostrorum ob salutem anime nostre sepedicta bona cum proprietate earumdem sepedicte ecclesie fratribus et sororibus ibidem Deo servientibus contulimus iure proprietatis perpetuo possidenda. Acta sunt hec feria tercia ante Gereonis et Victoris, Arnesberg coram iudicio, Lutberto de Hustene tunc iudice cum sententiis iudicialibus ad hoc debitis et consuetis. Presentes erant: dominus Wigandus prepositus in Wedinchusen, dominus Ludolphus prepositus in Ulinchusen, Sifridus de Cheflike, Hinricus dictus Rose sacerdotes canonici ecclesie in Wedinchusen; Erenfridus de Bruninchusen, Rabodo dictus Grawe, Hinricus de Hustene, Winandus carnifex, Winandus filius suus, Rutgherus et Dissen, Vulfram, Ludewicus dictus Rovere, Ulricus carnifex, Godefridus dictus Cnop, Gerwinus filius Thome, consules civitatis in Arnesberg, et Hinricus nuncius dicte civitatis et alii quam plures. In cuius rei testimonium presens scriptum super hoc confectum sigillo nostro dicte ecclesie dedimus sigillatum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

Or. Kl. Rumbeck 39. An Hanffäden Siegel Gottfrieds von Meschede (Westf. Siegel Taf. 208, 1). Gedr. Fahne, UB. des Geschlechtes Meschede Nr. 27.

2502.

Abt Werner von Deutz gibt dem Ritter Pulcian die Fischerei in der Lippe bei Nordheringen, welche er seither zusammen mit Walther von Heringen besessen hatte, nachdem dieser auf sein Anteil verzichtet hat, zu Lehen. 1298 October 18.

Wernerus Dei gratia abbas monasterii Tuiciensis honesto militi Pulciano fideli suo dilecto salutem cum affectu sincero. Cum vos et Walterus de Herigen quandam piscariam in fluvio Lippie apud Northerigen coniunctim actenus tenueritis ipseque Walterus partem suam videlicet medietatem piscarie eiusdem[1]) que a nobis in feodo tenetur plane et simpliciter supraportando nobis resignaverit, nos de

eadem medietate dicte piscarie vos infeodamus et eam vobis per presentes concedimus iure homagio (!) a nobis una cum aliis bonis vestris a nobis descendentibus perpetualiter tenendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, XV° Kalendas Novembris.

[1]) *Or.* „eiustem".

Or. Depositum Graf Plettenberg. An Pgtstr., die aus dem Pgt. geschnitten sind, das Siegel des Abtes Werner, welches von einer anderen Urkunde entnommen zu sein scheint (spitzoval, der Abt stehend mit Stab und Buch).

2503.

Hermann von Davensberg macht für 100 Mark, die er vom Erzbischof Wigbold von Köln empfangen hat, die Burg Davensberg zu einem Offenhaus der Kölner Kirche. Köln 1298 October 21.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Hermannus de Daverenberg notum facio publice recognoscens, quod, cum gravatus[1]) essem debitorum oneribus et venerabilis in Christo pater dominus meus Wicboldus Coloniensis archiepiscopus, cui et cuius progenitoribus ego et mei progenitores semper fuimus obnoxii et serviles, meam relevans necessitatem et meorum supportans onera debitorum michi liberaliter donaverit centum marcas denariorum Monasteriensis monete in solutionem debitorum eorundem meque et meos heredes suos et ecclesie Coloniensis fideles fecerit et vassallos de pecunia memorata fide prestita corporali et iuramento interposito eidem domino meo promisi et promitto et ad hec me obligo per presentes, quod sibi, quoad vixero, assistam et auxilium prestabo contra quoscumque patenter toto posse meo et castrum meum Daverenberg sibi et officiatis suis aperiam suosque homines et amicos ibidem receptabo contra suos et ecclesie Coloniensis adversarios et inimicos qualescumque, quandocumque et quotienscumque ab ipso vel suis officiatis et nunciis fuero requisitus. In cuius rei testimonium sigillum meum, quo uti consuevi, ex certa mea scientia apposui huic scripto et rogavi nobiles viros Ottonem comitem de Everstein, Hermannum dominum de Lon, Zobbonem militem de Althena et Arnoldum de Hatnecge, qui premissis interfuerunt et ea audiverunt, ut similiter sigilla sua hiis litteris apponant in testimonium premissorum. Et nos comes de Everstein, . . dominus de Lon, Zobbo et Arnoldus testes predicti recognoscimus nos antedictis interfuisse et ea in presentia nostra sic acta esse; ad pleniorum evidentiam eorundem et rogatum dicti Hermanni sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum Colonie XII° Kalendas Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

[1]) *Or.* „gravibus".

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 609. Von den 5 Siegeln hängen die beiden ersten noch an: 1) des Hermanns von Davensberg (schildförmig, im Schildeshaupt 3 Kugeln mit Rücksiegel, Westf. Siegel Taf. 143, 3), 2) des Graf Ottos von Everstein (im runden Siegelfelde Helm mit Pfauenfeder; Umschrift: † Galea comitis Ottonis de Everstene). *Gedr. Lacomblet UB. II 1010.*

2504.

Vor Bürgermeister und Rathmannen von Geseke verkauft Arnold gen. Gortevigent *der Aebtissin Jutta und anderen Angehörigen des Stiftes Geseke seine Güter in Langeneicke. 1298 October 21.*

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Lambertus dictus in Foro proconsul, Hermannus dictus Pavo, Hinricus dictus Yrrevogel, Wernherus dictus de Strot, Hermannus dictus in Foro, Helmicus dictus Werensinch, Conradus dictus Rex, Hermannus dictus Lefharke, Theodericus de Stalpe, Johannes dictus Muke, Johannes dictus Rabodinch et Conradus dictus de Bomgarden

consules in Gyseke notum esse volumus et tenore presencium publice protestamur, quod Arnoldus dictus Gortevigent, Wendelgardis eius uxor ac heredes eorundem scilicet Ůlricus, Andreas, Johannes, Willikinus et Henricus in nostra presencia constituti recognoverunt, se honorabilibus dominabus Jutte abbatisse ecclesie beati Cyriaci in Gyseke, Cunegundi preposite ibidem et Lutgardi de Sygenberg canonice ecclesie predicte bona sua sita in Langeneke et in confinio ibidem cum omnibus eisdem bonis attinenciis et pertinentibus vendidisse, eadem bona in manus et possessiones dictarum emencium dimittentes et renunciantes omnibus iuribus in premissis bonis habitis vel habendis; que bona predicte domine emptrices ad augmentandos et meliorandos redditus ecclesie predicte post earum obitus, prout unaqueque emencium in sua propria voluntate decreverit, largienda ob animarum suarum salutem suis propriis denariis compararunt, volentes sibi usufructum in eisdem bonis, quoad vixerint, retinere. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, sed pocius memoriale in generatione generationum permaneat, nos consules predicti hanc litteram tam ad petitionem emencium quam vendencium conscribi fecimus et sigillo oppidi nostri predicti firmiter roborari. Testes huius emptionis sunt: Bogemundus canonicus ecclesie beati Cyriaci predicti, Bodo plebanus ecclesie beati Petri oppidi predicti; Wernherus dictus Krevet miles, Menricus dictus Haroldinch iudex in Gyseke, Johannes rector scolarium ibidem, Ůlricus dictus Vriman, Wescelus dictus Mars, Andreas dictus Bodekinc, Johannes dictus Bertram, Lubertus dictus Sutor, Robertus dictus de Stroth, Hermannus dictus Mactator et plures alii fide digni. Actum et datum in die undecim milium Virginum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo.

Or. Kl. Geseke 27. Siegel von Pgtstr. ab. Vergl. Nr. 2500.

2505.

Dietrich von Volmestein tauscht von Friedrich von Hörde verschiedene Besitzungen in Vellwig und a. a. O. gegen den Zehnten in Einecke ein. Burg Volmarstein 1298 November 1.

Ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod nos Theodericus miles et dominus de Volmesteyne universis visuris presentia vel audituris notum facimus protestantes, quod de bone voluntatis arbitrio et unanimi consensu omnium heredum nostrorum permutacionem sive concambium inter proprietatem decime per villam Endeke site, quam Theodericus de Horode a nobis iure tenuit feodali cum Frederico milite de Hůrdede fieri decrevimus et inter proprietatem quorundam bonorum scilicet domus in Velewic domino Wenemaro de Dunghelen pertinenti et cuiusdam domus in Adene Henrico de Adene pertinenti et cuiusdam decime in Hagneyge site Hildebrando de Cůlpe pertinenti, que bona iam dicta ab eodem Frederico milite iure tenuerunt feodali, eidem Frederico milite proprietatem predicte decime in Endeke et suis veris heredibus donantes, assignantes et absque contradictu aliquo possidendam perpetuo conferentes, renunciantes expresse[1]) totius mali ingenii tam iuris quam beneficii, quod nobis aut nostris heredibus quoquomodo posset de predicta decima suffragari. Cui facto presentes aderant: dominus Henricus frater domini de Volmesteyne, Theodericus de Wickede miles, dominus Mogelic, Herbordus de Eppenhusen, Hermannus de Dalhusen, Gozwinus et Thidericus fratres dicti Mogelic, Husmann officialis domini de Volmesteyne et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presens scriptum eidem Frederico militi contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum et actum in castro nostro Volmestene anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, ipso die Omnium Sanctorum hora prime.

[1]) *Fehlt wohl* „exceptioni".

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 53—54.

2506.

Dietrich von Volmestein überträgt in Gemeinschaft mit Friedrich von Hörde dem Kl. Paradies den Zehnten in Einecke. Burg Volmarstein 1298 November 1.

Ea, que racionabiliter acta sunt, veritatis debent testimonio roborari. Noverint igitur universi visuri presencia vel audituri, quod nos Theodericus miles et dominus nobilis de Volmestene utentes consilio et consensu omnium heredum nostrorum donavimus et assignavimus proprietatem decime per villam Endeke site cum voluntate Theoderici de Honrode, qui iure feodali iam dictam a nobis tenuit decimam, conventui et ecclesie in Paradyso una cum Frederico milite de Hurdede, qui eandem proprietatem concambio aliorum suorum bonorum proprietate a nobis et nostris heredibus rationabiliter permutavit, renunciantes expresse[1]) tocius mali ingenii tam iuris quam beneficii, quod nobis aut nostris heredibus quoquomodo de predicta decima suffragari poterit aut prodesse. Cui facto presentes aderant: dominus Henricus frater domini de Volmestene, dominus Thidericus de Wickede, dominus Thidericus Mogelic; Herbordus de Eppenhusen, Hermannus de Dalhusen, Husman dapifer domini de Volmesteyne, Gozwinus et Thidericus fratres dicti Mogelic et quam plures alii fide digni. In cuius rei evidenciam et munimen eidem conventui et ecclesie in Paradyso presens scriptum sigilli nostri munimine contulimus roboratum. Datum et actum in castro nostro Volmestene anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, ipso die Omnium Sanctorum hora prime.

[1]) *Fehlt etwa* „exceptioni".

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 54—55.

2507.

Dietrich von Volmestein genehmigt den Verkauf des von ihm lehnrührigen Zehnten in Einecke und Eineckerholsen seitens des Dietrich von Honrode an das Kl. Paradies, nachdem er durch andere Besitzungen entschädigt ist. 1298 November 8.

Omnibus presentes litteras visuris seu audituris Theodericus nobilis dominus de Volmůtsteyne noticiam veritatis in perpetuum. Ne ea, que fiunt in tempore, simul cum lapsu temporis elabantur, condecens est, ut scripture testimonio perennentur. Hinc est, quod ad noticiam omnium venire cupientes notum facimus et protestamur, quod cum Theodericus de Honrode decimam suam sitam Endike et Holthůsen cum universis eiusdem decime attinenciis, quam a nobis in feodo absoluto tenuerat et tenebat, de consensu Beatricis matris sue, Cůnigundis et Demůdis sororum suarum, Erenfridi de Breydenole militis avi sui, Godefridi nobilis de Růdenbergh avunculi sui, Friderici de Hůrde militis et ceterorum consanguineorum et propinquorum suorum quorumcunque consensus requirendus erat, bona voluntate accedente cenobio de Paradiso legitime vendiderit pro certa pecunie summa sibi tradita ac penitus persoluta. Nos accepta a Friderico de Hůrde milite predicto de dicta decima conpensacione ac permutacione proprietatis de bonis aliis, que infra nominantur, scilicet de domo in Velewic Wenemaro militi de Důngelen pertinente, item de domo in Adene Henrico de Adene pertinente, item de decima in Hagneyge Hildebrando de Cůlpe pertinente predictam vendicionem de dicto Theoderico factam approbavimus et ratificavimus et approbamus ac ratificamus et ad peticionem dicti Theoderici proprietatem, dominium et omne ius, quod nos primitus in dicta decima habebamus, in dictum cenobium transtulimus et transferimus et una cum filio nostro Theoderico et aliis nostris heredibus renunciavimus et in hiis scriptis renunciamus penitus omni iuri, si quod nobis in dicta decima conpetebat seu umquam conpetere posset in tempus quodlibet affuturum. Et eodem modo nos Theodericus de Honrode, Beatrix, Cůnigundis, Demůdis et Erenfridus ac Fridericus milites prenominati dicte decime prorsus renunciavimus et renunciamus ad utilitatem cenobii antedicti, transferentes in idem cenobium

omne ius, quodcumque habebamus vel in futurum nobis conpetere posset in decima memorata omnique dolo excluso protestamur, quod de predicta nostra decima litteras speciales non habuimus nec habemus et sicut predicte decime penitus renunciavimus, sic omnibus litteris et auxiliis iuris sive facti, quibus per nos seu per alios quoscumque dictus contractus in futurum dissolvi posset seu inpediri, prorsus renunciamus, decernentes irritum et inane, si a quoquam hominum quidquam in contrarium contigerit attemptari. In horum igitur omnium testimonium ac firmitatem perpetuam et ne prefatus contractus ac proprietatis translacio in posterum valeant aliqualiter retractari vel inpediri, nos Theodericus dominus de Volmutsteyne, Godefridus dominus de Ruͤdenbergh, Erenfridus de Breydenole et Fridericus de Hůrde milites ad peticionem sepedicti Theoderici et matris ac sororum suarum sigilla nostra una cum sigillo eiusdem Theoderici litteris presentibus duximus apponenda. Preterea nos partes contrahentes unanimiter petivimus discretos viros . . consules oppidi Sůsaciensis, ut ipsi sigillum oppidi sui litteris presentibus apponere dignarentur. Nos igitur . . consules predicti dictarum parcium contrahencium precibus annuentes sigillum oppidi nostri litteris presentibus apposuimus ad maiorem evidenciam omnium premissorum. Testes etiam horum sunt: Albertus de Palsole et Wichmannus de Hervordia proconsules, Gerlacus de Lake, Gerwinus de Lůnen, Gothmarus de Medebeke, Regenbodo Gotus, Wezelus Herinc, Johannes de Berghe, Rickardus de Heringen, Henricus de Lake, Henricus de Bastenberg, Conradus de Lůnen, Wichmannus de Vlerike, Lůdewicus de Suͤnhere, Godefridus de Berghe, Henricus de Hoenporten, Everhardus de Lake, et totum consilium oppidi Sůsaciensis cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, sexto Idus Novembris.

Or. Kl. Paradies Nr. 53 a. Von den an farbigen Seidenfäden angehängt gewesenen 6 Siegeln sind nur noch Reste vorhanden, welche an 3. Stelle das Bredenolsche, an 4. das Hördesche, an 5. das Honrodesche und an 6. das Stadtsiegel mit Rücksiegel erkennen lassen.

2508.

Heinrich gen. von Piekenbrock bekundet, dass der Streit, den er mit dem Kl. Flasheim aus Anlass des Kaufs der Güter in Rapen seitens des Klosters von dem Ritter Dietrich Moylike (s. oben Nr. 2481) gehabt hat, beigelegt ist. 1298 November 30.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris ego Henricus dictus de Pykenbroke notum facio, quod fretus consilio meorum consanguineorum et amicorum de omni discordia sive discensione habita inter dominum . . cellerarium et conventum beate Marie in Vlarsheym ordinis beati Augustini, Coloniensis dyocesis ex una parte et me et meos complices ex altera de empcione bonorum et hominum in Rapene, quam fecerant contra Theodericum militem dictum Moyliken et suos heredes et de omni inpeticione, si quam habui contra ipsum conventum ecclesie beate Marie in Vlarsheym et homines ipsorum, pro me et pro omnibus quicquam pro me facere et dimittere volentes (!) amicabilem inivi conposicionem, ita quod deinceps nunquam ipsum conventum in Vlrasheym (!) predictum, bona et omnes homines ipsorum debeo nec possum inquietare, sed in omnibus causis ipsorum pro mea possibilitate teneor et debeo promovere. Et hec tenore presencium sub munimine sigilli domini Hermanni militis de Ludinchusin, quod presentibus ad meam peticionem est appensum, protestor declarando. Huic tam racionabili facto presentes erant in testimonium premissorum: dominus Hermannus miles predictus de Ludenchusin, Herimannus miles de Rechde, Johannes burgravius de Rechde, Fridericus de Rechde, Bernardus de Struncde dictus Vulf, Reynerus de Vesterolte, Otto dictus Rode, Rutgerus de Vlarsheym et alii quam plures viri fidedigni huic conposicioni interfuerunt. Datum et actum in die beati Andree apostoli, anno Domini M°.C°C°. nonagesimo octavo.

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel von Pgtstr. ab.

2509.

Heinrich von Drolshagen, Herr zu Waldenburg, belehnt die Brüder Ernst und Simon von Solms mit der Freigrafschaft Hundem. 1298 December 25—26. Plumpe Fälschung.

Wy Ernesth und Symon von Solmysse gebroders doet allen apenbar kundt, dat unser leven süstersone Hinrich von Drolsshagen her tzo Woldenborg unss hevet gelehnet de vryegraschop to Hunteue (!), dass wyr dar al nu tor tydt stolherrn eu synt und alss de sachen myt den von Ryfersche und uns stande geendiget werden, dan eu hayn wir kayn recht dar mer anne. Dessen al also geschein is wytliken kündich junckeren Wynrich von Bilstene und hern von Nassoe, des hayn wy Ernesth und Symon vorgenant unse ingesigel to tuge an dussen breff don hangen. Gegeven in den Wynachten anno Domini M° twehundert nonagesimo octavo.

Pro copia antiquae copiae per Severinum Horteleder notarium publicum collationatae Conradus Cannegiesser notarius publicus immatriculatus subscripsit.

Abschr. des XVII. Jhs., Familienarchiv Drolshagen. Gedr. Fahne, Westf. Geschlechter S. 137.

2510.

Dortmund an den König (Albrecht I): Obwohl der Graf (Eberhard) von der Mark die königlichen Einkünfte in Dortmund schon lange inne habe, fordere der Erzbischof (Wigbold) von Köln dieselben für sich; der König wolle zwischen diesen eine Entscheidung treffen. (Ende 1298 oder Anfang 1299.)

Illustri etc. regie celsitudini innotescitur per presentes, quod in quodam negocio nunc nobis imminente plurimum disturbati sumus et perplexi, ex eo videlicet, quod cum nobilis vir dominus comes de Marka iamdudum redditus imperii, quos aput nos habetis, scilicet a temporibus domini patris vestri pie memorie sub se tenuerit et perceperit absque alicuius obstaculo impedimenti, nunc reverendus pater et dominus Coloniensis episcopus vestras nobis exhibuit patentes litteras super dictis redditibus sibi esse assignandos, quos prefatus comes a se dimittere denegat et recusat. Cum igitur in hoc casu simus non mediocriter disturbati propter affectus dominorum utriusque quibus continue indigemus, supplicamus celsitudini vestre attentione qua possumus, quatenus intuitu humilis servicii nostri talem amicicie ordinacionem interponere dignemini et hoc negotium eatenus salvare inter dominos predictos, ut nos ab huiusmodi disturbacione et perplexitate liber[ar]i valeamus amicabiliter et absolvi.

Auf der Rückseite von Nr. 81 im Stdt.-A. Dortmund. Gedr. daraus Koppmann: Hanserecesse I p. 40 Anm. 1; darnach hier wiederholt. Vergl. Rübel, Dortm. UB. I 263.

2511.

Die Schwester Agnes von Lo schenkt die Hälfte des Wüstehofes für das Hospital des Kl. Paradies. 1298 (1299) Januar 13.

Nos Gertrudis priorissa, Jutta suppriorissa totusque conventus sororum de Paradyso tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod soror Agnes dicta de Lo ad quartam partem curtis nostre, que dicitur Vustehof, in cuius partis possessione pluribus fuit annis, emit a nobis aliam quartam partem eiusdem curtis pro XXX^a marcis monete Susaciensis et has duas quartas, hoc est medietatem, totius curtis pia conpassione permota infirmarie nostre pro recreacione debilium et infirmarum sororum, antequam faceret professionem, cum adhuc esset libere voluntatis et potestatis super omnia bona sua, libere contulit ac in perpetuum deputavit, petens a nobis humiliter ac devote, ut dictam donacionem et deputacionem vellemus nostris litteris ac sigillis nostris videlicet ac venerabilis patris fratris Remberti

vicarii nostri ac prioris conventusque Susaciensis inviolabiliter roborare. Nos igitur attendentes fervorem tante devocionis ac magnitudinem tante donacionis ipsamque gratissimis cordibus acceptantes decernimus et ordinamus, quod infirmaria nostra, que pro tempore fuerit, medietatem omnium redditum seu proventuum sepedicte curtis annis singulis requiret, recipiet ac pro infirmis et debilibus sororibus fideliter dispensabit. Singulis etiam annis in anniversario dicte sororis nostre A(gnetis) infirmaria predicta faciet conventui pictanciam cum sex solidis accipiendis de redditibus memoratis in remedium animarum eius et unius Hermanni et Gerhardi ac suorum omnium amicorum. Et ne prior, priorissa seu eciam conventus dictum nostrum decretum seu predictam nostram ordinacionem in posterum valeant inmutare, irritare vel revocare, sigilla nostra videlicet priorisse et conventus presentibus duximus apponenda, procurantes nichilominus apponi sigilla prescriptorum. Et ego predictus R(embertus) vicarius provincialis predicta approbans, ratificans et confirmans sigillum meum apposui ad instanciam priorisse et conventus in robur perpetue firmitatis. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, in octavis Epyphanie. Ad habundantem eciam cautelam duplicavimus litteras, quarum unam nos penes nos habebimus, alteram apud privilegia fratrum Susatiensium deposuimus conservandam.

Or. Kl. Paradies 53. Von den an weissen Hanffäden angehängt gewesenen 5 Siegeln ist nur noch ein Rest des Siegels des Dominicanerpriors (Westf. Siegel Taf. 141, 11) erhalten.

2512.

Erenfried gen. Quatterlant löst auf Veranlassung des Erzbischofs Wigbold von Köln beim Grafen von der Mark und A. von Scheidingen für 900 Mark die Burg Rodenberg wieder ein und wird vom Erzbischof zum Amtmann daselbst bestellt. 1298 (1299) Januar 21.

Universis presentes litteras inspecturis ego Erenfridus dictus Quatterlant notum esse cupio, quod cum ego ad instantiam reverendi domini mei W(icboldi) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi castrum suum Rodenberg absolverim et redemerim de manibus nobilis viri E(verhardi) comitis de Marka et Anthonii de Schedingen militis pro nongentis marcis pagamenti Coloniensis, quolibet grosso Turonensi pro septem denariis computato, idemque dominus meus me suum in dicto castro et eius attinentiis sub certa forma et conditione constituerit officiatum, prout in litteris inde confectis plenius continetur, promisi et per presentes promitto fide prestita corporali et interposito iuramento, quod dictis nongentis marcis michi persolutis ipsum castrum cum suis attinentiis ad voluntatem dicti domini mei et . . successorum suorum deliberabo et assignabo eisdem infra mensem, postquam fuero requisitus, nec occasione dampnorum, deperditorum vel expensarum quarumcumque, nec ex aliqua causa nunc suborta vel, que suboriri poterit in futurum, ipsum castrum cum suis attinentiis extunc debebo vel potero retinere. Sub eisdem etiam fide et iuramento promisi et promitto, quod predictum castrum nulli alii viventi pro huiusmodi summa maiori vel minori aliquatenus obligabo, sed ipsum castrum sub expensis competentibus tenebo ad taxationem nobilis viri O(ttonis) comitis de Everstein et Zobbonis militis de Altena moderandis. Ad maiorem vero securitatem constituo prefato domino meo archiepiscopo et ecclesie Coloniensi fideiussores, videlicet Zobbonem de Althena predictum, Arnoldum de Hatnecke, Henricum de Ense, Anthonium de Ense et Helmicum de Sumberen, qui una mecum et pro me promiserunt, quod premissa omnia et singula inviolabiliter observabo. Quorum sigilla una cum sigillo meo proprio presentibus in testimonium sunt appensa. Datum XII°. Kalendas Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 612. Von den 5 Siegeln hängen noch folgende an 1) Erenfrieds gen. Quaterland (Westf. Siegel Taf. 200, 4), 2) Sobbos von Altena (ebenda Taf. 191, 1), 3) Antons von Ense (ebenda Taf. 158, 1). Gedr. Lacomblet UB. II 1017.

2513.

Graf Dietrich der Aeltere von Limburg überträgt dem Kl. Kentrup das Eigen einer Hufe in Thetinchusen *im Kirchspiel* Bochem. *1298 Januar 31 (1299 Januar 30).*

Nos Theodericus comes senior de Lymburgh et dominus Everhardus iunior comes ibidem dominusque Theodericus filius quondam domini Johannis filii nostri protestatione presentium profitemur et scire volumus universos, quod de plenario heredum et coheredum nostrorum omnium consensu et voluntate proprietatem mansi in Thetinchusen siti in parrochia Bochem ad nos pertinentem conventui sanctimonialium claustri in Keynedorpe sancti Cisterciensis ordinis contulimus libere ac possidendam perpetuo, Engelberto de Herborne milite et Ottone eiusdem claustri provisore predictam collationem de manu nostra recipientibus nomine et loco sanctimonialium predictarum. Huic etiam collationi aderant una nobiscum Johannes miles de Hovele, Hermannus de Berstrate, Gerhardus frater eiusdem, Waltherus de Boeghe, Henricus Notlon, Johannes de Hothman, Theodericus de Holthoye, fratres dicti Direken et Henricus rector scolarum in Hammone et alii quam plures vocati in testimonium et notati. In evidens huius collationis testimonium presens scriptum eisdem sanctimonialibus dedimus sigillorum nostrorum muniminibus roboratum, per quod calumpniam huic facto obviantem reprimere valeant et cassare. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, feria sexta ante festum Purificationis beate Marie virginis.

Or. Kl. Kentrup 21. An Pgtstr. noch das Siegel Graf Dietrichs (Westf. Siegel Taf. 13, 2 u. 16, 14); zwei andere ab.

2514.

Die Brüder Conrad und Alexander von Meninchusen *verzichten zu Gunsten des Kl. Welver auf ihre Ansprüche an die Güter in Ricklingsen und* Spechtesholen. *Hamm 1298 (1299) Januar 31.*

Evanescit actio temporalis, que nec litteris nec testibus perhennatur. Notum igitur sit tam presentibus quam futuris, quod Conradus et Allexander fratres de Meninchusen abrenunciaverunt omni actioni seu questioni ipsis conpetenti vel competiture sanctimonialibus in Welvere super bonis Rekelinchusen ac bonis Spehctesholen cum hominibus, pratis, casis, pascuis, agris cultis et incultis ceterisque pertinentiis universis effestucantes omne ius, quod ipsi seu heredes ipsorum ex successione hereditaria habuerunt vel habere poterunt in bonis antedictis, super qua abrenunciationis evidencia sigillorum appensionibus Pulciani et Richardi de Hesnen militum presens scriptum est munitum. Actum in foro Hammensis oppidi anno Domini M°.CC°. nonagesimo VIII°, in vigilia vigilie Purificationis beate Marie. Testes sunt: Menricus de Bruchusen, Engelbertus de Herborne, Tidericus Harma, Snap milites; Conradus Volenspit, Johannes de Nehem, Lutbertus Clot famuli; Henricus Allec, Vulfwinus de Nortwic, Lutbertus filius Ditmari, Richardus Vulpes, Sluc de Lunheren, Constantinus de Galen, Gotfridus de Tunne.

Or. Kl. Welver Nr. 115. An Pgtstr. das Siegel Pulcians (von Volenspit) (Westf. Siegel Taf. 185, 2), das zweite Siegel zerstört.

2515.

Magister Jacobus, Domherr zu Goslar, königlicher Hofnotar, teilt seinem Kapitel mit, dass er im königlichen Hofgericht den Besitz des Hofes zu Mengede durch Urteilsspruch erlangt habe, und ersucht den Dekan mit den auf diese Güter bezüglichen kaiserlichen Diplomen auf Sonntag Reminiscere *nach Heilbronn zu schicken. Ulm o. J. (1299) Februar 5* (in die beate Agathe).

Gedr. Vaterl. Arch. f. Niedersachsen 1841, 163 und Bode, UB. der Stadt Goslar, II 558 nach dem Or. im Stdt.-A. Goslar. Vergl. ebenda Urk. von 1277 Juli u. August, 1283 Mai 9, 1299 Mai 21 u. 22 (unten Nr. 2524, 2525), 1300 Jan. 5 u. 1300 o. T.

2516.

Der Edle Dietrich von Volmestein überlässt dem Kl. Soest-Walburgis Land bei Katrop gegen eine jährliche Pacht. Soest 1298 (1299) Februar 14.

Nos Theodericus vir nobilis de Volmestene notum facimus universis presentiam(!) visuris, quod nos ad liberam resignationem Johannis dicti Richteman ac Frederunis uxoris sue undecim virgas agrorum sitas prope Katerbike, quorum tres iacent prope semitam dictam Bůterpat, tres prope domum Hinrici dicti de Grůse prope locum qui vocatur Bůgel, tres iuxta prefatam semitam in parte orientali et due prope curtem Ruphus in inferiori parte dicta Winckel. Item ad liberam resignationem Hartmanni filii Frederunis predicte ac Alheidis uxoris sue duo iugera et dimidium sita prope dictam villam Katerbike ultra viam, ubi itur Eldinchusen, que colit Lutbertus de Hemminchusen et tres virgas que quondam fuerunt Johannis de Allen ad nostram porrectionem seu consessionem(!) pertinentes dilectis in Christo . . preposito et conventui sancte Walburgis extra muros Sůsacienses titulo pensionis novem denariorum legalium in Sůsato porrigimus et concedimus in hiis scriptis perpetuo possidendas: cuius pensionis medietatem in curtem Johannis et Frederunis, reliquum(!) vero medietatem in curtem Hartmanni et Alheidis predictorum singulis annis in vigilia beati Martini persolvere et amministrare tenebuntur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: Johannes de Kersebome presbiter, Richardus clericus, Wenemarus dictus Husman officiatus noster, Gerwinus de Lůnen senior, Wichmannus canonicus Sůsaciensis et Gerwinus filii eiusdem Gerwini, Th Gerle, H. dictus Wůste, Hermannus Lenbike et Johannes Parvus de Smerebrůke. Acta sunt hec in Sůsato anno Domini M°.CC°. nonagesimo octavo, in die beati Valentini martiris.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 44. An Pgtstr. Siegel Dietrichs von Volmestein (Westf. Siegel Taf. 39, 8), Rückbemerkung von einer Hand des XVIII. Jhs.: über 3 Ruthen Land bei Katropp.

2517.

Bürgermeister, Rathsmannen und die übrigen Bürger von Rüthen bezeugen in Gemeinschaft mit dem Pfarrer von Ostervelde *(Kallenhardt) der Frau Walburgis, dass der unter dem Namen Detmar in Lübeck lebende Böttger Dethard* (Dethardus doleator), *der Sohn des Müllers von Weslarn, ihr ehelich angetrauter Mann ist, der mit ihr 3 Kinder gezeugt hat. 1298 (1299) Februar 15.*

Nos . . proconsul et . . consules ceterique oppidani in Růden universis et singulis hoc scriptum inspecturis notum facimus et protestamur, quod, ad nostram accedens presenciam, Walburgis mulier, una cum discreto viro Hermanno, plebano ecclesie in Ostervelde, et quamplurimis viris idoneis et fidedignis, ad hoc per ipsam Walburgim vocatis et rogatis, protestata et testificata est testibus probis, honestis et fidedignis, quod Dethardus doleator, filius quondam molendinarii de Weslere, qui in civitate Lubicensi, ut dicitur, Detmarum se nominat, eius est maritus legitimus, et in facie ecclesie per dictum . . plebanum in Ostervelde in presencia plurimorum eidem legitime copulabatur, et ipse Dethardus eidem in opido Ruden adhesit et comansit per annum et amplius et in locis aliis, quod tres parvulos ex ipso generavit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus ad peticionem dicte Walburgis, adhuc sanam mente et corpore existentem,[1]) est appensum. Et nos Hermannus, plebanus in Ostervelde predictus, quia premissa scimus esse vera et dictos coniuges in facie ecclesie per verba de presenti legitime copulavimus, sigillum honesti viri Jacobi, plebani ecclesie in opido Ruden, apponi petivimus in testimonium premissorum. Actum in crastino beati Valentini martiris, anno Domini M°CC nonagesimo octavo.

[1]) *Statt* „sane mente et corpore existentis".

Or. St.-A. Lübeck. Gedr. Lübecker UB. I 672. Von den an Pgtstr. befestigt gewesenen Siegeln ist das erste abgefallen, das zweite zeigt das Lamm Gottes mit der Fahne: S. Jacobi pastoris in Ruden.

2518.

Der Pfarrer Hermann von Ostervelde (*Kallenhardt*) *bekundet, dass Walburgis die eheliche Frau des Böttchers Dethard (Detmar) ist und beide von ihm in der Kirche zu Rüthen ehelich getraut sind. (1298) 1299 Februar 16.*

Universis et singulis hoc scriptum inspecturis ego Hermannus presbiter, plebanus in Ostervelde, notum facio et protestor, quod Walburgim, exhibitricem presencium, mulierem pudicam et bone fame Dethardo doleatori, filio . . molendinarii quondam de Weslere, in ecclesia sancti Johannis in opido Ruden in presencia plurimorum utriusque sexus hominum per verba de presenti matrimonialiter et legitime copulavi et quod dicti coniuges, scilicet Dethardus, qui, ut dicitur, alibi Detmarum se nominat et Walburgis in opido Ruden et in oppido Lippensi et alibi tamquam coniuges legitimi cohabitarunt, donec dicta Walburgis ab ipso Dethardo tres genuit parvulos, quorum ad huc unus vivit et ab ipsa Walburge usque in hodiernum diem, prout pluribus constat, in opido Ruden est nutritus. Et nos Winandus et Gerhardus sacerdotes, in opido Ruden ecclesiarum rectores, quia premissa omnia scimus esse vera et magna populi multitudo in Ruden et confiniis ibidem ea sciunt, recolunt, dicunt et protestantur et parati sunt tactis sacrosanctis affirmare premissa, sigillum domini Jacobi, pastoris nostri, quia propria sigilla non habemus, et ut etiam premissis maior fides adhibeatur, una cum sigillo dicti plebani in Ostervelde presentibus apponi fecimus in testimonium premissorum. Datum in die dominico post Valentini, anno Domini M°CC° nonagesimo octavo.

Or. St.-A. Lübeck. Gedr. Lübecker UB. III 34. Von den an Pgtstr. befestigt gewesenen Siegeln zeigt das erste einen celebrirenden Priester: . . ermann . . ban in Ost(er)v . . .; *das zweite ist abgefallen.*

2519.

König Albrecht verkündet den auf Anfrage Erzbischof Wigbolds von Köln ergangenen Rechtsspruch, dass in Lehen Frauen nur mit Einwilligung des Lehensherrn folgen können. Bingen 1299 Februar 20.[1]

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod anno Domini M°CC° nonagesimo nono, indictione XI^a^, X. Kal. Marcii nobis apud opidum Pinguiense pro tribunali sedentibus per venerabilem Wicboldum archiepiscopum Coloniensem principem nostrum karissimum sentencialiter quesitum fuit, utrum filia in bonis feodalibus iure hereditario suis parentibus succedere possit, vel non; quod ibidem per . . principum, . . nobilium, . . ministerialium et . . militum tunc nostro consistorio astancium sentenciam extitit diffinitum, quod nulla filia vel mulier possit in bonis feodalibus succedere, nisi de plenaria voluntate domini feodi et consensu. Nos itaque huiusmodi sententiam tanquam legitime diffinitam et a predictis . . principibus et . . nobilibus laudatam et approbatam auctoritate regia confirmamus. Dantes has nostras litteras nostre maiestatis sigillo sigillatas in dicte confirmacionis testimonium super eo. Datum die, annis Domini, indictione superius annotatis, regni vero nostri anno primo.

Or. Herzogthum Westfalen Lehen A. Siegel an Pgtstr. (Heffner 82) zerbrochen. Gedr. Seibertz UB. I 477. Böhmer, Reg. imp. 141. Monum. Germ. Leges IV, 1 S. 47.

[1] *Bei Preuss u. Falkmann Reg. I Nr. 458 und im Westf. UB. IV 2475 ist die bei Grupen III S. 227 mit der Jahreszahl 1288 und der Ueberschrift 1298 gedruckte Urkunde zu 1298 bz. 1299 wiederholt (vergl. Westf. UB IV 1981 und Preuss u. Falkmann 425); sie gehört nach Massgabe der darin genannten Lippstädter Rathspersonen zu 1288 (1289).*

2520.

Rotger von Hüsten verzichtet zu Gunsten des Kl. Welver auf alle Ansprüche an die Güter in Spectesholen. *Arnsberg 1298 Februar 16 (1299 März 1).*

Universis presencia visuris et audituris nos Rotgerus de Hustene miles volumus esse notum tenore presencium publice protestantes, quod cum consensu uxoris nostre Cunegundis et filiorum nostrorum Johannis, Conradi et Rotgeri ac aliorum nostrorum legitimorum heredum in presencia nobilis viri domini Ludewici comitis de Arnesbergh sponte et libere resignamus omni actioni et inpeticioni bonorum in Specteshole cum hominibus, casis, pascuis, pratis et rubetis in manus domine abbatisse et conventus ecclesie sancte Marie in Welvere ordinis Cysterciensis et omni iuri, quod nobis posset conpetere vel nostris heredibus de iure vel de facto in bonis prenarratis. Acta sunt hec in Arnesbergh presentibus: nobili viro domino Godefrido de Rudenbergh, Henrico Advocato; Luberto[1]) de Hustene iudice, Hermanno Scureman et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium et firmitatem presentem paginam super hiis confectam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum anno Domini millesimo C°C°. nonagesimo VIII°, in dominica qua cantatur Esto michi.

[1]) *Hinter* Luberto „advocato" *durch Punkte getilgt.*

Or. Kl. Welver Nr. 116. An Pgtstr. hängt das runde Siegel Rotgers von Hüsten (Westf. Siegel Taf. 212, 1).

2521.

Die Aebtissin Agnes von Meschede tauscht mit dem Grafen von Arnsberg Ministerialen aus. 1298 (1299) März 12.

Noverint universi presencium inspectores, quod nos Agnes abbatissa secularis ecclesie in Messchede Henricum et Wilhelmum nostros ministeriales fratres et filios Henrici de Ostwich damus nobili domino comiti in Arnsberg pro Hermanno et Henrico filiis Hermanni de Gyvelinchusen[1]) ministerialibus dicti domini comitis recipientes sub pari concambio dictos Hermannum et Henricum in nostros ministeriales. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M.CC^{mo}. nonagesimo octavo Dominice incarnacionis (!), in die beati Gregorii pape.

[1]) *B* „Gevelinchusen".

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 A Bl. 22 v und 109 B Bl. 28 v.

2522.

Die Grafen Gerhard von Jülich und Everhard von der Mark versprechen den Gebrüdern von Erprath, Kölner Canonikern, Schutz und Hülfe gegen den Erzbischof Wigbold von Köln. Heimbach 1298 April 3 (1299 April 16).

Universis presentia visuris nos Gerardus Juliacensis et Everardus de Marka comites notum facimus, quod nos considerantes utilitatem sive amicitiam virorum nobilium videlicet domini Theoderici Dei gratia prepositi ecclesie Seflicensis, canonici maioris ecclesie Coloniensis ac Henrici canonici sancti Gereonis in Colonia fratrum de Erperade, que iam dudum viguit inter nos, cum ipsis fedus unionis inivimus in hunc modum, quod nos eisdem dominis Theoderico et Henrico ope, consilio et auxilio contra reverendum patrem dominum Wicboldum Coloniensis ecclesie archiepiscopum pro viribus nostris, si discordia emerserit, fideliter assistemus, ita quod si dictus dominus archiepiscopus castrum predictorum Theoderici et Henrici, videlicet Erperade, circumvallaverit, nos dictum archiepiscopum ad deliberationem dicti castri bona fide pro toto posse nostro promittimus amovere. Preterea predicti Th(eodericus) et H(enricus) nobiles de castris ac munitionibus nostris dicto domino archiepiscopo

dampna sive molestias cum suis complicibus inferre poterunt pro eorum libito voluntatis et in hoc ipsis auxilium debemus adhibere, donec discordia inter nos comites et predictum dominum archiepiscopum cedata (!) fuerit vel sopita. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum apud Hengbag feria quinta post festum Palmarum, anno Domini M°CC° nonogesimo octavo.

Or. St.-A. Düsseldorf. Köln-Domstift 622. Die Reitersiegel des Grafen Gerh. v. J. und des Grafen E. v. d. Mark (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16) an Pgtstr. Gedr. Lacomblet UB. II 983.

2523.

Decan Gottfried von Soest und Pastor in Brilon erlaubt die abgebrannte Nicolaikapelle daselbst wieder aufzubauen, deren Kirchendienst der Pfarrer der Mutterkirche besorgen oder durch Vicare mitversehen lassen soll. 1299 Mai 13.

Nos Godefridus Dei gratia Susaciensis ecclesie decanus pastor ecclesie in Brylon ac obedientiarius ibidem omnibus presens scriptum visuris inperpetuum. Cum cappella sancti Nicolay in Brylon periculo sit ignis incendii devastata, propter quod iam dudum divino officio ibidem est derogatum, quod timemus in nostrum ac multorum vergere salutis detrimentum, ne igitur ibidem diutius divine laudis organa suspendantur, sed illud gloriosum nomen videlicet Jesu, quod est super omne nomen, in quo credentes salvos fieri opportet, illic a Christi fidelibus iugiter veneretur ac laudetur deus deorum in Syon, cum creatura modicum habeat, quod pro meritis respondeat creatori, ob spem Divine remunerationis et ut populus Deo serviens numero ac merito augeatur cuius sanguis de manibus requiretur prelatorum, dictam capellam[1]) in honore beati Nicolay iterato reparandam seu construendam oppidanis ibidem ac omnibus, quorum interfuerit, plenam ac liberam presentium tenore concedimus facultatem, nichilominus obligantes nos per presentes, quod, quicunque pro tempore in matrici ecclesia in Brylon plebanus sive perpetuus vicarius exstiterit, prefatam cappellam tam in horis canonicis quam missarum sollempniis per se vel per suos cappellanos officiando providebit salvo tamen in omnibus iure matricis ecclesie memorate. In cuius rei evidenciam presens scriptum dictis oppidanis contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Nos etiam capitulum Susaciensis ecclesie predicte ac Wernherus plebanus seu perpetuus vicarius ecclesie in Brylon prefate huiusmodi ordinationem probabilem a discreto viro domino Susaciensis ecclesie decano predicto ordinatam ratam et gratam habentes, volentes eam perpetuo inviolabiliter observari munientes presentem cedulam sigillorum nostrorum munimine in testimonium super eo. Ceterum nos Gerbertus dictus Grube proconsul, Ger. dictus Goldenere, Ger. de Hallenberg, Al. Sardo, Her(mannus) dictus Jungelinc, Jo(hannes) de Lederike, Jo(hannes) de Monte Martis, Her(mannus) Luscus, Thit. de Hottepe, God. de Hinnela, Es. de Winterberg, et Her(mannus) Wesceli consules oppidi Brylon ac universitas oppidanorum ibidem huiusmodi rationabile factum provida deliberatione prehabita communi ratiabitione approbando nos obligamus presentium tenore, id inviolabiliter cessante qualibet detractione seu impedimento in perpetuum observare. In testimonium huiusmodi ratiabitionis et facti observantie presenti scripto sigillum oppidi nostri predicti apponentes. Actum et datum anno incarnationis Dominice M°.CC°. nonagesimo IX°, ipso[2]) die beati Servacii confessoris. Superscriptionem[3]), si qua fuerit, approbamus[3]). Actum et datum anno et die predictis.

[1]) *Uebergeschrieben.* [2]) *Der Rest des Datums nachgetragen.* [3]) *Nachträglich durch Verweisungszeichen hinter* „predictis" *gestellt.*

Or. Stdt.-A. Brilon (im St.-A. Münster) 1. Von den an grünweissen gedrehten Hanffäden angehängt gewesenen Siegeln 1) des Decans Gottfried, 2) des Kapitels von Patroclus (Westf. Siegel Taf. 9, 5), 3) des Pfarrers Wernher und 4) der Stadt Brilon (ebenda Taf. 66, 1) sind nur noch Reste erhalten. Gedr. Seibertz UB. I 479.

2524.

König Albrecht bekundet Verzichtleistung des Grafen Reimbold von Solms und seiner Mutter Elisabeth auf den Hof des Domstifts zu Goslar in Mengede.
Oppenheim 1299 Mai 21 (XII Kalendas Junii).

Or. Stdt.-A. Goslar. Gedr. Vaterl. Arch. f. Niedersachsen 1841 S. 164 f. und Bode, UB. der Stadt Goslar II 567. Reg. Böhmer, Reg. Alberti Nr. 181. Vgl. Nr. 2515 u. 2525.

2525.

Der königliche Hofrichter Graf Hermann von Sulz bekundet den vor seinem Gericht geschehenen Verzicht des Grafen Reimbold von Solms auf den Hof des Domstifts zu Goslar in Mengede.
1299 Mai 22 (an dem vritage vor sent Urbans).

Nach einer gleichzeitigen Abschr. im Stdt.-A. zu Goslar. Gedr. Bode, UB. der Stadt Goslar II 568. Vgl. Nr. 2524.

2526.

Vor den Bürgermeistern und Rathmannen von Lippstadt heisst die Wittwe Themos von Honrode den Kaufcontract ihres Sohnes Dietrich mit dem Kl. Paradies gut. 1299 Juni 5.

Nos magistri burgensium ac universi consules in Lippia ad memoriam tam presencium quam futurorum volumus devenire presentibus dilucide protestantes, quod Beatrix uxor legitima quondam Themonis dicti de Honrode militis bone memorie necnon Cůnegundis eius filia, nunc eadem Beatrix uxor Johannis dicti de Linge militis, constitute compotes coram nobis expresse recognoverunt publice profitentes, se ratum et firmum perpetue habituras, quicquid Theodericus dictus de Honrode dicte Beatricis filius cum decima faceret seu fecisset, quam quondam abbatissa totusque conventus sanctimonialium cenobii in Paradyso erga dictum Theo(dericum) emptionis titulo comparaverunt, renunciantes nichilominus omni iuri ipsis in dicta decima competenti vel quod in posterum competere posset quomodolibet seu deberet. In cuius facti evidenciam pleniorem ad peticionem Beatricis et Cůnegundis ipsius filie predictarum nos Hermannus dictus Wamboystikere et Johannes Elrikinc magistri burgensium, necnon Albertus dictus Esbeke, Dithmarus Stolere, Elricus Elrikinc, Hermannus de Stormede, Nicholaus lanifex, Ecbertus Wigandi, Herbordus de Koten, Hermannus, Wilhelmus Sessekinc, Johannes Cotho ceterique tunc temporis consules presentem litteram sigillo opidi Lippensis duximus roborandam. Datum in die beati Bonifatii martiris et confessoris, anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 55.

2527.

Erzbischof Wigbold von Köln genehmigt die zwischen dem Dechanten des Mariengradenstiftes in Köln und den Brüdern Bertram und Johann Suderman, den Stiftern des Altars Peter und Paul in der Reinoldikirche zu Dortmund, vereinbarten Bestimmungen wegen der Besetzung dieses Altars.
Köln 1299 Juni 9.

In nomine Domini, amen. Nos Wicboldus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod cum honesti viri Bertramus et Johannes fratres dicti Suderman opidani Tre-

monienses spiritu devocionis accensi in animarum suarum et parentum suorum remedium, et ut eorum memoria propter hoc perpetuo habeatur, infra[1]) ecclesiam parrochialem beati Reynoldi Tremoniensis altare ad honorem Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum[2]) construere et redditibus dotare intendant, dicti fratres recognoscentes, quod id, quod per ipsos in hac parte pie ac salubriter conceptum est, absque venerabilium virorum . . decani et capituli ecclesie beate Marie ad Gradus Coloniensis, qui veri collatores ipsius ecclesie beati Reynoldi esse dinoscuntur, ac ipsius rectoris et aliorum, quorum interest, consensu et nostra auctoritate effectum sortiri non valeat profuturum, cum eisdem . . decano ac capitulo, rectore iam dicto et aliis, quorum interest, dicti fratres convenerunt seu concordaverunt in hunc modum, quod ipsi fratres, postquam ipsum altare ab eis constructum et dotatum fuerit, hac prima vice persone idonee conferent et deinde in proxima vacacione antedictus . . decanus, ad quem collacio ecclesie beati Reynoldi cum altaribus inibi consistentibus pertinere dinoscitur, ipsum altare persone ydonee, pro quacunque dicti fratres communiter, si vixerint, seu alter eorum superstes vel etiam eorum heredes, si eorum neuter superfuerit, tempore vacacionis huiusmodi pecierint, conferre debebit sine difficultate et contradictione quacunque, collacione ipsius altaris extunc apud ipsum . . decanum, qui pro tempore fuerit, ratione ecclesie sue pleno iure perpetuo remanente nichil iuris ipsis fratribus aut eorum heredibus ratione huiusmodi fundacionis seu dotacionis in posterum reservato. Adiectum est eciam in convencione premissa, quod si . . decanus beate Marie ad Gradus, pro tempore existens, dicto altari vacante quocunque tempore ipsum altare persone contulerit in ordine presbiteratus non existenti, quod persona huiusmodi infra diem et annum se ad ordinem presbiteratus promoveri procurabit et faciet, nulla ei in contrarium dispensacione cuiuslibet suffragante, et si eadem persona in recipiendis huiusmodi ordinibus negligens inventa fuerit, anno et die a collacione sibi facta elapso, a iure sibi ex collacione huiusmodi acquisito cadet omnino et ipsum altare extunc vacabit ipso facto ad ipsius . . decani arbitrium alie persone ydonee conferendum; persona etiam, cui ipsum altare collatum fuerit, residenciam faciet personalem et ipsi altari personaliter deserviet, nec alicuius, preter quam dictum est, vicarius pro prece vel precio in eadem ecclesia existet, singulisque diebus missam in ipso altari summo mane celebrabit, legitimo impedimento cessante; alioquin, si contumaciter absens et per ipsum . . decanum monitus infra mensem ad dictum altare non redigerit (!), ipso facto sit privatus eodem. Adiectum est eciam, quod ipse . . decanus vacante dicto altari, ipsum nulli conferre poterit nec debebit nisi filio opidani Tremoniensis de ipso opido oriundo, qui in hoc habilis inventus fuerit et promoveri poterit ad presbiteratus ordinem, ut est dictum. Dictus eciam rector altaris pro tempore existens nec infirmos visitabit, nec confessiones audiet, nisi de rectoris ecclesie beati Reynoldi, qui pro tempore fuerit, processerit voluntate; oblaciones eciam, que per manus Christifidelium ad altare ipsum oblate fuerint, cum integritate rectori ecclesie predicte et suis in hac parte consortibus presentabit et deliberabit, super quo ab ipso fideliter adimplendo ipse rector altaris in prima sui creacione coram testibus ydoneis fidem sive iuramentum ipsi rectori sancti Reynoldi prestabit pro voluntate requirentis, nec eciam emolimentum[3]) pro fidelium memoriis in dampnum ipsius rectoris beati Reynoldi et suorum consortum recipiet quoquomodo. Ceterum idem rector altaris in honestis et licitis ipsi rectori ecclesie predicte obedire et ut alii ipsius ecclesie ministri toti divino officio interesse debebit, anno gracie, si quis clericis Coloniensis dyocesis in posterum indulgebitur seu[4]) indultum fuerit[4]), in ipso altari propter reddituum tenuitatem omnino cessante. In huiusmodi rei testimonium et firmitatem perpetuam nostrum sigillum presentibus est appensum, et nos Johannes Dei gracia . . decanus et capitulum ecclesie beate Marie ad Gradus supradicte premissa omnia et singula esse vera recognoscentes in testimonium presentes literas nostrorum fecimus sigillorum munimine roborari. Nos vero Bertramus et Johannes fratres predicti omnia premissa, prout narrata sunt, acta fuisse et ipsis nostrum consensum adhibuisse profitentes presentes literas venerabilis viri . . officialis curie Coloniensis sigillo petivimus in testimonium communiri; et nos . . officialis predictus sigillum nostrum ad peticionem dictorum fratrum presentibus duximus

apponendum. Actum, ordinatum et datum Colonie feria tercia post Pentecosten anno Domini M.°CC°. nonagesimo nono.

[1]) Or. „infram". [2]) „beatorum — apostolorum" *mit anderer Tinte nachgetragen, auch in B.* [3]) *B* „emolumentum". [4]) [4]) *doppelt geschrieben.*

Or. in doppelter Ausfertigung. A in Münster, Sammlung des Altertumsvereins. An Pgtstr. noch die Siegel des Decans und des Kapitels von Mariengraden; die des Erzbischofs Wigbold und des Offizials sind abgefallen. B im Stdt.-A. Köln Nr. 639a Gymnasialbibliothek. An Pgtstr. die Siegel des Kapitels von Mariengraden und des Offizials der Kölner Curie; die des Erzbischofs und des Decans von Mariengraden sind abgefallen. Rückseite enthält von einer Hand des XV. Jhs. die Notiz: Paderbornis syt(?) 4. *B liegt dem Drucke im Dortmunder UB. II 417 zu Grunde, die hier zu 418 angeführte Urkunde ist mit der obigen identisch. Regest Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IX S. 127.*

2528.

Der Propst Gottfried und der Convent der Augustinerinnen in Küstelberg stellen zu Gunsten des Neubaues ihrer Kirche unter Zustimmung und Mitwirkung von 51 genannten westfälischen und hessischen Klöstern einen Almosen- und Konfraternitätsbrief aus. 1299 Juni 11.

Universis sancte matris ecclesie fidelibus ad quos presentes littere pervenerint Gotfridus prepositus ecclesie sancte Marie in Quistelberch totusque conventus sanctimonialium ordinis beati Augustini, Coloniensis dyocesis orationes in Christo devotas. Quia ecclesia in antiquo Quistelberch quoniam in honorem Dei genitricis Marie constructa, cum totalibus officinis suis ex nimia sui vetustate funditus sit diruta et collapsa, ipsam ex speciali licentia et consilio venerabilis domini nostri Wicboldi, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi, priorum et capituli ibidem, in locum aptiorem et meliorem in novo fundo et ex novo, in locum qui novum Quistelberch vocatur, decrevimus transferendam. Igitur quia dicte ecclesie propter modicitatem ac tenuitatem suorum reddituum proprie non subpetant facultates, ita quod edificium a novo inchoatum suis viribus cum ipsius bonis usque ad consumationem aliquatenus valeat seu presumat attemptare, nisi piis ac largis Christi fidelium elemosinis adiuvetur, petivimus ecclesias conventuales subscriptas, videlicet Graschaph, Meschede, Odinge, Rumbike, Wedinchusen, Olinchusen, Vrundeberch, Schede, Porta Celi, ad Paradisum, fratres maiores et minores in Susato et de sancta Walburge apud Susatum, Benninchusen, moniales in Lippia et fratres ibidem, Cappele, Liesbern, Gysecke, in Paderburne sanctimoniales et fratres minores ibidem, Gerdene, Wilbodessen, Herswidehusen, fratres maiores de Wartberg, Wormelo, Aroldessen, Mons Martis, Breydelare, Vlechtorph, Schaken, Werve, Nezte, Bereche, hospitale in Fritzlaria et minores ibidem, Hasungen, Eppeneberg, Bredenowe, Mannenberch, Casle, Wicenstein, Koufungen, Hegene, in Marpurch fratres maiores et minores, Caldern, Wettere, Wisentvelt, Jurgenberch, Keppele, ut omnibus benefactoribus iam dicte fabrice plenam fraternitatem omnium bonorum, que apud ipsas fiunt seu fieri potuerint in futuro, pie propter Deum dignarentur erogare. Nos vero ecclesie conventuales prelibate, ruine predicte ecclesie in Quistelberch pie compatientes ob reverentiam et honorem illius, qui salutem humano generi in ligno crucis constituit triumphando et in honorem beatissime Dei genitricis Marie, in cuius honore fundata fuit, cupientes quoslibet Christi fideles ad subveniendum eidem karitativis exhortationibus incitare concedimus et damus omnibus, qui sepe dicte fabrice manum suam porrexerint adiutricem, una cum cooperatoribus ac promotoribus suis, participationem omnium bonorum, tam [in] vigiliis quam ieiuniis, orationibus, castigationibus et missarum sollempnitatibus, que apud nos fuerint (!) seu fieri poterunt in futuro. Insuper nos G(odefridus) prepositus et conventus sanctimonialium sepedicti Quistelberch decrevimus a nobis et omnibus nostris successoribus perpetue conservari, ut proxima feria secunda ante festum beati Michaelis archangeli omnium qui fraternitati nostre inscribuntur, in vigiliis et missarum sollempnitatibus acsi eorum

corpora essent presentia, devote memoria peragatur. In cuius rei testimonium nos ecclesie conventuales antedicte universaliter presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in die beati Barnabe apostoli . . tercio Idus Junii.

Or. im Pfarrarchiv zu Medebach (nach Seibertz), jetzt nicht mehr nachweisbar. Die 52 Siegel waren grossenteils abgefallen. Gedr. Seibertz UB. I 480 und v. Roques, UB. des Kl. Kaufungen I 96. Reg. Westf. UB. IV 2561.

2529.

Die Bürgermeister und Rathmannen von Werl bekunden, dass die Wittwe Arnolds gen. Pruche dem Kl. Fröndenberg eine Rente von 6 Schillingen aus ihrem Salzhaus [in Werl] verkauft hat. 1299 Juni 17.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Wilhelmus Pistor et Johannes dictus Scolaris magistri civium ac universi consules opidi in Werle salutem et recognoscere veritatem. Considerantes, quod ea, que aguntur in tempore, (facile)[1]) cum tempore dilabuntur, contractus coram nobis habitos scripture testimonio consuevimus perhennare. Notum igitur sit universis, quod constituta coram nobis Gertrudis relicta quondam Arnoldi dicti Pruche expresse recognovit, se vendidisse iusto venditionis titulo religiosis personis . . abbatisse et conventui monasterii sancte Marie in Vrendeberge sex solidorum redditus annuos ex domo sua, que vulgariter dicitur *salthus*, quam apud nos habere dinoscitur, quos videlicet sex solidos solvet in perpetuum, qui[cumque ip]sius domus exstiterit dominus seu possessor, non obstante, si quod absit eadem domus per incendium vel quocumque alio periculo annichilata [fuerit] vel destructa. Facta est autem hec venditio presentibus heredibus dicte Gertrudis et Thoma genero ipsius et huiusmodi venditionem ratam habentibus, presentibus etiam: Everhardo qui est gener mei Johannis Scolaris predicti, Hunoldo carnifice, Arnoldo de Boderike, Johanne dicto Hockere(?), Lůdewico filio dicte Romelen, Hermanno dictoTeggere et aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum opidi nostri predicti ad peticionem Gertrudis, heredum suorum et Thome predictorum presentibus apponendum[2]). Datum anno Domini millesimo CC° nonogesimo nono, XV Kalendas Julii.

[1]) *Das Pgt. an den eingeklammerten Stellen durch Feuchtigkeit beschädigt.* [2]) *Ausgelassen ist* „duximus".

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 56. An weissen Hanffäden ein dürftiger Rest des Stadtsiegels von Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5).

2530.

Der Edle Wilhelm gen. von Ardey überträgt den Geseker Bürgern Conrad gen. Pistor und Hermann Mactator 23 Morgen Land im Geseker Feld, 3 Echtwort Waldgerechtsame in der Geseker Mark und Ländereien bei Geseke zu Lehen, indem er die bisherigen Ministerialgüter in Lehengüter umwandelt. 1299 Juni 19.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris et audituris nos Wilhelmus nobilis dictus de Ardeye notum esse cupimus et tenore presencium publice protestamur, quod Conrado dicto Pistori, Hyldegundi uxori ipsius et eorum heredibus legitimis necnon et Hermanno Mactatori, Hyldegundi ipsius uxori et eorundem heredibus viginti tria iugera agrorum, sita in campo Gesekensi, tria spacia lignorum que vulgariter *eycwort* dicuntur, sita in silva, que dicitur Gesekerma[r]ka et ortum quendam situm apud portam, que Husekemoleporte vulgariter appellatur, que iugera, *eycworde* et ortum predicti Conradus et Hermannus, oppidani in Gyseke, sibi comparaverunt a Gosvino filio quondam Luberti dicti Greven militis, Elburga uxore sua et eorundem heredibus cum consensu et assensu Rabodonis et Luberti fratrum predicti Gosvini et eorum heredum omnium, qui a nobis eadem bona iure ministeriali tenuerunt;

item quatuor iugera agrorum in eodem campo Gesekensi sita, que predicti Conradus et Hermannus sibi comparaverunt a Ruberto predicto cum consensu uxoris et eorum heredum et Gosvini et Rabodonis fratrum predictorum, iam dictis Gosvino, Luberto et Rabodone fratribus eadem bona nobis prius resignantibus, iure contulimus pheodali perpetuo possidenda, prefata bona nostra ministerialia in bona pheodalia commutando. Ne autem hoc factum oblivio deleat, set potius memoriale permaneat et ne quis nostre posteritatis hoc idem factum infringere presumat, nos Wilhelmus nobilis predictus has litteras nostro sigillo una cum sigillo predicti oppidi Gyseke, quod apponi petivimus, duximus roborandas. Actum presentibus: Menrico dicto Haroldinch iudice in Gyseke, Andrea dicto Bodekinch, Hermanno dicto Pras, Henrico de Kaminata, Henrico dicto Herebramere, Detmaro de Vinea, Detmaro dicto Muken, Bernhardo dicto Boldemer, Hermanno dicto Mumhart, Alberto de Dreyne et Alwordo, consulibus dicti oppidi Gyseke; Gobelino dicto Stotere famulo, Ulrico dicto Vryman, Henrico dicto Yrrevogel et aliis quam pluribus fide dignis. Datum feria sexta post octavas Penthecostes, anno Domini M°CC° nonagesimo nono.

Or. Kl. Abdinghof 86. An Pgstr. 1) Wilhelms von Ardei (Westf. Siegel Taf. 30, 10), 2) abgefallen. Gedr. Westf. UB. IV 2565.

2531.

Der Vicepropst von Soest bekundet die Uebertragung einer Anniversarstiftung auf ein anderes Erbe. 1299 Juni 22.

. . Vicepreposit‍us Susatiensis. Constituti coram nobis in figura iudicii Wichmannus dictus de Thunne et Theodericus dictus de Nuthenen molandinarius recognoverunt et publice confessi sunt ibidem, annuam pensionem trium solidorum, quam quondam Arthurus sacerdos Susatiensis bone memorie pro salute anime sue universis rectoribus altarium in ecclesia beati Patrocli contulit, que ex hereditate dicti Wichmanni solvi consuevit, nunc deinceps ex hereditate eiusdem Theoderici molandinarii predictorum altarium rectoribus qui pro tempore fuerint annis singulis solvendam esse duobus terminis infra scriptis, videlicet decem et octo denarios in festo Pasche et decem et octo denarios in festo beati Mychaelis primo et principaliter ante omnem pensionem que ex eadem hereditate predicti Theoderici quibuslibet est solvenda. Recognoverunt nichilominus iidem Wichmannus et Theodericus ex iam dicta hereditate Theoderici duos denarios areales predictorum altarium rectoribus in festo beati Martini hyemalis esse annis singulis exsolvendos. Actum et datum feria secunda ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini M°.CC^me^. nonagesimo nono.

Or. Soest-Patroclus, Vikarien Nr. 6. An Pgtstr. rundes Siegel, Kopf mit Umschrift: ✠ Sigil' ppi. Sosac. ad caus.

2532.

Graf Everhard von der Mark bekundet, dass die Brüder Dietrich und Wessel gen. Dereken ihre Ansprüche an gewisse Güter des Kl. Welver aufgegeben haben. Dinker 1299 Juni 28.

Omnibus audituris presencia et visuris Everhardus comes de Marka salutem et subsequentium habere memoriam cum noticia veritatis. Labili permutacione temporum acta labuntur temporalia, nisi radice testium et scripti tenaculo solidentur. Eapropter nos universis tam posteris quam modernis apicum protestacione presentium innotescimus publice declarando, quod, cum Theodericus et Wescelus fratres dicti Dereken occasione quorundam bonorum, que ad se ex successione suorum progenitorum asserebant devoluta et pertinere legitime, cenobium sanctimonialium in Welvere Cisterciensis ordinis inpetivissent seu actionem diu eidem movissent, prefati fratres saniori suorum amicorum ammonitione inducti et instructi abrenunciaverunt libere et integre omni omnium bonorum ubicunque locorum

sitorum ad dictum cenobium pertinentium seu ab eodem possessorum inpeticioni et actioni tam iuris canonici quam civilis, que ipsis tunc conpetebat vel posset conpetere in futuro, effestucantes bono animo omne ius quod habuerunt vel habere videbantur in bonis singulis prenarratis, exceptiones etiam doli mali circa singula premissa omnitenus excludentes. In evidens huiusmodi abrenunciationis ac omnium prenarratorum testimonium presens scriptum sigillorum videlicet nostri virorumque nobilium domini Bertoldi de Bůren, marscalci Westfalie, domini Godefridi de Růdenbergh, civitatis Susatiensis, Gerwini de Rinkenrode, Engelberti de Hereborne, Pultiani et Richardi militum, nostrorum in Marka castellanorum karacteribus est munitum. Acta sunt hec in cimiterio Dinchere convocatis in testimonium: Johanne plebano in Dinchere, Henrico plebano in Boderike; Everhardo Clot, Gosvino de Rodenberg, Frederico de Hürde, Theoderico Harmen militibus; Constantino de Provestinc, Johanne de Aslen, Gerlaco de Mederike et suo filio, Johanne Klot, Hermanno Lusco et aliis pluribus fide dignis anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Or. Kl. Welver Nr. 118. An rothen und grünen Seidenfäden hängen noch die Siegel des Grafen Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1), Bertolds von Büren als Marschalls von Westfalen (ebenda Taf. 40, 10 u. 11), Engelberts von Herbern und Richards von Heessen. Die Gottfrieds von Rüdenberg, der Stadt Soest, Gerwins von Rinkerode und Pulcians (Volenspit) scheinen teilweise abgeschnitten zu sein.

2533.

Bischof Otto von Paderborn schenkt die ihm von den Brüdern von Brobecke aufgelassenen Güter in Husen (Kr. Büren) und Boclon (im Sintfeld) dem Kl. Bredelar. Paderborn 1299 Juli 3.

Abschr. des XV. Jhs. in Msc. I 127 fol. 33. Gedr. Westf. UB. IV 2566.

2534.

Der Abt Arnold von Rastede belehnt Hunold von Plettenberg mit den Gütern des Klosters in Twentrup (Kirchsp. Oestinghausen). Bettinghausen 1299 Juli 11.

Nos Arnoldus Dei gratia abbas ecclesie sancte Marie Rastadensis notum facimus universis presens scriptum visuris et audituris, quod fideli nostro Hunoldo dicto de Plettenbracht bona in Twencdorpe cum omnibus ipsorum attinentiis iure feodali concessimus et ipsum de eisdem per presentes infeodamus uxori quoque eius Godeste in eisdem bonis concessimus usufructum, qui vulgariter *liftucht* appellatur, et de hiis plenam in hiis scriptis prestamus et, ubicumque opus fuerit, ipsis prestabimus warandiam. In cuius rei testimonium et munimen presentes eis damus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum in curia nostra Bettinchusen presentibus Alberto quondam abbate ecclesie nostre, Hermanno priore et Johanne nostro capellano, item Frederico de Hůrde milite; presentibus etiam Arnoldo de Specken, Hermanno Torc, Hinrico de Esleve, Frederico de Bettinchusen, Cesario de Hovestad nostris vasallis; item presentibus Alberto de Ervete. Lof dicto de Hervelde, Andrea de Meldrike et aliis fide dignis et datum anno Domini M°CC° nonagesimo nono, sabbato ante festum Margarete virginis.

Or. Kl. Liesborn Nr. 84. Siegelbruchstücke an Pgtstr. Druck Westf. UB. III 1647; Ueber die Lage von Twentrup vergl. Ztschr. 25 S. 241 u. 387.

2535.

Der Guardian des Minoritenklosters in Soest gibt bekannt, dass Erzbischof Wicbold von Köln den Wohlthätern des Leprosenhauses bei Soest einen Ablass verliehen hat. Soest 1299 Juli 15.

Universis Christi fid(elibu)s presentem litteram inspecturis ego frater Wernherus gardianus [fratrum Minorum][1]) in Sosato cupio presentibus esse notum, dominum reverendum (archi)episcopum sancte Colo-

niensis ecclesie Wicboldum ad instanciam meam et fr[atrum] [ad? sancta]m Walburgam coram summo altari omnibus vere contritis [et? confessis]? [ecclesiam pauperum infirmorum][2]) prope Sosatum . . . [causa] devotionis visitantibus et ipsis pias elemosinas erog(antibus . . . . subsidia ministrantibus in anniversario dedi[cationis? ecclesie] necnon et octo diebus proxime subsequentibus . . . . [de] iniunctis sibi penitenciis indulsisse. Qui nimirum (ar)chiepiscopus viva voce dixit michi: comitto vobis hanc indulgenciam ordinandam et, cum opportunum fuerit, publice promulgandam. In cuius rei perpetuam memoriam presentem cedulam cum sigillo fratrum dictorum non immerito communivi. Datum apud Sosatum in Divisione Apostolorum, anno Domini M°.CC°. nonogesimo nono.

[1]) *Lücken durch Mäusefrass entstanden.* [2]) *Auf Rasur.*

Or. Stdt.-A. Soest, Leprosenhaus zur Marbecke. An Pgtstr. das Siegel des Minoritenklosters in Soest (Westf. Siegel Taf. 120, 8).

2536.

König Albrecht befiehlt der Stadt Dortmund dem Erzbischof Wigbold von Köln, dem er sie übergeben hat, gehorsam zu sein. Fulda 1299 August 4.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris . . scultheto, . . magistris civium, . . scabinis, . . consulibus et universitati civium Tremoniensium, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Meminit nostra serenitas, quod nos alias provida super hoc cum venerabilibus principibus nostris deliberatione prehabita, inter cetera que nostra regalis munificentia venerabili Wicboldo Coloniensis ecclesie archiepiscopo, principi et secretario nostro karissimo, pro suis obsequiis et meritis eximiis nobis et sacro Romano imperio voluntate operosa et diligentia magnifica per eundem exhibitis, liberaliter assignavit et commisit, civitatem nostram Tremoniensem cum integritate omnium iurium, reddituum, proventionum et fructuum eiusdem civitatis ipsi archiepiscopo deputavimus, assignavimus et commisimus tenendam et habendam nomine nostro et imperii, prout in litteris nostris patentibus super hoc confectis plenius ac planius continetur. Propter quod vestre fidelitati precipimus et mandamus, et in ea fide qua nobis et imperio astricti estis, a vobis seriose requirimus per presentes, quatenus omnis dubietatis scrupulo ammoto, eidem Wicboldo archiepiscopo exnunc inantea et non alii vice nostra subsitis et ipsi imperii vices in hac parte gerenti[1]) tamquam nobis in omnibus pareatis, de iuribus, redditibus et obventionibus nostris quibuscumque in civitate predicta et citra constitutis sibi et suis integre respondendo, ulteriori mandato super hoc deinceps nullatenus exspectato, quia nolumus eum gratia nostra sibi in hiis facta aliquatenus defraudari. Et quia sigillum nostrum maius penes nos non habemus ista vice, secreto nostro sigillo utimur in hac parte. Datum Fulde, II. Non. Augusti, regni nostri anno primo.

[1]) *Or.* „gerente".

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 636. Siegel auf der Rückseite des Pgts. aufgedruckt gewesen, völlig abgebröckelt. Gedr. Lacomblet, UB. II 993. Regest Rübel, UB. I 256.

2537.

Rechtsspruch König Albrechts für den Erzbischof Wicbold von Köln, dass der Lehnsherr heimgefallene Lehen Jahr und Tag behalten dürfe. Fulda 1299 August 5.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam publicam cupimus pervenire, quod anno Domini M°CC° nonagesimo nono, feria quarta ante festum beati Laurencii apud Fuldam nobis pro tribunali sedentibus quesitum et propositum fuit in sentencia a venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo, principe nostro karissimo, coram maiestate nostra tanquam in figura iudicii constituto, si quis tenens feoda a domino aliquo moriatur absque here-

dibus illis, qui vulgo dicuntur *leinenkerben*(!) et dominus feodorum ipsa feoda sibi attrahet et ea per annum et diem, sicut sua propria, possidet pacifice et quiete. Et extunc venit aliquis dicens, se in dictis feodis ius habere et impetit dominum feodorum super ipsis, utrum ipsi domino feodorum huiusmodi possessio anni et diei debeat suffragari. Ad questionem sic propositam per . . principes, . . comites . . aliosque nobiles taliter est responsum et communi dictante et approbante ipsorum sentencia est optentum, quod dicto domino feodorum dicta possessio suffragatur et impetenti ipsum nulla omnino actio in posterum competit in eisdem presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum. Datum anno, die et loco predictis, indictione XII°, regni vero nostri anno primo.

Or. Herzogt. Westfalen, Lehen A. An rot u. blauseidenen Fäden das Siegel des Ausstellers (Heffner 82). Gedr. Seibertz UB. I 481. Böhmer, Reg. imp. 196. Monum. Germ. Leges IV, 1 Nr. 60.

2538.

Ein Patriarch, zwei Erzbischöfe und neun Bischöfe sichern den Wohlthätern des Kl. Küstelberg 40tägigen Ablass zu. 1299 vor August 8 (vgl. Nr. 2539).

Regest Seibertz UB. I Anm. 617 zu Nr. 480. Von der Urkunde war nach Seibertz im Pfarrarchiv Medebach nur der Umbug erhalten, an dem die Siegel z. T. noch hingen.

2539.

Erzbischof Wigbold von Köln bestätigt den Ablassbrief für das Kl. Küstelberg (Nr. 2538). Winterberg 1299 August 8.

Or. Pfarrarchiv Medebach (nach Seibertz) mit Resten des Siegels des Ausstellers und den übrigen Siegeln. Regest Seibertz UB. I Anm. 617 zu Nr. 480.

2540.

Erzbischof Wigbold von Köln bestätigt dem Kl. Scheda den Erwerb des Zehnten in Altendorf und in Waltringhausen. Rüdenberg 1299 August 12.

Nos Wicholdus (!) Dei gratia sanctę Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus universis, quod cum viri religiosi praepositus et conventus monasterii Scheydensis, ordinis Praemonstratensis, Coloniensis diocesis decimam in Aldendorpe quam Gerhardus de Wittene a nobis tenebat in feodo necnon duarum marcarum reditus cum minuta decima in Walterinchusen quos Hartmannus de Hagnen a nobis tenebat in feodo, emerint nobisque humiliter supplicarint, ut proprietatem seu dominium bonorum huiusmodi a nobis et ab — — — — ad confortationem possessionum sui monasterii donare seu remittere curaremus. Nos quia eadem bona ad pia loca convertuntur, ut ipsum monasterium ex hoc de nostra gratia specialiter fulciatur, dominium seu proprietatem, quod nos et ecclesia nostra in eisdem bonis habemus et habuimus, dimittimus et transferimus perpetuo in praepositum et conventum seu eorum monasterium memoratum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum apud Rodenborgh anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono, II ante Idus Augusti.

Abschr. XVI. Jhs., Msc. VII 6116 fol. 100, 101.

2541.

Everhard Bolike überträgt dem Johann Giselberti einen Acker bei Lippstadt. Vor 1299 August 14 (vergl. Nr. 2542).

Everhardus Bolike contulit Jo(hanni) Giselberti agrum quendam apud civitatem Lippensem situm. Huius facti testes sunt: Ar(noldus) Bebese, Engelbertus de Holensten, Timmo de Scorlemere, Lůf,

Albertus de Rode, Th(eodericus) Colhorn, Her(mannus) Hobekinc, Hin(ricus) Corvus, Jo(hannes) filius suus. Hos prenominatos omnes elegit idem Everhardus Bolike tali iure et testimonio, quod vulgariter dicitur *manstede.*

Unbesiegelte Notiz auf einem kleinen Pgtstr., Kl. Benninghausen Nr. 80.

2542.

Die Aebtissin Mathilde von Benninghausen bekundet die Anniversarstiftung für den Johann Gyselberti. 1299 August 14.

Nos soror Methildis dicta abbatissa totusque conventus monialium ordinis Cysterciensis in Benikinchusen omnibus presencia visuris vel audituris rei cognoscere veritatem. Quoniam ingratitudo vicium est detestabile apud Deum et homines, benefactoribus nostris, quorum beneficia habundanter percepimus, memoriam animarum eorum agere tenemur in omnibus spiritualibus exerciciis, que divina per nos clemencia incessanter dignabitur operari, ne notabili vitio ingratitudinis apud Deum incusemur. Noverint igitur moderni et posteri, quod pro sollempni memoria in anniversario quondam Johannis dicti Gyselberti filiique eius dicti Hermanni annuatim consolatione facienda nostro conventui in die Circumsitionis (!) Domini dimidium maltum, videlicet tres modios[1]) siliginis et tres modios ordei, similiter in die Palmarum pro memoria uxoris sue quondam dicte Meth(ildis) ac filie sue dicte Marg(arete) quondam nostre monialis tres modii siliginis et tres modii ordei fratri Hinrico vel eius successori, camerario futuro, perpetuo assignabuntur in bonis dictis de Amne, que bona predicti coniuges, cum adhuc viverent, pro remedio animarum suarum nostre ecclesie comparaverunt imperpetuum possidenda. Ne quis igitur posterorum nostrorum hoc factum in irritum ducat, presens scriptum sigilli nostri appensione decrevimus roborandum. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo nono, in vigilia Assumptionis beate et gloriose virginis Marie.

[1]) *Ueber der Zeile.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 81. An Pgtstr. das beschädigte Siegel der Aebtissin Mathilde (Westf. Siegel Taf. 129, 5).

2543.

Bernhard gen. Cremere, Bürger in Recklinghausen, verkauft den Nonnen in Flasheim, der gewesenen Meisterin Gostue und Gertrud von Schwansbell, aus seinem Hause in Recklinghausen eine Rente von 6 Schillingen, die nach dem Tode der Käufer an den Convent fallen soll. Recklinghausen 1299 August 16.

Nos Gerhardus dictus de Hamme iudex in Rikelinchusen et consules eiusdem opidi Rikelinchusen nomine: Ludolfus de Alta Domo, Gerhardus dictus Vrode, Sibodo de Domo Lapidea, Hinricus fermentarius, Johannes dictus cum Cuneis, Hinricus dictus de Fornace, Johannes Meygreve dictus, Conradus de Alta Domo, Thidericus dictus Veddere, Gerhardus dictus de Bure, Rotgerus dictus de Polshem et Hinricus dictus de Bochorne notum facimus universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris et publice protestamur per presentes, quod Bernardus dictus Cremere et Gisla uxor sua legitima opidani in Rikelinchusen in nostra presentia et in figura iudicii Rikelinchusen constituti de maturo consilio ipsorum amicorum et de pleno consensu ipsorum heredum vendiderunt rite et iusto tytulo venditionis domine Gostue quondam magistre et Gertrudi dicte de Svansbolen monialibus in Vlarshem Coloniensis dyocesis ex area[1]) et domo ipsorum sitis in opido Rikelinchusen aput domum Gerlaci dicti de Herne annis singulis iure hereditario et iure pensionali in festo Pasce tres solidos et in festo beati Victoris tres solidos legalium et bonorum denariorum currentium in opido Rikelinchusen perpetue ipsis persolvendos; et si una ipsarum predictarum monialium in Vlarshem vita decederet, alia

que vita esset superstes annis singulis sex solidos temporibus ad hoc statutis integraliter tollere deberet et, si ambe viam universe carnis essent ingresse, tunc conventus ipsarum monialium in Vlarshem perpetue in iure hereditario ipsos sex solidos et iure pensionali annis singulis memoriam ipsarum exinde peragendo tollere debent. Sin autem domus incendio vel vetustate devastaretur predicta, dicte puelle et conventus ipsarum in Vlarshem si defectum aliquem in pensione ipsarum de ipsa area et domus[2]) paterentur, quod absit, ad omnia bona ipsius Bernardi et Gisle sue uxoris et ipsorum heredum et precipue ad ipsam aream prefatam deberent habere respectum et de ipsis plenum et perfectum requirere restauramen et sic istis promissis idem Bernardus[3]) Mercator, Gisla uxor et Gisla ipsorum filia, quia plures pueros non habebant, eosdem sex solidos coram iudicio predicto rite venditos resingnaverunt et effestucaverunt et promiserunt de eadem vendicione plenam facere warandiam, prout iuris est in terra. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta sigillo opidanorum Rikelinchusen ad petitionem utriusque partis est roborata. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono, die dominica post festum beati Laurencii martiris.

[1]) *Or.* „are". [2]) *Statt* „domo". [3]) „nar" *doppelt geschrieben.*

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Von dem Siegel ist nur noch die äussere Hülle in Wachs an Pgtstr. vorhanden.

2544.

Graf Everhard von der Mark, Engelbert sein Sohn, Mathilde von Arberg, Engelberts Gemahlin, Mathilde von Holte deren Grossmutter überlassen dem Erzbischof Wigbold von Köln für 4000 Mark auf Grund eines Schiedsspruches das Schloss Schönstein, das Dorf Wissen, das Gut Morenhoven und die Vogtei zu Sürdt. Köln 1299 September 5.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 394. Transsumpt von 1300 Sept. 24, Domstift 356. Gedr. Lacomblet UB. II 1033.

2545.

Graf Ludwig von Arnsberg bekundet, dass Heinrich von Aldendorpe *vor dem Freigericht in* Witmerinchusen *dem Kl. Rumbeck eine Hufe in Bergheim verkauft hat. 1299 September 17.*

Nos Ludewicus nobilis comes de Arnesberg universis visuris vel audituris presentia protestamur, quod Hinricus dictus de Aldendorpe bone nationis homo commorans in Rudene necnon uxor sua domina Gostu et heredes eorundem videlicet Hinricus, Jutta et Dideradis constituti in Witmerinchusen coram nostro iudicio, quod vulgo *vrigdinc* dicitur, Theoderico de Aflen tunc comite libertinorum quendam manssum (!) situm in Berichem, qui ipsis iure proprietatis attinebat, vendiderunt fratribus et sororibus ecclesie in Rumbeke cum proprietate et omnibus suis attinenstiis (!) pro quinque marcis legalium denariorum monete Susaciensis, quem ibidem in manus Johannis prepositi dicte ecclesie in Rumbeke vicem ecclesie sue ibidem tenentis resignaverunt et transtulerunt cum proprietate et omnibus suis attinenstiis (!) iure proprietatis perpetuo possidendum renunstiantes (!) omni iuri, quod in dicto mansso (!) habebant vel habere videbantur cum sentensciis (!) iudicialibus ad hoc debitis et consuetis. Presentes erant: Wilhelmus de Hevinchusen, Vulfhardus de Hevinchusen tunc *vrigievrone,* Radolfus de Redinchusen, Theodericus de Grafweghe, Conradus dictus Heteretatere, Herimannus de Benekinchusen, Lambertus Pilechem, Johannes Lifhardinch, Ludewicus Scraghe, Hinricus Bastenberg, Hinricus Helvelt et alii quam plures boni testimonii viri. In cuius rei testimonium, cum prescripta coram nostro iudicio sint acta, ad peticionem parcium utrorumque, ne in posterum aliquis prescriptam ipsorum venditionem sive emptionem

ausu temerario infringere presumat, dedimus dicte ecclesie presens scriptum super hoc confectum sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini M°.CC° nonagesimo nono, in die beati Lamberti martiris.

Or. Kl. Rumbeck Nr. 40. An weissen Hanffäden das Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 41, 1). Gedr. Seibertz UB. I 482. Vgl. Lindner, Veme S. 106.

2546.

Graf Konrad von Rietberg belehnt den Ritter Friedrich von Hörde mit dem auf der Nordseite der Lippe gelegenen Teile der (Frei)grafschaft. 1299 September 23.

Universis presentem literam visuris ac eciam audituris nos Conradus comes de Redberg recognoscimus et protestamur publice in hiis scriptis, quod nos Frederico de Hurde militi titulo pheodali concessimus et concedimus per presentes cometiam in Boke, in Hethus et in Manegutinchusen necnon universa et singula bona ad talem comeciam pertinentia sita ex una parte Lippie versus aquilonem eo iure quo dominus Albertus quondam de Stůrmede et alii eius predecessores a nostris predecessoribus tenuerunt pacifice et perpetualiter possidenda, Cunegundi vero uxori ipsius Frederici in eisdem bonis concedimus usufructum quod *liftucht* dicitur in vulgari. Preterea dictam comeciam et bona attinentia heredes ipsius Frederici a nobis suscipient eodem iure quo ipse a nobis tenet possidenda. Et in huius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum feria quarta ante festum beati Michahelis, anno Domini M°CC° nonagesimo nono.

Or. im Archiv des Historischen Vereins zu Hannover. Siegel ab. Gedr. Seibertz UB. III 1106.

2547.

Das Kapitel von Soest verkauft dem Vicar Goswin eine Fruchtrente aus den Höfen Kaldehof *und Elfsen, die dieser nach seinem Tode zu einer Memorienstiftung bestimmt. 1299 October 2.*

Universis presentem litteram percepturis Godefridus Dei gratia decanus et capitulum ecclesie Susaciensis veritatis noticiam cum salute. Noveritis, quod nos certos perpetuos redditus duorum maltorum siliginis et ordei pari quantitate ex curtibus nostris Kaldehof et Elfeldehusen vendidimus dilecto nobis Goswino presbitero vicario ecclesie nostre ementi pro decem et octo marcis denariorum in Susato legalium nobis numeratis, traditis et assignatis, quos redditus ipsi singulis annis infra mensem post festum beati Petri ad Cathedram amministrabimus seu amministrari liberaliter faciemus. Et pie ordinavit idem Goswinus, quod dicti redditus post mortem suam videlicet decem et octo modii inter canonicos et sex inter sacerdotes altarium ecclesie nostre, qui singulis annis in anniversario ipsius Goswini vigiliis, missis animarum et commendacionibus interfuerint, distribuantur et inde apud nos memoria sui perpetuo habeatur et agatur, prout benefactorum nostrorum memorie agi solent. Ad observacionem quoque omnium premissorum bona fide nos obligamus et presentem litteram super eo confectam maiori sigillo ecclesie nostre in testimonium communimus. Datum crastino beati Remigii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

Or. Soest-Patroclus Nr. 70 a. An rothseidenen geflochtenen Schnüren das beschädigte Siegel des Soester Kapitels (Westf. Siegel Taf. 9, 5).

2548.

König Albrecht befiehlt wiederholt der Stadt Dortmund, dem Erzbischof W(igbold) von Köln Gehorsam zu leisten und den von diesem eingesetzten Schultheissen anzuerkennen. Bingen 1299 October 18.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris, . . magistro civium, . . sculteto, . . consulibus et universis civibus suis Tremoniensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Sicut alias vobis scripsimus et etiam . . cum miseramus (!) pro vobis, cum essemus Pingviam (!), vobis vive vocis oraculo loquebamur, sic iterato vobis committimus et mandamus, vobis nichilominus auctoritate regia seriosius iniungentes, quatenus cum nos venerabili W(icboldo) archiepiscopo Coloniensi principi et secretario nostro karissimo de communi consensu principum nostrorum omnia iura nostra et imperii, que habemus in opido nostro Tremoniensi et extra, cum universis attinentiis suis duxerimus committendum, tenendum et habendum et pacifice possidendum, pareatis eidem archiepiscopo vice et auctoritate nostra in omnibus humiliter et devote et prestetis ipsi non tamquam sibi sed tamquam nobis debite fidelitatis solitum iuramentum eo tempore duraturum, prout in literis nostris patentibus sibi super hoc traditis plenius continetur. Volumus etiam, ut illum, quem idem archiepiscopus vobis prefecerit in scultetum, ipsum pro sculteto et non alium habeatis. Datum Pingvie XV Kal. Novembris, regni nostri anno secundo.[1])

[1]) *Das Datum steht auf Rasur.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 645 mit grossem (fast ganz abgefallenen) königlichen Rücksiegel. Gedr. im Auszuge Lacomblet, UB. des Niederrheins II Nr. 1039 Anm. 1, ganz Rübel, Dortm. UB. I Nr. 265.

2549.

König Albrecht befiehlt den Dortmunder Juden, dem Erzbischof W(igbold) von Köln Gehorsam zu leisten. Bingen 1299 October 18.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus universis iudeis Tremoniensibus camere sue servis gratiam suam. Cum nos opidum nostrum Tremoniense cum universis attinentiis suis intus et extra et vos venerabili W(icboldo) archiepiscopo Coloniensi principi et secretario nostro karissimo de communi consensu principum nostrorum duxerimus committendum, tenendum et habendum ac pacifice possidendum, vobis universis et singulis comittimus et mandamus dantes vobis nichilominus auctoritate regia seriosius in preceptis, quatenus eidem archiepiscopo vice et auctoritate nostra obediatis et in omnibus pareatis humiliter et devote, id, sicut nostrum favorem diligitis, nullatenus omittentes. Datum Pingvie XV Kalendas Novembris, anno Domini M°CC^mo nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 646, das grosse Rücksiegel ab. Gedr. Koppmann in Geigers jüd. Zeitschr., 1867, Heft 2 p. 95, im Auszuge Lacomblet, UB. des Niederrheins II, Nr. 1039 Anm. 1, ganz Rübel, Dortm. UB. I, Nr. 266. Reg. Wiener, Reg. z. Gesch. der Juden I, Nr. 111. Mitth. aus d. Stdt.-A. Köln IV, 41. Böhmer, Reg. imp. Nr. 222.

2550.

König Albrecht theilt den Westfälischen Bischöfen, verschiedenen Grafen des Niederrheins und Westfalens, ferner den Schöffen, Rathmannen etc. von Köln und den grösseren Westfälischen Städten darunter Soest und Dortmund mit, dass er dem Erzbischof Wigbold von Köln die Stadt Dortmund und die Höfe Brackel, Westhofen und Elmenhorst überlassen habe und fordert sie auf, den Erzbischof im Besitz derselben gegen den Grafen Everhard von der Mark zu schützen, der seiner Vorladung auf den 15. October nach Bingen keine Folge geleistet habe. Bingen 1299 October 19.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus venerabilibus . . Monasteriensis, . . Osnaburgensis, . . Myndensis et . . Paderburnensis ecclesiarum episcopis, principibus suis dilectis, necnon viris nobilibus . . Gelrensi, . . Clevensi, . . de Monte, . . de Ravensberg comitibus, ac prudentibus viris . . scabinis, . . consulibus et universis civibus Coloniensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Mindensis, Susaciensis, Tremoniensis et Asnidensis civitatum, ac universis fidelibus suis et imperii, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Ad vestre fidelitatis notitiam volumus pervenire, quod licet iamdudum, principum nostrorum et sacri imperii ad hoc accedente consensu, venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo, principi et secretario nostro karissimo, opidum nostrum et imperii Tremoniense ac curtes nostras videlicet Brakele, Westhoven et Elmenhorst cum suis iuribus commiserimus habenda nostro nomine et tenenda; et nobilem virum Eberhardum comitem de Marka, qui se de eisdem opido et curtibus intromittit, coram nobis ad quintam feriam post festum beati Gereonis ad exprimendum ipsi circa hoc nostri propositi desiderium, Pingwiam vocassemus, nec se nostris curaverit conspectibus regalibus presentare; dicto archiepiscopo, deliberato super hoc prehabito consilio, duximus committendum, ut se auctoritate nostra deinceps de predictis opido et curtibus cum omnibus suis iuribus et redditibus intromittat, vestram fidelitatem requirentes et vobis presentibus nichilominus iniungentes, quatenus, si dictus Eberhardus comes de Marka aut alius quicumque se ipsi archiepiscopo, immo nobis, in hac parte opponeret, quod esset omnino contra nostram voluntatem, prefato archiepiscopo contra ipsum comitem et suos complices ob nostre regie celsitudinis reverentiam in prosecutione iuris nostri et imperii ac dilectorum opidi et curtium recuperatione strennue assistatis, premissa omnia ob regie celsitudinis reverentiam ac terre vestre statum pacificum et tranquillum fideliter prosequentes. Datum Pingwie XIIII° Kalendas Novembris, indictione XIII[a], anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 647. Siegel gut erhalten an Pgtstr. Gedr. Lacomblet UB. II 1039. Reg. Rübel, Dortmunder UB. I 267, Westf. UB. IV 2576. Böhmer, Reg. imp. 224.

2551.

König Albrecht fordert den Grafen Eberhard von der Mark bei Strafe auf, den Erzbischof Wigbold von Köln in den Besitz der Stadt Dortmund und der Höfe Brackel, Westhoven und Elmenhorst zu setzen. Bingen 1299 October 19.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus spectabili viro Everhardo comiti de Marka fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Meminimus nos te coram nobis Pingwiam ad quintam feriam post festum beati Gereonis vocavisse nostrum mandatum auditurum. Nostri enim propositi fuit, te cum venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principe et secretario nostro karissimo super bonis nostris et imperii scilicet opido Tremoniensi necnon curtibus Brakele, Westhoven et Elmenhorst que ipsi de consensu principum imperii habenda commisimus concordasse et, cum non comparere curaveris, ipso archiepiscopo comparente, deliberato super hoc habito consilio tibi duximus committendum firmiter et mandandum, quatenus omni dilatione cessante dictum opidum et curtes deliberes et deoccupes ad manus archiepiscopi memorati. Quod si secus faceres, quod de tua fidelitate non presumimus, volumus et commisimus ipsi archiepiscopo, ut se de eisdem opido et curtibus auctoritate regia intromittat et, si in hoc te sibi opposueris, noveris hoc fore contra nostram voluntatem et regiam maiestatem. Datum Pingwie XIIII° Kalendas Novembris, indictione XIII[a], anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 648. Gut erhaltenes Siegel an Pgtstr. Vgl. Mitth. aus dem Stdt.-A. Köln IV S. 42. Gedr. Joannis Spicilegium tabularum literarumque veterum 23. Reg. bei Lacomblet UB. II 1039. Auszug Rübel, Dortmunder UB. I 267. Böhmer, Reg 223.

2552.

Das Kölner Domcapitel genehmigt den Erwerb von Gütern in Eydinhusin *(Enkhausen?) und* Drisberg *(Dreisborn?) seitens des Kl. Oelinghausen. Köln 1299 October 19.*

Henricus[1]) de Virninburg Dei gratia . . prepositus et Theodericus de Bilstein eadem gratia . . decanus totumque . . capitulum maioris ecclesie Coloniensis ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam cupimus pervenire, quod, ne super manso in Drisberg, quem conparaverunt seu emerunt religiose persone . . prepositus et . . conventus sanctimonialium in Hůlenchusin Coloniensis dyocesis a Theoderico de Sumbre milite scultheto nostro et ne super bonis in Eydinhusin et in Drisberg, que idem miles vendidit preposito et conventui predictis ac super litteris ratihabitionis, placiti et consensus capituli nostri super eisdem contractibus unanimiter habitis per nos vel successores nostros dictis preposito et conventui ipsarum monialium et eorum successoribus ullo umquam tempore questio seu discordia moveatur, sed ipsa bona iidem prepositus et conventus exnunc in antea pacifice possideant et quiete, omni contradictione in posterum cessante, et ne ipse littere capituli nostri quoad hoc argui valeant seu calumpniari, quominus perpetuum robur debeant firmitatis habere, presentes litteras ipsis preposito et conventui sigillis nostris, nos prepositus et decanus nosque capitulum sigillo maiori ecclesie nostre, tradimus communitas. Acta sunt hec in crastino Luce ewangeliste in ecclesia Coloniensi presentibus: Henrico thesaurario, Hermanno de Reninberg, Arnoldo de Erenberg, Okero, Florkino, Gerlaco de Nůwenhovin, Philippo de Blanckenheim, Lamberto subcustode, Frederico sacerdote canonicis Coloniensibus et aliis quam pluribus, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono.

[1]) *Das „H" verziert.*

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 157. An roth- resp. gelb- und grünseidenen Fäden die Siegel 1) des Dompropstes Heinrich von Virneburg mit Wappensiegel als Rücksiegel, 2) des Dechanten Dietrich von Bilstein und 3) des Domcapitels.

2553.

Graf Everhard von der Mark verpfändet dem Stifte Stoppenberg auf weitere 6 Jahre die Vogtei über die Güter zu Linden, Oiberg *und* Runkel *zur Begründung eines Familienseelgedächtnisses. 1299 October.*

Everhardus comes de Marka universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quod nos advocaciam bonorum in Lindene, Oiberge et Runkel ad ecclesiam in Stophenberge pertinencium conventui eiusdem ecclesie obligamus pro viginti quinque marcis denariorum legalium Coloniensis monete exnunc usque ad sex annos a festo Pentecostes proxime venturo conputandos pro memoria nostrorum predecessorum bone memorie comitum de Marka sub omnibus pactionibus, condicionibus et formis quibus idem . . conventus eandem advocaciam iam dudum tenuit et possedit a bone memorie predecessorum nostrorum gratia, videlicet quondam Engelberti progenitoris nostri et Ottonis patrui nostri comitum de Marka, super quibus pactionibus, condicionibus et formis predictorum comitum predecessorum nostrorum patentes littere ipsi . . conventui sunt concesse. Premissis tamen hoc adicimus, quod nos advocaciam predictam sic obligatam nullatenus redimemus seu redimi faciemus, nisi sex annis supradictis prius plenarie revolutis. In cuius rei testimonium et certitudinem ampliorem has nostras patentes litteras sigillo nostro sigillatas ipsi . . conventui supradicto duximus concedendas. Datum Essende anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono, mense Octobri, presentibus et ad hoc specialiter rogatis testibus infrascriptis videlicet . . abbate monasterii Werdinensis, item . . abbate monasterii in Hamborne, item Everhardo comite de Limborg, Engelberto

primogenito nostro, Henrico de Ekenscede, Wenemaro de Aldendorpe iuniore et Lubberto de Vitinchoven et Gyselberto iudice in Bochem militibus; item Adolfo de Aldendorpe, Hugone et Bernardo fratribus de Ekenscede et aliis quam pluribus fidedignis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Stoppenberg Nr. 8. Siegel ab. Gedr. Lacomblet UB. II 1040.

2554.

Das Domcapitel von Paderborn lässt sich von dem Kl. Oelinghausen eine Geldrente ablösen. 1299 November 6.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, . . prepositus, . . decanus et capitulum ecclesie Paderburnensis salutem cum noticia veritatis. Ut ea, que per nos racionabiliter acta sunt, firmitatem sorciantur et posteris dubium ac questionis materiam penitus aboleant in futurum, notum fore cupimus publice protestantes, quod, cum ecclesia nostra predicta haberet annuam novem solidorum pensionem ex cenobio de Olinchůsen et bonis eiusdem cenobii sibi singulis annis perpetuo persolvendam, eademque pensio minus utilis videretur, nos ad maiorem ecclesie nostre utilitatem, sicut condecet, laborare cupientes accedente consilio et consensu venerabilis patris domini nostri . . episcopi pro duodecim marcis denariorum Sůsati usualium nobis numeratis et solutis ac per nos ad usus meliores ecclesie nostre conversis dictam pensionem legitime vendidimus et in contractu vendicionis assignavimus prefato cenobio perpetuo possidendam transferentes in prefatum cenobium omne ius, quodcunque ecclesie nostre et nobis in dicta pensione conpetebat et renunciantes excepcioni pecunie non numerate et omnibus privilegiis et auxiliis iuris sive facti, per que possemus quoquo modo contra predictum contractum nos tueri seu dissolucionem emoliri. Et in horum testimonium et firmitatem perpetuam eidem cenobio contulimus has litteras sigillo maiori ecclesie nostre communitas. Actum octavo Idus Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono presentibus honestis viris: domino Godefrido decano, Theoderico de Palsole, Hermanno Pyl canonicis ecclesie Sůsaciensis, Friderico plebano de Hůstene, Helmico de Puteo sacerdote; item presentibus: Alberto de Palsole, Brůnone de Bůcge, Gerwino de Lůnen iuniore, Regenbodone et Růdolpho dictis Goten, Lůtberto et Johanne dictis de Puteo, Henrico de Brůcke opidanis Sůsaciensibus et aliis pluribus fide dignis.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 158. An rothseidenen Fäden das Siegel des Domcapitels von Paderborn (Westf. Siegel Taf. 102, 2 u. 3).

2555.

Abt Gerhard von Liesborn beurkundet die vor ihm von Hermann Wambssticker abgegebene Erklärung, dass aus seinem Erbe Windhaus dem Kl. Herzebrock als Zehntlöse für den schmalen Zehnten 18 Pfennige zustehen. 1299 November 10.

Gerhardus Dei gracia . . abbas Lysberenensis et . . archidyaconus parrochialis ecclesie ibidem . . universis Christi fidelibus presentia visuris et audituris salutem in eo qui est salus omnium. Protestamur solempniter in hiis scriptis, . . discretum virum Hermanum dictum Wamboystickere, Bernhardum et Albertum natos suos cives Lyppenses coram nobis constitutos de cousensu omnium heredum et coheredum suorum legittimorum recognovisse viva voce, quod . . religiose domine . . abbatissa et conventus ecclesie in Hersebroke singulis annis XVIII denarios percipient sive tollent pro minuta decima de domo dicta Winthus sita in parochia Lysberenensi iure hereditario ipsis pertinente cessante ammodo omni impeticionis strepitu, quo prius predicte domine . . abbatisse et conventus ecclesie in Hersebroke iam dicte eandem domum impetere videbantur presentibus et testimonium perhibentibus discreto viro Johanne plebano in Lyseberen et religioso viro Hinrico de Asholte ac nobili viro Ludolpho germano . . nobilis viri

Hermanni burcgravii in Stromberch et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei certitudinem ad protestandum singula coram nobis acta presentem paginam peticionibus efficacibus inducti ab eisdem Hermanno Wamboystickere et heredibus suis veris fideliter sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo nono, quarto Ydus Novembris mensis.

Or. im Fürstl. Archiv zu Rheda. An Pgtstr. Siegel des Abtes, vgl. Wigands Archiv III Taf. C 4. Gedr. Osnabr. UB. IV 572.

2556.

Das Kl. Bredelar verkauft dem Kl. Fröndenberg seine Güter in Hemmerde. Soest 1299 November 18.

Nos frater[1]) Conradus dictus abbas et conventus monasterii in Breydelare universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint, notum facimus tenore presentium publice protestantes, quod nos de communi et unanimi consensu bona nostra in villa Hemerde cum omni utilitate et integritate eorum, sicut sita sunt, dilectis in Christo . . abbatisse et conventui in Vrondeberge pro septem marcis denariorum Susati legalium, minus quatuor solidis, in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignavimus et assignamus auctore Domino in hiis scriptis iure proprietatis perpetuo possidenda, renunciantes plane et expresse omni iuri, quod nobis et monasterio nostro in dictis competebat seu competere potuit, et per presentes recedimus simpliciter ab eisdem. Et in huius contractus testimonium et firmitatem perpetuam nos Conradus abbas predictus sigillum nostrum pro nobis et conventu nostro predicto duximus presentibus apponendum. Sigilla etiam discretorum virorum Wichmani de Hervordia et Rubberti dicti Fernere magistrorum civium in Susato tunc temporis ac Gerwini dicti de Lunen iunioris, qui huic interfuerunt contractui, apponi presentibus inpetravimus ad maiorem[2]) omnium premissorum et perpetuum stabilimen. Nos vero Wichmannus et Rubbertus Fernere magistri civium supradicti ac Gerwinus de Lunen iunior sigilla nostra, quia premissis omnibus interfuimus et ea vera esse cognoscimus, ad petitionem prefati domini . . abbatis de Bredelare duximus presentibus apponenda. Actum et datum in taberna Alberti de Palzole in Susato, in octava beati Martini hyemalis presentibus: Dethmaro de Medebeke, Wernero, Bettekino Rufo fratribus, Hermanno Gallico, Bettekino de Palzole iuniore, Brunone dicto Make, Hildegero de Tilia et aliis quam pluribus fidedignis cum viris supradictis, anno Domini M°.CC^{mo} nonagesimo nono.

1) „frater" *übergeschrieben.* 2) „ad maiorem" *doppelt geschrieben.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 57. Drei Siegel von Pgtstr. ab, das Gerwins von Lünen (Westf. Siegel Taf. 189, 1) hängt noch an.

2557.

König Albrecht ertheilt den Juden in Dortmund einen Verweis, dass sie seinem Befehle nicht gefolgt wären und dem Erzbischof Wigbold von Köln Gehorsam geleistet hätten. Sie seien dafür von anderer Seite besteuert worden, derart dass einzelne von ihnen ihren Wohnsitz verlassen hätten. Toul 1299 December 1.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus magistratui iudeorum ac universis iudeis Tremoniensibus camere sue servis gratiam suam. Quamquam iamdudum videlicet statim regalis celsitudinis corona apud Aquisgranum feliciter recepta venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi et secretario nostro karissimo propter sue probitatis ac devocionis merita, quibus se nobis et sacro imperio per suorum benivolenciam obsequiorum obtulit operosum, quemadmodum recolimus, una cum opido et iuribus nostris et imperii in Tremonia vos vestrique custodiam, ut ipsi et non alii vice nostra subsitis, commiserimus tenendos, habendos principum nostrorum consensu expressius accedente, maxime cum per ipsum tamquam principem illis partibus et vobis viciniorem dictum opidum et vos valeatis

commodius quam per quemquam alium defensari, vobisque post hec nostris dederimus litteris in mandatis, ut ad ipsum archiepiscopum tamquam commissionem a nobis super hoc habentem in vestris agendis recursum haberetis, nec cuiquam alii extra ipsum exactiones aliquas daretis in parte vel in toto, tamen ut nostre magnificencie est relatum exactiones satis magnas et etiam adeo graves vobis sine nostro seu ipsius archiepiscopi mandato quibusdam per vim easdem extorquentibus postmodum exolvistis, quod quidam ex vobis se a mansionibus suis ad loca alia transtulerunt, verum cum ex hiis non solum vobis incommoda et dampna gravia, immo nobis et imperio ac dicto archiepiscopo preiudicium non modicum generentur, ne quisquam alius deinceps cuiuscumque status aut preeminencie existat sine nostra permissione sibi ius vendicet in bonis aut personis vestris quocumque modo, vobis repeti[tis][1] vicibus iterato sub obtentu gratie nostre precipiendum duximus firmiter et mandandum, quatinus exnunc inantea eidem archiepiscopo et non alii tamquam defensori vestro vobis specialiter per nos deputato subsitis, obediatis et intendatis vice nostra et imperii in omnibus sicut nobis, commissione eidem archiepiscopo ad vitam nostram et suam de vobis facta perdurante et medio tempore ad eum in cunctis vestris agendis recurratis, nullas cuiquam peticiones seu exactiones extra ipsum aliquatenus exolvendo, ne si secus feceritis, nostre regie maiestatis ulcio vos tamquam rebelles et nostri mandati contemptores pro tanto temeritatis excessu condigna pena feriat operis per effectum. Datum apud Tullum Kalendas Decembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII[a], regni vero nostri anno secundo.

[1]) *Loch im Pgt.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 653. Grosses Siegel auf der Rückseite aufgedrückt, der Rand erhalten. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I 268. Regest Lacomblet UB. II zu 1039. Böhmer, Reg. imp. 234 (?).

2558.

König Albrecht befiehlt den Dortmunder Juden dem Erzbischof Wigbold von Köln gehorsam zu sein. Toul 1299 December 1.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus . . magistratui iudeorum et universis iudeis in Tremonia camere sue servis gratiam suam. Quamquam a nostre creationis felicis novitate venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi nostro karissimo vos vestrique custodiam una cum oppido Tremoniensi commiserimus, tamen, ut nobis innotuit, in ipso oppido, eo quia de vestro defensore forsan dubii extitistis per aliunde intrantes, nullam de hoc a nobis commissionem habentes pecunia a vobis in non modica quantitate postmodum est extorta, propter quod ne de cetero ob defensoris vestri dubietatem sustinere iacturas huiusmodi vos contingat, volumus et vobis precipimus, sicut alias etiam dedimus in mandatis, ut deinceps ipsi archiepiscopo vice nostra et imperii subsitis, extra ipsum pecunias cuiquam non solvendo, sed eidem obediatis secundum nostrarum et principum imperii seriem litterarum sibi de hoc a nostra celsitudine traditarum, ne si secus feceritis, nostre regie maiestatis ultio vos tamquam rebelles et nostri mandati contemptores pro tanto temeritatis excessu condigna pena feriat operis per effectum. Datum apud Tullum Kal. Decembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 654. Das grosse königliche Rücksiegel abgefallen. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I 269. Böhmer, Reg. imp. 234 (!).

2559.

König Albrecht befiehlt der Stadt Dortmund wiederholt, dem Erzbischof Wigbold von Köln zu huldigen und gehorsam zu sein. Toul 1299 December 2.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris . . sculteto . . scabinis . . consulibus et universis civibus Tremoniensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Licet iamdudum venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi et secretario nostro karissimo opidum nostrum Tremoniense cum iuribus et redditibus nostris et imperii ibidem universis de principum nostrorum consilio et consensu commiserimus habendum et tenendum, vobisque ob id multociens nostris litteris dederimus seriosius in mandatis, quemadmodum etiam quibusdam ex vobis coram nostra maiestate regia apud Pingwiam propter hoc specialiter constitutis vive vocis oraculo meminimus iniunxisse, ut ipsi vice nostra et imperii fidelitatis homagium prestaretis ac de redditibus et iuribus nostris eidem responderetis integre et complete, tamen, ut nostre magnificencie est relatum, nec mandatis nec minis apud vos profecerimus hactenus in hac parte eo, quia pretendere dicimini, quod nulli nisi nobis apud vos presencialiter constitutis ad fidelitatem prestandam sitis obligati ex consuetudine sic inducta seu privilegiis vobis a nostris predecessoribus de hoc concessis, asserentes vos pocius velle omnia mala pati, quam contra huiusmodi consuetudinem seu privilegia ad mandatum nostrum dicto archiepiscopo, ut premittitur, obedire; verum cum consuetudo contra imperialis celsitudinis libertatem introducta non consuetudo, sed corruptela potius sit dicenda, nec privilegia predecessorum nostrorum aliqua vobis hoc tribuant, ut nobis in hoc, utrum per nos ipsum vel per alium a vobis fidelitatis homagium recipere velimus, legem imponere valeatis, maxime cum par in parem non habeat imperium, ne per vestre desuetudinis corruptelam nobis et nostris successoribus et sacro Romano imperio in hac parte preiudicium generetur, deliberato super hoc prehabito consilio, vestre fidelitati gratie nostre sub obtentu iteratis vicibus tenore presencium duximus precipiendum firmiter et mandandum, quatinus omnis consuetudinis et privilegiorum vestrorum allegacione penitus quiescente prefato Wicboldo Coloniensi archiepiscopo non tamquam archiepiscopo vel suo, sed nostro et imperii nomine et veluti gestori negociorum imperii per nos deputato fidelitatis homagium, quamprimum a vobis requisierit, prestetis et de iuribus ac redditibus nostris et imperii in opido Tremoniensi et ad ipsum pertinentibus eidem respondeatis integre et complete, ipsa fidelitate commissionis tempore sibi de ipso opido Tremoniensi per nostras et principum nostrorum litteras facte tantummodo duratura, pro certo tenentes, quod si secus feceritis, quod de vestra prudencia non presumimus, regiam contra vos tamquam mandati nostri contemptores pro hiis ultionem, prosequutione iuris nostri nos ad hoc artante, procul dubio sencietis; ipsique archiepiscopo nichilominus dabimus in mandatis, ut pro conservatione iuris nostri et imperii ad obediendum nobis in hac parte, viis quibus expedit, vos inducat. Datum apud Tullum IIII° Nonas Decembris anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII^a, regni vero nostri anno secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 653. Guterhaltenes Siegel an Pgtstr. Gedr. Lacomblet UB. II 1041. Regest Rübel, Dortm. UB. I 270. Böhmer, Reg. imp. 235.

2560.

König Albrecht drückt dem Schultheissen, den Schöffen etc. von Dortmund seinen Unwillen darüber aus, dass sie es haben geschehen lassen, dass die Dortmunder Juden, deren Schutz er dem Erzbischof Wigbold von Köln übertragen hat, von Märkischen Eindringlingen in die Stadt besteuert und infolgedessen zur Auswanderung veranlasst sind, und befiehlt sie zurück zu rufen.
Toul 1299 December 2.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris . . sculteto, . . scabinis, consulibus et universis civibus Tremoniensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Noscat vestra prudencia nostris esse maiestatis auribus intimatum, quod iudei nostri in opido Tremoniensi vobiscum commorantes, quos venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi et secretario nostro karissimo tenendos conmisimus et custodiendos, licet tamen alienigene ingredienti opidum Tremoniense ex ipsius opidi libertate vis inferri non debeat, per vos a violenciis in eodem opido non sunt defensi eo, quia alias, cum tuti in domibus suis ipsi iudei esse crederent, per extraneos de comitatu de

Marka ad eosdem dictum opidum ingredientes sunt exactionati violenter ad non modicam pecunie quantitatem, sic quod ipsi iudei videntes se indefensos ad loca alia, ubi defensionis presidio gaudere credunt, postmodum transierunt. Quod nostra serenitas graviter ferens de vobis reputat utique maleactum, cum vos noscatis, ipsos iudeos esse camere nostre servos et per consequens per vos tamquam imperii fideles fore iugi fiducia defensandos. Propter quod vobis seriosius presentibus committimus et mandamus, quatinus iudeis nostris predictis ad vestram presenciam convocatis intimetis eisdem, quod etiam vos facere volumus operis per effectum, quod deinceps in personis ipsorum et rebus a nullo quoquam ipsis in opido Tremoniensi violenciam inferri permittetis, sed quod revocatis aliis ad se qui dicuntur opidum exivisse tam eiusdem archiepiscopi Coloniensis specialis eorum nomine imperii defensoris quam vestra in ipso opido vestro ubicunque protectionibus sine quavis offensa et violentia in omni ea libertate, quam antiquitus habuerunt, maneant et letentur id nullatenus, sicut nostram graciam diligitis, dimissuri. Datum apud Tullum IIII[to] Nonas Decembris, regni nostri anno secundo.

Abschr. des XIII. Jhs. im Stdt.-A. Köln Nr. 659. Regest Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IV S. 42. Gedr. Niederrhein. Annalen XLI S. 90 und Dortm. UB. II 419.

2561.

König Albrecht bestätigt dem Erzbischof Wigbold von Köln als Herzog von Westfalen das Recht, den zum Tode verurteilten Verbrechern einen Strafaufschub von sechs Wochen zu bewilligen. Toul 1299 December 4.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus . . universis sacri Romani imperii fidelibus et precipue comitibus, baronibus, nobilibus et militibus ceterisque hominibus quibuscumque in ducatu Westphalie et in ipsa terra Westphalica constitutis ad quos presentes littere pervenerint gratiam suam et omne bonum. Ex parte venerabilis Wicboldi Coloniensis archiepiscopi, Westphalie ducis nostro est culmini supplicatum, quod cum ipse archiepiscopus suique antecessores archiepiscopi Colonienses, Westphalie duces, qui pro tempore fuerunt, ratione ducatus sui Westphalie fuerunt in possessione iuris vel quasi sive consuetudine a tempore, cuius memoria non existit, habuerint, tenuerint et possiderint, habeant, teneant et possideant in ipso ducatu Westphalie pacifice et quiete, quod ubicumque infra terminos dicti ducatus Westphalie aliquis homo per iudicium quodcunque morti adiudicatus seu ex quacumque causa ultimo supplicio deputatus per ceram ducis, que impressione cere ad sigillum dicti archiepiscopi fieri assolet, arrestatur, ipsius dampnati seu ad mortem iudicati vita ad sex septimanarum spacium per arrestationem huiusmodi prorogatur, iudicis seu actoris aut alterius cuiusvis contradictione aliquatinus non obstante, nos cum dictus ducatus a nobis et sacro Romano imperio descendat, ius sive consuetudinem huiusmodi de benignitate regia ipsi archiepiscopo et sue ecclesie cum adiectione pene contra rebelles hoc ius seu consuetudinem infringentes dignaremur innovare et pariter confirmare; attendentes igitur iustis petencium precibus animum fore regium inclinandum, cum eciam ex hoc, quod nostris principibus eorum iura corroboramus, ipsorum devotionem et fidelitatem erga nostram celsitudinem augmentamus, ius et consuetudinem predictam in omni ea forma, qua premittitur et hucusque observatum est, ipsi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi auctoritate regia innovamus et tenore presencium imperpetuum confirmamus, inhibentes universis et singulis cuiuscunque status, preeminencie aut condicionis existant, ne quis contra ius et consuetudinem antedictam venire presumat. Quod si quis fecerit, penam decem marcarum auri puri nostre camere pro media parte et archiepiscopo Coloniensi, duci Westphalie pro tempore existenti pro alia media parte sine remissione qualibet exsolvendis incidat ipso facto. In huius innovacionis et confirmacionis nostre testimonium et perpetuam firmitatem has litteras dicto archiepiscopo, duci Westphalie et ecclesie sue Coloniensi nostre maiestatis appensione sigilli tradidimus

communitas. Datum apud Tullum II. Nonas Decembris, anno Domini M°.CC°.XCIX°, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 656. Siegel an rothen Seidenfäden stark beschädigt. Gedr. Seibertz UB. I 483, Böhmer, Reg. imp. 236.

2562.

Der Bürgermeister und die Rathmänner von Geseke bekunden, dass die Erben Hermanns gen. Martini ihre Güter in Ebbinghausen an Hermann gen. Mactator verkauft und diesem zu Lehen aufgetragen haben. 1299 December 11.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Ůlricus proconsul, Robertus dictus de Strot, Lubertus dictus Sutor, Ecbertus dictus de Eden, Albertus dictus de Cleio, Hermannus dictus Pavo, Rodolfus de Ederdinchusen, Johannes dictus Rex, Johannes de Requordinchusen, Hermannus villicus de Vronenhove, Dethmarus dictus Otterscoke et Henricus dictus Wettevidele consules in Gyseke notum esse volumus et tenore presentium publice protestamur, quod Johannes, Gerlacus et Hermannus fratres heredes quomdam (!) Hermanni dicti Martini in nostra presentia constituti recognoverunt, se bona sua sita in Ebbinchusen et in confinio ibidem cum omnibus eorum attinentiis et appendiciis scilicet agris, silvis, aquis, pascuis ac aliis quibuscunque Hermanno dicto Mactatori, Hildegundi uxori eiusdem ac eorumdem coniugum legitimis heredibus unanimi consensu titulo absoluti pheodi possidenda perpetuo vendidisse, renunciantes omnibus iuribus et actionibus in dictis bonis eisdem fratribus competentibus libere coram nobis. Quo facto dictus Johannes inter prefatos tres fratres senior supradictis Hermanno, Hildegundi coniugibus, Henrico filio eorundem ceterisque eorum heredibus prenarrata bona cum suis omnibus attinenciis supra specificatis iure contulit pheodali perpetuo possidenda. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, set potius memoriale permaneat, nos consules predicti presens scriptum tam ad petitionem ementium quam vendentium sigillo oppidi nostri predicti duximus roborandum. Actum presentibus Menrico dicto Haroldinc, Johanne dicto Pavone, Hermanno dicto in Foro, Conrado dicto Pistore et pluribus aliis fide dignis. Datum feria sexta post festum beati Nycolai episcopi, anno Domini M°CC° nonagesimo nono.

Or. Kl. Abdinghof Nr. 87. Siegel mit Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. IV 2586.

2563.

Der Edle Johann von Bilstein belehnt den Ritter Herbord von Helden mit dem Zehnten in Bigge (Kr. Brilon). 1299 Dezember 29.

Nos Johannes nobilis vir dominus de Bylsteyn omnibus presens scriptum visuris seu audituris notum facimus publice recognoscendo, decimam in Byge Herbordo de Heldene militi et suis heredibus, quam ipsis tamquam veris et legitimis feodatariis concessimus et et (!) adhuc concedimus iure feodali incunctanter attinere et a nobis tamquam a domino feodali rite et rationabiliter suscepisse nec alicui alteri in ipsa decima recognoscimus quicquam iuris. Datum anno Domini M°CC°. nonagesimo[1]) nono, feria tercia ante circumcisionem Domini.

[1]) *Hier folgt durchstrichen* „feria—Domini".

Or. im Archiv des Grafen von Landsberg-Velen auf Haus Gemen (Archiv Ahausen). Siegel von den aus der Urk. abgeschnittenen Pgtstr. ab. Gedr. Inventare der nichtstaatl. Archive Westfalens, Kreis Borken S. 118.

2564.

Der Burggraf Johann von Rechede bekundet eine Erbtheilung zwischen den Brüdern Bernhard und Wessel gen. Crampe von Sienbeck. Ahsen a. d. Lippe 1299.

Universis presentem litteram inspecturis et audituris ego Johannes burgravius in Recgede notum facio et publice protestor per presentes, quod Bernardus miles dictus Crampe de Sickenbeke et Weszelus suus frater dictus Crampe in hunc modum de quibusdam hereditatibus et hominibus de consilio ipsorum consanguineorum et amicorum sunt divisi et separati videlicet, quod Bernardus miles de Sickenbeke et sui heredes post mortem domini Johannis ipsorum fratris canonici Monasteriensis mansum situm Borste aput Rikelinchusen, prout situs est ibidem, cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus et ipsos homines omnes attinentes ad eundem mansum iure hereditario et perpetue debent optinere, et decimam sitam Marcvelde in parrochia Datlen, prout sita est, cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus idem Bernardus miles predictus et sui heredes iure hereditario debent optinere et possidere. Et econverso Weszelus dictus Crampe et sui heredes debent optinere et possidere iure hereditario domum Alberti, quam inhabitat et colit, dicti in deme Lo aput Waltdorpe, prout sita est, cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus; sed Bernardus miles antedictus debet optinere cum suis heredibus partem rubi que pertinebat ad domum dictam in deme Lo et que pars sita est in rubo ipsius Bernardi militis predicti. Item post mortem filiarum Bernardi dicti Crampen et dicti Papen de Ahusen idem Weszelus dictus Crampe et sui heredes debent optinere iure hereditario domum Conradi sitam Meckinchove, prout est ibidem, cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus perpetue possidendam. Huic divisioni tam rationabiliter facte presentes erant Reynerus de Westerholte, Hinricus de Apelderenbeke dictus et alii quam plures. Ut autem hec supradicta divisio rata permaneat et nulla successorum calumpnia valeat infringi, presens littera exinde conscripta sigillo Weszeli dicti Crampen predicti una cum nostro est roborata. Actum et datum super Lippam aput Ahusen, anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono.

Or. im Archiv Westerholt. Siegel von Pgtstr. ab. Mitgetheilt durch Herrn Postsekretär Esch in Recklinghausen.

2565.

Mandat Erzbischof Wigbolds von Köln an die Pfarrer der Alten Kirche in Soest u. s. w., die über den Rath und die Angesehenen in der Stadt (?) verhängte Excommunication aufzuheben. 1299.

W(icboldus) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius . . plebanis veteris ecclesie Susaciensis S . . in . . . in Loyn . . . . . rum vices gerentibus sa(lutem in) Domino. Supplicarunt nobis discreti viri consules [et maiores?] civitatis Susatiensis [officiis et dominio directo?] quo[d] Fr officialis noster Coloniensis . . . . eos . . . . Conradum . . . . . de Balve . . . . officiali nostro ad instanciam Brunonis . . . . . . crucem, [quod] communicat . . . . . . proposicionem . . . . . unionem sancte matris ecclesie . . . . . excommunicatos ab huiusmodi sententia absolvere . . . . . . iudicium civitatis Susatiensis per . . . . . . interest reddere et iudicium de rebellis . . . . . . reservato. Quare vobis mandamus, quatenus . . . . . . consules et maiores . . . . in hiis scriptis relaxamus relaxatam et ipsa absolucione . . . . . . [Datum] Bunne . . . . . (Domini anno) eiusdem millesimo CC°. nonagesimo nono.

Or. Stdt.-A. Soest XXIX 292, durch Feuchtigkeit stark beschädigt. Siegel ab.

2566.

Die Brüder Alexander und Ulrich von Escheberg, Ritter, übertragen dem Kl. Bredelar zwei Achtwort in Esbike *(Wüstung bei Padberg) von ihren Gütern auf Güter des Klosters. 1299.*

Nos Alexander et Odelricus milites fratres dicti de Eskeberch tenorem presencium inspecturis notum esse cupimus universis, quod nos de sano consensu heredum nostrorum Godeberti, Odelrici, Wernheri et Alexandri filiorum duas *agtwort,* ut vulgo dicitur, in silvam (!) que Vorst vocatur ad duo bona nostra in villa Esbike sita ab antiquo pertinentes ab eisdem bonis abstractas et sequestratas pro salute et remedio animarum nostrarum religiosis viris abbati et conventui in Breidelare liberas dedimus et assignavimus ad bona sua noviter instaurata in eadem villa versus aquilonem sita iure perpetuo pertinentes iustam et debitam warandiam super predictis facturi, cum iuste a prefatis viris fuerimus requisiti. In huius igitur collacionis nostre perhennem memoriam et perpetuum firmamentum litteram hanc sepedictis dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M°CC°XC nono.

Abschr. von 1535 in Msc. VII 5722 S. 3.

2567.

Graf Ludwig von Arnsberg und seine Gemahlin Perenetta überlassen dem Kl. Bredelar das Eigenthumsrecht an dem von diesem gekauften Hof in Kirchelern *(Wüstung im Sindfeld). 1299.*

Ne lapsu temporis ea, que geruntur in tempore, cum ipso pariter a memoriis hominum evanescant, non inprovide coram testibus ordinantur et per scripta perhenni memorie reservantur. Igitur nos Lodewicus comes, Perenetta comitissa in Arnesberg tenore presentium protestantes notum esse volumus universis, quod, cum honorabiles viri religiosi . . abbas et conventus in Breydelare, ordinis Cysterciensis, Paderbornensis dyocesis, quandam curiam in villa Eleren ecclesiali sitam, cuius proprietas nobis a cunctis progenitoribus nostris iure hereditario competebat, iusto emptionis titulo comparassent, venientes ad nos ipsam proprietatem dicte curtis a nobis iuste, prout oportuit, requirebant. Nos vero reverentiam Dei matrisque sue gloriose, quibus incessanter die noctuque deserviunt, intuentes, sano heredum nostrorum accedente consensu, quadam summa pecunie nobis data, propter animarum nostrarum salutem et perhennem nostri apud idem claustrum memoriam proprietatem sepedicte curtis ipsis . . abbati et conventui sollempniter et devote dedimus perpetuo possidendam omni iuri nostro cedentes, quod in ipsa curia videbamur habere vel habuimus, ut cum cunctis suis appenditiis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, silvis et aquarum decursibus de cetero pacifice possideant et quiete, iustam et debitam warandiam facturi, quando vel ubi legitime fuerimus requisiti. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono. Ne vero quisquam in posterum malignandi versutia provocatus hoc factum nostre liberalitatis possit seu debeat inmutare, litteram hanc coram testibus viris fide dignis domino Godefrido decano Susatiensi, Godefrido de Růdenberg cognato nostro, Heinrico advocato in Elzepe, Rotgero de Hustene dapifero, militibus, Syfrido Scoke famulo super eo conscriptam et sigillo nostro firmatam dedimus sepedictis viris . . abbati et conventui monasterii pretaxati.

Or. Kl. Dalheim Nr. 45. An rot-blauen geflochtenen Schnüren stark zerstörtes Siegel. Gedr. Westf. UB. IV 2593.

2568.

Aebtissin und Convent von Gevelsberg bekunden, dass ihre Mitschwester Agnes ihren Weinberg in Plittersdorf bei Bonn dem Heinrich von Plittersdorf gen. Keseman und dessen Frau auf Lebenszeit überlassen hat. Steinbüchel 1299.

In nomine Domini, amen. Que geruntur in tempore ne pariter labantur cum tempore et a memoria hominum evanescant, necesse est, ut scripturarum testimonio perhennentur ac roborentur. Nos

igitur abbatissa et conventus de Gyvelberg claustri ordinis Cysterciensis notum esse volumus universis presentis temporis et futuri hoc scriptum visuris vel audituris, quod Agnes monialis nostra et consoror de omnium nostrum permissione et licencia vendidit Henrico de Blitersdorp dicto Keseman vineam suam a suo avunculo magistro Wigando bone memorie sibi datam, terciam partem iornalis habentem, in superiori parte dicte ville super Renum iacentem pro septem marcis ad dies vite sue necnon et Hildegundis uxoris sue libere possidendam, ita sane ut post obitum utrorumque scilicet Henrici iam dicti et Hildegundis uxoris sue revertatur eadem vinea ad ecclesiam nostram incontinenti absque alicuius heredis predictorum contradictione vel impedimento. Ne autem hec emptio et venditio de nostra permissione coram nobis sic facta et per nos descripta per successus temporum aut personarum aliquo modo oblivioni tradatur, presentem paginam sigillo ecclesie nostre in testimonium perpetuum duximus roborandam. Actum coram nobis in curti nostra Buchele anno Domini MCC°. nonagesimo IX°.

Or. Kl. Gevelsberg 22. Siegel von Pgtstr. ab.

2569.

Magister Jacob, Domherr zu Goslar und königlicher Hofnotar, wiederholt die Meldung an sein Kapitel, dass er den Hof zu Mengede durch Urteil gewonnen und fügt hinzu, dass er seinen Bevollmächtigten zur Besitzergreifung abgeschickt habe. Ulm o. J. (1300) Januar 5 (in vigilia Epiphanie).

Nach dem Or. des Stdt.-A. zu Goslar gedr. Bode, UB. der Stadt Goslar II, 586. Vgl. Nr. 2515.

2570.

Magister Jacob, königlicher Notar und Domherr zu Goslar, theilt seinem Kapitel mit, dass sein Bevollmächtigter die Besitzergreifung des Hofes in Mengede nicht habe vollziehen können, weil der Ritter Bovo von Strünkede vor dem Grafen von der Mark auf Grund einer angeblich in seinem Besitz befindlichen Urkunde, wonach sein Vater Bernhard vor 30 Jahren den Hof gekauft habe, Anspruch erhoben habe, und bittet den Dekan, sogleich mit den nöthigen Briefschaften zu ihm zu kommen. O. D. (1300 nach Januar 5).

Nach dem Or. im Stdt.-A. zu Goslar gedr. Bode, UB. der Stadt Goslar II, 607. Vgl. Nr. 2515.

2571.

Der Ritter Dietrich von Limburg übergiebt dem Kl. Fröndenberg, welches von Heinrich gen. Dukere *die* Tygit *genannten Güter in Ardey gekauft hat, das ihm zugehörige Eigen daran. Burg Hörde 1299 Januar 10 (1300 Januar 9).*

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris (Theo)dericus de Lymburch miles salutem et cognoscere veritatem. Cum labilis et caduca sit humana memoria, consueverunt homines facta sua recordatione digna scripturarum fideli et perhenni testimonio confirmare. Hinc est, quod ego Th(eodericus) predictus tenore presencium recognosco et protestor publice, quod, cum religiose domine . . abbatissa et conventus monasterii in Vrendeberge iamdudum comparassent sibi bona quedam sita in Ardeya, que dicuntur Tygit [1]) a Henrico [2]) quondam milite dicto Dukere et suis heredibus, quorum bonorum proprietas ad me pertinuit et pertinet, ego pio motus et inductus affectu ipsorum bonorum ius, dominium et proprietatem de consensu et voluntate heredum meorum scilicet Bertradis uxoris mee et Theoderici ac Johannis filiorum meorum qui huiusmodi ius et proprietatem penitus resignarunt, dedi et tradidi, do et trado eisdem abbatisse et conventui iure proprietatis cum omnibus eorumdem bonorum attinenciis

sive in agris sive in pascuis sive in nemoribus perpetuo possidenda, promittens et obligans me bona fide, quod super dictorum bonorum proprietatem prefatis abbatisse et conventui plenam et debitam prestabimus warandiam. Preterea protestor, quod, cum Henricus dictus Dukere filius prefati Henrici[2]) militis sepedicta bona a me teneret in homagio ipse huiusmodi homagium et, si quid iuris sibi in predictis bonis competere potuit, una cum sex[2]) liberis suis michi libere et voluntarie resignavit. Ut autem omnia et singula premissa firma et inconvulsa perpetuo permaneant, sigillum meum duxi presentibus apponendum, rogans eciam ad maiorem certitudinem nobilem virum E(verhardum) comitem de Marka, ut ipse per appensionem sigilli sui presencia roboret et confirmet. Et ego comes predictus huic petitioni acquiescens sigillum meum apponi feci huic scripto. Ego quoque Henricus Dukere predictus in testimonium resignacionis predicte pro me et sex[2]) liberis meis sigillum meum duxi presentibus apponendum. Acta sunt hec in castro Hurde coram libera sede domini comitis predicti videlicet coram Johanne dicto Hobe qui tunc liberam sedem tenuit et possedit presentibus Johanne de Rura et Godefrido dicto Sluc militibus; Alberto de Hurde, Bernardo de Rodenberge, Johanne de (?)[3]) van der Hare, Gerhardo de Gladebeke, Ri(cberto[4]) Ha)ken de Sůlde et Rutgero de Dorenborch ac aliis pluribus fide dignis anno Domini M°.C°C°. nonogesimo nono, sabbato post Epiphaniam Domini.

[1]) *Bei von Steinen* „Tygat". [2]) *Auf Rasur.* [3]) *Fehlt bei von Steinen.* [4]) *Lücken nach Steinen ergänzt;* „Randolpho"?

Neuere Abschr. Fröndenberg Nr. 54 a nach dem Or., das als hier und da durchlöchert bezeichnet wird und deshalb auf ein zweites Pergamentstück aufgeklebt war. Die beschädigten Stellen sind aus dem Druck bei von Steinen (s. unten) ergänzt. An rothen Seidenfäden hingen an 1) das Siegel Dietrichs von Limburg mit der Rose, 2) das Heinrichs Dukere, dessen Umschrift jedoch nicht zu lesen sein soll. Von dem Siegel des Grafen von der Mark sind nur noch unkenntliche Stücke vorhanden gewesen. Gedr. ebenfalls nach dem Or. bei von Steinen, Westph. Gesch. I S. 824 ff.

2572.

Der Edle Jonathan von Dolberg bekundet die Erwerbung des halben Zehnten in Berninghausen, der Zehntlöse in Altengeseke seitens des Kl. Soest-Walburgis von Remigius von Altengeseke. 1299 (1300) Januar 13.

Nos Jonatas nobilis de Důlberg universis et singulis presentia visuris notum facimus et tenore presentium publice protestamur, quod cum Remigius de Aldengescen medietatem decime que super villam Berninchusen se extendit et redemptionem decime que *tentlose* vulgariter dicitur in Aldengeschen site que super XVIII scepel tritici mensure apud Aldengeschen usualis in festo beati Kůniberti episcopi annis singulis solvendos estimata est ac medietatem minute decime ibidem site que *afhoste* vulgariter appellatur venerabilibus in Christo . . preposito et conventui monasterii sancte Walburgis extra muros Sůsatienses in contractu venditionis rite ac rationabiliter assignasset et easdem decimas in manus nostras absolute ac libere resignasset, nos ad petitionem et instantiam . . prepositi et conventus sancte Walburgis predictorum ipsas decimas, prout ad nos pertinebat (!), Hermanno dicto Sculthetus, Johanni de Meschede et Henrico de Medebeke pistoribus ac Hermanno de Arnesberg ad utilitatem et usum eorundem . . prepositi et conventus iure homagii porreximus more debito et consueto; qua porrectione[1]) legitime per nos facta prenotati Hermannus dictus Scultetus, Johannes de Messchede, Henricus de Medebike pistores ac Hermannus de Arnesberg coram nobis constituti et nostro consensu super hoc requisito et obtento prefatas decimas supradictis . . preposito et conventui sancte Walburgis pro triginta duabus marcis denariorum Sůsati legalium tytulo pignoris obligarunt. In testimonium igitur premissorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Testes huius rei sunt: Johannes sacerdos dictus de Kersebom, Wichmannus dictus de Hervordia tunc temporis magister burgentium in

Susato, Bertholdus dictus de Hereborne tunc temporis iudex in Susato, Henricus dictus Surdus, Cunradus de Meninchusen, Lutbertus Clot et alii plures fide digni, quos omnes admisimus et admittimus in hiis scriptis nomine vasallorum, ut si necesse fuerit, tamquam viri a nobis infeodati testimonium ferre valeant de premissis. Actum et datum in octava Ephifanie Domini, anno eiusdem M°.CC°. nonagesimo nono.

[1]) *Zwischen „e" u. „c" ein „x" durch untergesetzten Punkt getilgt.*

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 44 b. Siegel des J. von Dolberg (Westf. Siegel Taf. 30, 6, Text Heft I, 2 S. 23) an Pgtstr. beschädigt.

2573.

Jonathan von Dolberg bittet den Erzbischof von Köln, die Erwerbung des in der vorhergehenden Urkunde (s. Nr. 2572) genannten Zehnten seitens des Kl. Soest-Walburgis zu genehmigen.
1299 (1300) Januar 13,

Reverendo in Christo patri ac domino . sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo Jonatas nobilis de Dulberg sue parvitatis obsequium in omnibus tam debitum quam paratum. Excellentie vestre duxi tenore presentium declarandum, quod cum . . prepositus et conventus monasterii sancte Valburgis prope Susatum medietatem decime que super villam Bernninchusen se extendit et redemptionem decime que *tentlose* dicitur in Aldengeschen site ac medietatem minute[1]) decime ibidem site que *afhoste* dicitur erga Remigium de Aldengeschen suis denariis rite ac rationabiliter comparassent que idem Remigius a nobis tenebat in feodo, ego ad resignationem eiusdem Remigii de Aldengeschen prefatas decimas in manus . . prepositi et conventus sancte Walburgis predictorum et suorum amicorum porrexi more debito et consueto, supplicans vestre dominationi humiliter et devote, quatinus . . preposito et conventui sancte Walburgis prenotatis proprietatem dictarum decimarum paterne et benigniter conferatis. Et in huius mei consensus et petitionem (!) testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo nono, in octava Epyphanie eiusdem.

[1]) *Durch übergeschriebenes „a" u. „b" umgestellt.*

Or. Kl. Walburgis 44 c. Von dem Siegel des J. von Dolberg (s. oben Nr. 2572) noch Reste an Pgtstr.

2574.

König Albrecht verpfändet dem Grafen Eberhard von der Mark für 1400 Mark, die er ihm schuldig ist, die Höfe Dortmund, Westhoven, Elmenhorst und Brackel.
Ulm 1300 Januar 20.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus recognoscimus universis tenore presencium declarantes, quod nos viro spectabili Eberhardo comiti de Marca fideli nostro dilecto pro benivolentia et gratis, que nobis et imperio impendit, obsequiis in mille marcis pagamenti ex liberalitate regia debitores existimus et insuper eidem ratione obsequiorum que quondam regi Adolpho versus Myssenam exhibuit in quadringentis marcis predicti pagamenti, tribus Hallensibus aestimatis vel taxatis pro denario, obligamur pro quibus quidem mille quadringentis marcis dicto comiti curias Dortmonde, Westhoven, Elm[en]horst et Brakel titulo pignoris assignamus, tenendas per ipsum tam diu, donec ipsi comiti vel suis heredibus dicta pecunia per nos vel successores nostros in imperio Romano plenarie fuerit persoluta. Quod si dictus comes per nos aut successores nostros de predictis debitis expeditus fuerit, eedem curie ad nos et imperium libere revertantur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo maiestatis nostre signatas dedimus super eo. Date in Ulma XIII Kln. Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

Transsumpt von 1546 Mai 26 im St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark 86. Gedr. Lacomblet UB II 1043; von Steinen, Westph. Gesch. I 1706 Anl. 1; Rive, Ueber das Bauerngüterwesen Anl. I S. 367. Reg. Rübel, Dortm. UB. I 271. Böhmer, Reg. imp. 258.

2575.

Die Brüder Hermann und Hunold von Plettenberg übertragen dem Kl. Fröndenberg ihre Güter in Wickede. 1299 (1300) Januar 26.

Nos Hermannus miles et Hunoldus fratres de Plettenbracht universis presencia visuris salutem et cognoscere veritatem. Ea. que geruntur in tempore, de facili a memoria hominum evanescerent et de ipsis plerumque dura calumpnia emergeret, nisi scripture presidio vel testimonio firmarentur. Quapropter notum facimus universis presentibus et posteris, quod nos propter Deum precipue et ob salutem ac perpetuam memoriam animarum parentum nostrorum ac animarum nostrarum in monasterio seu cenobio Vrendeberge perpetualiter peragendam dicto monasterio ac conventui ibidem contulimus et conferimus presencium testimonio litterarum, proprietatem, [iura][1]) et omnem partem bonorum [nostro]rum[1]) apud Wicke, que in ipsis bonis ad presens habemus, vel que nobis possent[2]) postmodum evenire cum omni[3]) et proventu bonorum eorundem, immo eciam ob dilectionem .. sororis nostre ac filie .. sororis nostre, quas favorabiliter ibidem ad consorcium suum receperunt abbatissa et conventus predicte, dedimus et damus eisdem dicta bona spontanea et libera voluntate de consensu heredum nostrorum perpetuo possidenda, promittentes easdem abbatissam et conventum super prefatis bonis iusticialiter warandare. Ut autem predicta rata et firma permaneant, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M°.C°C°. nonogesimo nono, in crastino conversionis beati Pauli apostoli.

[1]) *Das Pgt. an diesen Stellen stark beschädigt.* [2]) *Doppelt geschrieben, das zweite durchstrichen.* [3]) *Hier fehlt im Text ein Wort; vielleicht* „usu" *zu ergänzen.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 55. Das dreieckige Siegel Hermanns von Plettenberg sehr beschädigt, das Hunolds (wie Westf. Siegel Taf. 194, 2) etwas beschädigt. Rückschrift des XIV. Jhs.: Wychkede.

2576.

Der Edle Craft von Grafschaft überlässt dem Kl. Grafschaft die Hälfte einiger Zehnten bei Grafschaft und empfängt dafür vom Kloster einen Hof in Steinbach und Land in Berghausen und bei Berleburg zu Lehen. 1299 (1300) Januar 28.

Innotescat tam presentibus quam futuris harum inspectoribus universis, quod ego Crafto nobilis de Graschaph de voluntate Agnetis uxoris mee legitime simul et de pleno consensu Widekindi fratris mei aliorumque fratrum meorum ac omnium coheredum super dimidietate quarumcunque decimationum maiorum seu minutarum cedentium apud Graschaph in agris, in domibus, in novalibus, in nemore seu frutectis (!), que hereditario iure me ac heredes meos hactenus contingebant, necnon super curte in Steymbach, duobus mansis in Berchusen, et sexdecim iugeribus agrorum apud Berleburg dictis Gelende monasterio in Graschaph nomine ac iure proprietatis attinentibus cum religiosis viris domino Lutberto abbate et conventu eiusdem monasterii in Graschaph de bona voluntate ipsorum commutationem talem et concambium tale feci, videlicet ut ego et heredes mei iamdicti de predictis curte in Steymbach, duobus mansis in Berchusen et agris prefati monasterii feodales ammodo existamus et monasterium sepedictum viceversa omnes decimationes predictas exnunc perpetuo possideat integre, commode seu quiete. Huic commutationi sive concambio intererant: Adolfus frater meus de Bedelike, Conradus de Beryche et Godefridus de Custelberg prepositi, Godefridus vicedecanus in Wormbike, Andreas plebanus de Smalenburg sacerdotes; Henemannus dictus Cnobeloch et Sygelo de Adenborn famuli mei et alii

quam plures. In cuius rei testimonium sigilla [1]) virorum nobilium Johannis domini de Bylstene et Widekindi fratris mei una cum meo sigillo presentibus sunt appensa. Datum octava beate Agnetis martiris, anno Domini M°.CC°.XC°. nono.

[1]) *Folgt Rasur.*

Or. Kl. Grafschaft Nr. 27. An Pgtstr. die Siegel 1) Crafts von Grafschaft (Westf. Siegel Taf. 15, 2), 3) Johanns von Bilstein (ebenda Taf. 33, 14); das Widekinds von Grafschaft an zweiter Stelle ist abgefallen. Gedr. Seibertz UB. I 476. Die Bemerkungen von Seibertz in der Anm. 622 zu dieser Urkunde über die Umschrift des Siegels Johanns von Bilstein sind unzutreffend; sie lautet vollständig gleich mit der auf dem angeführten Siegel von 1279. Rückschrift des XVII. Jhs.: Item de curte in Steinbach, 2 mansis in Berchusen (forte up der Eder) etc.

2577.

Die Rathmänner von Geseke bekunden, dass die Söhne des Ritters Lubert gen. Greve mit ihren Schwestern und deren Männern 8 Morgen Land theils bei der Breitenwegs-Pforte, Wintmůle *genannt, theils im Geseker Feld an Hermann gen. Mactator verkauft und diesem zu Lehen aufgetragen haben. 1299 (1300) Februar 6.*

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Ůlricus proconsul, Robertus dictus de Strot, Lubertus dictus Sutor, Ecbertus de Eden, Albertus de Cleio, Hermannus dictus Pavo, Rodolfus de Ederdinchusen, Johannes dictus Rex, Johannes de Riquordinchusen, Hermannus villicus de Vronenhove, Detmarus dictus Otterscoke et Henricus dictus Wettevidele, consules in Gyseke, notum esse cupimus et tenore presencium publice protestamur, quod Gossvinus, Rabodo et Lubertus fratres quomdam (!) filii Luberti dicti Greven militis et eorum uxores legitime, videlicet Elburgis, Vrederunis et Heylewigis cum omnibus eorundem coniugum heredibus in nostra presencia constituti recognoverunt, se octo iugera agrorum, quorum quidam iuxta portam Late vie siti Wintmůle appellantur, ac alii in campo Gesekensi predicto sunt siti, unanimi consensu Hermanno dicto Mactatori, Hyldegundi eiusdem uxori ac eorundem heredibus vendidisse, renunciantes omnibus et singulis iuribus et actionibus in eisdem agris ipsis competentibus in posterum coram nobis. Huiusmodi igitur recognitione et renunciatione a predictis vendentibus racionabiliter et rite factis supradictus Gossvinus inter prefatos fratres antiquior, dicto Hermanno, Hyldegundi eius uxori ac Henrico eorundem coniugum filio predictos agros iure pheodali contulit perpetuo possidendos. In cuius rei testimonium presens scriptum nos consules predicti petitionibus tam ementium quam vendentium inducti sigillo oppidi nostri predicti duximus roborandum. Actum presentibus: Gerhardo dicto Gyslen iudice oppidi iamdicti, Conrado dicto Pistore, Hermanno dicto Pras, Vulberone dicto Pawen, Theoderico precone ac aliis pluribus fide dignis. Datum feria sexta post festum Purificationis beate Virginis, anno Domini M°CC° nonagesimo nono.

Or. Kl. Abdinghof 84. An Pgtstr. Siegel der Stadt Geseke mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 66, 5 u. 90, 1). Gedr. Westf. UB. IV 2543.

2578.

Gottfried Herr von Rüdenberg schenkt dem Kl. Himmelpforten Eigenhörige, die für die Präbende seiner im Kloster befindlichen Tochter Agnes bestimmt sind. 1299 (1300) Februar 22.

Universis et singulis presentes litteras visuris seu percepturis, nos Godefridus dominus de Rudenberg notum facimus publice protestando, quod nos de plena voluntate uxoris nostre Palmanie et filiorum nostrorum Conradi, Godefridi et Henrici et filiarum nostrarum scilicet Cunegundis, Katerine et Gertrudis ac etiam legitimorum heredum nostrorum accedente consensu nostra mancipia videlicet Johannem de

Sveve et uxorem eius Elizabet ac pueros suos utriusque sexus scilicet Hermannum, Albertum, Elizabet, Lutburgim et Gudam ex iure sue conditionis nobis pertinentes domine abbatisse et conventui sanctimonialium ad Portam Celi in prebendam filie nostre Agnetis ibidem Deo famulantis in perpetuam tradidimus servitutem sub eodem iure, quo nobis et nostris progenitoribus pertinebant, dimittentes eosdem a servitio seu iure quo nobis tenebantur perpetuo absolutos. Ne quis igitur heredum nostrorum huiusmodi factum nostrum inposterum retractare conetur, presentem litteram super eo confectam prefatis abbatisse et conventui sigillo nostro roboratam co(n)tulimus in testimonium et stabilimen perpetue firmitatis. Presentes[1]) erant: Henricus Advocatus dictus de Elsepe, Rutgerus de Hustene milites; Antonius, Henricus, Conradus fratres dicti de Ense, Conradus iunior de Ense et Udo frater eius, Conradus, Godescalcus, Hermannus fratres ad Portam Celi et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono. in die Cathedre sancti Petri.

[1]) *Die Zeugennamen zusammengedrängt.*

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 58. An weissen Leinenfäden das Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 27, 7) etwas beschädigt.

2579.

Graf Eberhard von der Mark übereignet mit Zustimmung seines Sohnes Engelbert und dessen Gemahlin dem Kl. Kappenberg eine Hufe, die ehedem Johann von Bulrebeke *bebaut hat. 1299 (1300) April 15.*

Universis tam posteris quam modernis Everhardus comes de Marka salutem et in subsequentibus noticiam veritatis habere. Exstirpatur a futuris calupniandi(!) zizania, dum geste rei noticia tam radice testium quam scripture plantula propagatur. Eapropter nos omnibus hoc scriptum visuris et audituris sub protestacione eiusdem publica notum facimus recognoscentes, quod nos de scitu, beneplacito et consensu domini Engelberti nostri primogeniti et — — uxoris eiusdem reverendis in Christo dominis Warmundo preposito, Wenemaro celerario et Richardo custodi ecclesie Capenbergensis, nomine et ad manus eiusdem ecclesie, decimam mansi cuiusdam, quondam a Johanne de Bulrebeke culti, tam in integro, quod est in agris, quam in minuto, quod *afhusthe* dicitur, pro viginti marcis denariorum Monasteriensium vendidimus rite rationabiliter et adeo sane, quod eundem mansum a datione cuiuslibet decime tam integre quam minute, qua decime nostre in Nettheberghe annexus fuerat, liberum, solutum eidem ecclesie prefate dedimus et exemptum. In testimonialem omnium premissorum evidentiam nos una cum filio nostro predicto presentem paginam exinde confectam sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, feria quarta post dominicam Palmarum.

Or. Kl. Kappenberg K 173. An Pgtstr. Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel beschädigt (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1), das andere Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. III 1635.

2580.

Friedrich von Sassendorf verkauft dem Kl. Soest-Walburgis eine Fruchtrente aus seiner Hufe in Lohne. 1300 April 18.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris ego Fridericus de Sassendorpe notum fore cupio et protestor, quod pro certa pecunie summa michi plene persoluta legitime vendidi . . preposito et monasterio sancte Walburgis apud muros Susacienses pensionem duorum maltorum annone scilicet siliginis et ordei equaliter de manso meo dicto parvo sito apud Lon perpetuo persolvendam et singulis annis in festo Cathedre beati Petri amministrandam. Et in horum testimonium eisdem . . preposito et

monasterio contuli presentes litteras meo sigillo communitas et ad maiorem evidenciam sigillum civitatis Susaciensis litteris presentibus apponi impetravi. Actum et datum XIIII° Kalendas Maii, anno Domini M°.CCC^mo^, presentibus Roberto Ferner et Gerwino iuniore de Lunen proconsulibus, Wulfardo Eppinc, Regenbodone Goten, Johanne de Sunhere, Theoderico monetario, Theoderico Sterrenberg, Wezelo Herinc, Johanne de Berghe, Sifrido de Broke, Wernero Rufo, Johanne de Medebeke et toto consilio opidi Susaciensis. Item presentibus: Henrico de Heringhen, Bertoldo de Herborne, Conrado de Hammone, Hermanno dicto Cubic civibus Susaciensibus et pluribus aliis fide dignis et honestis.

Or. Kl. Soest-Walburgis Nr. 46. An Pgtstr. das Siegel Fr. von Sassendorf (Westf. Siegel Taf. 214, 1); von dem der Stadt Soest nur noch kleine Reste vorhanden.

2581.

Vor dem Richter und den Rathsherrn von Recklinghausen lässt die Wittwe Heinrichs gen. Vridag von Datlen einen Hörigen frei und übergiebt ihn dem Kl. Flasheim.
Recklinghausen 1300 April 27.

Nos Fredericus dictus Dukere de Netelenbeke iudex in Rikelinchusen et consules eiusdem opidi Rickelinchusen nomine: Ludolfus de Alta Domo, Gerhardus dictus Vrode, Sibodo de Domo Lapidea, Hinricus fermentarius, Johannes dictus cum Cuneis, Hinricus dictus de Fornace, Johannes dictus Meygreve, Conradus de Alta Domo, Thidericus dictus Veddere, Gerhardus dictus de Bure, Rotgerus dictus de Polshem et Hinricus dictus de Bockorne notum facimus universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris et publice protestamur per presentes, quod domina Jutta relicta Hinrici dicti Vridages de Datlen, Everhardus eius filius, Lutgardis et Metheldis eius filie de maturo consilio ipsorum amicorum et de consensu omnium heredum ipsorum coram nobis et in figura iudicii Rikelinchusen conparuerunt et recepta quadam summa pecunie a Hinrico dicto Rodelbone filio Lutgardis dicte de Dornlo, qui ipsis iugo servitutis fuerat astrictus, dederunt eundem Hinricum dictum Rodelbonen liberum et quitum ab omni iugo servitutis necnon ab omni dominio, quo ipsis et eorum heredibus fuerat astrictus perpetue liberum et quitum permanentem, quem ibidem de manu eorum dominus Jacobus cellerarius ecclesie beate Marie in Vlarshem Coloniensis dyocesis ad usus ipsius ecclesie in Vlarshem et ad instanciam ipsius Hinrici et suorum amicorum suscepit, qui de ipso Hinrico, prout iuris est in terra, supradicto domino cellerario et conventui beate Marie in Vlarshem iustam warandiam facere promiserunt. Huic tam rationabili facto presentes erant una nobiscum in testimonium premissorum: Goswinus dictus Vridach de Datlen, Hermannus et Bernardus fratres dicti de Luderinchove, Oce scultehetus de Bochem et Gerhardus de Ebbinchusen, Everhardus dictus de[1]) Virhusen, Engelbertus de Vlarshem, Rudolfus dictus de Svege, qui eadem hora bona que colit ab ipsis suscepit, Hinricus de Wenekinc et Hinricus de Overvisc dictus; et alii quam plures viri fide digni in testimonium premissorum presentes erant. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta sigillo opidanorum Rikelinchusen ad petitionem utriusque partis est roborata. Actum et datum Rikelinchusen anno Domini M°.CCC°, feria quarta ante festum beate Walburgis.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Recklinghausen (Westf. Siegel Taf 96, 6) beschädigt.

2582.

In Gegenwart Rotgers von Galen verzichtet Henemann von Berding auf alle Ansprüche an den Zehnten in Einecke und Eineckerholsen. Hamm 1300 Mai 2.

Universis presencia visuris ac audituris nos Rutcherus miles de Galen castrensis in Marka notum facimus, quod Henemannus de Berdinc abrenuntiavit omni actioni, questioni sibi ac heredibus suis competenti sive conpetiture super decima in Endike necnon Holthus. Idemque Henemannus promisit cum Everhardo de Herne cive Hammonensi pro Antonio de Berdinc fratre suo eandem resignacionem in figura iudicii Hammonensis faciendam. Super qua resignacionis evidencia sigillum nostrum ad preces actoris subscripti presentibus est appensum. Actum in cimiterio Hammonensi anno Domini M°.CCC°, in crastino Philippi et Jacobi apostolorum. Testes sunt: dominus Smende rector ecclesie in Hammone, Wilhelmus dictus Gigas sacerdos, Winemarus de Galen, Gerhardus de Berstrate, Vocke dictus Canis, Wescelus filius noster, Fredericus dictus cum Mumma cum aliis assumptis in testimonium premissorum.

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 60.

2583.

Werner von Ickern verkauft der Magd Alberts von Dudikenbeke *eine Fruchtrente aus seinen Gütern* tho den Tvenhusen. *1300 Mai 9.*

Universis presentem litteram inspecturis et audituris ego Wernerus dictus de Ickehorne, Imma nostra uxor et omnes nostri heredes notum facimus et publice protestamur, quod de sano consilio nostrorum amicorum vendidimus iusto tytulo vendicionis ex bonis nostris dictis tho den Tvenhusen Grete beggine puelle seu pedisseque Alberti de Dudikenbeke ad tempus vite ipsius Grete quinque maldra siliginis et ordei mensure Tremoniensis, uno modio sive scepel minus, annis singulis in crastino beati Martini ex bonis nostris prefatis prenominate Grete ad tempus vite ipsius persolvenda et infra spacium duorum milliarium ab ipsis bonis nostris predictis sub nostra perdicione et dampno eandem annonam ipsi Grete persolvendam et presentandam et, si quem defectum dicta Greta annis singulis pateretur in solutione annone prefate, quod absit, ad solutionem et restaurationem nos et omnes nostri heredes astringimur per presentes eandem. Huius vendicionis testes sunt et presentes erant Rotgerus ecclesie in Breytbene[1]) Albertus de Dudikenbeke, Thidericus suus filius, Gerhardus de Wedowe et alii quam plures viri fide digni. Et hoc nos tenore presentium sub munimine sigilli domini Bernardi militis dicti Vulf de Ludinchusen quod presentibus ad nostram petitionem, quia proprio caremus, est appensum in testimonium premissorum protestamur. Actum et datum anno Domini M°.CCC°, feria secunda post festum beati Johannis ante portam Latinam.

[1]) *Hier scheint etwas zu fehlen!*

Or. Kl. Kappenberg K 177. Siegel vom Pgt. abgerissen.

2584.

Vor dem Soester Canoniker und Vicepropst Hermann Pil erklärt Hermann Laienbruder des Kl. Welver in Bröl, dem Kl. Himmelpforten und einem Soester Bürger zur jährlichen Lieferung einer bestimmten Anzahl von Hühnern verpflichtet zu sein. 1300 Mai 12.

Nos Hermannus dictus Pil canonicus ecclesie Sůsaciensis et viceprepositus ibidem universis presentia visuris notum facimus et tenore presentium publice profitemur, quod in nostra constitutus presentia Hermannus conversus de Welvere residens in Broyle recognovit, quod ipse multis annis preteritis solvisset singulis annis . . abbatisse et conventui ad Portam Celi et Henrico dicto Můnt[1]) opidano Susaciensi et suis heredibus duodecim pullos nomine pensionis et viginti quatuor pullos, quos per duos

annos proximo elapsos detinuit. promisit se soluturum . . abbatisse et conventui ac Henrico dicto Munt[1] et heredibus eius predictis infra quindenam a data presentium, astringendo se ad hoc sub pena excommunicationis firmiter coram nobis. Actum et datum feria quinta post dominicam Cantate presentibus Gobelino Iudicis, Henemanno de Ostinchusen, Johanne dicto Kalecop et Radolpho dicto Gothe et aliis quam pluribus fidedignis, anno Domini M°.CCC^mo^.

[1]) *Or.* „Mnůt".

Or. Kl. Himmelpforten Nr. 60. An Pgtstr. das Propsteisiegel (wie an Nr. 2531).

2585.

Der Propst von Scheda verkauft dem Kl. Fröndenberg eine Rente von einen Malter Frucht für 12 Mark. 1300 Mai 13.

Nos Iwanus Dei pacientia prepositus monasterii Scheydensis universis visuris presencia et audituris protestamur, quod receptis duodecim marcis Lonencium(!) denariorum ab ecclesia de Vrondebergh vendidimus eidem unum malt annone octo videlicet scepel siliginis, octo ordei et totidem avene mensure Werlensis annue pensionis in festo beati Martini hyemalis persolvendum eo videlicet pacto, quod idem malt redimere nobis licebit annis singulis pro eadem summa eorundem Lonensium denariorum in festo Cathedre beati Petri; sicque datis ecclesie de Vrondebergh duodecim marcis denariorum Lonensium a solutione huiusmodi pensionis ecclesia nostra absoluta erit penitus et immunis. In cuius rei testimonium sigillum preposituré nostre presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CCC°, in die beati Servacii episcopi.

Or. Kl Fröndenberg Nr. 59. An Pgtstr. das Siegel der Propstei von Scheda (spitzoval, der Propst stehend im Priestergewand mit Stola, in der Rechten das Buch, in der Linken ein mit der Spitze nach unten gerichtetes Schwert); Umschrift: S. prepositi Sceydensis ecclesie.

2586.

Ritter Rotger von Galen überträgt ein Wäldchen und eine Hufe in Schwefe dem Kl. Paradies. Hamm 1300 Mai 22.

Nos Rutcherus de Galen miles recognoscimus, quod de consensu ac libera voluntate Heylewigis uxoris nostre, Wesceli et Rutcheri filiorum nostrorum ceterorumque heredum et coheredum nostrorum proprietatem silvole(!) site in rubo dicto Vanenholt cum agris quibusdam adiacentibus necnon proprietatem mansi in villa Sveve empti quondam apud Volmarum servum scultheti de Susato ad nostram inpheodationem ex hereditaria successione nostrorum progenitorum spectantis damus cenobio Paradisi apud Susatum perpetuo possidendam. Super quo donationis beneficio sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in domo Johannis de Vledrike in Hammone anno Domini M°.CCC°, in dominica proxima ante festum Pentecostes. Testes sunt: Allexander miles Volenspit, Gerhardus de Vorssem, Winemarus dictus de Galen, Antonius de Vledrike cum aliis assumptis in testimonium premissorum.

Or. Kl. Paradies 55. An Pgtstr. das stark beschädigte Siegel des Ausstellers.

2587.

Dietrich Vridach, Gograf von Unna, bekundet einen Verzicht zweier Unnaer Bürger auf Güter des Kl. Oelinghausen in Langschede im Kirchspiel Menden. Unna 1300 Mai 31.

Universis presencia visuris nos Theodericus dictus Vridach miles, gogravius in Unna, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod Johannes dictus Rodelewe opidanus in

Unna et Vrowinus de Ardeya constituti coram nobis renunciaverunt expresse omni actioni et iuri que ipsis conpetere possent contra religiosas personas . . prepositum, priorissam et conventum monasterii in Ülinchusen occasione bonorum in Langenscede in parrochia Mindene scita (!) dicto monasterio pertinencia, in quibus predicti Johannes et Vrowinus se aliquid iuris habuisse affirmabant. Unde in nostra presencia testimonio proborum in manus duorum fratrum dicti monasterii videlicet fratris Johannis et fratris Ditmari dicta bona resignaverunt et renunciaverunt omni iuris auxilio, quod contra premissa eis posset quomodolibet suffragari, super quibus in facie tribunalis latam sentenciam tulimus et decrevimus per presentes in rem iudicatam dictum negocium transsivisse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum ad rogatum et consensum parcium hinc inde. Actum in Unna presentibus religiosis viris . . preposito Iwano de Schede, Hermanno de Caminata canonico in Scede tunc plebano in Hemmerde, Nicolao rectore in Unna; Johanne dicto Huben, Theoderico de Sulde, Henrico dicto Springen, Werenboldo et Theoderico fratribus opidanis in Unna testibus ad hec vocatis et rogatis. Datum anno Domini M°.C°C°C°. feria tercia post festum Penthecostes.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 159. An Pgtstr. das Siegel des Dietrich Vridach, beschädigt.

2588.

Ritter Heinrich Vogt von Elspe bekundet, dass sein Verwandter Johann von Schmedehusen *dem Kl. Kappenberg Eigenhörige übertragen hat. 1300 Juni 6—12.*

Nos Henricus miles, advocatus de Elsepe, omnibus hanc literam visuris notum esse cupimus, quod Johannes de Smedehusen noster consanguineus cum consensu Clementis (!) uxoris ac posteritatis sue Cristine et Alheydis contulit monasterio Capenbergensi Johannem dictum Wintermast et sororem predicti Johannis nomine Wabelen cum filio suo Johanne quondam conditione servili appropriatos eidem, iure perpetuo possidendos. Datum anno Domini M°.CCC°, infra octavas Trinitatis.

Or. Kappenberg 40. An Pgtstr. Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 194, 11). Gedr. Westf. UB. III 1672.

2589.

Die Ritter Sobbo von Altena, Themo von Heessen und Johannes von Plettenberg, Arnold von Hatnegge und Erenfried Quatterl[ant] u. A. verpflichten sich dem Grafen Dietrich von Cleve als Burgmannen zu Strünkede und tragen dem Grafen bestimmte Besitzungen auf, die sie als Burglehen zurückempfangen. Büderich 1300 Juni 25.

In nomine Domini, amen. Universis ac singulis presentia visuris [s]eu (?) audituris nos Sobbo de Altena, Themo de Hesene, Johannes de Plettenbrech milites, Arnoldus de Hattennecge et Erenfredus dictus Quatterl[ant] notum [esse cu]pimus in presentibus publice recognoscentes, quod nos, ceteri nostri consanguinei et amici, quorum nomina infra scripta sunt, effecti hereditarii castell[ani nobilis] viri Theoderici comitis Clevensis heredumque ipsius in castro suo Strungede promisimus et promittimus pro nobismet ipsis et nostris heredibus sub fide et iuramentis corporaliter prestitis, in eodem castro more castrensium hereditariorum residentiam facere personalem, nunquam ab ipso domino nostro comite Clevensi predicto eiusque heredibus separandi, nisi de ipsius domini nostri heredumve eius licentia speciali. Et ut in hiis ipsi domino nostro eiusque heredibus cautum maius existat, nos singuli singula predia nostra, prout inferius expressa sunt et designata, eidem domino nostro . . comiti Clevensi eiusque heredibus deliberatione matura circa hoc habita sponte, pure et libere assignavimus, dedimus et tradidimus in hiis scriptis, assignamus, damus et tradimus, recipientes eadem tenenda titulo feodi castrensis inperpetuum hereditarie ab eisdem domino nostro Th(eoderico) comite Clevensi eiusque heredibus sepedictis. Item promisimus et promittimus sub eisdem fide et iuramento stare dicto et ordinationi ipsius domini

nostri . . comitis Clevensis et heredum ipsius quoad iusticiam vel compositionem amicabilem super omni eo quod inter nos et alium vel alios quoscunque vertitur vel vertetur. Nos Sobbo miles duodecim marcarum reditus monete in Reclinghusen legalis seu usualis, pro quibus assignamus domos nostras dictas Velthůs et Velyst sitas in perrochia Sverthe et domum dictam Tůdenladen sitam ibidem; nos Themo de Hesene miles decem marcarum redditus, pro quibus assignamus curtim nostram dictam Kaldenhof, mansum nostrum dictum Ketelhůve in perrochia Leborg; nos Johannes de Plettenbrech miles decem marcarum redditus, pro quibus assignamus curtim nostram dictam Wyntershagen et domum nostram Holthusen in perrochia Attendar; ego Arnoldus de Hattennecge decem marcarum redditus, pro quibus assigno curtim meam Holthusen in perrochia Hagen; ego Erenfredus decem marcarum redditus, pro quibus assigno curtim meam dictam Kaldenhof sitam Matenbech in perrochia Holthůsen; ego Engelbertus frater Sobbonis militis predicti decem marcarum redditus, pro quibus assigno curtem meam Stengelynchusen in perrochia Loen; ego Gervinus frater eiusdem Sobbonis decem marcarum redditus, pro quibus assigno bona mea dicta Husinghus in perrochia Sverchem(?); ego Henricus de Vytinghaven octo marcarum redditus, pro quibus assigno bona mea dicta Můngkenbech sita in perrochia Stipel; ego Wilhelmus de Nehem octo marcarum redditus, pro quibus assigno bona mea dicta Berstrate in perrochia Tůne et bona mea dicta Vryhůve in opido Werle; ego Theodericus dictus Lappe decem marcarum redditus pro quibus assigno curtim meam dictam Renen in perrochia Sverthe; ego Albertus de Holte sex marcarum redditus, pro quibus assigno pratum meum dictum Rodyngwich in perrochia Derne, item bona dicta Hůgenhůve ibidem et domum in perrochia Kirglinne; ego Arnoldus de Badorpe sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Perrebeke in perrochia Tremoniensi; ego Fredericus dictus Důker septem marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Middingdorp in perrochia Stipele, aliam domum meam Hibbynghůsen in perrochia Onna; ego Everhardus de Werve octo marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Clotynghus sitam Werve in perrochia Herne; ego Godescalcus de Eyckensceyde octo marcarum redditus, pro quibus assigno quatuor domos meas sitas in perrochia Welvere; ego Ant[onius] de Ense octo marcarum redditus, pro quibus assigno domos meas dictas To den Berge prope castrum Havestat et Kokelynghusen in perrochia Ostinghůsen; ego Rudolfus de Hersebeke sex marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas sitas Vreten in perrochia Sc(o)neholthůsen; ego Theodericus de Sůtdorp sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam sitam in perrochia Sůtdorp; ego Godefridus filius dicti Neckels de Arnesberg octo marcarum redditus, pro quibus assigno decimam [minutam Vo?]gelem in perrochia Worbech et bona mea sita Averelpe in perrochia Elzepe; ego Hůnoldus de Matenbeke sex marcarum redditus, pro quibus assigno curtim meam dictam Menekenbruch in perrochia Esler; ego Arnoldus dictus Hetertat octo marcarum redditus, pro quibus assigno curtim meam dictam H[epere?] in perrochia [He]pere; ego Conradus frater Arnoldi iamdicti sex marcarum redditus, pro quibus assigno curtim meam dictam Aldengeysche in perrochia eadem; ego Conradus de Wichelo sex marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas sitas Hustene in eadem perrochia; ego Hermannus de Nehem octo marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas Stochem et bona mea Zolsceyde in perrochia Stochem; ego Albertus Stacke de Limborg sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Thoye in perrochia Elzepe et aliam domum sitam Hagen in eadem perrochia; ego Theodericus de Berghem sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Garnevelde in perrochia Westhaven; ego Scotthe de Volmestene sex marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas sitas Werdinghůsen in perrochia Hagen; ego Antonius de Hederbech sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Heterhart in perrochia Hagen; ego Godefridus dictus Spiring sex marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas sitas Vredelinghusen in perrochia Balve; ego Gerardus de Hamme sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Berghus sitam ibidem in perrochia Reclynghusen;

ego Arnoldus de Altena sex marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas sitas Holthusen in perrochia Hagen; ego Bernardus Bitter decem marcarum redditus, pro quibus assigno duas domos meas dictas Velthus in perrochia Sverthe et Belemarke in perrochia Vroneber; ego Richardus de Badinghagen sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Badinghage et domum dictam Hesterbeke in perrochia Hagen (?); ego Goswinus de Hattennecge octo marcarum redditus, pro quibus assigno advocatiam meam sitam Elpe in perrochia eadem; ego Theodericus de Witinghaven sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Homberge et domum Hembeke in perrochia Hattennege; ego Johannes Důker sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam Bennyghaven sitam Rochusen in perrochia Gelstingkercken; ego Rutgerus Důker octo marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam Stipel dictam Bruchusen et domum dictam Wyns in perrochia Hattenecge; ego Everardus de Hagenbeke decem marcarum redditus pro quibus assigno bona mea sita Averbeke in perrochia Scirenbeke; ego Henricus de Hagenbeke decem marcarum redditus, pro quibus assigno bona mea dicta To der Lůne in perrochia Hervorste; ego Gerardus Duker de Scirenbeke decem marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam To den Hanekamp et domum dictam To der Molen in perrochia Drevenich; ego Johannes de Eppenhusen sex marcarum redditus, pro quibus assigno domum meam dictam Ten Hagen et bona dicta Widingrad in perrochia Hagen. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam nos Sobbo, Themo, Johannes de Plettenbrach, Arnoldus de Hattenecge et Herenfredus dictus Quatterlant supradicti sigilla nostra presentibus litteris exinde confectis duximus apponenda. Et nos alii supradicti, qui sigilla non habemus, sub sigillis hic appensis omnia premissa et singula profitemur et dicimus esse vera. Actum apud Buderich et datum anno Domini millesimo trecentesimo, in crastino Nativitatis beati Johannis Baptiste.

Or. St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark 22, an verschiedenen Stellen durch Feuchtigkeit stark beschädigt. Von den 6 an Pgtstr. angehängt gewesenen Siegeln sind nur noch bei 1 u. 3 unkenntliche Reste vorhanden.

2590.

Graf Ludwig von Arnsberg überträgt auf Veranlassung Johanns von Büderich eine Hufe in Stene *dem Kl. Scheda. 1300 Juni 29.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Universis visuris presentia nos Ludewicus comes in Arnesberg salutem et expressam cognitionem veritatis. Dignum est et consentaneum rationi, ut facta hominum deducta utiliter et honeste, ne a veritate deflectantur, per scripture seriem hominum memorie commendentur. Noverint igitur tam presentes quam posteritas successura, quod Johannes dictus de Buderike in nostra presentia Hacnen constitutus humiliter supplicavit, quod manssum situm Stene, quem dictus Johannes de manu nostra iure homayi hactenus tenuerat, ecclesie Scheydensi conferremus, eo quod dictus Johannes et Lambertus de Velmede maritus Evesen sororis dicti Johannis, qui eundem manssum pro suis sponssalibus in pignore tenuit, sub iuste venditionis titulo sepedictum manssum simul et unanimiter in Iwanum prepositum et conventum dicti monasterii pro sexaginta et quatuor marcis legalium denariorum Tremoniensium transtulerint cum consenssu suorum omnium coheredum resignando et effestucando in manus nostras, quicquid iuris successorii ratione homayi dicti habere poterat in eodem. Nos igitur ecclesiam predictam sereno favore prosequentes et, ut iidem fratres pro nobis et nostris successoribus sedulius invigilent accedente ad hoc domine Perenitte uxoris nostre Frederici, Wilhelmi, Godefridi, Walrami, Johannis et aliorum heredum nostrorum consenssu voluntario et expresso, de consilio quoque castellanorum nostrorum Arnesberg, Eversberg et in Hacnen, sicut nomina tenent, proprietatem dicti manssi in eosdem . . prepositum et conventum pro octo marcis legalium denariorum Susaciensium transferimus et presentis scripti testimonio condonamus perpetuo possidendam. Cuius rei

testes sunt: Johannes prepositus in Rumbeke, Albertus sacerdos et canonicus in Wedinchusen, Hinricus sacerdos et canonicus ecclesie Scheydensis; Rutgherus miles dictus de Hustene dapifer noster, Hinricus advocatus de Elsepe, Godofridus dictus de Rudenberg milites; Degenhardus de Messchede clericus noster, Stacius dictus Stelinc de Hustene, Herimannus de Binole, Rudolphus de Vroste, Rudolphus filius advocati predicti, Hinricus de Binole dictus Pape, Arnoldus dictus Strich et alii quam plures testes [idonei] et fide digni. In cuius rei debitam firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°C°, in festo Petri et Pauli.

Or. Kl. Scheda Nr. 12. Das Siegel von weissen Hanffäden ab.

2591.

König Albrecht verbietet der Stadt Dortmund, von den dortigen Juden Abgaben zu erheben. Köln 1300 Juli 15.

Albertus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus prudentibus viris, sculteto . . consulibus et universis civibus Tremoniensibus fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Inter ceteros, quos Romane dicionis tenet imperium, universos iudeos, camere nostre servos, et precipue iudeos Tremonienses a molestationibus quibuslibet favorabiliter relevare volentes, fidelitati vestre seriose committimus et mandamus precise volentes, quatenus ipsos iudeos apud vos residenciam facientes exactionari vel depecuniari ab aliquo, cuiuscumque condicionis aut status existat, auctoritate regia nullatenus permittatis, nisi super eo mandatum nostrum speciale per patentes nostras litteras recipere vos contingat. Datum in Colonia, Idus Julii[1]) anno Domini M°CCC°, indictione XIII^a^, regni vero nostri anno secundo.

[1]) „Idus Julii" *scheint nachgetragen.*

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 75. An rother Seide das grosse Thronsiegel. Gedr. Rübel, Dortmunder UB. I 273.

2592.

König Albrecht bestätigt den Dortmundern die von seinen Vorfahren ertheilten Zollfreiheiten. Köln 1300 Juli 15.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 74. An grün-rother Seide das grosse Thronsiegel. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I 274.

2593.

Ritter Reinher Krevet von Paderborn verkauft dem Kl. Bredelar seine Güter in Boclon *(im Sindfeld). 1300 August 3.*

Or. Kl. Dalheim 43. Von roth-gelben Leinenfäden das erste Siegel abgefallen, an zweiter Stelle Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 233, 1). Gedr. Westf. UB. IV 2619.

2594.

König Albrecht bestätigt den Dortmundern die Privilegien Friedrichs II. Köln 1300 August 5.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 75. An gelb-rother Seide das grosse Thronsiegel. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I 275.

2595.

Albert Krevet und sein Sohn Reinher verzichten auf die Güter in Boclou, *welche sie von Timmo Grafen in Höxter zu Lehen hatten, zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1300 August 18.*

Or. Kl. Dalheim 44. An Pgtstr. Siegel Reinhers beschädigt Westf. Siegel Taf. 233, 1). Gedr. Westf. UB. IV 2620.

2596.

Der Ritter Werner Krivet und seine Söhne Reinher Kanoniker in Paderborn, Werner, Werner, Albert und Johannes verzichten auf alle Ansprüche an die Güter in Boclon, *welche der Ritter Reinher Krivet* (cognatus) *dem Kl. Bredelar verkauft hat. 1300 (um August 18).*

Or. Kl. Dalheim 46. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Ausstellers wieder angenäht (ähnlich wie Westf. Siegel Taf. 233, 1). Gedr. Westf. UB. IV 2621.

2597.

Die Ritter Gottschalk gen. Düker und Ludolf von Elmeringhausen und der Knappe Berthold von Lippspringe bekunden, dass Lutgardis die Frau des Ritters Reinhard Cancer (Krevet) und deren Sohn Johannes auf ihre Ansprüche an die Güter in Boclou *zu Gunsten des Kl. Bredelar verzichtet haben. 1300 August 19.*

Or. Kl. Dalheim 47. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. IV 2622.

2598.

Vor Erenfried gen. Quatterlant Amtmann zu Rodenberg verzichtet Everhard von Werve auf alle Ansprüche an die Güter in Werl, welche seine Mutter dem Kl. Fröndenberg verkauft hat. Fröndenberg 1300 August 23.

Universis presencia visuris Erenfridus dictus Quatterlant officiatus in Rodenberg salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod constitutus in presencia mei et testium infra scriptorum Everhardus de Werve renunciavit omni iuri sive actioni, quod vel quam habuit sive habere videbatur in bonis sitis apud Werle, que bone memorie . . mater sua vendiderat religiosis personis . . abbatisse et conventui in Vrendeberge. promittens, quod super ipsis bonis seu occasione [eorum][1]) dictas abbatissam et conventum nunquam amplius molestabit. Testes huius [facti sunt]: Goswinus de Rodenberge, Theodericus de Althena, Wilhelmus de Nyhem, D[ithmaru]s (?) de Hersebeke, Theodericus de Berchem, Ludolfus de Roden, Johannes Bibese, [. . .]us Lurewalt et Hugo de Halingen et alii fide digni. In cuius rei testimonium ad peticionem ipsius Everhardi sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum et actum in viridario Gerhardi de Vrendeberge anno Domini M°.C°C°C°., in vigilia beati Bartholmei apostoli.

[1]) *Loch im Pgt.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 60. An Pgtstr. das Siegel Erenfrieds Quatterlant (Westf. Siegel Taf. 200, 4).

2599.

Ritter Goswin von Soest verkauft die Renten, die er vom Kl. Soest-Walburgis und dem Hospital zum hl. Geist daselbst aus Gütern in Opmünden bezog und die bisher in seinen Hof Elfsen gezahlt wurden, dem Soester Bürger Bruno Institor. 1300 August 26.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris ego Goswinus de Sůsato miles notum facio et protestor, quod cum haberem de bonis in Ůpmene sitis ecclesie sancte Walbůrgis apud Sůsatum pertinenti-

bus octo solidorum et duorum denariorum et de bonis ibidem sitis hospitali sancti Spiritus in Sůsato pertinentibus quatuor solidorum et trium obulorum denariorum Sůsati usualium pensiones singulis annis in curtem meam Elfedehůsen solvendas, ego de consensu uxoris mee et Bertoldi ac Henrici filiorum ac aliorum heredum meorum voluntate dictas pensiones legitime vendidi Brůnoni institori et eius uxori ac heredibus civibus Sůsaciensibus, ita quod dimidietas dictarum pensionum in festo beati Martini, altera vero pars in festo ad Cathedram beati Petri per prepositum dicte ecclesie et provisorem dicti hospitalis, prout quemlibet ipsorum contingit, dictis emptoribus singulis annis perpetuo persolvatur et eodem iure, quo michi consuevit ministrari, ministretur dictasque pensiones concessi dicto Brůnoni et Theoderico ac Johanni eius filiis absoluti feodi titulo perpetuo possidendas; usufructum quoque in eisdem pensionibus concessi Ůdelburgi uxori dicti Brůnonis more debito et consueto, recognoscens michi de pretio dicti contractus esse plene satisfactum. Et in horum testimonium ac firmitatem eisdem civibus contuli presentes litteras meo sigillo communitas. Datum feria sexta post festum beati Bartholomei apostoli, anno Domini M°.CCC^mo^ presentibus: Dythmaro de Dome, Johanne de Tilia, Henrico de Ostinchůsen, Hermanno de Lake, Bernardo et Hermanno dictis de Geseke, Friderico pistore de sancta Walburgi, Sifrido Scotten, Gobelino de Atrio, Brůnone, Conrado et Henrico fratribus dictis Brůninc et pluribus aliis, quos omnes super premissis in testimonium admisi et admitto nomine vasallorum et Th. precone et Alberto institore.

Or. Kl. Soest-Walburgis 45. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Seibertz UB. II 487.

2600.

König Albrecht fordert Lübeck auf, die Dortmunder nicht, den königlichen Freibriefen zuwider, mit ungebührlichen Zöllen zu belasten. Köln 1300 August 29.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 78, Brief mit Verschlussschnitten und Resten des grossen Siegels. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I 276.

2601.

Vor den Schöffen von Werl schenkt Rudolf von Borbeninch dem Kl. Fröndenberg seine Güter in Lutherinchusen *(Löttringhausen bei Dortmund?) zur Ausstattung seiner Tochter. Werl 1300 September 13.*

Universis presens scriptum visuris et audituris Thithardus dictus Grutere viceiudex in Werle ex parte Hunodi (!) de Plettenbracht iudicis ibidem substitutus Johannes dictus Scolaris, Hermannus de Guliaco, Helmericus, Hermannus de Melkesthere, Theodericus dictus Ditleves, Hermannus filius Nollen cetterique scabini in Werle salutem et cognoscere veritatem. Cum de gestis hominum, quorum memoria plerumque transit et labitur cum labilitate temporum, gravis sepe oriatur contencio, perutile est, ut ea, que agimus, scriptis autenticis et testium subscriptione roboremus. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod constitutus coram nobis Roͧdolphus de Borbeninch una[1]) Megelinde uxore sua, Daniele, Frederico, Wilhelmo, Agnete et Margarete (!)[2]) liberis suis pure donavit et tradidit . . religiosis personis . . abbatisse et conventui sancte Marie virginis in Vrendeberge bona sua, que dicuntur *egengut* sita in Lutherinchusen cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et proprietatem eorundem propter Deum et ad emendationem prebende filie sue Elizabet, quam eedem . . abbatissa[3]) et conventus in sororem suam favorabiliter receperunt, in perpetuum libere possidenda. Quam donationem dicta Megelindis et liberi sui predicti ratam habentes dicta bona et proprietatem eorundem in manus ipsius abbatisse manualiter et oretenus resignarunt. In cuius rei testimonium ad petitionem prefati Růdolphi, uxoris et liberorum suorum sigillum opidi nostri predicti presentibus decrevimus apponendum. Acta sunt hec in ecclesia

Werle presentibus: Johanne Scriptore milite, Johanne filio suo, Henrico de Berdinc, Godefrido de Borbenninch, Luberto de Hagen et dicto Rost et aliis pluribus fidedignis anno Domini M°.C°C°C°. Idus[4]) Septembris.

[1]) *Ausgelassen ist* „cum". [2]) *Auf Rasur.* [3]) *Corrigirt aus* „abbatissam". [4]) *Vor* „Idus" *stand ursprünglich* „Tercio"; *nachträglich ausradirt.*

Or. Kl. Fröndenberg Nr. 61. An weissen Hanffäden das Stadtsiegel von Werl (Westf. Siegel Taf. 71, 5).

2602.

Graf Ludwig von Arnsberg belehnt den Ritter Friedrich von Hörde mit der Grafschaft in Bökenförde, der „grossen Grafschaft" auf dem einen Lippeufer u. a. Gütern.
Lippstadt 1300 September 20.

Lodovicus nobilis comes de Arnsberg universis Christi fidelibus salutem et cognoscere veritatem. Noverint omnes ad quos praesens scriptum pervenerit, quod nos honorabilem virum Fredericum de Hurde militem infeodavimus de comecia in Bokenevorde, sicut sita est, item de comecia magna ab una parte Lippie, sicut sita est, de curia in Rickersvic et decima ibidem et earum pertinentiis, de decima in Hockelem, quam tenet Volandus de Lancenstroc[1]), de decima in Deddinchusen in parochia Esbecke, de decima in Knevelinckusen iuxta Miste, quam tenet Godefridus de Meschede miles in pignoris nomine a domino de Stormede. Item de curia in Einckusen quam tenet Florinus de Vanen miles, de domo in Usnen, quam habet Hermannus Bodekink, de una domo in Glashem, quam tenet Hermannus de Volkelinchusen, de domo in Ebbinckusen. quam tenet soror Florini de Honstene dicti. Item de una domo apud Ense et de universis bonis et singulis quemadmodum Albertus de Stormede miles et praedicti Frederici antecessores ea a nostris possidebant praedecessoribus et a nobis, sic ipsum Fredericum per praesentes infeodamus rationabiliter et condigne. Acta sunt hec in civitate Lippiensi ad instantiam et in praesentia domini Lippiensis, comitis de Woltecghe, Ottonis, Joannis fratrum nostrorum, Hermanni et Bernardi de Beveren, Renfridi de Scholemer (!), Renfridi de Ervete, Everhardi dicti Bolecke, Louff de Hervolde (!) militum et multorum aliorum fide dignorum. Datum anno Domini M°CCC°, in vigilia beati Matthei apostoli, quod duximus sigilli nostri munimine protestandum.

[1]) *Statt* „Langenstrot".

Notariell beglaubigte Abschr. des XVII. Jhs. nach dem damals noch besiegelten Originale Fst. Corvey Nr. 117. Gedr. Westf. UB. IV 2625 und Seibertz UB. III 1107.

2603.

Erzbischof Wigbold von Köln einigt sich mit den Grafen Gerhard von Jülich und Eberhard von der Mark und ernennt Walram von Falkenberg und Johann von Kuc zu Schiedsrichtern.
Köln 1300 September 24.

Nos Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presentes literas visuris notum facimus presentibus publice protestantes, quod super discordiis, questionibus et dissentionibus motis inter nos ex una parte et nobiles viros Gerhardum de Juliaco et Everhardum de Marka comites ex altera et adiutores nostros hinc et inde composicioni includi volentes compromisimus et compromittimus in nobiles viros Walramum de Valkemburg et Johannem de Kuc dominos tamquam in arbitros sic quod, si idem Walramus de Valkemburg in se dictum arbitrium recipere nollet vel non posset, spectabilem virum Arnoldum comitem Losensem subrogamus loco sui, qui consimilem cum prefato Johanne de Kuc habeat potestatem, ita videlicet quod quicquid dicti arbitri de iure super discordiis, questionibus et dissentionibus antedictis infra festum Omnium Sanctorum

nunc venturum concorditer dixerint seu pronunciaverint, tenebimur inviolabiliter observare. Verum ad maiorem securitatem observancie pronunciati arbitrorum eorundem constituimus pro nobis fideiussores nostros honorabiles viros Hinricum prepositum, Theodericum decanum maioris in Colonia, Reynoldum prepositum Bunnensis ecclesiarum archidiaconos ac Ludolfum de Dycka, eiusdem maioris ecclesie canonicum, necnon nobiles viros Roͧbertum de Virneburg et Wilhelmum de Nuwenare comites, Gerlacum de Dollendorp, Johannem de Ryperscheit dominos, Hermannum de Hademare et Constantinum de Lysolfskirchen civem Coloniensem, fideles nostros et amicos, qui pro nobis promiserunt fide prestita corporali pro decem milibus marcarum denariorum sterlingorum et legalium, sic quod si pronunciatum dictorum arbitrorum non servaremus, dicti fideiussores nostri et nos cum eis assumptis nobis decem militibus de loco, in quo iacentia facienda fuerit, non existentibus Coloniam intrabunt et nos intrabimus inde non recessuri, quousque a parte pronunciatum dictorum arbitrorum non servante dicta decem milia marcarum nomine pene parti, contra quam arbitrium violatum extiterit, persolvantur, et poterit eadem pars, contra quam arbitrium violatur, partem arbitrium non servantem et fideiussores partis eiusdem pro hac pena constitutos monere, ut intrent Coloniam ad iacendum abinde non recessuri, donec eadem decem milia marcarum fuerint, ut premittitur, integre persoluta. Dicti eciam arbitri de nostro et eorundem nobilium consensu inter nos et ipsos nobiles de premissis discordiis composicionem amicabilem poterunt ordinare infra festum supradictum. Ut autem discordie huiusmodi finaliter decidantur, iuraverunt prefati arbitri, quod pronunciabunt vel composicionem amicabilem infra idem festum modo predicto ordinabunt, alioquin extunc iidem arbitri civitatem Coloniensem intrabunt et abinde non recedent, donec pronunciaverint vel partibus consentientibus composicionem amicabilem ordinarint de discordiis antedictis. De Sobbone vero de Althena milite sic est actum, quod ipse de questione, que est inter prefatum Everhardum comitem de Marka ex una parte et ipsum Sobbonem ex altera compromittet in nobilem virum Theodericum comitem Clevensem et Johannem de Kuc predictum qui de eadem questione infra idem festum omnium Sanctorum de iure pronunciabunt vel amiciciam de utriusque partis consensu ordinabunt, alias extunc simili modo Coloniam intrabunt non exituri, quousque ipsam questionem discusserint in amicicia vel in iure, ut est dictum. Et promisimus nos una cum dicto Johanne de Kuc bona fide efficere et procurare apud ipsum comitem Clevensem, quod ipse in se recipiat decisionem dicte questionis sub forma iam predicta. Siqui vero coadiutorum nostrorum de gwerra nostra quam habemus et habent ad presens cum ipsis nobilibus et coadiutoribus eorundem ordinacioni seu pronunciacioni arbitrorum predictorum motu proprio stare nollent, illis in gwerris huiusmodi non assistemus, venerabili domino Everhardo episcopo Monasteriensi et Gerhardo domino de Blankenheim quos semper excepimus ab hiis exceptis. Prelati eciam et nobiles fideiussores nostri supradicti, si per se ipsos iacere non possent, quilibet eorum unum militem cum famulo honesto pro se ponere poterit ad iacendum. Preterea inter alia est condictum, quod si serenissimus dominus noster Albertus Romanorum rex, in quem prius de huiusmodi questionibus per nos et ipsos comites extitit et est conpromissum, super ipsis questionibus, si sibi pronunciare placuerit, pronunciaverit, nichilominus stabitur pronunciato arbitrorum eorundem, nec nos nec dicti comites monebimus vel monebunt fideiussores super pronunciato ipsius domini regis per nos hincinde constitutos. Hec autem omnia et singula premissa acta sunt salvis questionibus aliis inter nos, predecessores nostros et ecclesiam Coloniensem et eosdem comites, suos progenitores et fratres factis et ordinatis, quos in suo robore volumus permanere, promittentes hec omnia et singula premissa fide prestita corporali iuramento interposito firmiter observare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis fideiussorum nostrorum predictorum presentibus est appensum. Et nos fideiussores singuli prenotati recognoscentes nos in omni forma, que premittitur, fideiussisse et obligatos esse sigilla nostra ad evidenciam eorundem duximus hiis literis apponenda. Actum et datum Colonie sabbato post festum beati Mathei apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 670. Von den an Pgtstr. angehängten Siegeln sind 5 erhalten, aber sämtlich mehr oder weniger beschädigt (des Erzbischofs, Propst Heinrichs, Wilhelms von Neuenahr, Gerlachs von Dollendorf und Johanns von Reifferscheid, 6 fehlen. Die Namen der Siegler sind auf den Pgtstr. vorgeschrieben.

2604.

Vor dem Richter Friedrich gen. Dukere *und den Rathmännern in Recklinghausen verzichten* Oce, *Schultheiss von Bochum und dessen Frau und Kinder und Heinrich gen.* ante Ciniterium, *Bürger in Recklinghausen, zu Gunsten des Kl. Nottuln auf ihre Rechte an dem Gute* Elleren *im Kirchspiel Datteln. 1300 September 25.*

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris ego Fredericus dictus Dukere iudex in Rikelinchusen et consules eiusdem opidi Rilinchusen (!): Ludolfus dictus de Alta Domo, Gerhardus dictus de Bachem, Gerhardus dictus Vrode, Johannes dictus cum Cuneis, Everhardus dictus in Atrio, Lambertus dictus de Herderinch[usen], Conradus dictus de Alta Domo, Thidericus dictus Veddere, Conradus commorans aput fossam, dictus de Alta Domo, Thidericus dictus de Bure, Lambertus dictus de Bochorne et Rotgerus dictus de Polshem notum facimus et publice protestamur per presentes, quod Oce sculthetus de Bochem, Aleydis uxor eius, Leo, Weszelus, Oce, Ecbertus, Bernardus filii et Petronella filia pueri ipsorum, Hinricus dictus ante Cimiterium opidanus in Rikelinchusen, Elizabet uxor sua, Hinricus filius ipsorum, Lutgardis et Aleydis filie ipsorum in nostra presentia constituti cum omnibus ipsorum heredibus veris et in figura iudicii Rikelinchusen de maturo consilio ipsorum amicorum et animo benivolo absque ulla cohertione domine Metheldi abbatisse et conventui in Notlen dyocesis Monasteriensis ibidem presentibus resinguaverunt et effestucaverunt bona dicta Elleren sita in parochia Datlen et in iudicio Rikelinchusen, prout sita sunt ibidem in campis, pratis, silvis, nemoribus, pascuis et aquis et cum omnibus attinenciis et utilitatibus, prout sita sunt in locis predictis et protestabantur ibidem, se deinceps nichil iuris habere in bonis eisdem ac in omnibus attinenciis eorundem bonorum et sic eadem bona dicta Elleren cum omnibus eius attinenciis et utilitatibus, prout sita sunt et fuerunt, integraliter per nos et per iustam sentenciam iudicii Rikelinchusen integraliter sunt adiudicata rite et perpetue tamquam predia ipsarum possidenda et que nos postmodum per iustam sentenciam eiusdem iudicii confirmavimus et roboravimus. Ut autem hec supradicta rata permaneant et nulla successorum calumpnia valeant infringi, presens littera exinde conscripta sigillo oppidanorum Rikelinchusensium ad petitionem utriusque partis est roborata. Actum et datum anno Domini M°CCC°, die dominica proxima ante festum beati Michaelis.

Or. Nottuln 43. Siegel ab. Gedr. Westf. UB. III 1675.

2605.

Das Kloster in Lippstadt nimmt das Kloster Essen in seine Gebetsbrüderschaft auf. 1300 September 28.

Venerabilibus ac sibi in Christo dilectis dominabus . . abbatisse et conventui ecclesie Assindensis . . prepositus, . . priorissa totusque conventus monasterii Lippensis orationum suarum devotarum participium in omnium salvatore. Pro vestre devotionis affectu, quem ad nos et monasterium nostrum predictum habere dinoscimini, cupientes vobis rependere vicissitudinem aliqualem, recipimus vos et vestras consorores presentes et per processum temporis in ecclesia vestra successores in hiis scriptis in nostre consortium fraternitatis, dantes vobis universis et singulis communionem et participationem omnium orationum, missarum, vigiliarum, ieiuniorum, predicationum, castigationum ceterorumque bonorum operum,

que mediante gratia Christi in nostro fiunt monasterio antedicto, addicientes nichilominus, ut, cum obitus alicuius vestre consororis nostro conventui fuerit intimatus, id ipsum pro tali fiat, quod pro nostris consororibus hactenus fieri est consuetum. In cuius quidem et fraternitatis iugem memoriam nos . . prepositus, priorissa predicti sigillum nostri conventus cum consensu pari et unanimi eiusdem tenori presentium duximus apponendum. Actum et datum in vigilia beati Michaelis archangeli, sub anno Domini millesimo trecentesimo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 165. Das Siegel vom Pgtstr. ab.

2606.

Graf Thymo in Höxter lässt den Edelherren Brüdern von Pyrmont Güter in Boclon *auf und bittet dieselben an Kl. Bredelar zu übertragen. 1300 October 4.*

Or. Kl. Dalheim 45. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. IV 2627. Vgl. oben Nr. 2595.

2607.

Edelherr Simon von der Lippe beurkundet, dass er dem Simon von Menninchusen *den kleinen Hof in Schakenberg übertragen habe zu demselben Rechte, wie er sein anderes Erbe besitze, und dass dazu die Aebtissin von Herzebrock ihre Zustimmung gegeben habe. 1300 October 17.*

Nos Symon nobilis vir dominus de Lyppia notum facimus universis presentem litteram visuris et audituris, quod nos de consensu domine Aleydis uxoris nostre et heredum nostrorum omnium voluntate damus Symoni de Menninchusen ac suis veris heredibus parvum mansum to Scakenberne supponentes ipsum mansum alteri suo manso tenendum perpetue et colendum atque eo iure, quo suo utitur manso, libere perfruendi. Et in huius testimonium presentem litteram sigillis nostro et venerabilis domine . . abbatisse in Hẙersebroke fecimus roborari. Et nos . . abbatissa in Hẙersebroke premissis consensum adhibentes recognoscimus nos sigillum nostrum presentibus appendisse. Actum presentibus Lutberto et Conrado de Avenstroth fratribus, Bernhardo de Beveren, Ottone de Sendene, Dytmaro dicto Retberg militibus; item Arnoldo de Seppenhage, Mychaele et Alebrando advocatis et aliis fide dignis. Datum anno Domini M°CCC^{mo}, crastino beati Galli confessoris.

Or. im Fürstl. Archiv zu Rheda. Siegel 1) von Pgtstr. ab, 2) der Aebtissin (Westf. Siegel Taf. 127, 2). Gedr. Osnabrücker UB. IV 598.

2608.

Dechant und Kapitel von s. Andreas in Köln verpachten den Hof in Merklingsen im Kirchspiel Schwefe, den zuvor die Keysers in Soest inne hatten, an Antonius von Scheidingen. 1300 October 23.

In nomine Domini, amen. Universis presentes visuris et audituris . . decanus et capitulum ecclesie sancti Andree Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos curtim nostram in Mi̊rkelinchusin sitam in parrochia de Sweve et quatuor mansos eidem curti attinentes cum aliis bonis pertinentibus ad eandem, quam curtim, mansos et bona Henricus natus quondam Johannis dicti Keyser opidani Susaciensis ac ipse Johannes, dum vixit, a nobis tenebant in pensione, ipso Henrico libere resignante et supraportante ipsam curtim, mansos et bona ad manus nostras, Anthonio dicto de Schedingen militi a nobis recipienti concedimus sub annuo censu seu pensione annua tenenda, colenda ac iure perpetuo seu hereditario possidenda seu procuranda ea condicione, modo et pacto, quod dicta

bona non vendet nec alienabit in toto vel in aliqua parte, item et quod ea non dividet in plures heredes, item et quod huiusmodi bona procurabit et colet more boni et diligentis coloni. De quibus quidem bonis solvet et assignabit nobis in claustrum nostrum singulis annis in festo Cathedre beati Petri quadraginta solidos et octo denarios bonorum et legalium Coloniensium denariorum suis laboribus et expensis, a qua solucione et assignacione eundem Anthonium nec gwerra nec tempestas nec prohibicio cuiuscunque maioris vel minoris nec defectus, quem in dictis bonis habere poterit, sive magnus fuerit sive parvus, aut aliquis omnino casus poterit vel debebit excusare, ita tamen, quod si huiusmodi pensio cum integritate in dicto festo Cathedre beati Petri per eum non fuerit persoluta et extunc neggligens vel remissus fuerit in solucione huiusmodi pensionis in toto vel in parte usque ad quindenam ipsum festum immediate sequentem, tunc nomine pene solvet nobis quadraginta solidos et octo denarios Colonienses bonorum et legalium denariorum et nichilominus satisfaciet nobis de pensione detenta et singulis quindenis, quibus neggligens vel remissus fuerit in solucione dicte pensionis in parte vel in toto, solvet nobis singulos quadraginta solidos cum octo denariis nomine pene cum pensione predicta. Si vero neggligens vel remissus fuerit in solucione dicte pensionis et pene in toto vel in aliqua parte usque ad anni revolucionem, tunc ipso facto cadet ab omni iure, quod sibi in dictis bonis competit seu competere potest, ita quod dies pro homine interpellet, et huismodi bona libere ad nos revertentur, ita quod de ipsis bonis nostram liberam sine qualibet contradictione dicti Anthonii vel cuiuscunque alterius poterimus facere voluntatem, et nichilominus satisfaciet nobis de pensione detenta et de singulis penis, quas incidit et commisit. Preterea heredes ipsius Anthonii succedentes in dictis bonis eis ad nos, ut dictum est, minime devolutis acquirent relevacionem et recipient ea a nobis cum eo iure, quod vulgariter *gewerf* dicitur, dando quadraginta solidos et octo denarios bonorum et legalium Coloniensium denariorum pro concessione eorundem. Qui eciam Anthonius ad observacionem omnium premissorum se obligavit et obligat data fide. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum eidem Anthonio sigillo ecclesie nostre tradimus communitum. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo, in die beati Severini episcopi.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Andreas Nr. 35. An Pgtstr. das Siegel des Convents von s. Andreas.

2609.

Johann von Corbach verzichtet auf alle Ansprüche an das Kl. Paradies. Wolfhagen 1300 October 24.

Ego Johannes de Corbike recognosco una cum Johanne meo filio et cum mea uxore dicta Ebele, quod omni actioni seu inpeticioni, quam habuimus seu habere videbamur iure hereditario divisim vel coniunctim contra claustrum dictum Paradysum apud Susatum situm renunciavimus simul liberaliter[1]) et expresse videlicet, quod nec ipsas nec earum[2]) villicos, nec earum bona ubicunque habuerint in nullo, quamdiu vixerimus, debemus inpetere seu perturbare. Super hiis firmiter observandis petivimus sigillum honorabilium burgensium in Wolfhagen apponi huic scripto. Nos vero Detmarus Faber proconsul, Helmicus, Olricus de Bitte, Johannes Harvermann, Hermannus Kesemann, Reynoldus, Lodewicus Welant, Johannes de Ysthe, Thide, Hoverman consules tunc temporis in Vulfhagen fecimus hoc scriptum in huius rei evidenciam pleniorem sigillo nostrorum burgensium communiri. Datum in Vulfhagen anno Domini M°.CCC°, feria secunda ante festum Symonis et Jude apostolorum.

1) *Kopiar* „liberariter". 2) *Die Abschrift* „eorum".

Abschr. des XIV. Jhs. im Copiar des Kl. Soest-Paradies, Msc. VII 6107 fol. 75.

2610.

Der Edelherr Berthold von Büren verzichtet zu Gunsten des Kl. Oelinghausen auf alle Ansprüche an den Zehnten in Eden. 1300 October 29.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Bertoldus nobilis dominus de Bůren ad noticiam veritatis in perpetuum. Notum facimus, protestamur et recognoscimus, quod cum ad memoriam revocaremus decimam in Eyden nunc cenobio in Olinchusen pertinentem nostris quondam progenitoribus pertinuisse et ex hoc putaremus nos in eadem decima posse ius vendicare, nescientes, quod nostri progenitores eandem decimam per legitimam vendicionem in cenobium transtulerant memoratum, eidem cenobio longeva prescriptione suffragante, tandem amicorum nostrorum et plurium in iure communi peritorum legitimis instructi documentis didicimus nos in prefata decima ius non habere et sive per ius sive per factum possemus prefatam decimam nostris seu heredum nostrorum usibus vendicare, tamen attendentes, quod multum valet deprecacio iustorum assidua, ut in eodem cenobio nostri et progenitorum nostrorum singulis annis certo termino perpetua agatur memoria, de qua memoria conventus ibidem habebit de eadem decima unius marce consolacionem singulis annis in termino nostre (me)morie[1]) et ut participes efficiamur omnium piorum operum, que in prefato cenobio fiunt, in perpetuum ad laudem Creatoris proprio motu et bona voluntate cedimus et renunciamus omni iuri, si quod nobis et nostris heredibus in prefata decima competebat seu competere posset in tempus quodlibet affuturum, dantes eidem cenobio has litteras nostro sigillo communitas in testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Actum anno Domini M°CCC^mo^, in crastino beatorum Simonis et Jude apostolorum, presentibus discretis viris: Hůgone canonico Sůsaciensi, Roberto Ferner magistro consulum, Alberto de Palsole maiore, Regenbodone Goten, Wescelo Herinc, Hermanno Walen et magistro Arnoldo notario opidi Sůsaciensis et famulo nostro Lamberto de curte Asselen et pluribus aliis fide dignis.

[1]) *Or. nur* „morie".

Or. Kl. Oelinghausen 160. Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. IV 2629.

2611.

Walram von Falkenberg und Johannes von Kuc geloben, Köln nicht zu verlassen, bevor sie als Schiedsrichter die Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof Wigbold von Köln und den Grafen Gerhard von Jülich und Eberhard von der Mark beigelegt haben. 1300 November 5.

Universis presentia visuris . . nos Walramus de Falkenborg, dominus de Monsyoye et Johannes, dominus de Kuc, notum facimus, quod super discordia seu discordiis quibuscunque, que sunt et vertuntur inter reverendum patrem et dominum nostrum W(icboldum) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum ex una parte et nobiles viros dominum G(erardum) de Juliaco et dominum E[verhardum] de Marka comites ex altera et eorum hinc inde adiutores composicioni includi volentes nobis assumimus arbitrium tanquam arbitri ad pronunciandum inter ipsos super dictis discordiis in amicitia de scitu et voluntate partium vel de iure secundum veritatem factorum, prout dicte partes in nos compromiserunt promittentes, quod de civitate Coloniensi nullatenus recedemus, nisi ante omnia pronunciaverimus seu composicionem amicabilem inter dictas partes ordinaverimus, ut est dictum. Premissa promittimus facere sub fide prestita corporali per nos interposito iuramento, si partes iuramentum huiusmodi nobis noluerint relaxare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum sabbatho post Omnium Sanctorum, anno Domini M°.CCC^mo^.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 676, mit den an Pgtstr. hängenden Siegeln 1) Walrams von Falkenberg (queroval, in concaven Siegelfeld der Kampf mit dem Drachen — Nachbildung einer antiken Gemme? —, Umschrift schlecht abgedrückt), 2) Johanns von Kuick (Reitersiegel mit Rücksiegel).

2612.

Graf Ludwig von Arnsberg überträgt dem Elfried Ketel die Vogtei über die Luttike Hove, *die zu dem in Lederke gelegenen Hof der Aebtissin von Meschede gehört. 1300 November 16.*

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris et audituris, quod nos Ludewicus comes de Arnsberg de consensu et libera voluntate domine nostre ac omnium nostrorum heredum porreximus Elfrido Ketel, Elie filio suo ac omnibus suis veris heredibus advocatiam nostram pleno iure nostro de uno mansu Lederke, nomine Luttike Hove, pertinentem in curtim domine abbatisse de Meschede sitam Lederike, iure hereditario a nobis et nostris veris heredibus perpetualiter possidendam. Ut autem premissa a nobis et a nostris successoribus rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo civitatis Brilon confirmavimus. Datum et actum in civitate Brilon, indictione . ., anno Domini millesimo trecentesimo, feria quarta post Martini episcopi. Presentes fuerunt: Gerbodo Grube proconsul Brilonensis, Gebhardus Goldenere, Theodericus Pistor, Ditmarus Hottepe, Hermannus Jungelinch, Arnoldus de Hildemarckusen, Hermannus supra Rivo, Hermannus Wesseli, Godefridus Cruse, Godefridus de antiquo Brilon, Goswinus apud Portam, Henricus dictus Stevenich consules ibidem; Rutgerus de Hustene miles, dapifer Arnsbergensis, Sifridus Schoke, Lambertus Rorca, Helmicus de Eversberg, Theodericus de Schnellenberg, Hermannus de Hogeshusen, Hermannus in Foro, Nolthardus, Hermannus suus frater, Esselinus de Bevendorpe et alii quam plures fide digni.

Nach einer Abschrift in den Lehnsakten des Oberlandesgerichts zu Arnsberg gedr. bei Seibertz UB. II 488.

2613.

Der Dortmunder Bürger Arnold de Manso (vom Hofe?), der dem Kl. Kentrup eine Rente von 2 Mark aus seinen zum Leppinchof *in Körne gehörigen Gütern in Dinker verkauft hat, schenkt dem Kloster dazu eine Rente von 5 Schillingen aus eben diesen Gütern zu einer Memorienstiftung. 1300 November 25.*

Universis presentes litteras visuris et audituris innotescat, quod ego Arnoldus de Manso civis Tremoniensis habui quosdam annuos redditus viginti novem solidorum usualium denariorum ex bonis . . dicti Bisschop in Dincheren sitis in curtem meam Leppinchof in Cůrne sitam hereditarie quondam pertinentes de quibus redditibus, cum de consensu uxoris mee Bele et . . omnium verorum heredum meorum duarum marcarum redditus . . conventui sanctimonialium ordinis Cisterciensis iuxta castrum Marke sito pro quadam pecunie summa michi soluta rite vendidissem, dedi postea et contuli eidem . . conventui quinque solidorum redditus de predictis redditibus residuos hereditarie de prefatis bonis in Dincheren ad usus claustri predicti dandos et solvendos tali pacto et condicione, quod dictus . . conventus perpetue tres faciat annis singulis memorias pro salute animarum quondam parentum meorum Vulvini et Bele, item Bele sororis mee et anime mee ac uxoris mee Bele et omnium animarum pro quibus meum est desiderium, ita quod prima memoria fiat in octava Purificationis beate Marie quo tempore terminus est solutionis reddituum predictorum, secunda vero memoria in crastino Assumptionis beate Marie et tertia in crastino beate virginis Katherine, et quod semper in qualibet memoria . . conventus habeat de dictis quinque solidis decem et octo denarios et presbiter duos denarios, qui missam celebrat animarum. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam sigillum meum cum sigillo dicti . . conventus presentibus est appensum. Actum et datum die beate Katherine virginis, anno Domini M° tricentesimo.

Or. Kl. Kentrup 23 a. Am ersten Siegelstreifen ein kleiner Siegelrest mit den Buchstaben . . ricu . . . *am zweiten Reste eines sehr verdrückten geistlichen (?) Siegels, welches nicht mit Westf. Siegel Taf. 118, 10 identisch ist. Die Urkunde ist cancelliert, auf dem Schnitte rückwärts Spuren eines Siegels.*

2614.

Meister Hermann von Recklingsen stiftet für die ewige Lampe in der Kirche des Kl. Paradies 3 Mark. Kl. Paradies 1300 November 29.

Universis presens scriptum inspecturis Gerbergis priorissa in Paradyso totusque conventus ibidem veritatis testimonium acceptare. Cum priorum memoria raro apud posteros firma et stabilis perseveret, necesse est, ea que in decursu fiunt temporis, ne cum tempore pariter dilabantur, scripti memoria perhennari. Declaramus igitur publice protestando, quod, cum magister Hermannus de Rikelinchusen de sua salute sollicitus nostri etiam benigne memor tres marcas usualis monete nobis legaverit in extremis ad fomentum luminis, quod iugiter in ecclesia nostra ardebit ad honorem domini nostri Jesu Christi, nos eius erga nos benignitatem gratissimis cordibus acceptantes dimidium maltum siliginis et ordei custodi ecclesie nostre resignavimus de omnium beneplacito et consensu de manso nostro Berthelincdorp in Sveve in festo beati Martini annis singulis recipiendum in predicte legationis seu donationis perpetuam firmitatem. Ut autem predicta rata permaneant et inconvulsa nulla retractacione aut superordinacione delenda, presentem paginam super eo confectam sigillis nostris et sigillo venerabilis patris nostri prioris Sůsatiensis fecimus roborari. Datum in Paradyso anno Domini M°.CCC°, in vigilia beati Andree apostoli.

Or. Kl. Paradies 56. Von den drei Siegeln das erste mit Befestigung ab, an zweiter Stelle an weissen Hanffäden unkenntliche Reste, an dritter Stelle Reste des Klostersiegels (Westf. Siegel Taf. 120, 1).

2615.

Schiedsspruch in den Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof Wigbold von Köln und dem Grafen Everhard von der Mark. Köln 1300 December 1.

In Goz namen, amen. Wir Walrave van Munioge[1]) inde van Walkenburch inde[2]) Johan van Kůch heyren dun kunt allen dengeynen, dey deysen breyf anneseynt inde horent, want der eyrwordige[3]) vader unse here, er Wichbolt der erchebyschof van Kollen ůp eyns side, inde er Everat der greve van[4]) der Marche inde sin helpere, dey in unseme sagen mit eyme willint begriffen sin, ůp anders side, ůp alsulge zveyinge, wermotgeyt inde klage, de under in ůpgelofin waren, danave gros schade in, irren lůden inde deme lande moyt sin ervallen inde kome, uͤp uns as seygere ave minlige iffenere under pinen van zeyn dusent marken Engilscher penninge gut inde geve, de in eynclich part deme andere vor uns gesvaren inde erkoren hayt inde burge davor gesat, as so, so wat wir tusseyn in sagen inde ordinere mit minne of na reythe, dat si dat steyde halden sollen inde volvoren, as in den breyven der heyup sint gemacht an latine steyt gescreyven, inde wir aldůsdan sagen ůp uns genamen haven umb de beste des vreyde, inde wir de wareyt na der vordenrunge inde na der antverde van beyden partien an wisen luden, de darzu geschic[5]) waren, gevrocht inde vernamen haven, darna dat wir gehort inde verstanden haven. So sagen vir in Goz namen ůp unsen eyt inde vor eyn reyt alsus: so wat in der sonen, dey geschag tussen deme byschof Syvarde inde deme gesteyt van Collen ůp eys siden, inde deme greven van der Marke ůp anders side, gevorvort wart inde geloft, also as dey breyven sprechgent, dey darup gemacht sint, inde de mit ungeseygel des byschof Syvartz inde des capitelz vanme důme ze Collen beseygilnt, sal man deme greve van der Marke steyde halden. Eyver wir Walrave here van Munioge[6]) inde van Valkenburg bliven mit me herre van Kůch darane, so wat hey inde her Crat van Grivensteyn, an dey unse here der erzebyschof de nu is, gegangen was, as van deyme hůs van Volmuntsteyne weyder zo bůenne, vanme reythe van Bůchgen, inde van deme wiltbande tussen Scheyde inde Wittene gesait havent of gesagen mogen mit deme munde of mit breyfven, dat man dat halden sal. Eyver so sagen wir vor eyn reith, so wat unser

heyre der erchebyschof ůvergangen hait in sinen offen breyfven ind gelovit deme greve van der Marken, dat hey eyme sal halden dat.[7]) Eyver so sage wir vor eyn reyth, want unse herre der erchebyschof alrehande offen brifve hait vor sich, inde der greve van der Marken oich offene breyve hait vor sich up leyninge der stat van Dirtmunde, des godes darzo gehort, inde der hove van Brakle, Westhove inde van Elmenhorst mit deme dat darzo gehort, dei dat rige anne gehorent, inde were, dat man den greve van der Marke vunden hait inde nu vint, halden sal inde in der weren bliven sůnder ůrlage, bis dat si vurme konichge bischeyden werdent na rethe. Eyver so sagen wir wor eyn reyth, want der erzchebischof van Collen is in bisinzzege (!) inde gewere des husis van Shnellenberch,[8]) danave der greve van der Marke dat halfscheyde anespreycht alse vor sin eygen, want hei bůrchman danave hat verleynit, dat der ertzebischof in der gewere sal bliven, inde reyth důn deme greven van der Marken, dat dat hůs eygen si des gesteytis. Eyver so sage wir vor eyn recht, dat des ertzenbischoffes ampmanne[9]) neit in solen dvingen des greven deynstlůde van der Marken weyder eren willen zo malen ůp des bischoffes molen zo Mendene. Eyver so sagen wir vor eyn reycht, dat man zveyne berve[10]) man darzů scheyckin sal, de virneymen sůlen, wat zu der heyrschaf van Arnberch inde zo Nůrenberch van der vischerie ůp ter Aren van rechte sůlin gehoren; inde datselve sal man důn van den wingarden inde deyme artlande zo Hůnnephe inde van deme dorpe van Molenheym. Eyver so sagen wir vor eyn recht, offt dey vrowe van Holtte mach zobrengen, dat si eyrren lifzuct sal haven ain des burchgreve hove van Colle, dat man eyre sal lasen, man in mogen dan zonen, dat si darůp verzeygen have. Ever so sagen wir vor eyn recht, dat man den erzebyschof van Collen weyder sal sezzen in geweren des vorbůrges des huses van Holte, da sine vorenvaren inne saiten, inde dat dey vrowe van Holte irre recht mach danave vorderen, dat sit van reche vorderen sal inde nemen. Ever so sage wir vor eyn recht, diwile dat man den erchebyschof sal weyder insezzen in dat vorbůrge[11]) des husis van Holte, dat hey de vrowe van Holte sal důn[12]) user deme banne. Eyver so sage wir vor eyn recht, het des byschof ampmann van Collen iemanne van des greven luden van der Marche geschat binnen vreyden dat kenlich is, dat sal hey weyder keren, heyt hey og eymanne binnen vreyde gevangen, den sal hey quit lassen. Eyver van deme erve dat der greve vorderit an deme erchenbyschoffe van Kollen, alse[13]) van der graschaffe van Seyne, so sage wir, dat man darzu byrve lude scheycken sal, de de wareynt (!) danave vernemen sollen, de si uns weyder brengen sůlen, up dat wir si darna můgen scheyden. Eyver so sagen wir vůr[14]) eyn recht, want unse here van Collen schůlt geit deme greven van der Marken as van rofe, so wa hey ofte sine dat gedan hant, dat si dat gelden sůlen na minnen ove na rethe, datselve sal der erchebyschof inde de sine weyder důn deme greven, ove hey in schult geyt. Ind ůp dat alle deyse půnt gehalde werden inde volvort ůp den eyt inde de pine de vor genůment sint, so han wir unse ingesegele an důsen breyf důn hangen. Dit is gescheyt, gesacht inde gekundiget zu Collen, na Godes gebůrde dusend inde drunhundert iar, des neysten dages sente Andreses dage des apostols.

1) *Corrigirt aus* „Munzoge". 2) *Or.* „inder". 3) *Or.* „eywige". 4) *Or.* „man". 5) *Zum Theil auf Rasur.* 6) *Corrigirt aus* „Munzoge". 7) *Nachträglich zugefügt.* 8) *Correktur im Anfang des Wortes.* 9) *Corrigirt aus* „ampamane". 10) *Corrigirt.* 11) *Or.* „vorbůge". 12) *Or.* „dů". 13) *Corrigirt aus* „alle". 14) *Uebergeschrieben.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 677. Die mit Rücksiegeln versehenen Reitersiegel der beiden Schiedsrichter hängen an. Auf der Rückseite Notiz von gleichzeitiger Hand: Facta est collatio. *Gedr. Lacomblet UB. II 1065. S. die folgende Nr. 2616. Vgl. auch Ennen u. Eckertz, Quellen zur Gesch. der Stadt Köln III 495.*

2616.

Walrave von Montjoie und von Falkenburg und Johann von Kuik verkünden, dass die Bestimmungen des Schiedsspruches, welchen sie in den Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof Wigbold von Köln einer- und dem Grafen Gerhard von Jülich und Everhard von der Mark andererseits gefällt haben, bis kommende Lichtmess (2. Februar 1301) ausgeführt sein müssen. 1300 December 1.

In Godes namen, amen. Wir Walraven van Muͦnyoen inde van Falkenburg inde Johan van Kuiͦc heirren duͦn kuͦnt alle dengienen deͥ deͥsen breif ane seint inde huͦrent, dat wir sagen up unsen eit inde vuͦr eyn recht, so wat wir haven gesacht van allen den puͦnten, sunderligen inde sementligen, also alse unse sagen spricht tuschgen deme ewordigen (!) vadere unseme heirren heren Wicbolde deme ertzebischoffe van Kolne up eyne side, heren Gerarde van Gulege, heren Everarde van der Marken greven inde ieren helperen we deͥ sint up ander side, dat man dat duͦn inde volvuͦren sal tuschgen heͥ inde unser Vrowen dage Leichtmisse deͥ nuͦ neist zuͦkuͦmene is up den eit deͥ daruͦver gedain is inde de pine deͥ irkoren inde verbuͦrget is van den partien sunder argelist. In uͦrkuͦnde deͥser dinge so hain wir unse ingesigelle an duͦsen breif duͦn hangen. Dit is gescheit na Godes gebuͦrde dusent inde drun hundert jar, des neisten dages sente Andreses dage des apostels.

Or. Stdt.-A. Köln Nr. 668. An Pgtstr. das Reitersiegel Walrave's von Montjoie mit Rücksiegel, das kleine zerbrochene Johanns von Kuik liegt bei. Regest Mitth. a. d. Stdt.-A. Köln IV S. 44, Rübel, Dortm. UB. I 277.

2617.

Graf Everhard und sein Sohn Engelbert von der Mark nehmen das Kl. Elsey in ihren Schutz und bekennen sich dem Stift zu einer Schuld von 22 Mark. 1300 Dezember 9.

Nos Everhardus comes de Marca universis presencia visuris cupimus esse notum, quod nos una cum Engelberto filio nostro domino de Arberg dilectos nobis in Christo . . conventum ac prepositum claustri in Else divine retributionis intuitu cum bonis suis sub nostram protectionen recepimus, rogantes omnes quicquam nostre dilectionis respectu facere volentes, ut ipsos non impediant, sed pocius ipsos ubicunque indiguerint, protegant et defendant. Insuper publice protestamur, nos cum nostris heredibus dicto . . conventui ac preposito obligatos esse pro viginti et duabus marcis Monasteriensium denariorum, quas eisdem solvere promittimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo, feria sexta post festum beati Nykolai.

Or. Pfarrarchiv Elsey. Siegel von Pytstr. ab. Regest bei von Steinen Bd. IV 1355.

2618.

Erzbischof Wigbold von Köln löst die dem Grafen Everhard von der Mark verpfändete Burg Waldenberg wieder ein. Köln 1300 December 15.

Nos Wicboldus Dei gracia sancte ecclesie Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentes litteras visuris et audituris notum esse volumus, quod cum nobili viro Everardo comiti de Marca castrum nostrum et ecclesie Coloniensis Waldenberg pro tribus milibus marcarum, duodecim solidis pro qualibet marca computandis, uno grosso Turonensi pro septem denariis computato, usque ad hec tempora fuisset pignori obligatum, super eiusdem castri absolutione, redemptione seu recuperatione concordavimus cum eodem . . comite in hunc modum, quod eidem dedimus in parato de predicta pecunie summa mille marcas denariorum eiusdem pagamenti, de residuis vero duobus

milibus marcarum dabimus et dare promisimus et promittimus per presentes ipsi . . comiti mille marcas pagamenti predicti in proxima dominica quadragesimali qua cantatur Letare Jherusalem nunc futura. Et ad maiorem securitatem solutionis dicte pecunie in termino prenotato constituimus ipsi . . comiti fideiussores nostros, videlicet honorabilem virum Henricum . . prepositum maioris ecclesie Coloniensis, nobiles viros Gerlacum de Dollendorp, Johannem de Riperscheyt, Crafthonem de Gripenstein dominos, necnon discretos viros Johannem de Becheym scolasticum Werdensis, et Cristianum canonicum Bunnensis ecclesiarum, Hermannum de Hademare, Franconem de Cornu, Johannem Hardevůst, Gerardum de Berghe, Johannem dictum Schervekin, Gerlacum de Bolendorp et Lambertum pincernam nostrum de Are, milites, Godefridum dictum Hardevůst vicecomitem nostrum Coloniensem, Constantinum filium Constantini de Lisolfskirgen scultetum Tuitiensem, et Franconem filium Everardi dicti Gyr, qui se apud eundem comitem pro nobis et quilibet eorum in solidum obligarunt sub hac forma, quod si nos predictas mille marcas non solveremus dicto comiti in dominica seu termino antedicto, quod ipsi fideiussores nostri moniti ex parte dicti . . comitis vel ex parte Crafthonis de Gripensteyn, Franconis de Cornu predictorum et Hildegeri dicti Rode[1]), qui promissionem solutionis de ipsa pecunia facienda cum eodem comite susceperunt, de mandato et auctoritate et ad usus dicti comitis vel suorum heredum extunc Coloniam intrabunt ad iacendum ibidem, more bonorum fideiussorum, in duobus hospitiis honestis eisdem ex parte dicti comitis vel suorum heredum demonstrandis, abinde non recessuri, quousque de predictis mille marcis eidem vel suis heredibus plenarie fuerit satisfactum, hoc adiecto quod quilibet fideiussorum nostrorum predictorum famulum cum equo, si voluerit, pro se ponere poterit ad iacendum. Alias vero mille marcas preter hec extantes de mandato et consensu expresso dicti comitis, Hildegero de Stetzen predicto in festo Nativitatis beati Johannis baptiste proximo nunc futuro persolvemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis fideiussorum nostrorum predictorum sigilla habentium presentibus est appensum. Et nos fideiussores singuli prenotati recognoscentes nos fideiussisse et obligatos esse, ut est dictum, sigilla nostra, nos qui sigilla habemus, hiis litteris duximus apponenda; nos vero qui sigilla non habemus, confideiussorum nostrorum predictorum sigillis utimur in hac parte. Datum et actum Colonie, feria quinta post festum beate Lucie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo.

[1]) *„von der Stessen“ s. unten.*

Or. St.-A Düsseldorf, Köln-Domstift 680. Anhängen die Siegel des Erzbischofs, des Dompropstes Heinrich und von 9 Bürgen. Gedr. Lacomblet UB. UB. II 1067.

2619.

Johann von Plettenberg verspricht dem Erzbischof Wigbold von Köln 700 Mark zur Einlösung von Waldenberg. 1300 December 17.

Universis presentes litteras inspecturis ego Johannes de Plettembracht miles notum facio, quod reverendo domino meo domino W(icboldo) Coloniensi archiepiscopo vel provido viro domino Constantino de Lysolskirgen civi Coloniensi nomine suo pro castri Waldenberg redemptione promisi et promitto infra octavas Epiphanie Domini proximo affuturas procurare, presentare et assignare in pecunia numerata et parata septingentas marcas denariorum, Turonensi grosso pro septem denariis computato. Et ut idem dominus meus de hac pecunia sufficienter per me assecuretur, eligo arbitrando contra me hanc penam, quod, si infra dictas octavas premissam pecuniam eidem domino meo vel Constantino predicto non pagarem, quod extunc iudicium seu iuridicio mea in Attendarne et alia bona quecumque in ipsa iuridicione habeo, stent in potestate et arbitrio domini mei predicti, que a me nomine pene extunc abdico sic, quod de ipsis suam faciat voluntatem. Quod ego vel mei heredes non possumus nec debemus ex quacumque causa suborta vel subortura aliqualiter prohibere, ita tamen quod dominus meus

predictus, si pecuniam huiusmodi pagavero, michi ad restitucionem eiusdem teneatur. In cuius rei testimonium presentes litteras eidem domino meo dedi sigilli mei munimine roboratas. Datum sabbato post festum beate Lucie virginis, anno Domini millesimo CCC^{mo}.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 681. Mit dem beschädigten, an Pgtstr. befestigten Siegel des Ausstellers (schildförmig, gespaltener Schild).

2620.

Ritter Johann von Plettenberg bekennt, dass ihm Erzbischof Wigbold von Köln zum Amtmann in Waldenberg bestellt habe. 1300 December 20.

Ego Johannes de Plettembracht miles notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod, cum reverendus dominus meus dominus W(icboldus) Coloniensis archiepiscopus castrum suum et ecclesie sue Waldenberg mee fidei tamquam suo officiato et fideli duxerit committendum, ego, ut idem dominus meus seu eius successor et ecclesia Coloniensis de restitutione ipsius castri, quandocunque hoc eis repetere placuerit, sint securi, promisi et promitto eidem domino meo, quod ab hac hora inantea ipsum castrum fideliter custodiam et tenebo ad usus ipsius domini mei et ecclesie Coloniensis et quod, quocumque tempore ab eodem domino meo seu suo successore et ecclesia Coloniensi fuero requisitus, idem castrum restituam libere ad manus eiusdem et ecclesie Coloniensis, nec hoc dimittam seu dictum castrum cum turri restituere denegabo nec denegare potero vel debebo ex quacumque causa nunc suborta sive propter discordias, expensas vel dampna vel qualitercumque suboriri poterit in futurum. Et ad hec omnia me obligo per presentes sub fide prestita per me corporali interposito iuramento. In cuius rei testimonium et firmitatem presentes litteras eidem domino meo et ecclesie Coloniensi dedi sigilli mei munimine roboratas. Datum in vigilia beati Thome apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 682. Das Siegel des Ausstellers, wie an Nr. 2619, an Pgtstr. beschädigt.

2621.

Indulgenzbrief verschiedener Erzbischöfe und Bischöfe für die Kirche in Assinghausen. Rom 1300 vor December 24.

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis nos miseracione divina (Guilelmus)[1] Salaritanus[2], Basilius Jerosolymitanus[3]) archiepiscopi et Nicolaus Torbuliensis[4]) episcopus, salutem in Domino sempiternam. Splendor paternae gloriae, qui hunc mundum illuminat ineffabili bonitate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestatis benignitate sperancium tunc praecipue benigno favore prosequitur, cum devota eorum humilitas Sanctorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur ut ecclesia sancti Petri de Assinghausen Coloniensis dioecesis congruis honoribus frequentetur et frequentantes pro temporali labore perpetuae quietis munere gratulentur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis festivitatibus: videlicet ipsius ecclesiae et dedicatione eiusdem,[5]) Nativitatis, Circumcisionis, Resurrectionis, Ascensionis Domini et Pentecostes, Nativitatis, Annunciacionis, Purificationis et Assumptionis beatae Mariae virginis, singulorum apostolorum, Commemoracione Omnium Sanctorum, Stephani et Laurentii martyrum, Nicolai et Martini confessorum, beatae Catarinae virginis, beatae Mariae Magdalenae, singulis diebus dominicis totius anni, necnon per ipsarum festivitatum octavas causa devocionis, oracionis, visitacionis vel peregrinacionis accesserint, vel ibidem divinum officium seu verbum Dei audierint mente pia aut qui in bona sui corporis sanitate, seu eciam in extremis laborantes quicquam suarum ecclesiae predictae legaveri[n]t facultatum, necnon qui sacerdoti eiusdem ecclesiae infirmos cum corpore Christi seu sacra unctione visitanti devota cum reverentia feceri[n]t

comitatum, de omnipotentis Dei misericordia, necnon beatorum Petri et Pauli apostolorum eius omniumque Sanctorum meritis et precibus confidentes singuli nostrum singulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus apponenda. Datum Romae anno Domini millesimo trecentesimo, pontificatus domini Bonifacii papae octavi anno sexto.

[1]) *In der Abschrift ist eine Lücke gelassen mit der Bemerkung:* „non potest legi". [2]) *Statt* „Salernitanus". [3]) „Armenien". [4]) *Statt* „Tortibolensis". [5]) *Statt* „ipsius ecclesie dedicatione et octava eiusdem".

Abschr. von 1686 vom Profess des Klosters Grafschaft Theophilus Trilling, der damals Vicecuratus in Assinghausen war, in seiner „Kurtzen dannoch grundlichen, die Kirspelskirche b. Catarinae zu Assinghausen" betreffenden Nachricht. Angehängt der Consens des Diöcesanbischofs Heinrich von Virneburg vom 1. December 1309. Acten Kl. Grafschaft Nr. 6.

2622.

Graf Everhard von der Mark vermittelt einen Vergleich in den Streitigkeiten zwischen seinem Verwandten, dem Edlen Wilhelm von Ardey und dem Kloster Marienfeld wegen Güter in Gruningen *und Vellern, die der Burggraf Hermann von Stromberg an das Kloster verkauft hatte (vgl. Westf. UB. III 1646), auf die aber Wilhelm wegen Nichtbezahlung der Mitgift seiner Frau seitens des Burggrafen Ansprüche erhob. 1300 December 28.*

Universis audituris presentia et visuris Everhardus comes de Marka salutem et in subsequentibus cognoscere veritatem. A posterorum eradicantur noticia acta temporalia, nisi litterarum semine et plantatione testium memorie inserantur. Eapropter tam modernis quam posteris presentium protestatione declaramus, quod cum Wilhelmus de Ardey, vir nobilis noster consanguineus, venerabilem in Christo Lubertum abbatem et conventum ecclesie in Campo sancte Marie Cisterciensis ordinis occasione quorumdam bonorum, videlicet curie in Gruninghen, mansi dicti Ertlant cum decima attinente ac mansi in Velheren dicti Grothus Hekedinc[1]) emptorum erga Hermannum burggravium in Stromberg, quia idem burggravius sibi Wilhelmo dotem uxoris sue non persolverat, inpetivisset aliquamdiu, dampna et molestias inferendo; tandem in nostra ac testium infra scriptorum presentia ex deliberata utriusque partis arbitratione amicabilis ordinatio talis, ut subsequitur, intervenit, quod idem Wilhelmus, Jutta uxor eiusdem, Henricus, Wilhelmus, Rekeze, Katerina et Alheydis pueri eorundem ab eodem abbate viginti marcis denariorum Monasteriensium receptis renunciaverunt omni iuri et inpetitioni, quod vel quam in prenominatis bonis et eorum attinentiis ac etiam incolis cum eorundem posteritate habuerunt vel habere videbantur et quod ipsos posset contingere in futuro. Aderant huic ordinationi Engelbertus noster primogenitus dominus in Arbergh, Bernhardus de Lůdinchusen, Fredericus de Rechede, Gerwinus de Rinkenrode, Anthonius de Schedinghen, Engelbertus de Hereborne, Henricus et Arnoldus fratres de Didinchoven, Goscalcus de Hesnen, Hartlevus Pil, Richardus de Hesnen milites et plures alii fide digni. Ad maiorem omnium premissorum testimonii cautelam, presentem paginam exinde confectam sigilli nostri karactere fecimus communiri. Et nos Wilhelmus vir nobilis predictus sub forma sigilli nostri presentibus appensa omnia prenarrata recognoscimus esse vera. Actum anno Domini millesimo trecentesimo, ipso die Innocentum.

[1]) *Rasur.*

Or. Kl. Marienfeld 357. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Everhard von der Mark mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1), das andere Siegel von Pgtstr. ab. Gedr. Westf. UB. III 1681 und Kindlinger, Volmestein II, 222.

2623.

Gottschalk gen. von Lynphe *stiftet mit einer Rente aus dem Hof Steinhausen sein Jahresgedächtniss im Kl. Gevelsberg. 1300.*

In nomine Domini, amen. Ego Godeschalcus dictus de Lynphe per gratiam Dei conpos per omnia mentis mee saluti anime mee providere cupiens do et lego XV solidos et VI denarios perpetuo persolvendos quos emi propriis meis denariis de curia que vocatur Steynhusen in festo beati Martini persolvendos monialibus in Gyvelberg, ut meam agant memoriam vicibus duabus in anno: videlicet in Purificatione et in Assumptione Virginis gloriose. In cuius rei testimonium presentem cedulam proprii sigilli mei munimine dignum duxi roborandam. Actum et datum anno Domini millesimo CCC^{mo}.

Or. Kl. Gevelsberg 23. Siegel von Pgtstr. ab.

2624.

Richter und Rath in Geseke bekunden, dass Menricus gen. Budel seine Ländereien in Wirinchusen *(Weringerhof) und seine Güter in Erwitte an das Kl. Benninghausen verkauft hat. 1300.*

Universis presentem paginam inspecturis vel audituris Menricus dictus Haroldinc iudex in Geseke, . . magister consulum omnesque consules ibidem notum esse volumus presencium tenore publice protestantes, quod Menricus dictus Budel in nostra presencia constitutus compos mentis et corporis recognovit se cum mera voluntate et consensu plenario uxoris sue Jutte ac filiorum suorum Hartlevi et Menrici omniumque heredum suorum[1] natorum et in posterum nascendorum agros suos sitos in Wirinchusen et bona sua in Ervete ac proprietatem dictorum bonorum cum omnibus pertinenciis, fructibus et obventionibus quibuscunque rationabiliter et legitime vendidisse pro summa XXII^{arum} marcarum denariorum Sůsati legalium numerata, tradita et integraliter persoluta religiosis personis . . domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Benikinchusen ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis eademque bona libere ac quiete imperpetuum possidenda; hac tamen interposita conditione, quod de bonis in Wirinchusen quinque solidi, et duo solidi de bonis in Ervete denariorum Lippensium ecclesie eiusdem ville Ervete nomine pacti annui persolvantur. Preterea dictus Menricus Budel cum uxore filiisque suis ac heredibus dictis bonis coram nobis resignatis abbatisse et conventui prenominatis pactus est consuetam et debitam warandiam, in qua, si deficeret, statuit fideiussores Volmarum de Etlen, Wilhardum de Ervere (!), Menricum Haroltdinc, Wlricum civem in Geseke, qui fide data promiserunt et insolidum, quod omnem defectum huiusmodi warandie, quocunque casu contingente, subortum supplebunt, quandocunque fuerint requisiti. Super omnia ad reprime[n]dum[2] omnis calumpnie vicium sepedictus Menricus Budel pro se et suis heredibus prenominatis renunciavit publice coram nobis omnibus exceptionibus doli mali ac etiam omni iuri tam canonici (!) quam civilis (!), per quod predicta venditio rationabiliter et legitime acta possit in posterum impediri. Ne quis igitur hanc sepedicti M(enrici) et uxoris sue ac heredum suorum venditionem aliquo malignandi studio imposterum irritare conetur, in testimonium premissorum ad petitionem dictarum partium sigillum nostrum una cum sigillo Menrici Budel presentibus est appensum. Datum anno Domini M°CCC°. Testes autem fuerunt: Menricus dictus Haroltdinc, Hinricus Drukeberig tunc magister consulum, Hinricus Irrevogel, Hermannus Pavo, item Hermannus Pavo, Johannes Pavo, Helmicus Werinctinc, Johannes Manincgutinchusen, Johannes Waterhon, Johannes Berterrammi, Conradus Rex, Johannes Rabodinc, Lutbertus de Bongarden, Helmicus Vegepot, Hinricus Scrape et alii quam plures fide digni.[3])

[1]) *Folgt Rasur.* [2]) *Fehlt „n" im Or.* [3]) *Gegen Schluss die Schrift unregelmässig.*

Or. Kl. Benninghausen Nr. 82. An Pgtstr. das Siegel der Stadt Geseke (Westf. Siegel Taf. 66, 5 u. 90, 1) und des Menricus Budel (ebenda Taf. 215, 13; in der Umschrift miles *genannt). Rückschrift des XIV. Jhs.:* Wirinchusen; *des XVI. Jhs.:* Weryuchof.

2625.

Antonius von Ense bekundet einen Vergleich zwischen Everhard von Werve und Everhard von Berge wegen des dem Kl. Oelinghausen hörigen gefangen gewesenen Villicus von Linne. Um 1300 Juni 29 — Juli 6.

Nos Antonius de Enze litteris presentibus protestamur universis, quod discordia seu controversia, que inter Everhardum dictum de Werve et Everhardum dictum de Berge occasione captivitatis . . villici de Linne monasterio de Ulinchusen attinentis vertebatur, per nos et per cooperationem Lamberti dicti de Hemesteyde tunc temporis iudicis in Mendene de consilio quoque aliorum proborum virorum, qui ibidem tunc presentes fuerunt, penitus exstirpata fuit et sopita, ita quod Everhardus de Werve cum Everhardo de Berge primitus concordatus eidem villico postmodum utrique sunt concordati. Pro admissione vero huius concordie faciende Ever(hardus) de Werve predictus a . . predicto villico de Linne bone memorie duas marcas fuit consecutus, altero Everhardo de Berge unam marcam similiter a villico percipiente, sub presentium testimonio litterarum. Datum sabbato infra octavam beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 163. Siegel von Pgtstr. ab.

2626.

Johann Viceplebau von Unna schreibt der Aebtissin von Benninghausen über ein Schutzschreiben des Grafen von der Mark, den Tod des Beichtvaters Dietrich in Benninghausen und die Annahme eines Kaplans. Unna um 1300 Anfang August.

Domina abbatissa! Mitto vobis litteram domini comitis de Marka, quam valde graciose michi dedit. Tenor littere est talis, quod mandat Franconi dicto Fryse officiati[1]) suo in Buren, ne bona abbatisse vel conventui[2]) in Benikinchusen, ubicunque locorum fuerit, molestetur vel molestari permittat per aliquem suorum complicium, quod seriose vult ab eo habere. Eandem litteram statim visis presentibus officiati[1]) predicto in Buren per fratrem Berhardum (!) ei transmittetis, quod datum in Unna et tempus littere notificetur. Dicitur (?) michi, quod dominus Theodericus confessor vester sit viam universe carnis ingressus, de quo multum sibi compatior; anima eius requiescat cum Deo. Sciatis etiam, quod recepi cappellanum simplicem; ille veniet per Dei graciam in festo Michahelis; ille commedet cum fratribus et erit vobis et conventu[3]) obediens in omnibus, michi[4]) precipite. Scriptum Unna quarta feria post festum Vincula Petri.

Ex parte Johannis viceplebani ecclesie in Unna.

[1]) *Statt* „officiali". [2]) *Statt* „conventus". [3]) *Statt* „conventui". [4]) *Statt* „me"?

Or. Kl. Benninghausen Nr. 84. Geschlossener Brief, Faltung und Siegelschnitte erkennbar, auch der Pergamentstreifen zum Verschlusse noch erhalten. In der Mitte der Rückseite die Adresse: Domine abatisse (!) detur; *darüber dieselbe Notiz verwischt; darunter Rasur:* Kercher (?) in (?) Unnae (?).

2627.

Hunold von Plettenberg theilt dem Bürgermeister und Richter von Marsberg mit, dass er der Aussöhnung zwischen dem Kl. Benninghausen und Regenhard von Horne beigewohnt hat. Um 1300 November 11.

Honorabilibus viris et discretis . . magistro consulum ac iudici in Monte Martis ego Hunoldus miles dictus de Plettenbracht protestor per presentes, quod unioni et concordie firme pacis facte inter dominam abbatissam et conventum de Benekinchusen ac Reghenhardum de Horne interfui omnibus presentibus infrascriptis, quorum omnium personas et nomina ipse Reghenhardus vocavit et testimonio

super his confecto inscribi fecit. Ut hiis fidem adhibeatis si necesse (?) ad cuiuslibet generis sacramentum me constringo presentium testimonio litterarum, quibus meum sigillum est appensum. Datum in die beati Martini episcopi.

Or. Kl. Bennnghausen Nr. 83. Siegel von Pgt. ab.

2628.

Der Edle Wilhelm von Ardey lässt die Söhne Ludwigs von Holtum frei. Um 1300.

Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nobilis vir Wilhelmus de Ardeye manumisit Conradum et Hartlevum filios Ludewici de Hoilthem de peticione suorum amicorum ita, ut libere ad cuiuscumque domini ministerium possent diverti. In cuius rei testimonium predictus vir nobilis presentem paginam iussit confirmari.

Abschr. des XIV. Jhs. in Msc. VI 109 a Bl. 32. Die Urk. folgt darin auf die Urk. von 1296 Mai 25; die nächstfolgende ist vom Jahre 1302 datiert.

2629.

Die Rathmänner zu Soest an Osnabrück: erklären sich mit der Verlegung des Tages von Herzfeld einverstanden und bitten den Tag mit 6 Rathmännern zu beschicken. Um 1300.

Amicis suis dilectis scabinis Osnaburgensibus . . consules Susatienses debitum fidei et amoris. Quamquam vos sepius rogaverimus, ut absque omni dubio observaretis crastino beati Viti diem placiti Hertvelde vobis assignatum nos ad dictum diem nostros amicos de Reni partibus ac aliis remotis locis vocari fecerimus et in magnis dampnis et sumptibus sedeamus, tamen ad vestras preces volumus diem, quem modo nobis super feriam terciam proximam subsequentem assignastis, ibidem observare; rogantes studiose, quatinus nos diucius non protrahatis et sicut scripsistis, nos vobis scripsisse, quod vellemus replicationes nostras vobis in scriptis dare, ad hoc dicimus, quod illius littere, in qua id scriberemus, non recordamur; rogantes vos obnixius et attente, quatenus nostri perpetui servicii respectu sex viros de vestro consilio feria sexta proxima affutura hora misse in Hertvelde ad nos destinetis propter quedam vobis dicenda, que scribere non valemus; quod volumus iugiter promereri. Utimur secreto nostro.

Or., geschlossener Brief, Stdt.-A. Osnabrück. Siegel ab. Gedr. Hansisches UB. I 1360, Wigand, Archiv II S. 75 und Osnabrücker UB. IV 607.

2630.

Die Edlen Gottfried von Rüdenberg und Burggraf Hermann (von Stromberg) bekunden, dass die Söhne Gerhards gen. Quidele auf alle Ansprüche an Güter in Schwefe zu Gunsten des Kl. Paradies verzichtet haben. Um 1300.

Universis ac singulis presens scriptum inspecturis seu audituris nobiles viri Godfridus de Rudenberg et Hermannus borchgravius testimonium veritatis. In tempore facta sepius cum tempore dilabuntur, nisi litteris et testibus solidentur. Declaramus igitur publice in hoc spripto, quod cum controversia quedam inter religiosas personas monasterii de Paradyso ex parte una et Gosscalcum et Conradum filios Gerhardi dicti Quidele ex altera aliquamdiu verteretur super quibusdam bonis sitis in Sveve, in quorum contractu ipsi non interfuissent, et si quid eis iuris in predictis bonis conpetere videbatur non resignassent, tandem predicti fratres ad nostram presenciam et proborum virorum Lutberti et Conradi de Avenstrot militum in Stromberg venientes omni impeticioni, quam moverant sive movere intendebant, predicto monasterio de plano abrenunciaverunt, ita quod nec ipsi nec heredes aut coheredes

ipsorum quicquam iuris in perpetuum habere poterunt in premissis, petentes predictam suam abrenuntiacionem litteris et sigillis nostris et Lutberti et Conradi militum de Avenstrot confirmari. Nos itaque paci utrobique studentes presens scriptum supradicto monasterio contulimus nostris sigillis roboratum in testimonium perpetue firmitatis. Huic composicioni interfuerunt: dominus Symon sacerdos in Bilehem, Conradus Vrigegreve, Winandus Hiket et alii plures fide digni.

Or. Kl. Paradies 54. An weissen Hanffäden hängen noch die beschädigten Siegel Hermanns von Stromberg in der Mitte (vgl. Westf. Siegel Taf. 26, 8 und Einl. S. 19) und Gottfrieds von Rüdenberg an dritter Stelle (Westf. Siegel Taf. 27, 7); das erste ist abgefallen.

2631.

Die Städte Winterberg, Schmallenberg und Hallenberg geloben, nicht dulden zu wollen, dass jemand der ihrigen die Stadt Medebach befehde. Um 1300.

Universis hoc presens scriptum intuentibus nos . . proconsules et consules opidorum in Wynterberg, Smalenberg et Hallenberg, recognoscimus et publice protestamur, quod nos una de consensu, consilio et auxilio nostrarum universitatum aut discretiorum nostrorum opidorum in hoc concordavimus, quod si aliquis in nostris opidis aut aliquo nostrorum opido esset ac constitueretur, qui ingratitudines habere, periculum ac gravamen vellet inferre opido, opidanis aut alicui opidano in Medebeke et ad nostram seu nostrorum consulum, qui pro tempore fuerint deduceretur et perveniret noticiam, extunc hunc sive illum gravamen predictis opidanis aut alteri (!) ipsorum volenti inferre, omni studio et diligentia, quibus valebimus, volumus et debebimus informare, ut ab ipsis opidanis de Medebeke super incusatis recipiat, quod iuris videatur castrensibus, civitatibus et opidis, venerabilis domini nostri . . archiepiscopi Coloniensis et a gravamine penitus esset nostri ob respectum, eo modo tamen, quod dicti opidani de Medebeke, aut alter (!) ipsorum, rei si inventi fuerint, nisi per nostram interpositionem gratiam consequi valeant, de excessu emendam prestent debitam et condignam. Sed si dicti opidi opidani super incusatis ius pro se habuerint et habere videbuntur et adhuc aliquis eosdem opidanos impetere vellet et gravare, hic gravationem volens facere, sepedictos opidanos aut alterum (!) ipsorum de nostris munitionibus et opidis non debebit gravare, nec pericula inferre, prout ad hoc nos astringimus, promisimus et litteras nos astringimus et promittimus per presentes. Dantes hoc presens scriptum firmiter super eo communitum sub nostrorum opidorum sigillorum appensione in evidens testimonium et robur premissorum.

Nach dem früher im Stdt-A. Medebach vorhandenen Or. gedr. Seibertz UB. II 490. Verglichen mit Msc. VII 5910 S. 193. Die Siegel von Hallenberg, Schmallenberg und Winterberg haben angehangen.

2632.

Bürgermeister und Rath von Medebach bekunden, dass ihnen der Propst von Küstelberg, Gottfried von Padberg, zur Erweiterung des Weinkellers ein Stück von 5 Fuss Breite von seinem Hof abgetreten hat. Um 1300.

Nos Ditmarus Elengardi magister consulum, Cunradus dictus Cruse, Simon, Cunradus Doleator, Johannes Hulewecke ceterique consules in Medebike notum esse volumus tenore presencium publice protestando, quod cum paries domus vini ex nimia vetustate corruisset, nos in reedificatione dicte parietis ad ampliandum cellerarium dicte domus nostris amicis petitionibus obtinuimus apud honorabilem virum dominum . . Godefridum de Patberg, prepositum in Quistelberg, quod nobis de sua curia secundum longitudinem predicti cellarii spacium quinque pedum erogavit, hac videlicet conditione interposita, quod nec nos nec aliqui nostri successores versus curiam suam aliquas fenestras nec in pariete nec in tegimine facere deberemus, quod ipsi a nobis et nostris successoribus firmiter promisimus observari.

Or. Kl. Glintfeld Nr. 16. Siegel von Pgtstr. ab. Die Urk. scheint von demselben Schreiber geschrieben zu sein, der Kl. Glintfeld Nr. 18 d. d. 1305 October 18 geschrieben hat.

2633.

Das Katharinenkloster in Dortmund bekennt, dass ihm Ludwig de Rode in Nemore *(Rade vorm Wald?) und dessen Frau Gertrud von der ihnen gemeinschaftlich zustehenden Wiese bei Kastrop ihre Hälfte als Seelgeräte überwiesen haben. (1290—1307).*

Nos Hermannus prior et Elyzabet priorissa totusque conventus ecclesie sancte Katerine virginis in Tremonia notum facimus universis et tenore presentium protestamur, quod Ludewicus de Rode in Nemore et uxor eius Gertrudis nobiscum comparaverunt equalibus expensis a domino Bernardo de Dungelen militi pro XIIII^{cim} marcis quoddam pratum apud villam Castorpe libere et pacifice perpetuo possidendum. Illud vero pratum nobis omnibus singulis annis solvit XVI sollidos nomine pensionis. Igitur prefati Ludewicus et uxor eius conventui ecclesie nostre suam partem predicti prati sive redditus de illo provenientibus (!) post mortem ipsorum amborum ob salutem et remedium animarum suarum libere tradiderunt sub hac conditione, quod conventus sororum nostrarum singuli et universi memoriam ipsorum singulis annis post mortem eorum in vigiliis, missis et orationibus agant fideliter et devote, tali die, quam noster conventus duxerit eligendum. Quapropter ordinaverunt predicti Ludewicus et Gertrudis, quod prefatus noster conventus illo die, quo memoriam eorum egerint, de dicta pensione sive VIII sollidis eis pertinentibus refectionem habeant, sicut melius poterunt procurare, dummodo duo talenta cere ad candelas predicto die memorie eorum ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie virginis et omnium[1]) sanctorum altaribus subministrent. Ad huius rei evidens testimonium presentem litteram nostri sigilli[2]) munimine duximus favorabiliter roborandum.

[1]) *Aus* „omnibus" *corrigirt.* [2]) *Aus* „siggilli" *corrigirt.*

Or. Dortmund-Katharina Nr. 49. An Pgtstr. das beschädigte Siegel des Katharinenklosters (Westf. Siegel Taf. 111, 9). Reg. Rübel, Dortmunder UB. I 280.

Nachträge.

8a.

Propst Brüning zu Marsberg beurkundet die Uebertragung von neun Hufen in Erlinghausen durch Beringer von Horhusen an das Stift Marsberg. 1201 April 30.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Bruninegus Montis Martis ecclesie gratia Dei prepositus omnibus, quibus hoc scriptum ostensum fuerit, in Domino salutem. Quocienscumque aliqua memorie digna in nostri presentia aguntur vel constituuntur, dignum iudicamus, ut per aliquod monimentum posteris nostris nostre occasiones innotescant, ut ratum sit, quod agitur et nostre institutiones non infringantur. Notum sit ergo cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Beringerus dictus de Harehusen cum filio suo Johanne, qui nobis in capitulo nostro professionem fecit, novem mansos sue proprietatis in Erdelinchusen[1]) heredibus suis hoc annuentibus nostre contulit ecclesie in perpetuum possidendos, ut post obitum ipsorum apud nos predictorum memoria servetur. Ut autem hoc factum firmum ratumque habeatur, presentem litteram sigillo domini mei abbatis Widekindi et ecclesie Corbeiensis fecimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M°CC°I°, pridie kal. Maii in presentia domini W(idekindi) abbatis, Conradi prepositi, Conradi, Cononis scriptoris, Conradi de Amelungessen, Thiderici comitis dicti de Horhusen, Wasmodi marscalci, Ludolfi burgravii.

[1]) *Stark abgerieben. Auf der Rückseite Hand des XV. Jhs.:* „Erdelinchusen".

Or. Stift Marsberg 1 a. Beide Siegel von Pgtstr. ab; an erster Stelle der Pgtstr. noch erhalten. Gedr. Seibertz UB. I 115; Westf. UB. IV 2.

20a.

Die Aebtissin Jutta von Meschede bekundet, dass sich der Meier Robert von Lare und dessen Schwester der Kirche in Oedingen als Wachszinsige übergeben haben. (1203) Mai 1.

In nomine Domini, amen[1]). Jutta Dei gracia Meschedensis ecclesie abbatissa universis presentes litteras inspecturis salutem et cognoscere veritatem. Ad noticiam tam presentium quam futurorum Christi fidelium volumus pervenire quod Rotbertus [villicus][2]) de Lare et soror sua nomine Wilradis homines libere conditionis existentes et a liberis nati progenitoribus ad ecclesiam canonicarum secularium in Odingen in honore sancti Johannis Baptiste [et sancti Salvatoris][2]) consecratam se ultro contulerunt in ius cerocensualium hominum sub hac forma, ut senior inter eos vel qui de posteritate eorum proveniret annuum pro omnibus solvat censum videlicet duos nummos, in obitu vero masculus melius quod habuerit animal dabit pro iure capitali ad ecclesiam memoratam, mulier melius suum lineum vestimentum et, si lineo vestimento caruerit, dabit unum solidum legalium denariorum, preterea ut dicti homines seu eorum posteri non divellantur a manso supradicti ecclesie in Odyngen sito in Muldesbern, sed coloni sint ipsius mansi pro debita ac possibili annua pensione [item ut hervvadium seu dexuvias(!)

defuncti seu defuncte heres qui proximus inter eos fuerit accipiat nec ab advocatis exactionem aliquam paciantur].[3]) In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum presentibus Wilhelmo plebano de Calle et magistro Hermanno de Meschede sacerdotibus, Gyselero villico, Godefrido dapifero, Hinrico de Lare camerario et Andrea militibus, Wilhelmo Coco et aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini millesimo centesimo tercio, in festo sancte Walburgis virginis, Kalendis Maii.

[1]) *Verlängerte Buchstaben bis hierher.* [2]) *Von anderer Hand übergeschrieben.* [3]) *Mit Paragraphenzeichen unter dem Umbug zugefügt.*

Or. Kl. Meschede 9 a. An geflochtenen weissen Hanffäden das Siegel des Kl. Oedingen (Westf. Siegel Taf. 109, 2). Die Schrift stammt aus dem Ende des XIII. Jhs., das Siegel ebenfalls aus dem XIII. Jh., also das Datum auf jeden Fall verschrieben. Eine Aebtissin Jutta ist 1203 nachweisbar, es scheint daher eine mit dem Oedinger Klostersiegel beglaubigte Abschrift eine Urkunde von 1203 vorzuliegen. Darauf deutet auch hervvadium *mit 2* v *statt* w.

96a.

Die Aebtissin Elisabeth von Essen überlässt dem Stift Köln-Georg eine Rente von 5 Schillingen mit dem Patronatsrecht der Kirche in Homberg (bei Mettmann) und empfängt dafür ein Gut in Rheinen im Kirchspiel Schwerte, das 15 Schillinge Rente einbringt. 1213.

In nomine sancte et individue Trinitatis.[1]) Elysabeth Dei gracia omnibus fidelibus in perpetuum. Ut rerum gesta, si forte per temporum intervalla memorie excidant, nulla queant in posterum malignantium attemptari calumpnia, necesse est ea scripti aminiculo confirmari. Notum sit itaque tam presentibus quam futuris, quod nos de conventus nostri consensu et tam clericorum quam laicorum prudentum consilio ecclesie beati Georgii in Colonia redditus quinque solidorum cum iure patronatus ecclesie in Homberg, quod ad ecclesiam nostram quarto loco pertinebat, tradidimus et nos ab eadem ecclesia predium quoddam in Rene situm in parrochia Swirte sub annua pensione XVI^{cim} solidorum sub nomine predicti conventus nostri perpetuo recepimus possidendum. Ut autem hoc rationabile factum hinc inde perpetua firmitate consistat inviolabile, capitulo sepedicte ecclesie sancti Georgii in Colonia presens scriptum contulimus tam nostri quam conventus sigillorum munimine roboratum. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo CC°.XIII°. Testes: capellani curie Bertoldus, Anselmus, Timarus, Ludolphus; Bertoldus pincerna, Godefridus camerarius, Hermannus de Litene, Hermannus de Scevene et alii quam plures.

[1]) *Bis hierher verlängerte Schrift.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Georg Nr. 8. An gelben Seidenfäden die Siegel der Aebtissin und des Conventes von Essen.

117a.

Graf Gottfried von Arnsberg überträgt dem Kl. Willebadessen auf dessen Bitte das Obereigenthum über ein Gut zu Bulehem *(Bülheim bei Kleinenberg). 1216 vor Juli 16.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ne presentis etatis negotia consumat oblivio, litterarum solent indiciis eternari. Unde noverit fidelium universitas, quod ego Godefridus comes in Arnesberg pauperibus Christi in Wilbodessen divino cultui insistentibus quoddam mee hereditatis predium in Bulehem ipsis contiguum et commodum proprie possidendum tali precedente conventione contradidi. Prefate conventus ecclesie idem allodium ab Anselmo milite de Atlon, qui hoc in feodo a me receperat, digna emptione me inscio conparavit. Unde factum est, ut eodem Anselmo iam defuncto Lutbertus

cognomento Platere, frater Alberonis, a quo ad predictum Anselmum eadem bona defluxerant, monasterium in Wilbodessen pro eiusdem predii proprietate impetere et molestare temptaret. Postmodum vero domino Bernhardo tercio venerabili Patherburnensis ecclesie episcopo ad castrum meum Arnesberg pro quibusdam negociis accedente, prefatus conventus in Wilbodessen pro donatione pretaxati predii in Bulehem mediantibus legatis apud me laboravit. Habita igitur pia deliberatione pro contemptu et iniuriis in emptione prefatorum bonorum mihi illatis quinque marcas a prememorato cenobio recepi. Et ut respectu eiusdem facti pro me et uxore mea et liberis et omni posteritate mea in sepe iam dicto monasterio ad Deum patrem misericordiarum non obliviscantur intercedere et pro delictis meis et meorum eius misericordiam implorare plene fraternitatis intuitu omni proprietati eorundem bonorum in presentia domini Bernhardi venerabilis Patherburnensis ecclesie episcopi et aliorum quorum nomina subscripta sunt astantibus, uxore mea Agnete et duobus pueris meis Godefrido et Johanne et filia mea Aleithe et consentientibus renunciavi et in ius eiusdem cenobii contradidi. Insuper in omnibus negociis quibus me idem conventus necessarium sibi iudicaverit, promptum et benivolum fore conpromisi. Nec pretereundum, quod supradictus Liutbertus Platere acceptis a prelibato monasterio quinque marcis omni iniurie et impetitioni in posterum consensum propinquis suis et coheredibus conpromittentibus renunciavit. Ne autem instinctu fraudis diabolice huius mee tam rationabilis et pie dispensationis temerarius quis violator accedat, presentem paginam sigilli mei et uxoris mee appositione insignivi. Preterea dominus Bernhardus prenominate Patherburnensis ecclesie venerabilis episcopus sigilli sui corroboratione presenti scripto appensa omnem, qui hec pietatis opera lacerare vel defraudare attemptaverit, auctoritate Dei omnipotentis, beatorum apostolorum Petri et Pauli, sedis apostolice et sui perpetuo subiecit anathemati, presentibus eo tempore a latere eiusdem episcopi: Folcquino de Svalenberg, Crahtone, Gerhardo de Lippia, Widikindo canonicis; ministerialibus vero suis: Everhardo de Ervete, Heinrico dapifero, Hermannus marschalcus, Heinricus Luscus, Bernhardus de Vesperthe, nobili viro Atholfo de Dassele. Ex meis autem: Rotgero de Burbenne, Willelmo de Ole, Boimundus et Godescalco de Ervete, Gerhardo de Rutthen ministerialibus, qui omnes huius rei testes sunt. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo CC°X°VI, indictione IIII^a^, domino Innocentio tercio summo pontifice universalem ecclesiam gubernante.

Or. auf Pgt. im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. Siegel 1) Bischofs Bernhard ziemlich gut erhalten, 2) Gottfrieds an roth und gelben Seidenschnüren und 3) Agnes an weiss-schwarz-roth gedrehten Hanfschnüren. Abschriften saec. XV auf zwei Papierblättern ebenda, eine trägt unten von anderer Hand den Vermerk: habetur in maiori registro. *Willebadesser Copiar saec. XV/XVI im Msc. VII 4522 fol. 36 b. Erwähnt mit Zeugen- u. Datumsangabe bei Schaten, ann. Pad. ad annum. Regest bei Wilmans, Westf. UB. IV Nr. 66 u. Nr. 125 in diesem Bande.*

128 a.

Adolf Abt von Grafschaft überweist eine Hufe zu Renbrettinchusen *(Remblinghausen s. Meschede?) dem Kl. Oelinghausen unter der Bedingung, dass daraus an den Hof in* Velmede *ein Zins gezahlt wird. O. D. (vor 1217).*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolphus Dei gratia abbas in Grascab universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit pacem et veritatem diligere. Justum et pium est, ut ea que per nos et coram nobis rationabiliter ordinantur firmitatem debitam optinere faciamus. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod aream quandam sitam in Renbrettinchusen cum omnibus attinentiis intuitu Dei ecclesie in Ůlinchusen assignavimus et hoc consensu nostri capituli, ut curie nostre in Velmede annuatim IIII^or^ denarios solvat. Ne autem tam rationabile factum aliquis infringere studeat aut in contrarium venire valeat, presentem cartulam conscribi fecimus et sigillo nostro communivimus.

Testes: Hartwicus antiquus abbas, Thomas custos, Henricus cellerarius, Gerhardus Lepus, Arnoldus abbas in Wedinchusen, Radolphus prior in Ůlinchusen, Burchardus confrater ejus, Renoldus sacerdos in Ostervelde, Conradus de Tulon, Sifridus de Effele, Hartmodus de Renbrettinchusen, qui ab ecclesia nostra predictam aream in beneficio quandoque tenuit et illam resignavit.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 54. An rothseidenen Fäden das Siegel des Abts (Westf. Siegel Taf. 125, 8). Da Abt Arnold von Wedinghausen als Zeuge auftritt, gehört die Urkunde vor das Jahr 1217 (s. oben Nr. 143). Der Prior Radolf von Oelinghausen ist seit 1210 nachweisbar (s. oben Nr. 77, vgl. auch Nr. 130), ein Abt Adolf von Grafschaft kommt in einer Urkunde von 1214 vor (oben Nr. 99), Abt Harwicus in einer freilich verdächtigen Urkunde Erzbischofs Philipp von Köln 1191 (Seibertz UB. I 96, vgl. Bergische Ztschr. XXII S. 209).

155a.

Erzbischof Engelbert I. fordert die Pfarrer seiner Diöcese auf, eine Collekte für das im Bau begriffene Kl. Elsey zu unterstützen. (1218—1225.)

E(ngelbertus) Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis ecclesiarum rectoribus in diocesi sua constitutis utriusque vite salutem. Quoniam testante apostolo, qui ait: omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme opere misericordie prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod divina favente gracia cum fructu multiplici colligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam eternam. Cum igitur cenobium in Elsey, quod speciali favore amplexamur et cuius promocioni fideliter intendimus, per expensas pauperum et labores multorum in sui edificacione tantum profecerit, quod divino obsequio iam ydoneum inveniatur, iam nunc pauperum dominarum ibi manentium ad operis consumationem facultates minime sufficiunt. Igitur universos vos et singulos monemus et exortamur in Domino atque in remissionem omnium peccaminum vobis iniungimus, ut nuncios latores presentium, qui sub testimonio litterarum nostrarum ad vos accedunt, benigne recipiatis, devote parochianos vestros inducentes, quatinus de bonis ipsis a Deo collatis pias elemosinas et karitatis subsidia impendant, ut per vestram promocionem ac ipsorum subventionem cenobii inopie consulatur, ut vestro mediante favore subditorumque vestrorum accedente solatio iam dictum cenobium structure perfectionem, quod per se non valet, cicius consequatur et vos cum subditis vestris per hec et alia bona que inspirante Domino feceritis eterna gaudia percipere valeatis.

Or. im ev. Pfarrarchiv zu Elsey. Siegel von grünen Seidenfäden abgefallen. Gedr. Annalen des Histor. Ver. f. d. Niederrhein 75 (1903) S. 141 u. 142. — Die Jahreszuweisung nach den Regierungsjahren Engelberts als archiepiscopus.

155b.

Bischof Theoderich von Münster fordert die Pfarrer seiner Diöcese auf, eine Collekte für das im Bau begriffene Kl. Elsey zu unterstützen. (1218—1225.)

Th(eodericus) Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis ecclesiarum rectoribus in dyocesi sua constitutis utriusque vite salutem. Quoniam testante apostolo, qui ait, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus sive bonum sive malum, oportet nos diem messionis extreme opere misericordie prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod divica favente gratia cum fructu multiplici colligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam

eternam. Cum igitur ecclesia in Elsey, quam speciali favore amplexamur et cuius promocioni fideliter intendimus, per expensas pauperum et labores multorum in sui edificacione tantum profecerit, quod divino obsequio iam ydonea inveniatur, iam nunc pauperum parrochianorum ibi manencium ad operis confirmacionem facultates minime sufficiant, igitur universos vos et singulos monemus et exortamur in Domino atque in remissione omnium peccaminum vobis iniungimus, ut nuncios latores presencium, qui sub testimonio litterarum nostrarum ad vos accedunt, benigne recipiatis, devote parrochianos vestros inducentes, quatinus de bonis ipsis a Deo collatis pias elemosinas et karitatis subsidia impendant, ut per vestram promocionem ad (!) ipsorum subvencionem ecclesie inopie consulatur, ut vestro mediante favore subditorumque vestrorum accedente solacio iam dicta ecclesia structure perfectionem, quod per se non valet, cicius consequatur, et vos cum subditis vestris per hec et alia bona que inspirante Domino feceritis eterna gaudia pertingere valeatis.

Or. im Pfarrarchiv Elsey. Siegel ab.

161.

Erzbischof Engelbert von Köln bekundet, dass sich Heinrich von Volmestein mit seinen Gütern in Hinerking in seine Gnade gegeben hat; die Bürger von Soest, die Anrechte an diese Güter gehabt zu haben scheinen, werden mit Einkünften aus Rottland entschädigt. 1219 December 13 (?).

In nomine sancte et individue Trinitatis, [amen]. [Engilbertus] Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus in perpetuum utriusque vite salutem . . . . . . ira nos . . . . . . ac nostros subiectos in iure suo confovere et occasionem litium futurarum penitus exstirpare. Proinde [cognoscere . . . vol]umus . . . [quod] . . . Heinricus de Volmotstene . . . rebus suis exigentibus se cum bonis in Heinrikinc gratie nostre dedidisset . . . . (i)demque . . . . . . dictus Heinricus in bonis prelibatis habuerat ad nos [e]ra[t] [mu]tatione legitima . . . . . . ex dictis bonis . . . . nes eiusdem Heinrici ipsi ipsorumque heredibus sub annua pensione possidendos tradiderant dignaremur . . . . . . instructi quod . . . curtis in Heinrikinc cum omnibus suis attinentiis feudum castrense non fuerat set feudum absolutum . . . d . . . prefati burgenses . . . proprietate congrua tuti essent . . factum fidelium nostrorum de Volmotstene ratum habentes consilio et coniventia . . . . . . fidelium nostrorum assensu et approbatione sepedictis [burgensibus] porrigimus obolos [in] novalibus collectos iure pensionali . . . [borg] ad . . . [recognitionem] . . . . . . mus . . . . possidendos . . in porticu . . . ecclesie in Susato consuetam pensionem persolventes . . . . . . ipsorumque heredes [ipsis] in iam dictis mansis sub eodem iure succedant sine qualibet difficultate. Si vero dictos mansos aliquam . . . . . . eo . . . . . . is . . . i . o q[uem] trans[fere]tur possessio in receptione eiusdem dicto Heinrico de Volmotstene s[uisque heredibus] . . . . . . in posterum possessio . . . . . . ore . . . . . . libere perfruatur, quia predicto [Heinrico] . . . . . . [in pos]terum malignandi materia . . . . . . quicumque h[oc factum nostrum] . . . . . . valeat aliquatenus infir[mare] s . . . . . . consuetudinem per . . . . . . testes idoneos ostendant et nullus in [eo] . . . . . . culo condemnantes . . . niatis id communimus auctoritate Dei [patris] . . . . . cum Leviathan cruciatu . . . perpetuo condempnantes presentem paginam . . . . . . impressione muniri. Testes huius facti sunt: Conradus maior prepositus et archidiaconus . . . . . . archidiaconus . . . . . . Hermannus subdecanus, Tidericus sancti . . . . . . sancti . . . . . . Gereonis, Gerardus sancti Severini [decanus] . . . . . . sancti . . . . . . de Bobardia, Gozvinus frater dicti Heinrici de Volmotstene, Cristianus . . [Pilegrimus] notarius sancti Andree canonicus Colonienses, Johannes decanus, Adolfus [de Marca] . . . . . . stere (?) comites, Volcquinus nobilis de Swalenberg, Tidericus dapifer . . . . Boemundus de Ervete . . . . . . Albertus de . . . . . . et alii quam plures. [Datum anno incarnationis] Dominice MCC°XIX° (?), Idus [Decembris?] Honorio papa . . . . . . [Datum per] manum [Go]d[efridi] [cancel]larii . . .

Durch nochmalige Vergleichung des Or. nach Möglichkeit vervollständigt.

176a.

Ludwig Propst von Xanten und sein Capitel bekunden die Beilegung der Streitigkeiten zwischen ihrer Kirche und dem Kl. Kappenberg über den Zehnten in Stekelwyk *und Lohausen. Xanten 1220 Mai 8.*

Ludewicus Dei gracia Xanctensis prepositus et sancte Coloniensis ecclesie archidyaconus, Herimannus decanus, Johannes scolasticus totumque capitulum Xanctense. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod cum inter nos et fratres de Capenberg occasione minute decime de Stekelwyc et Lohusen incentivum dissensionis fuisset obortum, mediantibus viris religiosis videlicet Johanne Campensi et Alberto de Huesvedehusen [1]) abbatibus aliisque prudentibus et honestis viris utraque ecclesia ad concordiam est revocata sub tali forma, ut de domo Stikelwyc annuatim septem maldri ecclesie Hamwinkele persolvantur, quorum maldrorum medietas est siligo, altera medieatas est avena. Pro tocius eciam decime pensione ex curti Lohusen quinque maldri siliginis et quinque maldri avene persolventur, sicut habuit antiquitas. De agris vero, quos nobiles de Erperode fratribus vendiderunt, qui ex curti Lohusen coluntur, solvuntur specialiter novem modii siliginis, quatuor ordei, undecim avene, qui sunt sex maldri. Minuta autem decima utriusque domus libera fratribus Capenbergensibus maneat et intacta. Sciendum preterea, quod si deinceps mansus ad aratrum Lohusen adiectus fuerit, inde specialiter decima solvetur. Mansi quoque curti Lohusen attinentes licet certam redempcionem dent annone, tamen minutam decimam solvent iuxta morem parrochie. Placuit igitur universitati nostre tam maioribus quam minoribus ut hec constitucio perpetuam habeat firmitatem et nulla unquam occasione disturbetur Andrea preposito de Capenberg et fratribus eius in capitulo nostro constitutis tam ipsis quam nobis communiter compromittentibus hanc constitucionem observari. Hiis ita compositis ut plena et perpetua sit reconciliacio nec ab aliquo unquam dissolvenda concordia, predictus Andreas prepositus et ecclesia Capenbergensis ecclesie Xanctensi iure proprietario agros quosdam in parrochia Bisleke positos, unde quatuor maldri ordei persolvantur, perpetua donacione firmavit videlicet de domo Visle sex modii, de domo Berge decem modii. Ut igitur convencio ista et constitucio perpetuam, sicut supra dictum est, habeat firmitatem, carte huius conscriptionem sigillis nostris videlicet prepositi et ecclesie nostre munire curavimus, auctoritate Dei et nostra districte prohibentes, ne aliquis unquam hec infringere vel cassare presumat. Hoc qui fecerit, indignacionem omnipotentis Dei et sancti Victoris sociorumque eius et omnium sanctorum senciat et eterne maledictioni et excommunicacioni, nisi resipuerit, subiaceat. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°.CC°.XX° consenciente et approbante domino Engelberto Coloniensi archiepiscopo, presente Goswino maioris ecclesie decano in Colonia. Huius eciam rei testes sunt: Hinricus prior Campensis et Florencius eiusdem ecclesie sacerdos et monachus, magister Herimannus Seneca monachus ibidem, Herimannus sacerdos in Rikelinchusin, Wilhelmus sacerdos in Wisele et alii quam plures. Preterea sicut continetur in superioribus, tam minorum quam maiorum Xanctensis ecclesie canonicorum unanimis et voluntarius affuit consensus. Datum Xanctis VIII Idus Maii, indictione VIII, concurrente III, epacta XIIII.

[1]) *Statt* „Hersvedehusen".

Abschr. im Kappenberger Copiar XIII. Jh. fol. 78, z. Z. im Besitz der Gräfin von der Gröben zu Kappenberg.

216a.

Erzbischof Engelbert von Köln überträgt der Frau des Edlen B(erthold) von Büren geborenen Gräfin W(alburgis) von Kessel Güter in Welschenbeck, Seyenhoff, Ulede *und* Hevenhusen *zu Lehen. Aachen 1222 Mai (8).*

Notum sit universis Christi fidelibus, quod ego E(ngelbertus) Coloniensis archiepiscopus bona in Belskenbike, in Segenhof, in Ulede et in Hevenhusen, que meis comparavi denariis dilecte consanguine

mee W(alburge) quondam cometisse de Kessele, postquam cum nobili viro B(ertholdo) de Buren legicontraxerat, pro dilectione ipsius et cognatorum suorum apud Hethemere feodali iure et suis coheredibus absque omni condicione benigno affectu contuli sub testimonio A(dolfi) comitis in Marchia et nobilium virorum H(ermanni) de Lippa, H(ermanni) de Lon, H(ermanni) scultheti et Thimonis de Susato. Presentes etiam erant dapifer, pincerna et alii quamplures de familia mea. Preterea predictus B(ertholdus) nobilis et alii nobiles de Buren tali donationi tunc temporis intererant. Datum Aquis in coronatione Henrici Romanorum regis. Anno Domini M°C°C°XX°II mense Maio.

Or. Kl. Dalheim Nr. 13. An Pgtstr. Siegel des Erzbischofs (Ewald, Rheinische Siegel I Taf. 16, 3, Fälschung). Gedr. Westf. UB. IV 100. Reg. Böhmer-Ficker, Regesta imperii V 3876.

225 a.

Erzbischof Engelbert I. von Köln tauscht von der Gräfin Mathilde (von Altena) die Kirche zu Bigge gegen die Kirche zu Elsey ein. 1222.

In nomine Domini.[1]) Engelbertus sanctę Coloniensis ecclesię archiepiscopus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Quoniam ea quę apud homines geruntur de facili a memoria ipsorum per fluxum temporis elabuntur, necesse est, ut litteris commendemus ea potissimum, que vel serę posteritati nolumus fieri incognita. Quapropter tenore presentium declarari cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem ecclesie in Bike a comitissa Mehthilde de consensu heredum suorum iure patronatus eiusdem ecclesię apud eam remanente legitime recepi[m]us et in reconpensationem huius beneficii proprietatem ecclesie in Else de consensu capituli maioris ecclesię in Colonia predicte comitisse contulimus iure patronatus et ordinatione eiusdem ecclesie apud eam et suos heredes remanente, nulla facta permutatione in curtibus, sed eis in pristino statu permanentibus. Unde ne aliquis temerario ansu huic commutationi contraire presumat aut ordinationem nostram infringere, presens hoc autenticum instrumentum appensione sigilli nostri communitum sepedicte domine et heredibus eius pro testimonio in perpetuum dedimus conservandum. Testes huius rei sunt: Theodericus episcopus Monasteriensis, Conradus maior prepositus in Colonia et archidiaconus, Arnoldus prepositus sancti Gereonis, Gerardus prepositus sanctorum Apostolorum, Theodericus prepositus sancti Andree, Engelbertus sancti Georgii, Phylippus custos maioris ecclesie in Colonia, Godefridus canonicus maioris ecclesie Monasterii, Wilhelmus clericus, Bruno canonicus Santensis; comes Adolfus de Altena, Rembertus de Husen, Gerwinus de Swirthe et Gozwinus frater eius et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M°CC°XXII°, regnante Friderico inperatore, presidente[2]) sedi apostolice Honorio papa[2]).

[1]) *Bis hierher verlängerte Buchstaben.* [2]) *In grossen Buchstaben.*

Or. im Pfarrarchiv zu Elsey. Siegel abgefallen. Gedr. Annalen des Histor. Ver. f. d. Niederrhein 75 (1903) S. 132 u. 133.

225 b.

Das Stift in Goslar überträgt dem Bernhard von Strünkede seine Güter in Mengede, Salendern *(Vallendar) und* Gylesdorp *(Gielsdorf) zu Meierrecht. 1222.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hartmannus Dei gratia decanus totusque Goslariensis ecclesie conventus universitati Christi fidelium tam futurorum quam presencium ad [quos] presens scriptum pervenerit notum facimus, quod vacante villicatione nostra in Mengede post mortem domini Gerlagi de Strunkede qui fuerat villicus ecclesie nostre in bonis eisdem, nos unanimi consensu predicta bona nostra in Mengede scilicet et Valendern et Gylesdorp cum aliis bonis attinentibus domino Bernardo de Strunkede fratri predicti G(erlagi) et uxori eius nomine Agneti meritis eorum exigentibus tempore vite

ipsorum procuranda concessimus ea videlicet conditione, ut annuatim nobis de bonis iam dictis XXX[a] marcas argenti persolvant, in festo Remigii dimidiam partem et reliquam in Cathedra sancti Petri in Anthiochia et eandem pecuniam nobis annuatim sub periculo suo transmittant, nisi racionabilis causa vel necessitas eos excuset. Quod si prefatus B(ernardus) infra unius anni spacium a tempore tractatus aliam personam voluerit loco uxoris institui, ad hoc ei nostrum parati simus (!) assensum exhibere, adicientes, quod homines nostros decenter et honeste studeat pertractare. Et ut hoc factum nostrum ratum permaneat et inconvulsum, presenti scripto sigilli nostri impressione signato confirmamus. Si vero predictus B(ernardus) contra promissum suum venerit, cadat a iure villicationis. Huius rei testes sunt canonici: Rodolfus, Hugoldus, Johannes, Hoierus, Aschwinus, Conradus, Olricus, Erinbertus, Hugoldus, Conradus, Rudolfus, Godefridus; milites: Gozwinus, Arnoldus parvus, Macharius, Hugo, Gerelagus, Conradus, Hugo, Hugo, Harmannus et alii quam plures. Actum anno incarnationis dominice M°CC°XXII.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 17 des Freiherrlich v. Rombergschen Archivs in Brünninghausen. Vergl. die Urkunden König Heinrichs III. St. 2421, 2422 und Urkundenbuch der Stadt Goslar I Nr. 51, 52, ferner S. 329 u. 337.

238.

Erzbischof Engelbert von Köln bekundet, dass sein Neffe Graf Friedrich von Isenberg für sein und seiner Eltern Seelenheil dem Kl. Elsey die Kirche daselbst und andere Besitzungen geschenkt, wieder andere verpfändet habe. 1223.

In nomine sancte et individue Trinitatis.[1]) Engelbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus dilectis in Christo C. priorisse et conventui in Elsey in perpetuum. Ex iniuncta nobis solicitudine pastorali commissarum ecclesiarum profectibus ea nos convenit providere diligentia, ut in hiis plantata subsistat religio et plantanda tam in temporalibus quam in spiritualibus largiente Altissimo sumere valeat incrementum. Sciant ergo presentes et futuri non ignorent, quod dilectus nepos noster Fredericus comes de Ysenberch sue saluti cupiens consulere de consensu omnium fratrum et heredum suorum pro remedio anime sue suorumque parentum ecclesiam in Elsey cum dote et omnibus aliis attinentiis iam dicte ecclesie, insuper pomerium et mansum Gerwini cum omni integritate Deo et beate Virgini in Elsey libere et absolute obtulit et contradidit sororibus et fratribus ibidem Deo deservientibus possidenda simul et profutura. Molendina quoque et domum que Barme dicitur, sub ea forma dedit et obligavit conventui memorato, ut quecunque exinde collegerit hiis in sortem non computatis, quam primum triginta marcas ab eodem comite vel ab aliquo suo herede receperit, tam molendina quam eadem domus ad manus comitis sine omni difficultate redibunt eo adiecto, quod, cum matrem eius in fata cedere contigerit, omnia bona quorum ipsa usumfructum habuerat, sepe dictus conventus habebit libere, quousque iam dictus comes in solutionem debitorum sue matris triginta marcas assignaverit ecclesie memorate. Cum igitur paci et quieti portantium iugum Christi in omnibus sit providendum, ut totius litis et calumpnie de medio tollatur materia, nos hanc donationem et factum coram nobis rite peractum confirmantes ad voluntatem et peticionem ipsius comitis presentem paginam exinde conscriptam tam nostro quam venerabilis fratris nostri Monasteriensis episcopi Theoderici et sepedicti comitis sigillis impressione fecimus communiri, auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli districte inhibentes, ne quis ausu temerario formam facti pretaxati violare temptet vel presumat. Si vero aliquis instigante diabolo id facere non formidarit, sciat se vinculo excommunicationis innodatum, ut in die districti examinis cum Pilato accipiat portionem. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°XX°III°, presidente Romane cathedre domino Honorio papa tercio, regnante Romanorum imperatore et semper Augusto domino Frederico, anno presulatus nostri VIII°, indictione X[a]. Presentes[2]) erant: dominus Otto Traiectensis episcopus, Engelbertus sancti Georgii in Colonia prepositus,

Peregrinus clericus, Gerhardus custos; laici nobiles viri de Gelleren dominus Gerhardus, de Clive dominus Theodericus, de Ravensberch dominus Otto, comites, dominus Hermannus de Lippia et alii quam plures.

[1]) *Bis hierhin grosse Buchstaben.* [2]) *Von hier ab nachgetragen.*

Or. Pfarrarchiv in Elsey. Drei Siegel von bunten Seidenfäden abgefallen. Nach von Steinen, Westph. Gesch. III S. 1423—1425 in diesem Bande als Nr. 238 bereits gedruckt. Vgl. auch Esser, Hohenlimburg und Elsey (1907) S. 61 ff.

249 a.

Bischof Konrad von Porto nimmt das Katharinenkloster in Dortmund in seinen und der römischen Kirche Schutz. Paderborn 1224 September 8.

Abschr. des XVIII. Jhs. Dominikaner-Archiv in Dortmund Nr. 3, 6. Gedr. Rübel UB. II 390.

270 a.

Erzbischof Engelbert von Köln überträgt dem Kl. Flaesheim das Erbe Currich, das dieses von seinem Ministerialen Everhard Velekere gekauft hatte. 1225.

In nomine sancte individue Trinitatis. Ego Engelbertus divina favente gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Quum ex iniuncto nobis archiepiscopatus officio gregis dominici tenemur profectibus intendere, precipue in illis debemus prospicere, qui currentes in odore ungentorum sponsi post ipsum in montes aromatum, id est ardua virtutum, festinant ascendere. Sciant ergo tam presentes quam posteri, quod sanctimoniales ecclesie sancte Marie virginis sancteque Marie Magdalene in Vlarsheim nostro consensu et largicione, cuius manus primaria est, domum quandam in Curruwic, quam Everhardus Velekere ministerialis noster a nobis feodi iure tenebat, septuaginta marcis comparaverunt. Predictus eciam Everhardus adiunctis sibi filiorum suorum et cunctorum heredium (!) suorum manibus prescriptam domum nobis resignavit accepta pretaxata pecunia, quam nos eadem hora prefate contulimus ecclesie libere possidendam perhenniter et quiete, confirmantes et communientes hanc nostram donacionem presenti scripto et sigilli nostri appensione, anathematizantes et a corpore Cristi precidentes omnem hominem, qui hanc nostre attestacionis paginam cassare vel infirmare presumpserit. Huius rei testes sunt: Conradus maior prepositus et Gozwinus maior decanus archydiaconi, Albertus subdecanus, Godefridus capellarius, Henricus prepositus de Kerpen, Pilegrimus capellanus noster, Gotscalcus prepositus de Knecstede, Herimannus prepositus de Stouphenberg, Theodericus prior in Vlarsheim, Gotscalcus cellerarius, Herimannus plebanus de Riclinchusen, Herimannus advocatus Coloniensis; item Herimannus marscalcus, Theodericus dapifer, Ricwinus marscalcus, Brunsteinus de Riclinchusen, Rotgerus de Palude, Godefridus de Ore, Heinricus de Westerholte et alii quam plures. Datum anno verbi incarnati M.CC.XXV, pontificatus vero nostri anno nono.

Nach dem Druck bei J. Strange, Beiträge zur Genealogie der adligen Geschlechter VII S. 68.

270 b.

Graf Gottfried II. von Arnsberg überträgt dem Stift Elsey einige Aecker zu Henkhausen. O. D. (um 1225).

Ego Godefridus Dei gratia comes in Arnesberch universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quoniam memoria fragilis est et rerum turbe non sufficit, necesse est ut tamquam sigillo res gesta figuris imprimatur, per quas ad memoriam tam presentium quam futurorum rediviva[1]) revertatur. Notum sit itaque omnibus presentem paginam inspecturis, quod ob remedium

animé nostre et Agnetis comitisse uxoris nostre proprietatem agrorum quorundam ville Heinkhusen adiacentium liberaliter contulimus cenobio Elsey in usus fratrum et sororum Deo ibi deservientium. Ut autem hoc factum nostrum nulla successorum nostrorum vel aliorum hominum malignitate depravari vel revocari valeat, presenti nostre auctoritatis pagina et sigillo illud[1]) confirmantes roboramus.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. im Pfarrarchiv Elsey. Siegel mit Befestigung ab.

270 c.

Erzbischof Heinrich von Köln empfiehlt, das Katharinenstift in Dortmund bei dem Klosterbau zu unterstützen. (1226—1228.)

Or. Dortmund-Katharina 14. An rothseidenen Fäden Siegel des Ausstellers (Ewald, Rheinische Siegel I Taf. 17, 3, welches 1226—1228 vorkommt). Gedr. Rübel UB. I 73.

309.

Ein gewisser Gerhard und seine Frau geben sich dem Kl. Grafschaft zu eigen und erhalten dafür den Klosterhof in Attendorn zu Hien-(Hofhörigen-)Recht. 1228 Juli 29.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.[1]) Ne presentis etatis negocia consumat oblivio, litterarum adiuvantur testimonio. Notum sit ergo tam presentibus quam futuris, quod Gerhardus et Mehtheldis legitime coniuncti libertatem suam ecclesie in Graschap contulerunt et curti in Attenderre elegerunt pertinere hac videlicet conditione, quod si vir moriatur, melior equs ipsius cum sella et freno abbati pro omni iusticia tribuatur et marca, si vero femina obierit, melior vestis eius linea et dimidia marca detur pro omni iusticia. Ad huius facti recompensationem ego Adholfus abbas in Graschap consensu prioris, cellerarii et tocius conventus porrexi prefatis Gerhardo, Mehtheldi et eorum posteris curtem in Attenderre sub certa pensione que multis innotuit iure quod dicitur *hiienereht* possidendam. Si autem aliquis ex prefatis hominibus quocunque casu inminente iam dicte curtis cultor esse defecerit, ultra libitum suum non cogatur cuiquam deservire. Ne autem alicuius improbitate hec possint infirmari, ego Adholfus abbas in Graschap presentem cedulam sigilli mei appensione feci communiri. Testes huius rei sunt: prior Henricus, cellerarius Hethenricus monachi in Graschap; Rotgerus de Bredenbeke, Conradus de Cappele, Rodholfus de Elsepe milites; Volmarus villicus de Nutlare, Gerhardus villicus de Smerlecke, Theodericus villicus de Herningthorp, Elyas de Berghusen, Winandus de Helivelde, Alexander de Smalenburg et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XX°VIII, anno domini Gregorii pape secundo, domino Fretherico Romanorum inperatore regnante, anno pontificatus domini Hinrici Coloniensis archiepiscopi tertio, IV° Calendas Augusti.

[1]) *Bis dahin verlängerte Buchstaben.*

Or. Lehnsarchiv Arnsberg, Attendorn A 19. An rothseidenen Fäden Siegel des Abtes, sehr zerstört. Nach einer Abschrift von 1614 bereits gedruckt als Nr. 309 dieses Bandes.

355 a.

Erzbischof Heinrich von Köln bestimmt die Erblichkeit verschiedener der Kölner Kirche zum (Hofe Cörne) gehörigen Ländereien, unbeschadet der daran haftenden Naturalabgaben und der Vorhure *bei Verkäufen und der* Vorherwede *bei Vererbungen. 1230.*

H(enricus) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, C(onradus) maior prepositus et universi priores eiusdem ecclesie omnibus presens scriptum inspecturis inperpetuum. Quoniam factis iuste et rationabiliter ordinatis memorie humane debilitas et pravorum perversitas obviare consuevit, necessarium est,

ea scriptorum fidelium testimonio roborari. Ad noticiam igitur tam futurorum quam presentium volumus pervenire, quod nos convocatis fidelibus ac ministerialibus nostris scilicet Alberto de Hurde, Ludewico de Waltdorp, Mauricio et Godefrido de Ahusin et aliis militibus et villico et mancipiis nostre curtis in Curne, de illorum consilio pensata utilitate ecclesie de eadem curte secundum formam subscriptam decrevimus ordinare: de quolibet iugere, in quo potest seminari siligo et ordeum, solventur tres mensure siliginis et tres mensure ordei annuatim, que vulgo dicuntur *schepil*, sive iidem agri seminentur sive non, alii vero agri semina avene et alia minora semina apti recipere considerata utilitate ecclesie secundum communem consuetudinem terre locabuntur. Quibuscumque autem agri predicte curtis secundum formam prescriptam locati fuerint, eosdem agros inperpetuum iure hereditario possidebunt et heredibus suis stante supradicta pensione relinquent, eo addito, quod si possessor alicuius agri illum vendere voluerit, liberam hoc faciendi habeat facultatem, dummodo emptor pro recognitione et iure, quod vulgariter *vorhure* dicitur, et heres defuncto succedens pro iure, quod teutonice *vorherwede* dicitur, in receptione agrorum tantum siliginis et ordei det curti memorate, quantum ei pro pensione annua de agro illo solvi consuetum fuit, et eo facto idem emptor vel heres libera ab omni exactione et quieta, dummodo pensionem annuam persolvat agri vel agrorum, si plures fuerint, gaudeat possessione. Ut autem hec ordinatio rata et inconvulsa permaneat, presentem cedulam sigillorum nostrorum appensione et testium annotatione decrevimus roborare. Testes: Herimannus decanus, Johannes et Henricus sacerdotes Tremonienses et alii fideles nostri et mynisteriales cum mancipiis supradictis. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XXX°.

Or. im Stdt.-A. Dortmund 2. An rothen Seidenfäden das Siegel des Erzbischofs (Ewald, Rhein. Siegel I, Taf. 17, 2) und des Domkapitels. Gedr. Rübel UB. I 67.

357 a.

Graf Adolf von Altena überträgt dem Stift Elsey eine Hufe in Henkhausen.
O. D. (um 1230).

In nomine sancte et individue Trinitatis.[1]) Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens pagina pervenerit, quod ego Adolfus comes in Altena mansum quendam in Heinkhusen beate Marie Dei genitrici et conventui virginum in Helsei Deo ibidem servientium in proprietatem contuli pro redemptione anime mee et spe remunerationis divine. Verum ne nostre actionis exposita devotio malorum suggestione in posterum frivola censeatur, cautelam malitie iniquorum obponentes pretaxatum donum coram honestis viris celebratum privilegii nostri munimine decrevimus confirmari annuente uxore mea Mergarde[2]) eiusque pueris a nobis progenitis. Testes: Ludolfus dapifer,[3]) Engelbertus et filii sui Arnoldus, Tydericus, Thegenardus, Albertus, Udo fratres, Petrus de Wickethe, Rotgerus de Wittene, Sifridus sacerdos, Volmarus scriptor, Heinricus Üvelakker, Heinricus Franzois, Willehelmus de Ole, Geriwin (!) Capiel[4]), Adolfus Anlant, Meinricus de Brokhusen, Johannes de Huvele, Vulfhardus quondam burchravius[5]).

[1]) *Bis dahin verlängerte Buchstaben.* [2]) *In Nr. 72* Lutgardis *als Frau erwähnt (1210 April 7).* [3]) *Die Urkunde bis* „dapifer“ *in breit auseinanderstehenden Zeilen geschrieben. Die übrigen Zeugen sind von derselben Hand etwas später und des Platzmangels wegen in engen Zeilen zugefügt. Die Zeugennamen von Engelbert bis Thidericus standen ursprünglich im Abl. absolutus, als ob die Zeugenreihe mit* „testibus“ *begänne, und sind später durch Zeichen mit der Textkonstruktion in Uebereinstimmung gebracht.* [4]) *Statt* Caput? [5]) „h“ *übergeschrieben über dem* „c“.

Or. im Pfarrarchiv Elsey. An weissen Hanffäden Reste des Siegels Adolfs I von der Mark (vgl. Westf. Siegel Taf. 10, 3).

357 b.

Der Graf Adolf I. von der Mark und der Burggraf Gernand von Kaiserswerth fällen einen Schiedsspruch zwischen dem Grafen von Dortmund und der Stadt Dortmund, betreffend Rechte bei Erbschaften. Essen etwa 1230—1240.

.... Actum publice et arbitratum Esnede in porticu ecclesie maioris, que Paradysus dicitur, presentibus viris ydoneis et fide dignis videlicet Johanne Dobbone, Arnoldo de Dydenghoven, advocato de Kalchem, Herimano dicto Gruthere, Heribordo fratre eiusdem comitis, Ludewico de Waltdorpe et aliis quam pluribus militibus, Thiderico de Lunen, Arnoldo Clerico, Gerhardo sub Salicibus, Heinrico de Kelinghusen, Radolfo Radevang, Ludgero de Allen, Johanne dicto Blage, Herimanno Ibe, Bertoldo Capite, Engelberto Suderman, Hildebrando Trabe, Wernero prope Fossam, Wernero in Occidente, Alberto de Berighoven, Brunone Nigro, Heinrico dicto Hufnagel et aliis quam pluribus burgensibus Tremoniensibus.

Unbesiegeltes Or. Stdt.-A. Dortmund 6. Gedr. Rübel UB. I 77.

361 a.

Adolf und Ludolf, Grafen von Dassel, verkaufen dem Katharinenkloster in Dortmund ihren Hof mit einer Kapelle in Kirchlinde für 185 Mark. Vistinge *1231 Mai 15.*

In nomine sancte et individue Trinitatis [1]. Adolphus [2] et Ludolfus Dei gratia comites de Dasle omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in eo, sine quo non est vera salus. Etsi propheta precipiat, ut abscondantur elemosine in sinu pauperum, hoc unicuique faciendum est secundum posse suum et secundum quod dator omnium bonorum unicuique permittit. Ex quo nos moti ab eo, de quo omnia bona procedunt, cum haberemus quasdam proprietates, quibus vellemus carere, libentius eas relinquere voluimus religiosis [3] et in obsequio divino constitutis et longe pro minori quam pro aliis habere possemus. Sciant igitur universi, quod nos cum uxoribus et heredibus et liberis nostris ecclesie beate Katerine in Tremonia proprietatem nostram scilicet curtim [4] in Lynne cum omnibus attinentiis, id est agris, silvis, pascuis, propriis hominibus ad curtim [4] nostram attinentibus, terris cultis et incultis et ut concludamus cum omnibus, que possunt, vel ab aliquo de vero dicuntur vel sciuntur attinere, vendidimus exceptis militibus ministerialibus nostris et hominibus nostris, qui nobis homagium fecerunt qui non sunt servilis conditionis, quos adhuc ad servitii nostri nobis reservavimus voluntatem, cui curti vendite etiam est annexa ecclesia, id est capella quedam, quam etiam vendidimus cum omnibus propriis hominibus predicte capelle attinentibus necnon et molendinis [5] et piscariis; pro his autem omnibus accepimus ducentas marcas XV minus. Locus autem, in quo contractus iste celebratus est, fuit Vistinge, tytulo autem emptionis et venditionis lymitato fuerunt testes presentes dominus archiepiscopus Sifridus Maguntiensis et dominus Hinricus archiepiscopus Coloniensis et Bernardus [6] Paderbornensis et Conradus Hildensemensis episcopi, et dominus abbas Corbiensis [7], comes Otto de Everstene et frater suus comes Conradus, Adolphus [2] et Volcquinus [8] comites, fratres de Swalenberch, comes Adolphus [2] de Marca, Ricwinus Marscalcus, Gozwinus [9] villicus Sosatiensis; ministeriales nostri, Conradus de Salingen et Hartmodus frater suus milites, Ludolphus [10] de Oltwordeshusen, Reinerus [11] de Sconenberch, Ludolphus [10] de Makkenhusen, Reinoldus de Dasle canonicus Hildensemensis frater mei scilicet, qui dicor Adolphus [2], qui etiam ius suum, quod habuit in dicta proprietate, ecclesie beate Katerine predicte eius yconomo resignavit, Rodolphus [12] de Wartberg, Hermannus de Gesmaria [13], Robertus Sartor, Thetbertus magister consulum, cives Sosatienses. Cum autem breves sint dies hominum et habere omnium memoriam opus sit potius divinitatis quam humanitatis et ut quantomagis possit firmetur, quod apud humanas inventiones geritur, ne de facili cuiuslibet successorum vel heredum nostrorum, qui post nos existent, con-

tractus istius emptionis et venditionis sollempniter initus possit infringi, hec omnia sigillorum nostrorum munimine roboramus. Acta sunt hec anno Domini M°CC°XXX°I, Idus Maij.

[1]) *Verlängerte Buchstaben.* *B* „In nomine Domini, amen". [2]) *B* „Adolfus". [3]) *B* „relligiosis". [4]) *B* „curtym". [5]) *B* „molandinis". [6]) *B* „Berenhardus". [7]) *B* „Corbeyensis." [8]) *B* „Volcwinus". [9]) *B* „Gotswinus". [10]) *B* „Ludolfus". [11]) *B* „Reynherus". [12]) *B* „Rodolfus". [13]) *B* „Geysmaria".

Or. Dortmund-Katharina 16 in zwei Ausfertigungen. A: Von drei Siegeln erhalten an erster Stelle nur grüne Seidenfäden, das zweite ab, das dritte des Grafen Adolf an grünen Seidenfäden. B: Siegel Adolfs und Ludolfs (beschädigt) an rothen Seidenfäden, das dritte ab. Gedr. Rübel UB. I 69.

361 b.

Graf Ludolf von Dassel überträgt dem Katharinenkloster in Dortmund 4 Aecker bei Kirchlinde, die dem Kloster nach dem Tode der zeitweiligen Nutzniesser zufallen sollen. 1231 Mai 15.

. . . . Testes autem sunt: Rodolphus de Wartberg, Hermannus de Gesmaria, Robertus Sartor, Thetbertus magister consulum, cives Susatienses et alii quam plures boni testimonii homines, quorum nomina in maiori privilegio, quia ad unum et idem tendunt, sunt conscripta . . .

Or. Dortmund-Katharina 15. An Pgtstr. Rest des Siegels des Ausstellers. Gedr. Rübel UB. I 70.

399 a.

Burghart abbas de Liesborn, Andreas prepositus de Capemberg, Theodericus de Sceida, Lutgerus de Claholte, Hartmodus de Wedinkhusen . . . Thegenhardus de Lippia, Helmicus de Cappele prepositi *Zeugen in einer Urkunde der Aebtissin Adelheid von Essen für die Kirche zu Rellinghausen. O. D. (vor 1233).*

Or. St.-A. Düsseldorf, Transsumpt der Aebtissin Elisa von Essen 1241 Juni 21. Gedr. Lacomblet II 255.

408 a.

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt den durch die Grafen von Dassel vollzogenen Verkauf des Hofes in Kirchlinde mit der Kapelle an das Katharinenkloster in Dortmund, nachdem er sich überzeugt hat, dass das Gut nicht, wie er früher angenommen hat, von ihm zu Lehen geht. Soest 1232 (1233) März 10.

In nomine sancte et individue Trinitatis.[1]) Heinricus miseratione divina sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus presentium inspectoribus salutem in vero salutari. Ne ea que fiunt in tempore memoriam penitus effugiant humanam, scripti solent munimine et subscriptione testium roborari, unde vestre notum facimus discretioni, quod cum nobiles viri Adolphus et Ludolphus comites de Daslen et eorum legitimi heredes predium suum videlicet curtem de Linne cum capella et cum omnibus suis attinentiis, exceptis tantum ministeralibus et hominibus suis militibus et homagio eis astrictis, ecclesie sancte Katerine in Tremonia in meram vendidissent proprietatem, nos ex publica fama intelligentes, idem predium ad ecclesiam nostram ratione proprietatis de iure spectare debere et quod iidem comites idem predium in feodo nomine ecclesie possedissent, nos eosdem comites super venditione illius predii iuditialiter convenimus, contractum illum rescindere proponentes, unde cum iidem comites per nobiles viros omni exceptione maiores coram nobis legitime probassent, predictum predium ad eorum spectare proprietatem, ita quod ecclesia nostra nichil iuris in eo haberet, nos ab actione illa penitus recessimus, contractum eiusdem venditionis, sicut legitime celebratus fuerat, ratum per omnia habentes. Ne autem sepefati comites aut eorum successores et ecclesia beate Katerine memorata super eodem contractu iterato valeant in posterum inquietari, presens scriptum sigilli nostri appensione et

testium subscriptione fecimus corroborari. Sunt autem hii testes: Heinricus sancti Severini, Theodericus de Monasterio in Eifle, Theodericus in Scheide, Hermannus sancte Walburgis prepositi, Pilegrinus notarius noster; Godefridus comes de Arnesberch et Godefridus filius suus, Adolphus comes de Marchia et Everhardus filius suus, Adolphus comes de Waldigge, Bernardus nobilis vir de Lippia, Hermannus frater noster de Mulenarke, Hermannus de Rudenberch, Jonatas de Ardey, nobiles; Cůnradus comes Tremoniensis, Albertus de Hurde, Gotzvinus villicus Susatiensis, Riquinus Marescalcus, Mauritius de Ahusen et Godefridus frater suus, Everhardus de Bruke, Lutbertus, Herbordus, Bertoldus, Lůdewicus, fratres de Svansbůle, ministeriales ecclesie nostre, Rutgerus de Burcbenne, Albertus dapifer, Petrus de Wickede, Franco de Brakele et alii quam plures. Actum publice in Susato, anno incarnationis dominice M°CC°XXX°II°, sexto Idus Martii.

[1]) *Bis hierher verlängerte Buchstaben.*

Or. Dortmund-Katharina 17. An rother Seide Siegel des Ausstellers (Ewald, Rhein. Siegel I 17, 2). Gedr. Rübel UB. I 72.

419 a.

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt den Verkauf von Lendrinckhuiss *im Kirchspiel Datteln und* Wennekink *im Kirchspiel Waltrop durch die Edlen von* Ludrinckhoven *an das Kl. Flaesheim. Sülsum 1234.*

In den namen der hilligen und unverdeylter Dreifaltigkeit. Henrich von Gotz gnaden der hilligen Cölnischen karken erzbischof; dwyle de vergettentliche nachfolgere tho eren plegen in den geschichten der voirvaderen, so solches der levenhaftiger gedechtnisse in breiflichen oirkunden nicht bevollen worde, derhalven wollen wy kundich syn allen gegenwordigen und thokunftigen minschen der catholischen religion, nachdem unse leven besunderen die edlen von Ludrinckhoven, nämlich Conraidt und all syn erven vermitz ehrer vereynigung mit unser leven bysunderen frouwen Richtmoeth, der werdigen meysterschen und dem ganzen convente tho Flaesheym, twe erve verscheidener plaetzen, dat eyne Lendrinckhuiss im kerspell Datteln, dat ander Wennekinck im kerspell Waltorpp, tho gelyke und eynmaell uth milderlicher tholatunge syner broder und verwanthen, oick aller dergenen, de van wegen des rechten der bloitzverwantnisse ofte schwagerschup eingerleiwyse myterven syn of thokommen wessen mochten tho denselben guderen, voir 60 mark mit fryen willen verkofft tho underhaldung der hilligen junfferen in der kerken tho Vlaersheim Gode deynende; up dat dan nicht eingh bedroch of errungh solches rechtferdigen verkopes und kopes tho eingen tyden gefeerlicher wyse dartuschen komme, so sind gekomen die vorgesachte edelingen up der stede tho Sulszen tho der versammlung der vrien, welch up duitsch vrydinck genompt, und hebben dieselvigen vorgesachte erven in handen der vorgemelte meysterschen, darna oick tho Waltorpe in geliker versammlung herrn Godschalcke provesten tho Knechtstede (die doemals aldar vor der kercken tho Vlarsheim uth vaderlicher sorge jegenwordig was) liefmodiglich overgegeven mit all ehrer thobehoring und der vorg. kerken genslichen thogeegenet vermitz eynen rechten bestendigen ewigen kope tho besittene, welchs aldaer myt eynen gemeynen ordel bestedigt is und als wy averst gewest synt in der kerken Vlaersheym myth den werdigen broder herrn Ludolfo münsterischen bischopp, hebben die vilgemelte edelingen, up dat van den thokumstigen nicht uthgelathen, datgene so rede gescheyn was, appentlich gelick iren hyrbeforen vor uns allerbestendigt vullenbracht, an beyden syden inniglich begerende, solchs mit bischoplicher herlicheit to bestedigen. Oer oirsaken halven hebben wy amtzhalven und van wegen unses bisdoms der kerken voirsehen willen und solchen lofflichen werck, up dat solchs altyt vestlich und unverbroken blyve und der gefeerlicheit darinne geyn platz sy, mit dessem breve also befestiget, van wegen der hilligen aposteln sant Peter und Paulus ernstlich gebedende, dat nemanth nu henforder de kercken tho Vlaersheym in denselvigen guderen [ei]ngerley

oersake vornehmen tho molesteren ader verhinderen, averst die overdeyders erk[enn]en wy van der gemeynschopp des hilligen lichames und blodes affgescheiden tho syn. Desse dinge sundt gescheyn im jaer der gnaden dusent twe hondert veer und dertich, unses bisdombs im achten, der soevenden indiction und de tuge sind: her Ludolf bischop tho Munster, Wilhelm Ossenbrugesche overste provest, Wicboldt edelinch van Holte sine brodere, Godefridus burggrave van Rechede, Gerlich Bitter, Bernhardt, Frederich, Hermann, gebrode van Meynhoevell, mester Arnoldt notarius, Colnischen canonichen, Lodowich van Waltorp, Godtfrydus de Ure, Mauritz van Ahuisen, tho den auch viel meher edelingen und andere sendtberliche mans.

Abschr. des Herrn Oberpostsekretärs Esch in Recklinghausen (einer Uebersetzung des XVI. Jhs.) aus dem Arembergischen Archiv (Flaesheim).

446a.

Kaiser Friedrich II. bestätigt den Dortmundern ihre Privilegien, die er ihnen schon früher, 1220 Mai 1, ertheilt hatte. Die Urkunde ist jedoch durch eine Feuersbrunst vernichtet und wird deshalb jetzt transsumiert und erneuert. Koblenz 1236 Mai.

Or. Stdt.-A. Dortmund 5. An gelb-rother Seide die zweite Kaisergoldbulle (Philippi, Reichskanzlei der letzten Staufen S. 65 Nr. 10). Gedr. Rübel, UB. I 74. Vgl. Nr. 176 in diesem Bande.

472a.

Die Dechanten Hermann von Dortmund und Heinrich von Höxter sowie Graf Konrad von Dortmund entscheiden als Schiedsrichter zwischen dem Domkapitel zu Goslar, Kläger, und dem Ritter Bernhard von Strünkede, als Verwalter der Stiftsgüter zu Mengede und Vallendar, Beklagten, wegen Vorenthaltung des Zinses. Dortmund 1238 Juni 1.

Hermannus Dei gratia Tremoniensis et Hinricus nove ecclesie in Huxaria decani, Coloniensis et Parburnensis dyocesis, et Conradus comes Tremoniensis omnibus hoc scriptum intuentibus notum esse volumus singulis et universis, quod cum contraversia verteretur inter decanum et capitulum Goslariense[1]) ex una parte et B(ernardum) militem de Strunkede ex altera, officialem ipsorum de Mingede et Valender, super retentione pensionis bonorum eorundem, in nos tamquam in arbitros sub pena CC marcarum est compromissum. Nos igitur potestate arbitraria statuimus, ut dictus B(ernardus) XL[a] marcas Tremoniensis monete solveret pro retentis, quarum XX in festo Martini proxime venturo, reliquas in crastino Ephifanie persolvet in domo decani Tremoniensis, et sic ab omni impetitione detentorum erit absolutus. Insuper in cathedra Petri proximo sequente XXX marcas et singulis annis eodem termino eandem pensionem de bonis memoratis persolvet. Dictus vero decanus Goslariensis[2]) pro se et capitulo suo promisit sub pena antedicta, quod contra Conradum virum nobilem de Molnarke et Gotsvinum de Alvetore(!) marscalcum Coloniensem, qui bona in Valender et in Geldesdorp violenter occupant, litteras papales optinebit, citationem in domum predicti B(ernardi) promovebit, ad diem iudicii occurret, sententiam excommunicationis, si contumaces fuerint, quantum in se est, bona fide procurabit et in domum prefati B(ernardi) transmittet. Et ut hec inconvulsa permaneant, presentem paginam nostris sigillis duximus consignare. Insuper decanus Goslariensis[2]) et prefatus B(ernardus) sigillis suis has litteras sigillarunt. Actum Tremonie in cimiterio beati Nicolai anno gratie M°CC°XXXVIII, Kalendas Junii. Testes huius rei sunt: Albertus de Hurde et Macharius et Dungelen milites; Renardus canonicus Goslariensis[2]), Udo pastor in Herne, Albertus de Witstrata clericus Tremoniensis.

[1]) *Or.* „Gloslariense". [2]) *Or.* „Gloslariensis".

Or. Stdt.-A. Goslar. An Pgtstr. 4 Siegel: 1) des Katharinenklosters in Dortmund (Westf. Siegel Taf. 111, 8), geringe Reste, 2) des Grafen Konrad, beschädigt (Westf. Siegel Taf. 39, 1), 3) ab,

4) des Dechanten Ulrich von Goslar (Bode, UB. der Stadt Goslar I Taf. II Nr. 5), 5) des Bernhard von Strünkede, beschädigt (vgl. Westf. Siegel Taf. 169, 10). Gedr. Bode, UB. der Stadt Goslar I 560.

472 b.

Macharius von Linne und seine Gemahlin Adelheid verzichten zu Gunsten des Katharinenklosters in Dortmund auf alle Ansprüche an einen Hof Westerwick, zu Kirchlinde gehörig.
Dortmund 1238 Juli 31.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam posteris quam modernis, quod ego Macharius de Linne et Aleidis uxor mea et pueri nostri Albertus, Conradus, Bernardus, Theodericus et Gerhardus sponte et cum deliberatione renuntiavimus in perpetuum secundum formam arbitrii inter ecclesiam beate Katerine et nos concepti omni actioni et omni inpetitioni, siquas nobis dicebamus competere, in quodam manso Westerwic sito et in quibusdam agris qui teutonice *„rodelant“* dicuntur et in iudicio civium et in iudicio luci, quod *„markerichte“* teutonice vocatur et in duabus servitutibus lignorum, que *„eitwort“* vocantur et in pastu unius porci, cum glandes essent, et in area quadam, in qua presbiter in Linne edificavit domum et in advocacia et in omnibus aliis ad curiam Linne spectantibus, in quibus nobis aliquid iuris dicebamus vel dicere poteramus, obligantes nos sub pena decem marcarum ad huius facti perpetuam ratihabitionem; fecimus autem hanc renuntiationem in manus domini Godeschalci abbatis Kneitstedensis et domine Walburgis magistre ecclesie beate Katerine et domini Bertrammi celerarii eiusdem ecclesie, et magistri Johannis sacerdotis ecclesie beati Reynoldi, et Ludgeri et Wasmodi civium Tremoniensium, presente toto conventu ecclesie eiusdem, adhibitis testibus Theoderico de Ahusen, Heribordo de Unna, Gerhardo in Linne, sacerdotibus, Alexandro de Sendene, Heinrico dicto Schucken, Theoderico de Elmhorst, Herimanno nobili viro de Lůdringhove, militibus; Herimanno de Dalewic, Heinrico et Arnoldo de Colle, civibus Tremoniensibus. Consensum etiam fuit a nobis in eo, quod forma renuntiationis a nobis facte ne in posterum aliquis contra eam venire posset, in scriptis redigeretur et munimine sigillorum predicti abbatis, domini Herimanni decani et magistri Johannis Tremoniensis firmiter roboraretur. Actum publice Tremonie in ecclesia beate Katerine, anno gratie M°CC°XXX°, VIII°, mense Julio pridie Kalendas Augusti.

Or. Dortmund-Katharina 18 in zwei Ausfertigungen. An Pgtstr. Siegel an A 1) des Abts Gottschalk von Knechtsteden, 2) Reste des Siegels des Katharinenklosters in Dortmund (Westf. Siegel Taf. 111, 8), 3) unkenntliches Bruckstück; an B 1) und 2) abgefallen, 3) theilweise erhalten (knieende betende Figur . . . miserere mei). *Gedr. Rübel, UB. I 75.*

474 a.

Aufzeichnungen über die vier ersten Aebtissinnen des Kl. Welver und die gewährten Ablässe.
1238 November 5. 1261. 1291.

Anno incarnationis dominicae MCCXXXVIII, mense Novembri in die sancti Malachiae episcopi venit conventus iste Welverensis ad serviendum Deo et suae dilectae genetrici beatae virgini Mariae. Ad augmentum vero et perfectum divin[ae] servitutis fundamentum loci illius et ecclesiam et alia bona contulit nobis Walterus nobilis advocatus Susaciensis, Joannes dictus Thudic civis Susaciensis centum marcas aliique plures contulerunt nobis bona sua pro suarum salute animarum.

Prima abbatissa monasterii istius fuit supradicti Walteri nobilis advocati soror nomine Helika.

Prima virtute praeclari luminis ardor
Ascendit pietas Christi quam vexit ad astra
Finito cursu praesentis temporis instar
Prudentum sponso praecessit lampade sumpta.

Secunda abbatissa nomine Ascela.

Norma decora bonis Christumque sequentibus auget
Processum quando virtutum dona peregit.

Item anno Domini MCCLXI monasterium istud ligneum reaedificatum est lapideum sub tertia abbatissa nomine Aleydis,

Quae tamquam radius stellarum lumine claret
Ordinis et iuris per omnia semper amatrix.

Item anno Domini MCCXCI edita et scripta sunt haec sub quarta abbatissa nomine . . .

Quae tractabilis ac habilis sic pacis amatrix
Extitit et vita virtutum forma loquela
Dulcis amica Dei contempsit gaudia mundi
Per vitae meritum ascendit sydera coeli.

Summa indulgentie *(es scheinen dann die Feiertage verzeichnet gewesen zu sein, an denen den Besuchern der Kirche Ablass gewährt wird.)* . . . . Item feria secunda Penthecostes portabitur imago sanctae Mariae virginis. Qui vero causa devotionis huc pervenerint habebunt CCCC et XL dies et V karenas indulgentiarum. Item qui cimiterium circu(m)eunt XC dies indulgentiarum sequuntur, insuper plenam fraternitatem totius ordinis Cisterciensis et participantur de IIII milibus et IIII centenis claustris LXXX milia missarum et XXX milia psalteriorum, quae ibidem fiunt pro vivis et familiaribus. Item pro defunctis septies centena milia missarum et duodecies centena milia psalteriorum. Item quotidie participantur duodecim milia(!) missarum, quae singulis diebus fiunt per universum ordinem nostrum.

A cave orum fuge vivere prave.

Abschr. in Vorwercks Handschriftensammlung im Stdt.-A. Soest I 19 S. 3 u. 4 nach dem Or., einem Pgtbogen, auf dessen linker Hälfte der Text bis Quae tractabilis *geschrieben stand, auf der rechten der Rest; die rechte Hälfte hatte zwei Löcher, daher die Lücken. Die Anfangsbuchstaben, die Verse, die Zahlen bei den Indulgentien waren roth geschrieben. Gedr. Soester Zeitschr. 1892/93 S. 166.*

504 a.

Graf Konrad von Dortmund lässt in der Stadt Dortmund ein Haus am Markte dem Rathe zu Dortmund auf und verkauft sein Anrecht an die Fleischbänke, Schuhbänke, das Brodhaus und ein Gebäude oberhalb des Rathhauses für jährliche Abgaben. 1240 (1241) Februar 19.

Or. Stdt.-A. Dortmund 8. An bunten Seidenfäden Siegel des Grafen Konrad (Westf. Siegel Taf. 39, 1) und der Stadt (ebenda Taf. 75, 1). Gedr. Rübel, UB. I 78.

504 b.

Erzbischof Konrad von Köln fordert Dortmunder Geistliche auf, einen Streit zwischen einigen geistlichen und weltlichen Personen, Geld und Liegenschaften betreffend, zu schlichten. 1240 (1241) Februar 20.

Or. Dortmund-Katharina 19. Siegel ab. Gedr. Rübel, UB. I 79.

587 a.

Graf Dietrich von Isenburg lässt seinen Ministerialen Bruno von Hosterwych dem Grafen Dietrich von Cleve frei. Hohenlimburg 1244 (1245) März 2.

Illustri viro ac nobili domino Th(eoderic)o comiti Clevensi et consanguineo suo T(heodericus) de Ysenburg se totum. Litteris siquidem presentibus protestor, quod ego Brunonem filium Johannis de

Hosterwych meum videlicet ministerialem liberum ab omni dimitto dominatione rogans, ut eidem B(runoni) hereditatem, quam a nobis in feodo habere debet, porrigatis. Testes autem qui interfuerunt hii sunt: dominus A(lbertus) de Hurda, dominus Herbordus frater comitis Tremoniensis, G. de Kunebike et Th. de Berchem, Rutgerus de Apelderbike, Gerlacus notarius et alii quam plures. Datum apud Lymburg super Lenam anno gratie M°CC°XLIIII, in crastino beati Sviberti.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 21 v des Freiherrl. von Rombergschen Archivs in Brünninghausen.

609 a.

Die Aebtissin Bertha von Essen bekundet, dass Hedwig, Gemahlin des Ritters Goswin von Budeberg, dem Grafen von Cleve als Ministerialin zugehört. 1246 Mai 17.

Omnibus presencium litterarum inspectoribus Berta Dei gracia abbatissa Asnidensis notum facimus et tenore presencium protestamur, quod cum Antifona uxor Godefridi Werdensis attinens primo ecclesie Asnidensi iure ministeriali, deinde data fuerit ministerialis comiti Clevensi per concambium, quod factum fuit econverso ecclesie predicte per filiam Bernardi de Strunkede uxorem Hugonis de Vyfhusen que viam universe carnis est ingressa. Hadewigis filia Antifone predicte uxor Gosvini de Budeberg militis iure ministeriali attinet comiti predicto, cum secundum leges partus in talibus ventrem sequatur. Datum anno Domini M°CC° quadragesimo sexto, feria quinta proxima post diem Servacii.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 22 v des Freiherrl. von Rombergschen Archivs in Brünninghausen.

619 a.

Graf Gottfried III. von Arnsberg verleiht die ihm von Werner aus Henkhausen übertragenen Güter dem Stift Elsey zu freiem Besitz. Hachen 1246 September 14.

Godefridus comes de Arnesberg universis presens scriptum inspecturis testimonium veritatis acceptare. Tenore profitemur presencium, Wernherum de Heienchusen cum filio et filiabus suis et universis heredibus ministerialibus nostris bona que in dicta villa possidebant, in manus nostras resignasse et nos eadem cum proprietate que nobis pertinebat ecclesie de Elsei ad eorum instanciam pro nostrorum etiam remissione peccaminum libera contulisse. Ne autem factum huiusmodi calumpnia valeat infringere vel oblivio, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Albertus de Olenchusen et Conradus de Wedenchusen sacerdotes, Erenfridus notarius noster, Helmicus dictus Pris miles, Rudholfus de Elsepe, Widekindus, Arnoldus, Volmarus, Sifridus et alii quamplures. Actum anno Domini M°CC°X°LVI°. In castro nostro Hachnen in Exaltacione sancte Crucis.

Or. im Pfarrarchiv Elsey. An Pgtstr. Rest des Siegels des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 28, 2). Regest bei v. Steinen, Westph. Gesch. Bd. IV 1354.

641 b.

Bischof Simon von Paderborn schliesst mit dem Kl. Corvey und dem Stift Marsberg einen Vertrag über die Archidiakonatgerechtsame in Marsberg. Corvey 1247 September 9.

Or. Stift Marsberg 6 a; nur noch die Schnüre von 2 Siegeln erhalten. Gedr. Westf. UB. IV 383 und Seibertz UB. I 251.

688 a.

Der Ritter Otto von Holthusen und der Dortmunder Bürger Wiscelus von Asseln vergleichen sich vor dem Dortmunder Grafen, Richter und Rath über bestimmte Liegenschaften in Asseln derart, dass Wiscelus die Verpflichtung zu verschiedenen Naturlieferungen anerkennt. Dortmund 1249 Juni 25.

Ab humana cito elabuntur memoria, que nec scripto nec voce testium eternantur, nos igitur Conradus comes et Heinricus dictus Silverbuch, tunc temporis iudex Tremoniensis existens, consulesque oppidi Tremoniensis notum esse volumus tam modernis quam posteris, quod quedam dissensio diutina versabatur inter dominum Ottonem militem de Holthusen et inter Wiscelum de Aslen dictum de Hardradinchus burgensem nostrum de quibusdam bonis in Aslen iacentibus, comparentibus autem viris predictis coram nobis in domo consulum dissensio illa utrorumque amicorum consilio et nostro auxilio interveniente amicabili compositione sopita fuit penitus et decisa, ita siquidem, quod dominus Otto coram nobis renuntiavit omni actioni et impeticioni, qua impetere posset Wiscelum et suos heredes de bonis eisdem et publice recognovit, quod bona predicta ab heredibus ad heredes Wisceli iure censuali in perpetuum devolverentur et quod Wiscelus et sui heredes singulis annis pensionem censualem, quod in vulgari *tinsgut* nuncupatur, presentare deberet in domo domini Ottonis sive heredum suorum Tremonie vel Holthusen vel per miliare: proxima die sancti Martini VI maldra avene, in vigilia Nativitatis Domini IV denarios, proxima die Ascensionis Domini XII denarios, proxima die Mychaelis XII denarios, tali tamen subiuncta condicione, quod si predicta pensio sub Wiscelo ex parte domini Ottonis sive heredum suorum occuparetur iuditio, sive per violentiam subriperetur, quod sub bono testimonio probare posset et confirmare, illam pensionem iterato solvere non teneretur; et hanc formam compositionis ambo se in perpetuum observaturos ex utraque parte sub pena centum marcarum firmiter promiserunt. Hec acta sunt publice in domo consulum coram Heinrico dicto Silverbuk, tunc temporis Tremonie iudice existente, requisita ac lata sentencia, si (!) eque valida essent, ac si acta essent pro tribunali. Presentes erant Conradus comes, Hermannus de Wittene, Hugo de Walsem, Everhardus de Rodehem, Ernestus de Mingede, Albertus de Rivo, Heinricus Iudex, Gerhardus sub Salicibus, Heinricus de Kelinchusen, Godefridus Palatium, Hermannus Vrilinc, Bertrammus de Puteo, Johannes de Crispia, Heinricus Helene, Heinricus Herbordi filius, Heinricus de Brakele, Teodericus de Mendene, Vrowinus, Johannes de Manso, Tilemannus Monetarius, Vulvinus Odberti, Lambertus de Beresword, Everhardus de Canstene et frater suus, Bertrammus Calvus et Arnoldus de Spurkhuvele, Heinricus Helenburgis, Godefridus Gotmari, Hermannus de Suderwik, Wiscelus et Johannes de Dorstvelde, Wiscelus Kago, Hermannus de Redinchusen, Johannes Beno et alii quam plures. Ne autem in posterum aliqua dissensio inter dominum Ottonem et Wiscelum et eorum heredes de bonis sepedictis valeat suboriri, ambo petiverunt presentem paginam sigilli civitatis Tremoniensis munimine roborari. Datum Tremonie anno Domini M°CC°X°LIX°, in crastino Johannis baptiste, Conrado venerabili archiepiscopo Coloniensem ecclesiam gubernante.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 11 b. An rothen Seidenfäden Siegel der Stadt Dortmund (Westf. Siegel Taf. 75, 1). Gedr. Rübel, UB. I 132 zu 1269.

695 a.

Dechant Rabodo und Scholaster Johann von Paderborn als vom Papste delegierte Richter erklären in der Streitsache des Domstifts zu Goslar wider den Edelherrn Konrad von Mulenark, den Ritter Hering von Dinslaken, Menzo von Holthoven, den Meier Heinrich von Hosthoven und die Brüder Bernhard und Albert von Mengede diese Beklagten für kontumaciert und der Strafe der Excommunikation verfallen. Paderborn 1249 September 11.

R(abodo) decanus et Jo(hannes) scolasticus Paderburnensis, judices a sede apostolica delegati, omnibus, ad quorum notitiam hec pagina pervenerit, mentis et corporis salute gaudere. Noverint omnes, quod, cum pro querimonia decani et capituli Goslariensis nobilem virum dominum Conradum de Mulnarke, Heringum militem de Dencelake, Menzonem de Holthoven, Hinricum villicum de Hosthovem, Bernardum et Albertum fratres de Mengede ad nostram presentiam peremtorie citassemus, primi quatuor in termino prefixo nec venerunt nec pro se procuratorem mittere curaverunt, quare ipsos exigente iustitia iudicavimus contumaces; ultimi duo Godescalcum laicum de Mengede procuratorem miserunt sub sigillo plebani de Rikilighusen literatorie destinatum, qui illicenciatus et contumaciter recessit a iuditio, negotio non finito, quare ultimos duos indefensos iudicavimus et ideo prescriptos sex, dictante iustitia, pro contumatia, auctoritate qua fungimur apostolica, vinculo excommunicacionis duximus innodandos. Acta sunt hec Paderborne anno Domini M°CC°XLVIIII°, sabbato post Nativitatem beate virginis Marie.

Or. Stdt.-A. Goslar. An Pgtstr. die Siegel der beiden Aussteller 1) Rabodos (Darstellung des auferstehenden Christus mit der Kreuzfahne, der den Fuss auf einen Drachen setzt; Umschrift: S. Rabodonis decani . . . ornensis). *2) Johanns (Stehende Figur, in der Rechten einen Palmzweig; Umschrift:* S. Jo. d. Else(n) scolastici maioris ecclesie Pad.). *Gedr. Bode, UB. der Stadt Goslar I 632.*

743 a.

Das Stift Meschede bestimmt die Abgaben des Haupthofes Lippborg. Um 1250.

B. preposita totusque conventus ecclesie Meschedensis strennuo militi et honesto H(enrico) dicto Schredere de Alen salutem cum dilectionis integritate. Noveritis absque omni ambiguitate, quod curtis in Lippenburg preposciture nostre pertinens quolibet anno in Cathedra beati Petri conventui nostro solvet XII mensuras ordeacei bracii, sex mensuras siliginis, IIII^{or} mensuras tritici, duos versgingos vel duos solidos, mensuram fabe cume borde, IIII^{or} denarios ad ceram.[1]) Iste mensure non erunt *hoveschepel* sed integre; quam pensionem si conventus in Welvere nobis annuatim solvere promisit, vobis absolutionis litteras voluntarie transmittemus et sciatis, quod antequam dictus conventus in Welvere dicta bona emerent, venit ad nos eorum prepositus querens, que esset pensio dictorum bonorum et nos in antiquis scriptis nostris eidem monstravimus pensionem; sigillo preposciture nostre sumus contenti.

[1]) *Oder* „mensuram fabe, cumeborde IIII^{or}, denarium ad ceram".

Or. Welver Nr. 11, durchschnitten. An Pgtstr. das sehr beschädigte Siegel der Pröbstin (Westf. Siegel Taf. 134, 10). Gedr. Seibertz UB. I 266.

743 b.

Der Ritter Dietrich von Wische überträgt dem Cisterzienserkloster Delft (Sterkrade) sein Erbe Losenberge *im Kirchspiel* Recken *zu einer Memorienstiftung. Um 1250 (vor 1264).*

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Th(eodericus) miles de Wische salutem in eo, qui fecit nos regnum et sacerdocium, Deo nostro. Quoniam sola illa sunt hominis bona vel mala, que nec relinqunt consortium morientis, oportunum valde est, ut nunc iaciamus in semine, quod centuplicatum colligamus tempore messionis extreme. Innotescat itaque universis et singulis huius littere testimonio, quod nos de voluntate et consensu heredum nostrorum domum quandam Losenberge iure nobis proprietatis attinentem, que annuatim nobis maldrum pure siliginis persolvit, in parrochia Reghene sitam, monasterio in[1]) Deft[2]) ordinis Cisterciensis spe remunerationis eterne ac pro remedio animarum parentum et coheredum nostrorum ad ministerium altaris perpetuum videlicet sacrosancti sacrificii panis ac vini benivolenter resignantes contulimus quiete ac libere deinceps possidendam, ut proinde omnium

nostrum iugis ibi memoria habeatur, ita ut reus in Deum sit[3]) et beatam eius genitricem, qui contra hoc nostre donationis factum ausu temerario aliquid in posterum presumpserit attemptare. In cuius rei robur et firmitatem perpetuam presentem paginam diligencius exaratam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

[1]) Hinter „in" Rasur. [2]) Ebenfalls auf Rasur. [3]) Uebergeschrieben.

Or. Kl. Sterkrade im herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. Das Siegel Dietrichs von Wische (Schildsiegel mit Vögeln) an Pgtstr., stark beschädigt. Regest in diesem Bande Nr. 741. Rückschrift von Hand des XV. Jhs.: Item van Deyffte in parrochia Kerckhellen.

746 a.

Erzbischof Konrad von Köln nimmt die Dortmunder Juden gegen eine jährliche Zahlung von 25 Mark Kölner Denare in seinen Judenschutz. Köln (1250) 1251 März 27.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Italie archicancellarius, apostolice sedis legatus, universis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum esse volumus et presentis scripti testimonio protestamur, quod nos transquillitati, commodis pariter et utilitati dilectorum et fidelium nostrorum consulum et civium Tremoniensium cupientes intendere, eorundem petitionibus benivole annuentes, quas nobis pro iudeis Tremonie commorantibus optulerunt humiliter et devote, nos iudeos nunc in oppido Tremoniensi commorantes cum personis et rebus ac eorundem familia in nostrum recepimus protectionem et defensionem specialem, ita ut in ipso oppido securi et quiete permaneant, quamdiu voluerint, sub annua pensione viginti quinque marcarum denariorum Coloniensium ab eisdem annis singulis in octavis Penthecostes nobis persolvenda ac . . scultheto nostro sub duorum consulum testimonio exhibenda. Indulgemus etiam eisdem iudeis, ut eorum quilibet soluti (!) annui (!) pensione libere, quando voluerint, recedant salvis suis rebus pariter et persona, adhec si forte alii iudei oppidum Tremoniense inhabitandum accesserint, nos eosdem eadem gratia gaudere volumus et nostre protectionis munimine confoveri, dummodo super annua pensione nostre competenter satisfecerint voluntati. Ut igitur prefati iudei in dicto oppido nostre protectionis gratia muniti secure permaneant, in predictorum testimonio presentes litteras conscribi et nostri ac Tremoniensis oppidi sigillorum munimine fecimus communiri. Datum Colonie sexto Kal. Aprilis, anno Domini millesimo CC° quinquagesimo.

Or. Stdt.-A. Dortmund 12. An gelb-rother Wolle das Siegel der Stadt (Westf. Siegel Taf. 75, 1) und des Erzbischofs mit Rücksiegel (Ewald, Rheinische Siegel I 18, 4 u. 5). Gedr. Rübel, UB I 87.

797 a.

Ritter Albert von Hörde überweist dem Ritter Goswin von Ulenbroke *verschiedene Güter innerhalb und ausserhalb Dortmunds, die dieser von ihm zu Lehen hatte, zum erblichen Eigenthum. Vor dem Zöllnerthor 1253 April.*

Quia res cum tempore trahit utrisque cognata mobilitas, competens est presidium futurorum, precedentium gesta, quorum perhennitas desideratur, litterarum testimoniis exhiberi; unde ego Albertus miles de Hůrde, Gerhardus et Bernardus filii mei et omnes heredes nostri, sicut presentium constat memorie, ita futurorum transmittimus noticie, quod nos cum communi consensu Gotswino, militi, dicto de Ulenbrůke, fideli nostro et suis heredibus omnia bona, que a nobis in feudo tenuerunt, iacentia infra muros Tremonienses et extra muros in campo Tremoniensi in meram dedimus proprietatem, quibusdam proprietatibus lignorum exceptis, que ad prefata bona pertinebant, que teutonice *holtmarcke* vocantur, que etiam memoratus miles a nobis amodo in feudo retinebit; donationem autem hanc fecimus

cum consensu illustris viri domini nostri, domini Godefridi comitis de Arnesberg et heredum suorum, quia memorata bona in feudo tenuimus ab eisdem, donantes eis, facta permutatione in recompensationem eorundem bonorum bona nostra in Buklo et in villa Pyrrebeke sita, que fuerunt nostra mere propria et que multo sunt illis bonis, que iacent Tremonie, meliora. Actum et ratificatum extra prefatos muros oppidi Tremoniensis ante portam, que vocatur, porta Telonearii, coram Jo(hanne) Ybonis, iudice tunc temporis Tremonie existente, requisita in eodem loco et lata sententia, quod eque validum esset, acsi pro tribunali Tremonie actitatum fuisset, anno incarnationis dominice M°CC° quinquagesimo tercio, mense Aprili. Testes sunt viri ydonei et fide digni: Everhardus de Horst, Rabodo, filius quondam Johannis Dobbonis, Wyscelus de Aldynghoven, Bertrammus de Brakele, Mynricus de Apelderbeke, Růtgerus dictus Bobele, Theodericus de Sůlede milites, ceterum Arnoldus Clericus, Hinricus Elene, Johannes Beionis, Albertus Telonearii, Hinricus de Brakele, Hinricus de Kelinghusen, Hermannus Specmann, Sigebodo in Oriente, Ludbertus de Wickede, Albertus de Holtekoten, Bertrammus de Puteo, Ludolfus dictus Cesar, Bertrammus dictus Hilegeman, Arnoldus Uncus, Hinricus de Mockershove, Engelbertus Suderman, Wolvinus dictus Balke, Theodericus Stangevole, consules tunc temporis Tremonie existentes; preterea alii testes interfuerunt: Hinricus dictus Vridag, Alvinus Salemanni, Herimannus schultetus de Abdynghove et Herimannus filius suus, Bertoldus de Kopmannhavene, Odbertus de Wisgele, Hinche Clericus, Jordanus in Campo, Conradus *vriegreve* de Curne, Hinricus Huvenere, Volquinus de Hůrde, Bertrammus quondam Calvi filius, Walbertus Suderman, Ludolfus de Westervilte, Theodericus de Datlen, Theodericus de Ahusen et alii quam plures burgenses Tremonienses. Ne vero contra hoc factum excellentis viri domini comitis memorati et factum nostrum ausu temerario in posterum venire quis presumat, presentem paginam conscribi fecimus et ad mandatum eiusdem domini comitis sigillo suo proprio et sigillo nostro, verum etiam sigillo burgensium Tremoniensium roborari firmiter et muniri.

Or. im Stdt.-A. Dortmund 16. An rothen Seidenfäden die Siegel 1) Alberts von Hörde (Westf. Siegel Taf. 250, 1), 2) des Grafen Gottfried von Arnsberg (ebenda Taf. 28, 2) und 3) der Stadt (ebenda Taf. 75, 1), verkehrt wieder angeknüpft. Gedr. Rübel, UB. I 94.

803.

Graf Dietrich von Isenberg bekundet, dass Ritter Albrecht von Lethmate dem Stift Elsey seine beiden Erben in Rehde verpfändet und für den Fall, dass er sie verkaufen wolle, dem Stift ein Vorkaufsrecht unter bestimmten Bedingungen zugestanden habe. Hohenlimburg 1253 Juli 3.

Th(eodericus) comes in Isenberg universis hanc litteram inspicientibus salutem in vero salutari. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod Albertus miles de Lethmette suique heredes cum bona voluntate et assensu Udonis militis fratris sui et omnium heredum suorum duas domos in Redhei sitas quas a fratre suo predicto Udone in pignore tenuit ecclesie in Elsey pro VIII marcis in nostra presentia obligavit. Quarum domorum redemptio erit ipso die beate Margarete virginis. Si vero bona predicta termino prefato non redimuntur, ecclesia iam dicta suusque provisor utilitatem et proventus ipsarum domorum per totum illum annum integraliter obtinebit, quia easdem domos cum omni suo iure et omnibus fructibus ex eis provenientibus idem Albertus iam prefate ecclesie obligavit: hoc adiecto et bona fide promisso, quod si eadem bona vellent vendere, ecclesia in Elsey licenter ea posset emere et tres marcas deberet adicere recepta caucione, quod omnes ad predicta bona pertinentes coram nobis ea deberent resignare et effestucando ecclesie in perpetuum stabilire. Nequis igitur in posterum ea que prediximus maliciose valeat aut audeat infringere, conscripta sunt in presentia bonorum hominum et testimonio cum sigilli nostri appensione de bona et placita voluntate Udonis et Alberti fratrum et militum et omnium eorum heredum sub nomine dotis filie eiusdem Alberti militis quam ecclesie in

Elsey obtulit ad serviendum domino Deo sub habitu religionis omnibus fructibus qui ex predictis domibus provenire poterunt in sortem ecclesie iamdicte favorabili consensu et sine ulla contradictione cedentibus. Testes huius rei sunt Gerhardus prepositus in Elsey, Cůnradus in Lethmette plebanus, Lambertus plebanus in Hennen; Adolphus uterque de Altena senior videlicet et iunior, Albertus de Hergothinchusen, Thidericus de Amere, Sifridus Schippe, Godefridus Monachus et alii quamplures. Acta sunt hec sub monte Limburg anno gratie M°CC°L°III°, V° nonas Julii.

Or. im Pfarrarchiv Elsey. Siegel von leinener Plattlitze ab. Gedr. v. Steinen, Westph. Gesch. Bd. III 1425; unvollständig bereits gedr. in diesem Bande als Nr. 803.

823a.

Der Edle Ludolf von Steinfurt verkauft dem Katharinenkloster in Dortmund für 190 Mark einen Hof zu Rahde, einen Hof zu Frohlinde und einen Hof zu Lütgendortmund.
Münster 1253 (1254) März 17.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.[1]) Nos Ludolfus iunior, nobilis vir de Stenvůrdia, universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Cum humana memoria[2]) labilis sit et[3]) cito transeat[4]), cautum est, ut ea, que ad futurorum cognitionem transferentur, litterarum testimoniis eternentur. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos una cum consensu Gertrudis uxoris nostre, Ludolfi, filii nostri unici et omnium heredum nostrorum curtem in Rodthe cum septem mansis ad ipsam pertinentibus, mansum in Vrolinne et mansum, quem habebamus in Parva Tremonia cum omnibus eorum attinentiis, videlicet agris, silvis, pascuis, litonibus et propriis hominibus, terris cultis et incultis sanctimonialibus beate Katerine in Tremonia decem minus quam ducentis marcis Monasteriensis monete vendidimus in meram proprietatem, omne ius, quod habuimus in premissis, ipsis libere resignando; quam ob rem, ne aliquis in posterum contra hanc venditionem nostram venire valeat, presentem paginam factum nostrum continentem prefatis sanctimonialibus dedimus sigilli nostri munimine roboratam[5]). Actum Monasterii in atrio maioris ecclesie presentibus testibus ydoneis et fide dignis, qui sunt: Rabodo de Westerwynkele, Richardus de Boynen, Hugo frater suus, Arnoldus de Westwyc, Hugo de Walshem, Bertrammus de Braclo, Thitmarus de Ludelscheyde, Hinricus de Thetten et Johannes de Lyre, milites; Johannes Nyching[6]), Godefridus dictus Vilthere, magistri scabinorum Monasteriensium, Hinricus de Alen, Jacobus institor et Johannes privigne sue maritus, Thithardus Parvus, Hermannus de Ravensberg, Thuringus, Hermannus Monetarius, Gerungus et Hermannus ipsius filii, Bernardus de Drelingen et alii quam plures cives Monasterienses. Anno dominice incarnationis M°CC° quinquagesimo tercio, ipso die beate Gertrudis.

[1]) *Bis hierhin verlängerte Buchstaben.* [2]) *B* „condicio". [3]) *B* „memoria". [4]) *B* „transeant". [5]) *B* „Insuper ad maiorem providentiam et firmationem ad petitionem nostram et etiam ad supplicationem earundem sanctimonialium burgenses Monasterienses sigillo suo presentem paginam roborarunt". [6]) *B* „Nycyng".

Or. Dortmund-Katharina 21 in zwei Ausfertigungen. A mit dem beschädigten Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 21, 10). B mit dem Siegel desselben; das andere Siegel abgefallen. Gedr. Rübel, UB. I 97.

823b.

König Wilhelm bestätigt dem Katharinenkloster in Dortmund seine Privilegien.
Haag 1254 März 17.

Or. Dortmund-Katharina 22 mit Siegelrest an rother Seide. Gedr. Rübel, UB. I 98. Böhmer-Ficker, Reg. imp. 5182.

825 a.

Der Edle Ludolf der Jüngere von Steinfurt gebietet den Rittern H(ermann) oder E(berhard) von Witten, das Katharinenkloster in Dortmund in den Besitz der von demselben erworbenen Güter in Rahde, Kirchlinde und Lütgendortmund einzusetzen. 1254 April 12.

Or. Dortmund-Katharina 23. Rest des Siegels des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 21, 10). Gedr. Rübel, UB. I 99.

825 b.

Der Edle Ludolf der Jüngere von Steinfurt quittiert dem Katharinenkloster in Dortmund über die Kaufsumme der demselben verkauften Güter. Münster 1254 April 24.

Or. Dortmund-Katharina 24. An Pgtstr. Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 21, 10). Gedr. Rübel, UB. I 100.

878 a.

Graf Dietrich von Isenberg überträgt dem Katharinenkloster zu Dortmund $3^1/_2$ Morgen Landes in Kirchlinde, welche bis dahin Heinrich Scuke zu Lehen gehabt hat, zu festem Besitz. Hohenlimburg 1255 Juli 10.

Theodericus comes in Ysenberg, omnibus hoc scriptum intuentibus salutem. Quoniam summe felicitatis bonum est, ut acta digna memoria scriptorum elucidatione sic serventur, quod usque ad cursum futuri temporis circa gesta veritatis evidencia pateant et incorrupta, noverint ergo tam presentes quam futuri, quod comparens coram nobis Hinricus dictus Scucke noster fidelis et tria iugera terre et dimidium, que a nobis in feodo tennit, iacencia apud villam Linne nobis publice resignavit, que ibidem domino B. preposito ecclesie sancte Katerine in Tremonia et universo conventui in meram contulimus proprietatem. Actum apud Limpurch anno Domini M°C°C°LV°, sabbato ante festum Margarete virginis, presentibus nostris castellanis; hii videlicet presentes fuerunt: Hunoldus de Odingen, Theodericus de Berchem, Lutbertus de Herigen, Gotscalcus Thoric dictus, Everhardus de Wittene, Albertus et Everhardus de Herwerdinchusen et alii quam plures, Lambertus Scoke dictus. Ne autem tale factum nostrum ab aliquibus in posterum infringi possit, sigilli nostri monumento presentem eis litteram tradidimus confirmatam.

Der obigen Urkunde ist transfixiert:

Lambert, Freigraf des Grafen Dietrich von Isenberg erklärt, dass vor ihm Heinrich Scuke auf die $3^1/_2$ Morgen Landes verzichtet hat. Langendreer 1255.

Lambertus, liber comes domini Th(eoderici) comitis in Isenberg, omnibus hoc scriptum intuentibus salutem. Noverint universi, quod comparens coram nobis Hinricus dictus Scuke cum matre sua et fratribus suis et tria iugera terre et dimidium iacentia apud villam Linne publice resignabat, que ibidem dominus B. prepositus ecclesie sancte Katerine in Tremonia ex parte conventus sui in meram recepit proprietatem. Actum anno Domini M°C°C°LV° in villa Drire. Presentes fuerunt: Everhardus miles de Wittene, Johannes Albus, Everhardus de Molendino, milites, Gerwinus Preco, Thidericus et Everhardus de Drire, Godefridus de Tuspelle, Lambertus Scoke, Otto de Esekenwerke, Conradus de Linne, Albertus Schekere et alii quam plures. Ne vero aliquis hoc factum infringere valeat, coram liberis imperii fuit stabilitum.

Or. Dortmund-Katharina 26. Beide Urkunden von einer Hand geschrieben. An Pgtstr. Rest des Siegels des Ausstellers mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 13, 2 u. 16, 14). Siegel des Transfixes von Pgtstr. ab. Gedr. Rübel, UB. I 102.

889 a.

Graf Adolf von der Mark bekundet, dass seine verstorbenen (Schwieger)-Eltern Adolf Herr und Mathilde Herrin in Holte die Kapelle in Sterkrade dem Kloster daselbst geschenkt haben. Holte um 1255?

Nos Adolphus comes de Marka notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod pie memorie quondam Adolphus dominus in Holte et Methildis domina in Holte, parentes nostri persone spectabiles et illustres, capellam in Starkenrode, quam iure hereditario et liberam possederunt Divina ipsis inspirante gratia cum omnibus suis[1]) attinentiis conventui ejusdem loci in Starkenrode in eadem libertate qua possederunt, liberam et absolutam contulerunt et manumiserunt perpetuis temporibus possidendam, ut eorum memoria et heredum suorum successorum in dicto conventui(!) omni tempore fideliter peragatur. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Holthe in octava Penthecosten.

[1]) *Uebergeschrieben.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Abtei Sterkrade Nr. 3. Das Siegel von Pgtstr. ab. Eigenartige Schrift; es scheint nicht ausgeschlossen, dass die Urkunde von einer Hand des XVI. Jhs. geschrieben ist.

946 a.

Graf Gottfried von Arnsberg verkauft seinen Hof in Forst dem Sohne des Grafen von Cleve Dietrich gen. Luf. Arnsberg 1257 (1256) April 1.

Nos Godefridus comes de Arnisberg presencium tenore protestamur et notum facimus, quod proprietatem curtis nostre in Vorsth site cum omnibus suis attinentiis in quibus proprietatem habere dinoscimur nobili viro domino Th(eoderic)o dicto Luf filio domini comitis Clevensis et suis heredibus vendidimus pro certa pecunie quantitate prestando eidem de eiusdem curtis proprietate contra quemlibet ipsum super eo gravare volentem plenam et legitimam warandiam. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde confectum sepefato Th(eoderico) porreximus sigilli nostri munimine roboratum. Datum et actum in Arnisberg in die Palmarum, anno Domini M°CC°LVI^{to}.

Abschrift des XIV. Jhs. in Causae Clivenses I fol. 61 des Freiherrl. von Rombergschen Archivs zu Brünninghausen.

1002 a.

Graf Dietrich von (Isenberg-)Limburg und seine Frau Adelheid übergeben etliche Güter genannt Wennekink *im Gericht Recklinghausen dem Kl. Flaesheim. 1258.*

Wy Dirck von Gotz gnaden grave tzo Limborch doe kundt enen jderen, den dusse breff vorkumpt, dat ik und Alheidt myn husfrouw und unse erven dem convente und kerken to Vlaessheim uit guder vorbede dat werk der barmherttigkeit anmerckende und ock dat steede gebedt, dat vor uns in der kercken geschuit, und ock unses gesyndtz raede gebruket, etlyke gudere genompt Wennekink, gelegen under dem gerichte to Rekelinckhusen, welcker uns weren angevallen, mit allen eren semptliken tobehorigen hebben gegeven der vorgerorten kercken to enen erve ewichlick to gebruken, up dat nemans hirna sodane avergevunge, de so recht und redelich gescheen, ut domkonicheit tobrecken moge offt vornemmen to doen, hebben wi der kercken dossen breff mit unser crafft bevestiget; gegeven in dem jar unses Heren dusent twe hondert und vifftich acht.

Nach einer Abschrift des Herrn Oberpostsekretärs Esch in Recklinghausen von der Uebersetzung des 16. Jhs. im Arembergschen Archiv (Flaesheim).

1002 b.

Abt Gottfried von Liesborn entscheidet einen Streit zwischen den Klöstern Marienfeld und Kappel bei Lippstadt. 1258.

Or. Marienfeld 140. Siegel des Abts. Gedr. Westf. UB. III 640.

1016 a.

Graf Gottfrieds von Arnsberg Zeugnis über die Aufnahme Dietrichs gen. von Meyninchosen unter die Ministerialen der Herforder Kirche durch die Aebtissin Ida und über seine Belehnung mit dem Hof in Schönholthausen. Arnsberg 1259 Mai 19.

Godefridus Dei gratia comes in Arnesberg omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem et acte rei memoriam. Protestamur presentibus et quia interfuimus et vidimus adesse rogati testamur, quod cum venerabilis domina Yda Hervordensis ecclesie abbatissa predilecta consanguinea nostra nostris supplicationibus inclinata Theodericum dictum de Meyninchosen filium quondam Alexandri militis a domino suo comite de Lympurg, cuius ministerialis extiterat, libertati deditum, in ministerialem ecclesie sue reciperet et ipsum de curte in Sconenholthosen, que patris eius olim fuerat, cum suis pertinentiis infeudaret usufructu uxori sue, quam inpresenciarum obtinet, qui *lifcucht* vulgariter dicitur, assignato; dumtaxat dictus Th(eodericus) ut pensionem redditus seu canonem debitum solveret tempore congruo et consueto, cautionem prestitit sub hac forma: idem Th(eodericus) primo ac postmodum Rotgerus dictus de Ellere, Hermannus de Olen, milites, Johannes filius Hermanni militis de Ehem[1]) fide prestita militari promiserunt ipsum Th(eodericum) promissa et premissa per omnia soluturum; quod si forte neglexerit, ipsi ad opidum Atenderen accedent nunquam abinde recessuri, donec memorate abbatisse plenarie fuerit satisfactum. Si vero unum vel plures de fideiussoribus diem claudere contingat extremum, alius vel alii iuxta priorem numerum substituentur et in eodem pacto et caucione manebunt et hec caucio tanto durabit tempore, quanto idem Th(eodericus) vixerit et curiam voluerit obtinere. Ceterum nos ac nobilis vir Henricus de Bilstene noster consanguineus, Arnoldus de Honstath, dapifer in Waldenberg, Helmicus de Dusentscuren, milites, ac Hermannus de Suneren huiusmodi recepimus sponsionem. Ut autem premissa serventur et nullum in posterum possit oriri ambiguum, nos ac venerabilis prefata abbatissa, nobilis vir Henricus de Bilstene ac Arnoldus dictus de Honstath dapifer in Waldenberg sigilla nostra presentibus apposuimus. Testes adesse rogati hii sunt: Hermannus de Ehem[1]), Hermannus de Olen, Udo de Elsepe, Boymunt notarius noster, Werner Balke, Johan de Wichlo, Conrat de Ruthenberg et alii quam plures. Acta sunt hec Arnesberg anno Domini M°.CC°.LIX°. feria secunda ante Ascensionem Domini.

[1]) = „Nehem" *vgl. oben Nr. 1354.*

Or. Arnsberger Lehnsregistratur S. Nr. 29. Siegel abgerissen. Die Lehnsurkunde selber gedr. Westf. UB. IV 795. Vgl. oben Nr. 1016.

1066 a.

Hermann von Lüdinghausen verpfändet an Albert von Hörde den ihm vom Bischof von Münster als Unterpfand übergebenen Hof Gamen (s. von Lünen). Um 1260.

Or. im Archiv des Grafen von Bocholtz zu Alme. Schildförmiges Siegel (aufgerichteter Löwe) z. T. zerstört. Gedr. Westf. UB. III 670.

1141 a.

Burggraf Konrad von Rechede und sein Bruder Gottfried von Rikenberg verzichten zum Besten des Kl. Flasheim auf ihr Recht an den Hof Meingerinc *(Mermansgut) im Dorf Leven. (1264—1272.)*

Nos Cůnradus burgravius in Rechede et Godefridus de Rikenberg fratres presentium tenore litterarum protestamur, quod intuitu divine remunerationis et affectu pie devotionis et propter animarum nostrarum et parentum nostrorum salutem et propter specialem, quam ex antiquo habuimus ad ecclesiam in Vlarsheim dilectionem, omni iuri, quod videbamur habere in curti Meingerinc, que iacet in villa Livene totaliter effestucando renuntiavimus et in huius protestationis fidele testimonium et firmum argumentum litteram hanc conscribi fecimus et presentem bullam cum bulla domini Hinrici militis de Rechede appendimus.

Or. im Herzogl. Arenbergschen Archiv in Recklinghausen. An weissen Hanffäden die Siegel Konrads und Heinrichs von Rechede (schildförmig, vgl. Westf. Siegel Taf. 149, 1 ff.). Rückschrift von Hand des XVI. Jhs.: In dat Leven guedt gehorende, Meieringh gud; *des XVII. Jhs.:* Mermans guth *betr. Die Datierung ist nach dem Vorkommen der in der Urk. genannten Personen in Westf. UB. III festgelegt.*

1175.

Engelbert postulierter Bischof von Osnabrück entlässt als Graf von der Mark seine Ministerialin Gertrud die Gattin des Ministerialen Heinrich von Torberg zu Gunsten des Grafen Dietrich von Cleve. Unna (1264) 1265 Januar 30.

Viro nobili ac agnato suo dilecto domino Th(eoderico) comiti Clivinsi Engelbertus Dei gracia Osnaburgensis ecclesie postulatus comes de Marcha quicquid potest obsequi et honoris cum affectu sincero. Noveritis nos Gertrudim nostram ministerialem uxorem Heinri (!) de Torberg vestri ministerialis a iure ministeriali, quo nobis astricta fuit liberam dedisse et solutam, concedentes ei plenam libertatem divertendi se in vestrum obsequium in ipsum ius, quo nobis tenebatur. Id tenore presentium litterarum sub sigilli nostri munimine publice protestamur. Actum et datum apud Unnha anno Domini M°CC°LX°IIII°, in ferea (!) sexta ante Purificationem beate Marie virginis.

Or. St.-A. Düsseldorf, Cleve-Mark Nr. 25. Siegel ab. Gedr. Osnabrücker UB. III Nr. 316. Regest oben Nr. 1175.

1192 a.

Erzbischof Engelbert von Köln übergiebt seinen Ministerialen Bernhard von Recke dem Grafen Dietrich von Cleve. Neuss 1265 Juli 25.

Engelbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archyepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archycancellarius notum facimus universis, quod nos Bernhardum de Reke nostrum ministerialem damus et conferimus dilecto nostro consanguineo et fideli Th(eoderico) comiti Clevensi et suis heredibus in ministerialem, dantes hanc litteram patentem nostram in testimonium super eo. Datum Nussie VIII Kl. Augusti, anno Domini M°CC°LX° quinto.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses 1 fol. 21 des Freiherl. von Rombergschen Archivs in Brünninghausen.

1209 a.

Graf Dietrich von (Isenberg-)Limburg giebt seinen Ministerialen Gottschalk von Castrop frei. 1265.

Nos Th(eodericus) Dei gratia comes de Lymburg notum facimus universis presens scriptum inspecturis, quod propter multa servicia a Sybbodone milite de Castdorpe nobis sepius exhibita Gotscalcum filium eius, qui noster fuit ministerialis proprie donavimus libertati, ita quod sanum (!) habet arbitrium ubi voluerit, se ministerialem conferendi; et hoc litteris nostris patentibus protestamur. Datum anno Domini M°CC°LX° quinto.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 21 v des Freiherrl. von Rombergschen Archivs in Brünninghausen.

1210 a.

Graf Gottfried von Arnsberg Zeuge in einer Urkunde Bischof Wittekinds von Osnabrück für das Kl. Netze. 1265? vielleicht 1267.

Or. Fürstl. Archiv in Arolsen Nr. 9198 Kl. Netze. Gedr. Westf. UB. IV 1129, wo auch Angaben über die Besiegelung und Osnabrücker UB. III 347.

1219 a.

Graf Otto von Everstein übereignet dem Kl. Wormeln das Patronat der Kirche in Heddinghausen. Volkmarsen 1266 April 8.

Or. Pfarrarchiv in Wormeln. Vom angehängten Siegel nur ein Rest vorhanden, auf welchem gekrönter Löwenkopf mit einer Tatze erhalten. Gedr. Westf. UB. IV 1065.

1250 a.

Die schon durch ein früheres Bündnis geeinten Erzbischof Engelbert von Köln und Bischof Simon von Paderborn verbünden sich zur Abwehr der Angriffe auf das von den Nachbarn vielfach geschädigte Stift Corvey; Burgen und Befestigungen werden sie auf eigene Kosten unterhalten; nach dem Tode des einen soll der andere das Stift schützen und erst nach ihm das Recht der Vormundschaft an das Stift zurückfallen. Beide Kirchenfürsten treffen ferner Bestimmungen über Marsberg und die Vogtei in Höxter, welche sie gemeinsam vom Herzog von Braunschweig zurückkaufen wollen. Bonn (1266) 1267 Februar 20.

Abschr. Kindlingers in Msc. II 70 S. 92. Die Siegel Engelberts u. Simons mit Rücksiegeln hingen an. Gedr. Lacomblet, UB. II 568; Seibertz, UB. III 1093. Reg. Westf. UB. IV 1106.

1344.

Die Rathmannen von Marsberg bekunden, dass Swiker von Westheim den halben Zehnten zu Wlessengere *ihrem Mitbürger Bertold von Höxter verkauft hat. Marsberg 1269.*

Universis presentem litteram visuris consules Montis Martis iusticie semper inherere et veritati testimonium perhibere. Quia gestarum rerum seriem plerumque nubes oblivionis solet involvere, decrevit discretorum sollercia, acta hominum scriptis, sigillis et testibus perhennare. Noverint igitur presentes et futuri, quod Swykerus miles dictus de Westheym, adhuc liberis, excepta unica filia, carens, de consensu uxoris sue domine Alheydis et fratris sui Elryci, universorumque heredum ac coheredum suorum dimiditatem (!) decime in Wlessengere site, que ad ipsum a progenitoribus suis rite et legitime devoluta

fuit, excepto quod domina Sophya ius suum, quod vulgo *lyftucht* dicitur, sola quamdiu vixerit, obtinebit, mediantibus Ludolfo de Dalewych et Johanne de Brocbyke militibus propter necessitatem, quam subterfugere nequivit, Bertoldo de Huxaria, conburgensi nostro accepta pecunia, summa videlicet quinquaginta quinque marcarum cum omni proventuum utilitate vendidit et tam ipse quam predictus frater suus Elricus predicto Bertoldo et uxori sue domine Kunegundi et pueris ipsorum Hermanno, Conrado, Kunegundi et Margarete porrexerunt iam dictam dimidietatem decime iure feodali libere et quiete perpetuo possidendam, pollicentes nichilominus se suosque heredes sepedicto Bertoldo suisque heredibus de sepedicta dimidietate decime plenam et perpetuam warandiam prestituros. Predicta vero Sophya et Johannes filius ipsius aliique ipsius heredes in capella Montis Martis coram consulibus Montis Martis aliisque multis probis et honestis viris consistentes publice protestati sunt, post mortem sepedicte Sophye se nichil iuris in sepedicta decima habituros, omnique iuri suo sive impeticioni super eadem decima penitus renunciarunt. Acta sunt hec in Monte Martis anno Domini M°CC°LX° nono. Et ut iste contractus ratus et inconvolsus in evum permaneat, presentem paginam sigillo nostro et sigillis[1]) Johannis domini castri in Pathberg et Hermanni cognati sui duximus roborandam. Huius rei testes sunt: Frederykus de Horhusen et frater suus Thydericus, Udo de Wethen, Olricus de Westheym, Johannes de Brocbyke, Ludolfus de Dalewych, Stephanus de Horhusen milites; Alradus de Horhusen, Conradus de Brocbyke, Frederycus Speycht militares; Henricus de Oddenhusen et frater suus Thydericus, Albertus de Mulenhen (!), Bertoldus iudex et frater suus Ludolfus, Henricus de Capella et frater suus Johannes, Helmwykus de Huxaria, Hermannus filius monetarii et frater suus Lodewycus, Wynandus et Henricus de Scherve fratres, Conradus Luthbrandi, Johannes Hyldewordi, Henricus et Johannes fratres cognati Wyderoldi, Conradus de Clyngen, Gernandus de Scherve, Rodolfus de Esnete, Bernardus de Walbernichusen consules Montis Martis et alii quam plures.

[1]) *Aus* „sigigillis" *corrigiert.*

Or. im Privatbesitz des Herrn Pfarrers Schrader in Natzungen. An geflochtenen Hanffäden die Siegel 1) der Stadt Marsberg (Westf. Siegel Taf. 66, 3), 2) des Johann (ebenda 220, 1) und 3) des Hermann von Padberg, beschädigt. Nach dem Druck in der Ztschrft. für vaterländische Geschichte und Alterthumskunde Bd. 59 (1903), Abth. Paderborn, S. 200 f. bereits gedruckt in diesem Bande als Nr. 1344.

1351 a.

Graf Herbord von Dortmund verkauft mit Zustimmung seines Bruders Hermann seinem Richter Peter von Datlen ein Erbe in Eving für 36 Mark. (1269) 1270 Februar 18.

Nos Herbordus comes [Tremoniensis] notum facimus universis ad quos presens scriptum pervenerit, quod de consensu et voluntate Hermanni fratris nostri vendidimus Petro de Datlen tunc temporis iudice nostro existente domum sitam in Evenike solventem annuatim unum maldrum tritici, IIII^or maldra siliginis et IIII^or maldra ordei, novem maldra avene et duos porcos et unum maldrum tritici de casa in Holtekoten annuatim pro XXX^aVI marcis; prefatam domum cum omnibus attinentiis, agris, pascuis, piscariis tam in cespitibus quam in frondibus dicto Petro suisque legitimis heredibus in mera proprietate perpetuo possidendam tali interposita pacti conditione, quod si dicto Petro prefatas XXX^aVI marcas a Cathedra beati Petri proximo nunc instante per duos annos refuderimus, dicta domus ad nos et nostros heredes libere revolvetur. Si autem restitucionem dictorum denariorum neglexerimus infra terminum prenotatum, memoratus Petrus et sui heredes dictam domum una cum Hinrico Vriman et filio suo iure hereditario possidebunt. Si autem infra duos annos predictos dictum Hinricum dictam domum inhabitantem mori contigerit, bona illius, que nobis cedunt, cum dicto Petro equaliter dividemus et filius suus in dicta domo nichil iuris habebit, nisi possit in dicti Petri gracia optinere. Actum anno Domini M°C°C°LX° nono,

feria tercia ante Cathedram beati Petri in domo Olerici de Aquis coram eodem Petro iudice nostro, rerequisita et lata sentencia, quod eque validum esset, acsi coram tribunali actum fuisset. Presentes erant: Conradus de Didinchoven miles, Wasmodus prope Fossam, Bertrammus, Hinricus, Arnoldus et Thidericus filii sui, Vrowinus de Huvele, Albertus Silverbuc, Gerhardus Radolfi, Rutgerus Lucke, Arnoldus Calvus, Hinricus Pil, Hinricus Albus et Arnoldus frater suus, Hinricus de Kelinchusen, Gotfridus de Stochem. In cuius rei testimonium memorato Petro et suis heredibus presentem litteram dedimus sigilli [nostri mun]imine roboratam.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 7001. Siegel ab.

1386 a.

Graf Dietrich von (Isenberg-)Limburg und sein Sohn Johannes geben Gerlindis gen. von Medeme die Gattin des Hugo gen. Schenkbier frei. 1271 (1270) März 31.

Nos Th(eodericus) comes de Lymberg (!), Johannes suusque primogenitus notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod nos dilectam nobis Gerlindim dictam de Medeme uxorem Hugonis dicti Schenkebier liberam a nobis et a nostris omnibus heredibus damus ubicumque in posterum voluerit se iure homagii presentandam. In cuius rei testimonium presentem scedulam sigilli nostri munimine duximus firmiter roborandam. Datum feria tercia post dominicam Palmarum, anno Domini M°CC° septuagesimo.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 22 v des Freiherrl. von Rombergschen Archivs zu Brünninghausen. Am Rand vom Schreiber des Copiars: „sigillum est vetustatum".

1395 a.

Graf Dietrich von Isenberg und sein Sohn Johannes geben Gerlindis, die Frau ihres Ministerialen Hugo gen. Schenkbier frei. 1271 Juni 23.

Cum propter successionem futuri temporis preteritorum oblivio surrepat, prudentis est consilium, ut acta que stabilia cupimus permanere scripture ac sigillorum amminiculo maneant incorrupta. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod nos Th(eodericus) comes dictus de Ysemberg et Johannes ipsius filius Gerlindim uxorem predilecti nostri Hugonis dicti Schencbyr ministeriali iure nobis attinentem damus a nobis et ab omnibus nostris liberam permanere et hoc tenore presencium protestamur. Datum in vigilia beati Johannis Baptiste, anno Domini M°CC° septuagesimo primo.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 24 des Freiherrl. von Rombergschen Archivs in Brünninghausen.

1442 a.

Der Ritter Johann, ältester Sohn des Grafen Dietrich von Limburg, überträgt seine Güter in Berge bei Buer dem Dietrich von Vlerike und dessen Frau Gertrud als Erblehen für 60 kölnische Mark. Röllinghausen 1272 Mai 14 — Juli 19.

Nos Johannes miles primogenitus domini Theoderici comitis in Lymborgh. Universis hanc litteram visuris notum esse volumus publice protestantes, quod nos una de consensu ac consilio heredum et amicorum nostrorum vendidimus Theoderico de Vlercke et uxori sue Gertrudi, que est filia Hinrici dicti Notarii et capellani Asnidensis pro sexaginta marcis Coloniensibus, bona nostra in Berige sita iuxta Bure, que quondam attinebant domino Gerlaco de Strunkede cum omnibus suis attinenciis tytulo homagii iure hereditario inperpetuum possidenda; cum quibus denariis redemimus advocaciam nostram in Eclo ab Hinrico milite de Eclo, cui extiterat obligata. Nos itaque [et] Theodericus et Fredericus filii nostri dicta

bona in Berige: mansionem videlicet cum omnibus attinenciis suis in foedum porreximus dicto Theoderico in Vlercke et Gertrudi uxori sue predicte in libero foedo perpetuo possidenda, ita tamen, quod relicta dicti domini Gerlaci de Strunkede, que nunc est legitima Ottonis de Venne, usumfructum diebus vite sue in dictis bonis libere possidebit post obitum vero dicte matrone dicta bona ad prefatos coniuges devolventur. Unam eciam domum in Berige dicti coniuges Theodericus videlicet et Gertrudis rediment ab ecclesia in Vlarshem, quam statim ad usus proprios possidebunt. Adiectum est eciam, quod Henricus dictus Notarius predictus memorata bona, postquam a predicta matrona soluta fuerint, quoad vixerit, possidebit et post obitum suum ad memoratos coniuges vel eorum heredes libere devolventur, quia idem Henricus dictas sexaginta marcas exposuit de suis bonis propriis ad hereditatem sub forma huiusmodi conparandam. Cautum est insuper et promissum, quod si nutu Dei dictam Gertrudem mori contingeret sine prole superstite, sepedicta bona ad heredes memorati Hinrici integraliter devolvantur. Si vero dicta Gertrudis heredes post se reliquerit, cuiuscumque sexus tam filius quam filia, dicta bona, a nobis et nostris heredibus in libero foedo possidebit, dummodo nobis seu nostris successoribus in receptione dictorum bonorum in sexaginta solidis pro herwadio secundum generalem consuetudinem fuerit satisfactum. Presentes erant: pater et dominus noster predictus, Theodericus de Berighem, Hinricus filius suus, Albertus de Hergotinchusen, Everhardus et Mauricius fratres sui, castellani nostri, Jacobus capellanus noster, Conradus et Jacobus fratres de Honsvirthe, Theodericus de Vitinchove, Rutgerus de Dungelen, Hinricus de Vitinchove, milites, Sibertus de Beke et Hinricus de Ekenscede, Hermannus de Vitinchove, Wiscelus de Werdina, Hinricus de Amle, Hugo de Middelwic, Ambrosius de Kukelshem, Hinricus sacerdos frater suus, Sibertus de Vogelhamen, Theodericus de Dungelen et alii quam plures, qui omnes hincinde loco homagii, quod vulgo *an mannes stat* dicitur, electi fuerunt, quod eque testari possint acsi omnes a nobis foedum possiderent. Actum Rolinchusen anno Domini MCC septuagesimo secundo, in crastino beati Servacii episcopi. In cuius rei testimonium, quia sigillum proprium non habemus, presentem litteram sigillo patris ac domini nostri predicti fecimus communiri. Datum anno Domini, ut supra, XIV Kalendas Augusti.

Gedr. bei Strange, Beiträge zur Genealogie der adligen Geschlechter Heft 7 (Köln 1868) S. 43.

1498 a.

Der Abt Albero von Werden erklärt dem Grafen von Cleve, dass er seinen Ministerialen Wessel, den Sohn des Ritters Wessel von Strünkede freigelassen habe. Werden 1274 Juni.

Illustri ac nobili viro domino comiti Clevensi Albero divina permissione abbas Werdinensis salutem et sinceram in Domino karitatem. Nobilitati vestre tenore presentium declaramus, quod nos de consensu et consilio nostri conventus necnon ministerialium nostrorum Wescelum natum Wesceli de Strunkede militis nostrum ministerialem a dicto iure ministerialium quitum dimittimus et solutum et ius predictum quod habuimus in eodem presentibus litteris resignamus, dantes sibi potestatem divertendi se, quo sibi visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti cedule est appensum. Datum Werdine anno Domini M°CC°LXX° quarto, mense Junii.

Abschr. des XIV. Jhs. in den Causae Clivenses I fol. 26 des Freiherrlich von Rombergschen Archivs in Brünninghausen.

1502 a.

Der Essener Kanoniker Heinrich Schreiber bestimmt über die Erträge zweier Morgen Landes in Niedereving, die er von Heinrich Wesselmann in dem Freigerichte erworben hat, derart, dass die Einkünfte dem Kaplan von Huckarde und der Klausnerin in Huckarde in näher bestimmter Weise zufallen. Dortmund 1274 September 18.

Noverint universi, quod ego Hinricus canonicus Asindensis dictus Scriptor, cupiens saluti anime mee consulere post hanc vitam, duo iugera terre sita in campo Eveneke inferiori, denariis propriis comparavi a Hinrico Wesselman titulo proprietatis perpetuo possidenda, solventia mihi quatuor maldra annone siliginis et ordei et duos pullos[1]) annuatim; quos reditus contuli capellario in Hukerde, qui pro tempore fuerit, fratre meo Godefrido presente, annuente et consentiente sub hac forma, quod ipse ad usus suos habebit de prenotatis iugeribus tres mensuras siliginis et tres ordei et duos pullos cum locatione agrorum predictorum. Volo etiam, quod de tribus mensuris siliginis et tribus mensuris ordei in prefata capella luminaria nocturnalia aucmententur. Item lego duas mensuras siliginis ad vinum et oblatas ad mensam Domini per anni circulum comparandas. Item lego incluse duas mensuras ordei annuatim. Item procurator sancti Spiritus in Tremonia dabit capellario in Hukerde singulis annis unum maldrum siliginis in festo Purificationis, de quo dabit campanario suo duos denarios et comparabit unam libram cere, de qua fient quatuor candele accendende tempore nocturno in IV^or sollempnitatibus Domine nostre, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis, de residuo vero luminaria nocturnalia aucmententur. Prenotata autem iugera Hinricus Wesselman cum uxore sua et universis heredibus suis coram honorabili viro Herbordo comite Tremoniensi et liberis scabinis resignaverunt in manus Everhardi de Dorneborg et Arnoldi de Tilia tunc temporis procuratorum capelle in Hukerde prenotate. Nomina scabinorum, qui fuere presentes, sunt hec: Herbordus, liber comes tunc temporis et Herbordus patruus suus, Gerhardus Radolfi, Godefridus Claviger, Waltunus de Lon, Elias de Elepe, Theodericus de Bertelwich, Conradus liber comes, qui scabini proprietatem dictorum iugerum per bannum regium confirmabant. Actum apud alutarios Tremonienses in loco legitimo scabinorum, in quo solent habere tractatus secreti iudicii, qui vulgo dicitur *malstat*, anno Domini M°CC°LXX° quarto, feria tertia proxima post Lamberti. In premissorum omnium testimonium rogavi honorabiles viros Albertum, decanum Tremoniensem, sigillo capituli Tremoniensis ac suo et Herbordum comitem Tremoniensem, una mecum presentem literam in veritatis testimonium sigillare.

Transfigiert durch 2 Siegelstreifen war folgende Zusatzbestimmung:

Ego Henricus Scriptor Assindensis statuo, quod cappellarius in Hukerde in anniversario meo, videlicet feria sexta post octavas Pentecostes de maldro siliginis, quod dabitur prefate capelle de domo hospitalis Tremoniensis, ut prescriptum est, habebit duos denarios et . . provisor dicte capelle in Hukerde duos denarios in vigiliis et missa animarum. Si itaque reclusorium in Hukerde apud capellam deleri contigerit, volo et statuo, quod . . provisor ibidem divinorum duas mensuras ordei percipiat reclusorio a me deputatas.

[1]) „et duos pullos" *in der Abschrift vor* „siliginis".

Abschr. von Kindlinger, Msc. II 121 S. 7. 8. Nach seiner Angabe hatte das Or. 4 Siegel: 1) Graf Herbord von Dortmund (Westf. Siegel Taf. 38, 5), 2) abgefallen, 3) nach der Beschreibung Westf. Siegel Taf. 111, 8, 4) homo sedens ac scribens, *hat vor sich ein Pult:* S. Henrici ca . . . lani Asn . . . *Gedr. bei Rübel, UB. II 398.*

1553 a.

Graf Ludwig der Jüngere von Arnsberg bestätigt die wegen des Gottesdienstes in Hachen getroffenen Bestimmungen. (um 1275).

Ego L(udewicus) comes iunior de Arnesberg notum facio universis voluntatis mee esse, quod amministratio divinorum in Hachnen sicut coram prepositis de Arnesberg et de Rumbeke coram me quoque et aliis quam pluribus concordatum est, videlicet ut in litera continetur sigillis arbitrorum eiusdem cause sigillata, nullo remoto vel addito diligencius observetur, ita quod quicumque metam

predicte littere excesserit quicquid dampni vel in pena XX^{ti} marcarum vel in alia satisfactione, siqua conpetit, incurrerit, mihi conqueri non debebit; coercionem enim ulteriorem, quam feci, vel violenciam de cetero non apponam. Sigillo castellani Cůnradi militis de Hustene dicti, quia meum conbustum est, usus sum.

Or. Kl. Oelinghausen Nr. 161. Siegel des Conrad von Hüsten von Pgtstr. ab. Wegen des verbrannten Siegels vergl. oben Nr. 1537 u. 1592.

1581 a.

Die Essener Aebtissin Bertha bekundet, dass sie der Friderun von Königsberg, Wittwe, einen Garten, der zum Essener Hofe Huckarde gehört, unter der Bedingung übergeben hat, dass Friderun in demselben sich einen Wohnsitz erbaut und jährlich dem Hofe zu Huckarde 12 Pfennige übergibt und dass nach ihrem Tode das Haus an den Hof fällt. 1276 Juli 11.

Berta Dei gratia abbatissa Assnidensis universis presentes literas visuris et audituris notum esse volumus, quod nos promotionem ecclesie nostre predicte in omnibus fideliter attendentes, ortum quendam curti nostre in Hukerde pertinentem Frideruni domine de Koningesbergh contulimus sub hac forma, quod ipsa domicilium superedificabit, prout sue utilitati visum fuerit expedire, sub annua pensione XII^{cim} denariorum, quos singulis annis in crastino Martini curti nostre predicte, quamdiu vixerit, assignabit. Postquam vero nutu Dei universi carnis viam ingressa fuerit, omne edificium superstructum ad ecclesiam nostram integraliter devolvetur. Ut autem huiusmodi factum a filiis dicte vidue servetur inconvulsum, Arnoldus, Albertus, Hinricus heredes eiusdem accesserunt ad honorabilem virum decanum ac discretos viros consules Tremonienses, promittentes ac ratificantes factum matris eorum predicte secundum premissa inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium rogavimus prenotatos decanum et consules presentem paginam nostri sigilli munimine roboratam una nobiscum in veritatis testimonium comunire suorum munimine sigillorum. Datum anno Domini M°C°C° septuagesimo sexto, sabbato post festum beati Kyliani martiris.

Abschr. von Kindlinger, Msc. II 121 S. 9. Nach ihm hingen 3 Siegel an 1) das der Aebtissin, 2) des Dechanten in D . . . ani Tremonia, *stehender geharnischter Mann, in der Rechten Stock mit Fahne, in der Linken dreieckiger Schild, worauf aufgerichteter Löwe, an seiner Rechten kniet ein* clericus, *3) der Stadt D. in rothem Wachs. Gedr. Rübel, UB. II, 399.*

1612 a.

Graf Engelbert von der Mark eignet dem Stift Kappenberg ein demselben von Gottfried Duttinc verkauftes Erbe zu Rünte (bei Herringen). 1277 Juli 12.

Or. Kappenberg K 132. Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel beschädigt (Westf Siegel Taf. 32, 9). Gedr. Westf. UB. III 1022.

1637 a.

Vor Ludwig d. J., Grafen von Arnsberg, überträgt der Edle Jonatas von Dolberg seine bisher lehnbaren Güter bei Drebrucken *(Kchspl. Gütersloh) dem früheren Vasallen Johann Hadewigh zum freien Eigenthum. (1277) 1278 März 20.*

Or. Marienfeld 209. Siegel des Ausstellers beschädigt. Gedr. Westf. UB. III 1044.

1637 b.

Graf Everhard von der Mark beurkundet einen Gütertausch zwischen dem Stift Kappenberg und dem Münsterschen Bürger Bernhard Kerkerink und eignet dem Stifte einen Hof und eine Hufe zu Broke *(Kspl. Erwitte). (1277) 1278 März 23.*

Or. Kappenberg K 130. An weissen Leinenfäden Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel, beschädigt (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2). Gedr. Westf. UB. III 1045.

1700 a.

Graf Everhard von der Mark schlichtet einen wegen Ueberlassung von Wachszinsigen zwischen dem Ritter Herbord Cule und dem Kl. Kappenberg entstandenen Streit. 1279.

Or. Kappenberg K 140. Gedr. Westf. UB. III 1083.

1700 b.

Ritter Gottfried von Meinhövel überträgt dem Kl. Kappenberg das Erbe in Semelincthorpe, *das Heinrich von Vitinghof von ihm zu Lehen trug, der ihm dafür sein Erbe in Goor aufgelassen hat. 1279 (1280) Januar 13.*

Nos Godefridus miles dictus de Meynhuvele universis ad quos presentia pervenerunt notum facimus, quod Heynricus de Vitinhoven et uxor sua Heldegundis neptis nostra coram nobis constituti resignaverunt in manus nostras domum sitam in Semelincthorpe cum hominibus quam de nobis iure possederant feodali assignantes nobis pro dicta domo et hominibus sub concambii sive permutationis titulo minorem domum sitam in villa Gore ipsorum propriam quam de nobis in feodo receperunt ea condicione previa, ut nos proprietatem dicte domus et hominum in Semelincthorpe conferremus . . preposito et conventui Capenbergensis ecclesie, qui eandem domum et homines a dicto Heynrico et uxore sua sibi pro viginti sex marcis rationabiliter conpararant. Nos vero predicti Heynrici et neptis nostre et amicorum eorundem iustis peticionibus inclinati contulimus et conferimus per presentes accedente uxoris nostre Sophye consensu voluntario et expresso in figura iudicii Reckelinhusen coram Budden iudice dictam domum in Semelincthorpe et homines Albertum videlicet, uxorem suam et liberos eorundem prefatis . . preposito et conventui Capenbergensis ecclesie, quos spetiali dilectione prosequimur et favore, iure proprietatis perpetuo possidendam. Cuius rei testes sunt: Theodericus de Vitinchof marscalcus Coloniensis, Herimannus de Ludinchusen, Herimannus de Vitinchoven, Herimannus de Hede, Theodericus de Apelderbeke, Bernhardus senior de Pikenbroke, milites; Johannes et Conradus Morrian, Bernhardus van der Sickenbeke, Herimannus de Rechede, Adam Rufus, Theodericus Kikge, Gerhardus de Barchusen, Godefridus de Rechede, Vriydach, Israhel Crampe et alii quam plures. Et nos ne prefata Capenbergensis ecclesia a quoquam inposterum inpeti valeat vel turbari, presentes literas eidem dedimus roboratas sigillo nostro in testimonium evidens premissorum. Datum anno Domini millesimo CC° s[ept]uagesimo no[no, in oct]tava Epyphanie Domini.

Or. Kl. Kappenberg K 136 a. An weissen Hanffäden das Siegel Gottfrieds von Meinhövel (Westf. Siegel Taf. 143, 1). Gedr. Westf. UB. III 1087.

1709 a.

Erklärung des Grafen Everhard von der Mark, dass er an die Vogtei des Stifts Kappenberg keinen rechtlichen Anspruch habe. 1280 Mai 13.

Or. Kappenberg K 143. An bunten Seidenfäden Siegel des Grafen (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2). Gedr. Westf. UB. III 1099.

1718 a.

Graf Everhard von der Mark beurkundet, dass Konrad von Methlare und dessen Erben dem Kl. Kappenberg ihr Erbe in Schmintrup (Kr. Lüdinghausen) übereignet haben. 1280 August 15.

Or. Kappenberg K 144. An gelben Fäden das Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel (Westf. Siegel Taf. 33, 1 u. 2). Gedr. Westf. UB. III 1106.

2073 a.

Schutz- und Trutzbündniss zwischen Erzbischof Siegfried von Köln und Bischof Otto von Paderborn mit dem Versprechen, die Einkünfte von Geseke und Salzkotten untereinander zu theilen und für Streitigkeiten ein Schiedsgericht von zwei Kölnischen und zwei Paderborner Ministerialen zu ernennen. Neuss (1287) 1288 Februar 8.

Or. in zwei Ausfertigungen Fst. Paderborn 310 und St.-A. Düsseldorf, Kurköln 311. Gedr. mit Siegelvermerken Westf. UB. IV 1977.

2111 a.

Der Edle Simon von Lippe und dessen Frau Adelheid von Waldeck verkaufen mit Einwilligung ihrer Söhne Bernhard und Hermann dem Kl. Cappel für 100 Mark Soester Denare eine Rente aus der Vogtei an der Mühle zu Benninghausen und die Abgabe aus der Mühle ausserhalb der Stadtmauern von Lippstadt. Lippstadt (1288) 1289 Februar 20.

Universis Christi fidelibus presentium literarum inspectoribus nos nobiles Symon de Lyppia et Alheidis de Waldegge uxor eiusdem, salutem et cognoscere veritatem, notum sit omnibus presentibus et futuris, quod nos una de consensu filiorum nostrorum Bernhardi et Hermanni et aliorum heredum nostrorum marcam denariorum legalium, quam monasterium et conventus monialium in Cappele ratione advocatie nostre quondam habite in molendinum situm apud Benekenhusen dare et solvere singulis annis nobis perpetuo tenebantur, ac etiam omnem pensionem dandam et persolvendam, seu censum dandum perpetue nobis et heredibus nostris de molendino sito in inferiori ripa fluminis Lippie extra muros oppidi nostri Lippensis pro centum marcis denariorum legalium in Sosato, pure et simpliciter vendidimus et ex ipsa venditione dedimus et assignavimus perpetuo et conventui monasterii predicti absolute et libere cum omnibus iuribus suis et pertinentiis ipsum molendinum tenere et in perpetuo possidere cum omni iure et proprietate fundi, ita quod in ipso fundo edificare seu destruere, evellere et plantare et de ipso fundo ordinare et disponere, quicquid decreverint, possunt absque aliquo impendimento seu contradictione pro sua libera voluntate. Renunciantes una cum heredibus nostris omni iuri nobis in ipso molendino competenti et omni exceptioni seu subsidio iuris quod nobis in omnibus et singulis premissis posset prodesse et perpetuo conventui memoratis obesse. Ut igitur omnia et singula premissa a nobis et heredibus nostris rite et rationabiliter observe[n]tur, presentem paginam sigillorum nostrorum[1]) munimine roboravimus et petivimus sigillis religiosi viri abbatis Lesbe[r]nensis et dominorum comitum de Ravensberg et de Waldegge et nostri oppidi Lippensis roborari. Unde nos predicti abbas, comites, oppidum sigilla nostra presentibus apponimus ad maiorem evidentiam premissorum. Actum in ecclesia monialium in Lippia presentibus prescriptis et subscriptis scilicet: Diethardo pro tempore preposito in Lippia, Florino dicto Kettelhot et Henrico de Lippia monachis in Lesburn; Godofredo de Bintfelde, Henrico et Hermanno cappellanis in Lippia sacerdotibus; Stephano No[ta]rio, Henrico et Lutberto dicto Make, Ekberto de Foro, Theodorico dicto Coppelle, Conrado dicto de Menich[2]), Johanne de Tunne de sancto Truderic[3]), Volberto magistro consulum in Lippia, Hermanno dicto de Wambos[ti]ker, Johanne

dicto de Monasterio, Conrado dicto de Hervelde, Ottone et Arnoldo dictis de Bruchusen[4]) et aliis compluribus. Anno Domini MCCLXXXVIII, decimo Kalendas Martii.

[1]) *Druck* „meorum". [2]) „de Meninchusen"? [3]) *Statt* „Theoderico de sancto Trudone". [4]) *Druck* „Bruth".

Gedr. Grupen, Origines Germ. III S. 227. Regest Preuss u. Falkmann, Lipp. Reg. I 425 u. 458 und Westf. UB. IV 2475. Vgl. oben Nr. 2519 Anm. 1.

2113 a.

Arnold von Huckarde verzichtet auf seine Anrechte auf 6 Bäume jährlich und das Recht des Scharbeils im Wald Menlo *zu Gunsten des der Aebtissin von Essen gehörigen Hofes in Huckarde. Essen (1288) 1289 März 26.*

Abschr. in Kindlingers Msc. II 121 S. 13. Nach Kindlinger hing das Siegel des Grafen Herbord von Dortmund an (Westf. Siegel Taf. 38, 5). Gedr. Rübel, UB. II 407.

2134 a.

Bürgermeister und Rath zu Brilon setzen die Bedingungen fest, unter denen Fremde und Einheimische in die Brüderschaft der Kaufleute oder Krämer daselbst aufgenommen werden können. 1289 November 6.

Von den werken der menschen, wie woll sie loeflik sint, na deme underwilß davon ein schweirlike vexatien effte tribulirung uth kompt, et were dan saeke, dat dey vorgemelte loeflike werke der menschen weren vast gemaket mit vaster schrifft und betuege; warumb wy Henrich von Visbeke, borgermester, Henrich von Nene, Henrich genant Stollekenbeke, Volpert genant Roderock, Herman de Dicke, Dierick Schrodere, Arndt von Hildebrinkhusen, Eccelinus von dem Wintersperg, Robbertus, Wesselus, Goiswinus, Albert Lummers, raitlude der stat Brilon, wy willen oppenbair weeßen allen menschen dusser tyet oder thokomender tyet, dorch krafft unde macht dusses breves wy oppenbair betugen, dat wy van rait der gemeynheit wyllen und eigen willen aller borgere offte unser mitbewonere wy loeven, erkeeßen und in der meinung upsetten, dat alle inkomner de unse borger nit ist van dussen daghen und bogert inthogaen offte anthonemen de broederschaff der koepluden offte kremers by uns tho Brilon ein ampt tho doin der kramerschaff, deselve sall geven unsen mitborgeren vorgemelt, als kopluden offte kremern eine mark und ein punt wasses; deselve sall geven tho nutte der stat Brilon VI schillinge. Aver de unsse borger ist und bogert antonemen de broderschaff der kopluden offte kremern, sal geven den vorgemelten kremern und kopluden, de dan thor tyt sind, IV schilling und ein punt wasses, aver tho nutte der stat Brilon sall he geven II schillinge. Alle dey kindere der kremer und unser mitborger, dey bogert tho doin by uns tho Brilon dat amt der kramerschaff, sullen geven tho nutte der stat Brilon XII denare und den kopluden unde kremern II schilling und ein halff punt wasses. Dar boven wy setten, erkeeßen und in der meinung gebeiden, dat nemant sall betoemen tho niegg wand tho vorkopende, behelpe alleine derjener, de in der broederschaff sint der vorgemelten kopluden offte kremern, uthgenhomen den daghen als jarmarket ist. Upp dat unsse ordenerung effte upsaith vorgemelt nicht mochte gekrenket werden durch eynich vexatien offte tribulatien ofte gebrecken, so wort dusse tegenwerdige brieff klerlich besegelt mit dem seghel der stat. Datum ist gegeven und geschehen im jair unses Heren M°CC°LXXXIX, sundaghes na allerhilligen daghe.

Uebersetzung des wahrscheinlich lateinischen verlorenen Originals nach einer Abschrift des XVII. Jh. in der Urkundensammlung Seibertz-Wildenberg. Gedr. Wigand, Archiv IV 265 und Seibertz, UB. I 428.

2146 a.

Graf Everhard von der Mark bekundet einen Vergleich, wodurch die Besitzer des Erbes Waterhus *zu Gunsten des Stifts Kappenberg auf die Fischerei in der Lippe verzichten und diesem Stifte das Erbe* Waterhus *zu Lehen auftragen. Werne (1289) 1290 Februar 9.*

Or. Kappenberg K 158. Siegel ab. Gedr. Westf. UB. III 1393.

2157 a.

Graf Herbord von Dortmund bekundet, dass die Stadt Dortmund sich mit Konrad, dem Sohne des Gerhard und Enkel des verstorbenen Radolf, ausgesöhnt habe. 1290 Mai 9.

Gedr. bei Thiersch, Hauptstuhl des westf. Vemgerichtes S. 74 nach dem jetzt verlorenen Original und bei Rübel, UB. I 221.

2166 a.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt der Stadt Brilon ihre Rechte und Freiheiten. Bonn 1290 Juli 19.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius . . scabinis . . consulibus ac universitati opidi Bryloin fidelibus suis karissimis gratiam suam et omne bonum. Cum nonnulli nobiles et quidam alii clerici et layci quosdam ex oppidanis vestris contra libertates et privilegia a nobis et antecessoribus nostris vobis indulta et concessa ac consuetudines in oppido Bryloin hactenus observatas in preiudicium status et libertatis sue gravent et molestent, gravare et molestare nitantur, volumus quod vos universi et singuli iuribus, privilegiis, libertatibus et bonis consuetudinibus hactenus in oppido Briloin observatis gaudeatis et eisdem utamini, prout usque ad hec tempora usi estis et gavisi. Et si quispiam cuiuscunque status vel conditionis existet, huiusmodi libertates, privilegia et bonas consuetudines infringere vellet, pro iuribus et libertatibus vestris viriliter stetis et vos impetentibus seu impugnantibus strenue resistatis. Nos enim in conservatione iurium et libertatum vestrarum vobis non deeerimus, immo conservabimus in eisdem. Datum Bunne feria quarta proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

Gedr. bei Seibertz, UB. I 436 nach dem jetzt verlorenen Original im Briloner Stadtarchiv. Das Siegel war abgefallen.

2167 a.

König Rudolf bittet die Aebtissin von Essen, dem Priester Ratolfus de Tremonia ein freiwerdendes Beneficium zu übertragen. Erfurt 1290 Juli 27.

Or. St.-A. Düsseldorf, Stift Essen 91. Das rückwärts aufgedruckte grosse Siegel ab. Gedr. Rübel, UB. II 408. Regest Böhmer-Redlich, Regesta imperii 2348.

2197 a.

König Rudolf verbietet dem Bischof (Eberhard) von Münster die Stadt Dortmund zu belästigen und mit ungewöhnlichen Zöllen zu beschweren. Frankfurt 1291 Mai 23.

Or. Stdt.-A. Dortmund 56. Das rückwärts aufgedrückte grosse Thronsiegel fast völlig abgefallen. Gedr. Rübel, UB. I 228. Regest Böhmer-Redlich, Regesta imperii 2455.

2197 b.

König Rudolf nimmt die Stadt Dortmund in seinen besonderen Schutz und sichert ihnen im Reiche freies Geleit zu.. Frankfurt 1291 Mai 23.

Or. Stdt.-A. Dortmund 57. An roth-gelber Seide das grosse Thronsiegel. Gedr. Rübel, UB. I 229. Regest Böhmer-Redlich, Regesta imperii 2454.

2203 a.

Graf Everhard von der Mark eignet dem Kl. Kappenberg den von dem Ritter Heinrich von Ovethe verkauften Hof Kump (Kr. Hamm). Lünen 1291 October 10.

Or. Kappenberg K 160. Siegel des Grafen Everhard (Westf. Siegel Taf. 10, 4 u. 16, 1) und seiner Gemahlin Irmgard (ebenda Taf. 10, 5 u. 16, 2). Gedr. Westf. UB. III 1433.

2206 a.

Papst Nikolaus IV. bestätigt dem Kl. Kappenberg das ihm vom Grafen Engelbert von der Mark übertragene Patronatrecht über die Kirche zu Mark und die Kappellen zu Hamm und im Schloss Mark (vgl. Nr. 1873). Rom 1291 December 13.

Or. Fst. Münster 215. Bleibulle an rothen und gelben Seidenfäden. Gedr. Westf. UB. III 1439. Potthast, Reg. pontif. 23875.

2229 a.

Graf Adolf von Nassau verpflichtet sich, wenn er durch den Erzbischof Siegfried von Köln zum König gewählt sei, diesem die castra et munitiones *Cochem, Kaiserswerth, Landskron, Sinzig, Duisburg und Dortmund samt allen Rechten und Einkünften auf Lebenszeit zu übertragen und unter anderm ihm auch* advocatiam et iudicium apud Essinde, curtis Westhoven, Brakele et Elmenhorst *zu verschaffen. Andernach 1292 April 27.*

Abschr. im Copiar des Kölner Erzstifts A 1 im Stdt.-A. Köln. Gedr. Ennen, Die Wahl König Adolfs S. 57 Nr. 6; Quellen III Nr. 367. Regest Rübel UB. II 409.

2231 a.

Abt Heinrich von Corvey belehnt den Knappen Friedrich von Hörde und dessen Frau Kunegunde mit dem Amt Mönninghausen und allen übrigen Gütern, welche Ritter Albert von Störmede früher von der Corveyer Kirche zu Lehen getragen hat. Köln 1291 (1292?) Mai 5.

Or. im Gräflich Bocholtzschen Archiv zu Alme. Regest Westf. UB. IV 2197.

2241 a.

König Adolf erneuert die Versprechungen, welche er dem Erzbischof Siegfried von Köln vor seiner Wahl gemacht hat, bestimmt jedoch unter andern, dass er ihm zwar Cochem, Kaiserswerth, Sinzig und Duisburg überträgt, jedoch so, dass er opidum Tremoniense cum curtibus Westhoven, Brakele et Elmenhorst *für 1500 Mark, Kaiserswerth für 1800 Mark wiederverkaufen kann. Köln 1292 September 13.*

Abschr. im Copiar des Kölner Erzstifts A 1 Nr. 94 des Stdt.-A. Köln. Gedr. Ennen, Die Wahl König Adolfs S. 69 Nr. 8; Quellen III Nr. 372. Regest Rübel, UB. II 410.

2242 a.

König Adolf verpfändet unter andern seine Reichseinkünfte in Aachen, Sinzig und Dortmund an Herzog Johann von Brabant. 1292 September 22.

Regest Rübel, UB. II 411 nach der Chronik des Jean van Heelu ed. Willems S. 562. Böhmer, Regesten Adolfs 41.

2245 a.

König Adolf befiehlt den Städten Dortmund, Duisburg und Sinzig dem Erzbischof Siegfried von Köln gehorsam zu sein. Ingelheim 1292 October 25.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 545. Gedr. Lacomblet, UB. II 935. Regest Rübel, UB. I 233 und Böhmer, Regesten Adolfs 53.

2267 a.

Graf Everhard von der Mark übereignet die Hufe to der Altena *im Kirchspiel Lipporg bei Höninghaus dem Kl. Kentrup bei Hamm. 1293 September 18.*

Huic facto intererant predicti castellani in Marka: Wescelus de Galen, Johannes Vůlenspit, Engelbertus de Herborne, Johannes de Hůvele et Pultianus milites; Hermannus de Nehem et Lambertus Hake famuli; Arnoldus Calf, Gotscalcus de Hesnen et Gerhardus Knippinc milites in Hammone manentes, et Johannes Mas in Hammone tunc temporis iudex, dominus Sifridus de Oldenberg, Arnoldus plebanus de Hesnen, Everhardus clericus, Themo de Horne, Everhardus Calf, Godefridus de Hesnen, Winandus de Wiseldorle, Johannes de Polhem, Johannes de Honhus et alii quamplures.

Or. Gräfl. Plettenberg. Depositum 6. An weissen Hanffäden Siegel des Ausstellers (Westf. Siegel Taf. 10, 4). Gedr. Westf. UB. III 1474.

2281 a.

Der Ritter Johann von Plettenberg, westfälischer Marschall, überlässt der Stadt Medebach die Münze gegen Bezahlung von 3/4 des Schlagschatzes. 1293—1298 oder 1300—1311.

Omnibus ad quos presentes littere pervenerint Jo(hannes) miles de Plettenbracht Westphalie marchalcus(!) salutem et cognoscere veritatem. Cum ex parte domini nostri Coloniensis monetam in Medebeke consulibus ibidem commiserimus cuicunque voluerint committendam monetario, dicti consules sive burgenses nobis de pensione, que vulgariter dicitur *slegelschat* tres partes reservabunt, quarta parte apud ipsos consules remanente, preterea excessum si quem dictus monetarius perpatraverit(!), nobis secundum iustitiam nostram et consulibus secundum iustitiam civitatis, prout convenit, emendabit.

Gedr. Seibertz, UB. I 445 nach dem jetzt verlorenen Or. im Stdt.-A. zu Medebach, von dem das Siegel abgefallen war. Abschr. Gelenii Farragines III 212.

2301 a.

Erzbischof Siegfried von Köln verspricht der Stadt Brilon, dass ihr wegen ihrer Mithilfe beim Bau der Burg Aldenvels *von dort aus niemals Schaden zugefügt werden solle. 1294 Mai 21.*

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus universis presentes litteras visuris, quod dilectis fidelibus nostris . . consulibus et opidanis de Brylon universis, quia edificationi et structure castri nostri Aldenvels una cum . . marescalco nostro Westfalie et aliis nostris burgensibus et amicis, fideliter insistebant, gratiam feci-

mus specialem, talem videlicet, si casu quocumque contingente inter nos vel nostros officiales ex una parte et dictos . . oppidanos ex altera, guerra vel aliqua dissensionis materia fuerit suborta, quod absit, nos et nostri officiales, qui pro tempore fuerint, nulla prorsus dampna dictis . . opidanis, de castro Aldenvels, faciemus vel fieri procurabimus quocunque modo, si vero scienter vel ignoranter prefatis opidanis fuerint illata, de castro Aldenvels memorato huiusmodi dampna per nos et nostros officiales, qui tunc fuerint, infra octo dies post monitionem prehabitam resarciri debent integraliter et refundi. In cuius rei testimonium predictis oppidanis nostris dedimus has nostras presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum XII kalendas Junii, anno Domini M°CC° nonagesimo quarto.

Gedr. Seibertz, UB. I 448 nach dem jetzt verlorenen Or. im Stdt.-A. zu Brilon, von dem das Siegel abgefallen war.

2301 b.

Beatrix, erwählte Aebtissin zu Essen, überträgt die von dem Ritter Meinrich von Vietinghoff dem Heiliggeisthospital in Dortmund verkauften Güter in Oespel diesem zu Eigen gegen drei Hufen in Höntrup und Sprockhövel (Kr. Hagen). 1294 Juni 13.

Universis [fidel]ium presentes litteras visuris Beatrix Dei gratia electa in abbatissam ecclesie Asnidensis salutem in omnium salvatore. Notum facimus quod cum Menricus de Vitinchove miles et . . liberi heredes ipsius bona quedam in Tuspele, que ab ecclesia nostra iure tenentur ministeriali . . provisori hospitalis sancti Spiritus Tremoniensis et ipsi hospitali vendiderint, nos communicato consilio ministerialium et fidelium ecclesie nostre predicte proprietatem et dominium dictorum bonorum pleno iure damus et concedimus hospitali predicto et in ipsum simpliciter et plane transferimus in hiis scriptis facta nobis et dicte ecclesie nostre recompensacione legitima dictorum bonorum a Menrico milite et heredibus suis predictis dantibus et reddentibus in concambium nobis et ecclesie nostre memorate mansos tres alios iure proprietatis ad eosdem pertinentes, unum videlicet in Hoynctorpe, unum in Sporchůvele dictum Homberg et unum ibidem dictum tor Hembeke. In cuius rei testimonium ac firmitatem perpetuam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum anno Domini M°CC° nonagesimo quarto, Idibus Junii, presentibus: Wenemaro de (Alden)dorpe seniore, Wenemaro de eodem loco iuniore et Theoderico de Vifhusen militibus, Adolfo de Aldendorpe, Henrico de Irincsile, Gerardo de Linnebeke, G[odef]rido camerario et Adam de Overed ministerialibus ecclesie nostre sepedicte et a[lii]s pluribus fidedignis.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 7002, an einigen Stellen beschädigt. Das Siegel von gelb-rothen Seidenfäden ab.

2310 a.

Bischof Konrad von Osnabrück und Domdechant Wicbold von Köln bekunden die Vereinigung Erzbischof Siegfrieds von Köln und Bischof Ottos von Paderborn über die Städte Geseke und Salzkotten. Marsberg 1294 December 12.

Or. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 356. Gedr. mit Siegelvermerken Westf. UB. IV 2312.

2317 a.

Erzbischof Siegfried von Köln und Bischof Otto von Paderborn bekunden gegenseitig ihre Auseinandersetzung über den bisherigen gemeinsamen Besitz von Geseke und Salzkotten. (1294) 1295 Februar 14.

Or. Fst. Paderborn 342. Gedr. mit Siegelvermerk Westf. UB. IV 2323.

2318a.

Erzbischof Siegfried verspricht den Bürgern von Attendorn, dass ihnen, weil sie ihm beim Bau des Schlosses Schnellenberg behülflich gewesen, von demselben aus durch die Seinigen niemals Schaden zugefügt werden solle. Bonn (1294) 1295 Februar 23.

Nos Syfridus Dei gratia sancte ecclesie Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus universis presentes literas visuris, quod nos attendentes fidelitatem et obsequia que dilecti nostri oppidani Attendornenses nobis et ecclesie nostre Coloniensi in edificatione castri Snellenberch et alias sepius impenderunt et que in posterum impendere poterunt tempore opportuno, pensantes huiusmodi obsequiorum (exhibitionem) predictis nostris oppidanis gratiam fecimus specialem videlicet talem, quod ipsis in dicto castro Snellenberch per marschalcum nostrum Westfalie et alios officiales nostros, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, nulla dampna debeant aliquatenus irrogari quoquo modo et si qua quod absit dampnati, gravati vel aggravati fuerint arroganter, illa statim vel infra quardenam[1]) iisdem solvi et restitui volumus integraliter et resarciri. Dantes iisdem has nostras patentes literas in testimonium premissorum. Datum apud Bunnam in vigilia beati Mathie apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

[1]) *Wohl verlesen für* „quindenam".

Gedr. Seibertz UB. III Nr. 1102 nach einer Abschrift im Bilsteiner Archiv.

2321a.

Die Städte Dortmund, Soest, Osnabrück, Lippstadt und Münster bestimmen, dass aus ihren Bundesartikeln die Bestimmungen über Ehrloslegung von Bürgern und über die Entscheidung einer Klage am Wohnort des Beklagten aufgehoben werden sollen. Münster 1294 (1295) März 13.

Postmodum nobis . . Tremoniensibus, . . Sosatiensibus, . . Osnaburgensibus et . . Lippensibus civibus in civitate . . Monasteriensi sub anno Domini M°C°C° nonagesimo quarto die dominica, qua cantatur Letare, per sollempnes nuncios nostros cum civitate Monasteriensi convenientibus huiusmodi confederationis litteras, quibus hec cedula est transfixa, legi nobis et exponi de verbo ad verbum fecimus, quibus litteris examinatis diligenter nobis placuit et utile visum fuit, quod in prima littera in articulo, qui sic incipit: „Huius itaque dicte confederationis et unionis nostre formam et cetera" verba illa circa finem eiusdem articuli posita ubi dicitur: „Omni insuper honore destitutus et privatus, quo boni homines merito gaudere debent, ita quod deinceps probis viris coequari non valebit," abicerentur ac in alia littera ille articulus ubi dicitur: „Item si aliquis ex civibus unius civitatis contra civem alterius civitatis causam habuerit, actor transmittetur in civitatem illam, in qua reus facit residentiam, que civitas actori secundum ius suum, prout suo concivi faceret iusticiam, procurabit plenius exiberi," similiter excluderetur, ita quod locum in eisdem litteris de cetero non haberent, sicque ipsis de unanimi consensu omnium nostrum renuntiavimus et eosdem articulos abolevimus, ita quod pro non positis et adiectis de cetero habebuntur, aliis omnibus articulis in suo robore duraturis. Volumus etiam et statuimus, quod huiusmodi littere bis in[1]) anno, scilicet dominica, qua cantatur Oculi mei et in octava beati Mychahelis astante populo civitatis in qualibet civitate nostrarum civitatum secundum articulos in eis contentos publice recitentur, ne quis ignorantiam pretendere valeat, si super premissis articulis incusatus fuerit vel aliquo premissorum. In cuius rei testimonium presens scriptum super hoc confectum sigillis nostris duximus roborandum. Datum et actum die et loco, ut supra.

[1]) „in" *zweimal gesetzt.*

Or. Stdt.-A. Dortmund 63. Es haben fünf Siegel mit Rücksiegeln angehangen: 1) an roth-gelben Seidenfäden Siegel der Stadt Münster (Westf. Siegel Taf. 77, 1 u. 84, 7), 2) abgefallen, 3) der Stadt Soest (ebenda Taf. 76, 1 u. 89, 2), 4) nur noch rothe Seidenfäden erhalten und 5) von Lippstadt an rothen Seidenfäden (ebenda Taf. 68, 6 u. 74, 7). Gedr. Rübel, UB. I 242.

2321 b.

König Adolf an König Eduard I. von England: bittet um Ersatz für die Schiffe, Güter und Waaren, deren Bürger aus Dortmund von Unterthanen des englischen Königs beraubt worden sind. 1295 März 19.

Or. London Tower Nr. 2081. Gedr. im Auszuge Höhlbaum, Hans. UB. I Nr. 1178. Regest Rübel, UB. I 243.

2323 a.

König Eduard I. von England befiehlt den Bailiffs von Newkastle die Freigebung der dort arrestierten Kaufleute Albert von Luk und Johann von Wittenburg aus Dortmund mit ihren zwei befrachteten Schiffen, nachdem sie gelobt, dem Gebiet des Königs von Frankreich fern zu bleiben. 1295 April 23.

Or. London Tower, Rot. lit. claus. 23. Edward I Nr. 10. Gedr. daraus im Auszuge Höhlbaum, Hans. UB. I Nr. 1182. Regest Rübel, UB. I 244.

2327 a.

Gerhard von Witten verkauft sein Lehen bei Mündelheim (Ldkr. Düsseldorf) dem Dietrich von Mündelheim. Hattingen 1295 Juni 11.

Ut res inter presentes geste apud posteros optineant firmamentum, ego . . Gerhardus dictus de Wittene tenore presentium notum facio universis, quod dominium et proprietatem feodi, quod habui ex successione hereditaria in bonis sitis apud Mundelicheym, que quondam . . Otto miles et sui antecessores a patre meo videlicet Hermanno milite dicto de Wittene et a meis antecessoribus dinoscuntur feodaliter tenuisse, Theoderico de Mundelicheym predicti Ottonis militis filio in presentia honestorum virorum Hermanni de Vorste militis soceri mei castrensis in Wettere, Bernardi de Wittene et Luberti de Vitenchaven militum pro decem et octo marcis Tremoniensium denariorum legalium et bonorum vendidi cum omnibus appendiciis et attinenciis eorundem bonorum, absolvens ipsum . . Theodericum ab omni vinculo seu iure, quo ratione dictorum bonorum michi fuit hactenus alligatus, ut ipse suique heredes ea bona libera valeant possidere. Testes huius sunt viri fidedigni Ludewicus . . plebanus ecclesie de Mundelicheym, Adolphus de Vorwerche, Henricus de Buscho, Theodericus de Gelenchusen, Hartlivus et Hermannus de Scevene fratres, Adolphus de Lintorp, qui huic facto et vendicioni interfuerunt. In cuius rei validum testimonium tradidi dicto Theoderico presentes litteras sigillis . . nobilis viri domini . . Adolphi comitis de Monte et honestorum virorum Hermanni de Vorste, Bernardi de Wittene consanguinei mei et Luberti de Vitenchaven militum necnon sigillo meo proprio sigillatas. Et nos . . comes, Hermannus, Bernardus et Lubertus predicti protestamur nos ad rogatum dicti . . Gerhardi sigilla nostra in premissorum testimonium appendisse. Datum et actum apud villam dictam Hatteneghe anno Domini M^mo^CC^mo^. nonagesimo quinto, in die beati Barnabe apostoli.

Or. St.-A. Düsseldorf, DO. Com. Altenbiesen. An Pgtstr. die Siegel des Grafen Adolf von Berg mit Rücksiegel (Küch, Düsseldorfer Jb. 15 Taf. III 16 u. 17), Hermanns von Vorste (12fach geständerter Schildrand mit Mittelschild), Bernhards von Witten (im Schildeshaupt zwei abgewendete Löwen: Umschrift: S. dni Bernhardi de Wittene), *Lubberts von Vittinghoven (Westf. Siegel Taf. 205, 2), Gerhards von Witten (im Schildeshaupt drei Rauten).*

2340 a.

Verzeichnis der Städte, welche von dem Hofe zu Nowgorod nach Lübeck appellieren: Köln, Dortmund, Paderborn, Minden, Lemgo, Lippstadt, Herford, Höxter, Magdeburg, Halle, Braunschweig, Goslar, Hildesheim, Hannover, Lüneburg, Rostock, Stralsund, Wismar, Greifswald, Kiel, Stade, Riga, Danzig, Elbing. Nach 1295 October 25.

Pgtstr. St.-A. Lübeck. Gedr. Lübecker UB. I Nr. 624. Hanserecesse I Nr. 69. Regest Rübel, UB. I 245.

2344 a.

Erzbischof Siegfried verleiht der Stadt Belecke die Rechte der Stadt Rüthen. Soest 1295 Dezember 16.

Universis presentes literas inspecturis et audituris nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius notum esse volumus et presentibus profitemur quod nos, ut oppidum nostrum et ecclesie nostre Coloniensis Bedelke de novo conceptum et erectum ad statum libertatis et perfectionis debitum ac preconceptum, eo melius perducatur et ut eosdem[1]), oppidanos nostros fideles, inhabitantes idem oppidum favore et benignitate solitis specialiter prosequamur, ipsum oppidum et oppidanos nostros ibidem antedictos, ex nunc ut[2]) in antea libertamus seu privilegiamus, omni ea libertate sive iuribus in quibuscunque rebus consistentibus, quibus oppidum et oppidani nostri in Ůden ab ecclesia Coloniensi nostris predecessoribus ac nobis dinoscuntur libertati ac privilegiati. Hoc specialiter addito, quod quicumque ipsum oppidum nostrum cum adhuc sit novella plantatio, ingressus fuerit ad morandum in eo et oppidanus ibidem effectus, eo ipso, sit status, condicionis aut sexus cunctarumcunque, sit liber et nulli hominum preterquam nobis et ecclesie Coloniensi, prout ceteri opidani nostri in aliis opidis nostris iure civitatencium[3]) ecclesie nostre Coloniensi asstricti esse consueverunt, ad aliqua servitia sit asstrictus, de nostra potestate qua ipsum presentibus libertate donamus, gaudens perpetua libertate. Si quis vero antedictos[4]) opidanos nostros vel quemlibet ipsorum contra premissa in personis vel in rebus ledere aut molestare presumeret, se noverit nostram et ecclesie nostre Coloniensis indignationem procul dubio incursurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum hiis litteris iussimus[5]) apponendum. Datum Susati XVII Kalendas Januarii, anno Domini M°CC° nonagesimo sexto.

[1]) *A*, ecclesiam nostram *B*. [2]) *Fehlt B*. [3]) *A*, civitencium *B*. [4]) *A*, dictos *B*. [5]) *A*, duximus *B*.

Abschr. des XVII. Jhs. bei Hüser, Arnsberg. Urk.-Samml. II (A). Nach dem Copiarium der Stadt Belecke gedruckt bei Seibertz, UB. I 466 (B). Reg. Bender, Gesch. d. Stadt Warstein S. 184.

2248 a.

Graf Everhard von der Mark eignet dem Stift Kappenberg die demselben von Johann Vridach von Rechede verkauften Aecker bei der Mühle zu Vinnum (Vinhem) *(Kr. Olfen). 1295.*

Or. Kappenberg K 166. Siegel des Ausstellers beschädigt (Westf. Siegel Taf. 10, 4). Gedr. Westf. UB. III 1530.

2349 a.

Der Rat der Stadt Dortmund gestattet gegen eine Summe Geldes den Brüdern Gerwin und Constantin Smithusen *erbliche Güter im Bezirke der Stadt zu besitzen gegen bestimmte Leistungen der Stadt gegenüber; im Falle der Verheiratung haben dieselben gleiche Leistungen zu übernehmen, wie alle Bürger. ca. 1295.*

Abschr. des XIII. Jhs. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 54. Gedr. Rübel, UB. I 246.

2353 a.

Erzbischof Siegfried von Köln versöhnt sich mit dem Grafen Gottfried von Ziegenhain, nimmt ihn zum Erbburgmann an, wofür der Graf einen Ritter als Burgmann in die Stadt Medebach (Medebeke) *stellen muss, und verspricht ihm Hilfeleistung gegen jedermann ausser gegen den Erzbischof Gerhard von Mainz und den Landgrafen Heinrich von Hessen. (1295) 1296 Februar 5.*

Or. St.-A. Marburg, Grafschaft Ziegenhain. Das Siegel des Ausstellers fehlt.

2356 a.

Graf Everhard von der Mark nimmt die Herren von Lüdinghausen in seinen Schutz und stellt Bürgen. Lünen (1295) 1296 März 9.

. . . Et ad maiorem securitatem statuimus eis fideiussores Bernhardum et Hermannum de Daverenberg, Engelbertum de Lon, Conradum de Magna Domo, Everhardum de Mengede, Gerwinum de Rinkenrode, Johannem et Hermannum fratres dictos de Hovele, Engelbertum de Herborne, dictum Pultianum miltes; item Hermannum de Daverenberg, Rothgerum de Galen; item dominum Henricum de Ekeschede, Lubertum de Vitinchove, item dictum Sluc milites; item Gerlacum de Luttelenove . . .

Abschr. Kindlingers in Msc. II 24 S. 82. Gedr. Westf. UB. III 1541.

2366 a.

König Adolf an König Eduard I. von England: bezeugt die Unschuld Graschins von Lübeck und Volkwins von Dortmund, welche als rechte Kaufleute auf ihrer Fahrt nach England durch einen Sturm an die Küste des Landes geworfen und von den Anwohnern, die einen Theil der Mannschaft erschlugen, um je 71 Pfund Sterlinge und 134 Pfund Sterlinge beraubt sind, weil sie angeblich gewisse Engländer getötet haben und bittet um Schadenersatz. Weissenburg 1296 Juli 19.

Or. London Tower Nr. 1474. Gedr. daraus Lübecker UB. II Nr. 134. Im Auszuge Böhmer, Regesten Adolfs, Nr. 458. Höhlbaum, Hans. UB. I Nr. 1214. Regest Rübel, UB. I 247.

2369 a.

Münster, Osnabrück, Dortmund und Soest bekunden, dass sie unter Ausschluss von Lippstadt, welches gegen die Abmachungen des Bundes keine Vertreter geschickt hat, ihr Bündnis auf weitere 4 Jahre erneuert haben unter Aufhebung der beiden Artikel wie 1295. Soest 1296 August 16.

Nos . . iudices, . . scabini, . . consules, universique burgenses civitatum et opidorum Monasteriensis, Osnaburgensis, Tremoniensis et Susatiensis notum facimus universis, quod cum nos Monasterienses, Osnaburgenses et Tremonienses propter communem utilitatem civitatum et commodum generale cum consilio Susatiensium in ipso opido per bonos et sollempnes nostros nuntios ad tractandum super dissentione seu discordia, que inter Susatienses et Lippenses . . opidanos hinc et inde vertitur, pro bono pacis et concordie convenissemus, vocatis ad nos . . opidanis Lippensibus, ducatu et conductu ipsis sufficienti exhibito, hiisdem minime venientibus nec nuntiis ad hoc instructis, prout de iure tenebantur, pro se missis, expediens et utile visum est nobis quatuor civitatibus et opidis supradictis, confederationem inter nos iam dudum habitam ad quatuor annorum subsequentium terminum innovare et observare iuxta formam, que in antiqua confederatione nostra expressius continetur, duobus articulis dumtaxat exceptis. Qua confederationis forma secundum articulos inscriptos in eadem diligenter examinata, placuit nobis et utile visum fuit, quod in articulo, qui sic incipit: „huius itaque dicte confederationis et unionis nostre formam“ et cetera, verba illa circa finem dicti articuli, ubi dicitur: „omni insuper honore destitutus et cetera“, abicerentur; decernentes super dicto articulo, quod si aliquis ex civibus civitatum nostrarum

predictarum articulum confederationis nostre incusatus fuerit violasse et super hoc emendam suam fecerit secundum nostrarum continentiam litterarum, ex eo non sit honore privatus, sed honestis et fidedignis hominibus possit nichilominus coequari. Item alius articulus, ubi dicitur: „Item si aliquis ex civibus unius civitatis contra alterius civitatis causam habuerit et cetera“, similiter excluderetur, volentes et statuentes, quod si aliquis concivium nostrorum in aliam venerit civitatem et ibidem debita contraxerit emendo, vendendo, fideiubendo aut alio modo negotiando, quod in eadem teneatur, si culpatus fuerit, ibidem de singulis respondere, aliis omnibus nostre confederationis articulis in suo robore duraturis. Volumus etiam et statuimus, quod huiusmodi littere dicte nostre confederationis bis in anno scilicet dominica, qua cantatur Oculi et in octava beati Mychahelis astante populo civitatis aut opidi in qualibet civitate nostrarum civitatum predictarum aut opidorum secundum articulos in eis contentos perlegantur et publice recitentur, ne quis ignorantiam pretendere valeat, si super premissis articulis incusatus fuerit vel aliquo premissorum. In cuius rei testimonium fidem et firmitatem presentem litteram sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Actum Susati anno Domini M°C°C° nonagesimo sexto, in crastino Assumptionis beate Marie virginis.

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 64. An roth-gelben Seidenfäden Siegel 1) abgefallen, 2) der Stadt Osnabrück (Westf. Siegel Taf. 75, 6 u. 85, 6), 3) Soest (ebenda Taf. 76, 1 u. 89, 2) und 4) Dortmund (ebenda Taf. 75, 2 u. 84, 3). Gedr. Rübel, UB. I 248.

2380 a.

König Adolf bestätigt der Stadt Dortmund sämmtliche von seinen Vorgängern ertheilten Privilegien. Weilburg 1296 October 24.

Or. Stdt.-A. Dortmund 65. Siegel ab. Gedr. Rübel, UB. I 249.

2380 b.

König Adolf gestattet den Dortmundern überall in ihrer Stadt Gruet (fermentum, quod vulgariter gruz dicitur) *zu haben. Mainz 1296 October 26.*

Or. Stdt.-A. Dortmund 66. An grüngelber Seide das grosse Thronsiegel. Gedr. Rübel, UB. I 250.

2386 a.

Die Provisoren des Heiliggeisthospitals in Dortmund nehmen die Familie des Heinrich von Dudenrode als Wachszinsige auf. 1296 November 30.

Aus dem Liber civium im Stdt.-A. Dortmund S. 52 a. Gedr. Rübel, UB. I 251.

2390 a.

Theodorich von Honrode schenkt dem Knappen Friedrich von Hörde, seinem Schwiegervater, alle Ansprüche, welche er an Erbe, Gut und Zehnten zu Restinckhausen *hatte. 1296 December 21.*

Universis praesentia visuris vel audituris ego Theodericus dictus de Honrode notum facio tenore praesentium protestando, quod de bonae voluntatis arbitrio et unanimi consensu omnium mearum sororum et heredum honesto famulo Friderico dicto de Hurdede meo socero iura feodalia et omnia iura, quae in domo, decima et bonis in Restinckhausen sitis habere videtur et omnibus in posterum Friderici heredibus libere donando totaliter assignavi. Huic donationi presentes erant: dominus Erenfridus de Bredenole et Erenfridus eius filius, Adolphus de Bredenole, Temmo dictus de Hesneu, Andreas de Wolderike et alii quam plures. Datum et actum in civitate Sosaciensi anno Domini M°CC°XCVI, in die beati Thomae apostoli. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi praesentibus apponendum.

Nach einem Copiar Haus Büren'scher Urkunden fol. 97 gedr. Seibertz III Nr. 1103.

2401 a.

Widukind und Kraft von Grafschaft tragen ihr Schloss Nordenau (Kr. Meschede) dem Grafen Otto von Waldeck als Lehen auf. Meschede 1297 Februar 14.

Gedr. Kopp, Verfassung der heiml. Gerichte in Westfalen, Beilage 59 S. 499 und Seibertz, UB. I 468. Regest Westf. UB. IV 2422.

2440 a.

Die Aebtissin Agnes in Meschede gibt dem Burggrafen Heinrich zu Drachenfels einen Hof zu Limperich in Erbpacht. 1297.

Universis presentes litteras inspecturis Agnes Dei gracia . . abbatissa secularis ecclesie in Messchede salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod Theodericus filius Hermanni militis quondam advocati in Limperg in nostra presencia constitutus benivole contulit omne ius et iuris actionem quod et quam idem Theodericus habuit seu visus fuerat habuisse in curte sita apud Limperg et in bonis quibuscumque dicte curti attinentibus Hinrico borgravio in Drakenvils resignans ipsam curtem cum bonis quibuscumque ipsi curti attinentibus in manus nostras simpliciter et expresse petensque cum instancia predictam curtem cum bonis dicte curti attinentibus per nos porrigi Hinrico borgravio supradicto. Nos vero de nostri capituli seu conventus pleno consensu et de fidelium nostrorum sano consilio inducta curtem predictam sitam apud Limperg cum bonis quibuscumque ipsi curti attinentibus Hinrico borgravio predicto ex racionibus premissis porreximus et porrigimus per presentes iure emphiteositetico possidendam, ita quod idem Hinricus nobis et ecclesie nostre singulis annis terminis deputatis solvat ea, que de dicta curte in Limperg et de bonis ipsi curti attinentibus sunt solvenda. Dantes ipsi Hinrico has litteras nostras nostro sigillo roboratas in testimonium super eo. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Or. im Gräfl. Nesselrodischen Archiv zu Herten. Anhängend das Siegel der Aebtissin (W. S. Tf. 128, 2). Gedr. bei Strange, Beiträge zur Genealogie der adligen Geschlechter Heft 9 (Köln 1869) S. 52.

2450 a.

Graf Dietrich von Limburg überträgt Hermann von Lüdinghausen die Vogtei über die Höfe Lüdinghausen und Forkenbeck. (1297) 1298 Februar 15.

Or. Fst. Münster 225. Siegel ab. Gedr. Westf. UB. III 1598.

2453 a.

Aebtissin und Konvent von Benninghausen urkunden über Schenkung von Gütern in Wolkesmere *(Wüstung bei Geseke) an ihr Kloster seitens Kunegunde Tochter des Grafen (Konrad) von Rietberg. (1297) 1298 März 1.*

Nos soror Methildis dicta abbatissa in Benikinchusen, Hartwicus provisor cum collegio monialium loci eiusdem, ordinis Cysterciensis, Coloniensis diocesis, omnibus presentia visuris vel audituris notum esse volumus presentibus declarantes, quod nobilis puella, Cunegundis nomine, filia comitis de Retberg apud nos moram faciens, posita ad studium, in presentia nostra ex inductu et petitione patris sui predicti comitis resignavit omni proprietati et iuri, quod habere dinoscebatur ex paterna et legitima hereditate in bonis sitis in villa, que dicitur Wolkesmere, cum omnibus attinentiis de dictis bonis emergentibus. Et ne quis in posterum hanc nobilis puelle resignationem infringere poterit vel mutare, presens scriptum sigilli nostri appensione in testimonium facte rei duximus roborandum. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo septimo, Kalendis Martii. Testes autem fuerunt: dominus Andreas pre-

positus in Buren, Theodericus capellanus in Benikinchusen, Hinricus camerarius, Ludolphus, Hinricus de Unna, frater Albertus de Wisthove, frater Hermannus de Osthove, frater Hinricus, frater Gervinus, frater Bernhardus, Bertoldus famulus comitis de Retberg et alii quam plures.

Or. Kl. Holthausen Nr. 10. Siegel von ungebleichten Leinenfäden abgefallen. Gedr. Westf. UB. IV 2476.

2453 b.

Graf Engelbert von der Mark übereignet dem Kl. Kappenberg eine Hufe in Vinnum (Kr. Olfen). (1297) 1298 März 2.

Or. Kl. Kappenberg K 170. Siegel des Ausstellers an weissen Hanffäden (Westf. Siegel Taf. 16, 14), das andere Siegel ab. Gedr. Westf. UB. III 1603.

2500 a.

Die Stadt Dortmund verpachtet die neuen Schuhbuden. 1298 September 29.

Aus dem Liber civium im St.-A. Dortmund S. 54 b. Gedr. Rübel, UB. I 260.

2507 a.

König Albrecht an den Erzbischof Wicbold von Köln: fordert ihn auf, den Grafen Conrad, Sohn des verstorbenen Herbord, in seinen Gerechtsamen in Dortmund, vor allem in der Gruetgerechtsamkeit zu beschützen. Nürnberg 1298 November 16.

Or. im Stdt.-A. Dortmund Nr. 70 mit dem grossen Thronsiegel an Pgtstr. Gedr. Rübel, UB. I 261.

2510 a.

Der Dortmunder Abgesandte Heinrich Kale von Dortmund berichtet über verschiedene Angelegenheiten, die auf dem Hansetage zu Lübeck verhandelt worden sind und über den freundlichen Empfang des westfälischen Abgesandten durch die dortigen Vertreter der Hansestädte. Ende 1298 oder Anfang 1299.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 81. Geschlossener Brief. Gedr. daraus Koppmann, Hanserecesse I Nr. 80. Regest Rübel, UB. I 262.

2527 a.

Der Dechant des Dortmunder Kapitels, Arnold, stellt dem Priester Boymund eine Urkunde darüber aus, dass er den Vertrag über Erbauung und Dotierung des Peter- und Paulsaltars in der Reinoldikirche durch die Brüder Bertram und Johann Sudermann genehmigt hat. 1299 Juni 9.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 72 b. Siegel abgefallen. Gedr. Rübel, Dortm. UB. I Nr. 264.

2537 a.

Landgraf Heinrich von Hessen verspricht dem Erzbischof Wicbold von Köln steten Beistand. Zwischen Battenberg und Hallenberg 1299 August 7.

. . . Et ne aliquo tempore huiusmodi unionis vinculum inter eundem dominum nostrum archiepiscopum et nos contractum ex quacumque causa dissolvi valeat vel infringi, elegit et assumpsit ipse dominus noster archiepiscopus marschalcum suum Westfalie, qui pro tempore fuerit, et nobiles viros Johannem de Bilstein et Heinricum de Ittere pro se (sc. arbitros) . . . . *Zeugen*, viri nobiles: Johannes

de Bilstein, Gerlacus de Dollendorp, Heinricus de Itteren, Wernherus de Westerburg domini; Hermannus de Hademare, Eremfridus de Bredenole . . . . . milites . . . Actum et datum inter Battemburg et Hallemberg in campis, feria sexta ante Laurentii, anno Domini MCC nonagesimo nono.

Or. St.-A. Düsseldorf, Köln-Domstift 637. Reitersiegel des Landgrafen an Pgtstr. Gedr. Lacomblet, UB. II 1031.

2621 a.

Ablassbrief verschiedener Bischöfe für die Benediktkapelle in Dortmund. Rom 1300 vor December 24.

Or. Stdt.-A. Dortmund Nr. 79. Von neun an Leinenfäden angehängten Siegeln sieben Reste erhalten, in der Mitte an Pgtstr. Bruckstück des Siegels des Erzbischofs Heinrich von Virneburg von Köln (Ewald, Rheinische Siegel I Taf. 20, 3). Gedr. Rübel, UB. I 278.

2633 a.

Census abbatie (Sibergensis) in Westfalia. *(1. Hälfte des 13. Jhs.)*[1]

In Hovesteden dabuntur XII marce, quarum sex dabuntur in Palmis et VI in vigilia beati Jacobi apostoli. Dominus de Volmuntsteine XXX solidos in festo sancti Andree apostoli de curtibus in Gerdene. Theodericus de Dormunthusin I marcam de bonis Annosthevin. Gobilo de Meschede XXVIII solidos de decima in Stocheim. Godecho van der Evere IIII marcas et IIII solidos de decima in Holzhusin. Heinricus de Silebeche IIII solidos pro redemptione decime. De decima in Hetinchusin XXII solidos. Domina de Eicholz IIII solidos pro redemptione decime. Walramus de Silebeche IIII solidos pro redemptione decime. Meinricus (Budil *übergeschrieben)* X solidos de decima in Hetinchusin. Heredes Petri de Geseche I marcam de decima in Withen. Cives de Geseke V marcas in vigilia beati Jacobi apostoli pro redemptione decime. Ruthgerus de Evinchusin XXXIIII solidos de bonis suis. Rutgerus de Ewich VI solidos de bonis suis ibidem. De Louisberg XI solidos. De Edillinkirchin XXVI solidi. [Item in Vrindeberg II solidi de bonis dicti Quatterlant sibi venditis. *Zusatz von ca. 1300.]*

[1]) *Nach dem Schriftcharakter. — Ein Gobelo von Meschede ist 1248 und 1258, ein Gottfried von Meschede 1225—1242 und 1242—1300, Meinrich Budel 1250 und 1269 und 1290—1298, Rutgerus [de] Ewich um 1306—1308 nachweisbar.*

Or. St.-A. Düsseldorf, Kl. Siegburg 86, kleines Pergamentblatt.

Ergänzungen und Berichtigungen.

Die erste Zahl bedeutet die Nummer der Urkunde, die folgende die Zeile des Textes, von oben gerechnet. Berichtigungen des Herrn Anstaltsgeistlichen Schelhasse in Benninghausen und des Herrn Oberpostsekretärs Esch in Recklinghausen sind durch Hinzufügung von Sch. bezw. E. kenntlich gemacht.

Nr. 6, 2. *(1200) 1201 Januar 26.* — 57, 1. Rode = *Rhade bei Kierspe.* — 72, 5. *wegen* Luthgardis *vgl. Nr. 357 a der Nachträge.* — 93, 1 *v. u. vgl. auch Niederrheinische Annalen 46, 123 insbes. 152 ff.* — 99, 2 *v. u. Gedruckt auch bei Gelenius, Vindex libertatis et S. Engelbertus S. 54.* — 138 *gedruckt ebenda S. 65.* — 140, 3 *v. u. hinter „wiederholt“: Nr. 154.* — 215 *gedr. Westf. UB. IV 100.* — 248 *gedr. Neues Archiv XIII 606.* — 269, 2. Sewardinchusen = *Seringhausen, Kspl. Horn. Sch.* — 270, 1. Eklo *ist wohl Eckel bei Dorsten. E.* — 279. *Abschrift von etwa 1610 von Joh. Türcks Hand, St.-A. Düsseldorf, Msc. A 110 fol. 60.* — 295, 1. *Kloster Küstelberg.* — 316, 17 *v. u.* Susaciensi. — 322, 3. *1229.* — 340, 1. *einen der Söhne der Bertradis.* — 354, 5. A(gnetis). — 389. *Nicht das Patronatsrecht, sondern die Kirche selbst wird dem Kl. Oelinghausen übertragen. Vgl. 467 u. 1748. Sch.* — 394, 1. Ebbinchusen *nicht* Eving, *liegt auf der Herne bei Recklinghausen. E.* — 395 *statt 295.* — 431 *gedr. auch Rheinische Urbare I 137.* — 449, 2. *dieses.* — 464. *Siegel 3) wohl Propst Heinrich von St. Severin, 4)* frater Werner de Wisentvelde quondam comes *in Battenberg.* — 472 a. *Siegel 1) Taf. 111, 8.* — 474, 7. Susaciensis. — 529, 2. *wegen* Hufele *ist zu vergl. Bergische Ztschr. 27, 41.* — 543, 5. In nomine sancte et *in verlängerter Schrift; Seite 241 Z.* 1 Susatiensis, 4 servitii, 5 recompensatione, 7 connivencia, 10 conditione; *Siegel 3) Reitersiegel mit der Umschrift:* Si . . . [Adolfi] de Holte?. *4) von Pgtstr. ab, 5) Propst Philipp? In Architekturumrahmung knieende, betende Figur des Sieglers, darüber Heiligenfigur (Brustbild, Petrus?), Umschrift:* [Sigillum thesau]rarii maio[ris ecclesie Col]on. *6) mit Pgtstr. ab. Rückschrift des 14. Jhs:* Dys brieff heldt ynne van den vyer marken manleens, dye Schyrpe upbueren sall van myme iunckeren van Lymburg zo Elvertshagyn. *Gedr. auch Osnabrücker UB. IV 675.* — 556, 1 *v. u. Nr. 527.* — 571 *gedr. Kremer, Akad. Beitr. II Nr. 7.* — 574 *gedr. ebenda Nr. 6.* — 603, 4 *v. u. Taf. 28, 2.* — 654, 3. Boizebach = *Butzebach (Butzmühle) bei Frankenberg.* — 657, 1. *verwittweten Gräfin.* — 683, 2. Yenhusen = *Iggenhausen, Kreis Büren.* — 691 *gedr. auch Kindlinger, Magazin für Westfalen 1797 S. 241.* — 741, 1. *Nicht Delft sondern Deffte bei Kirchhellen. E.* —

768 a.

König Wilhelm erlaubt dem Grafen Dietrich von Isenberg einen Wochenmarkt anzulegen, an welchem ihm gelegenen Orte er will. Braunschweig 1252 April 25.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum imperator, semper Augustus universis sancti imperii fidelibus praesentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Decet regiam maiestatem illos speciali prosequi gratia et favore, qui eius gratiam sibi vindicant suorum exigentiis meritorum. Hinc est quod nos nobilis viri Theodorici comitis de Isenburg dilecti fidelis nostri benignis precibus inclinati forum

septimanale in quocunque loco et villa sua duxerit forum huiusmodi statuendum, plenam sibi autoritate praesentium concedimus facultatem, ita tamen, quod nulli hominum fideli nostro imperio veniant[1]) ad forum praedictum a praedicto comite vel ab aliquo ipsius nomine gravamen aliquod inferatur. Si quis autem contra hanc concessionem nostram ausu temerario venire praesumpserit, gravem celsitudinis nostrae offensam se noverit incursurum. Datum Brunscwich, septima Calendas May, indictione decima, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, regni vero nostri anno quarto.[2])

[1]) *Statt* „venienti"? [2]) *Bei Kremer, Ak. Beiträge II S. 34 Anm. t ist das Datum in folgender Form gegeben:* „dat. Brunsuich VII Kalend. May 1252".

Gedr. Kremer, Akad. Beiträge II S. 129 Nr. 8. Regest: Regesta imperii V 5079.

793 *statt 693.* — **813** *st. 814.* — **852**, 2 *v. u. 1 284.* — **859**, 7. coheredes. — **881**, 2. *Sohn st. Söhnen.* — **895**, 1. Velthusen, *östlich Benninghausen im Kspl. Hellinghausen, später Velthof, jetzt wüst. Sch.* — **923**, 2. *1256 October 3.* — **938**, 2. *Georgenberg.* — **939**, 1 *v. u.* Herdinchusen, *wüst in der Geseker Feldmark. Sch.* — **975**, 9. Vrengkyng; 10 pro(prie)tate; *S. 442 Z. 1 Das* w *in* Rintwroht *durch Punkt getilgt;* 2 Cůkenmester; 7 *hinter* nostri *erg.* domini. — **1016**, 2. Meyninchosen. — **1046**, 1. *Johann von Padberg. Nieder Upsprunge.* — **1067**, 1. *Augustinerinnenkloster*; 3 *v. u. hinter Propstes erg. (Westf. Siegel Taf. 134, 5).* — **1079**, 1. Westholte = *Westholt, Kspl. Ostinghausen. Sch.* — **1080**, 3 *v. u. Buter st. Bitter.* — **1120**, 2. *1263.* — **1153**, 1. *Vater st. Vetter.* — **1165**, 7 *v. u.* de Polshem. — **1166**, 2. *Deffte bei Kirchhellen. E.* — **1186**, 1. *Söhne st. Brüder.* — **1188** *gedr. Rhein. Urbare II 320.* — **1193**, 12. Elnere. —

1196a.

Der Edelherr Hermann von Hardenberg beurkundet, dass Gisla die Wittwe des Ritters Bulo von Bartberg und ihre Söhne einen Zins von zwei Höfen in Windrath (Kr. Mettmann), von einem Hof in Vaderberg *und dem Hof Eigen (Kr. Solingen?) dem Deutschordenshaus in Welheim übereignet haben. Hardenberg bei Neviges 1265 August 18.*

Hermannus vir nobilis dominus de Hardenberg universis hanc litteram visuris notum esse volumus, quod Gisla relicta Bulonis militis dicti de Bartberg nostra castrensis, Godefridus, Bulo et Gerhardus et Henricus, pro quo spopondit Godefridus de ratihabitione, quia absens fuit, coram nobis concorditer dederunt et assignaverunt censum decimalem quatuor solidorum et sex denariorum de duabus domibus in Vintrode, de una domo in Vaderberg et de domo dicta super Egene, que in feodo tenebat ab eis Otto de Langenberg, domui et fratribus domus Teutonice in Welehem perpetuo possidendum sub hac utique forma, quod unus fratrum de Welehem teneat a predictis heredibus censum et decimam predictam et inde solvat ex parte domus in Welehem quolibet anno in die Kuniberti duos denarios, quos presentabit illi, qui tenet feodum inter predictos filios domine Gisle. Mortuo illo fratre, qui dat duos denarios, alter frater recipiet dictam decimam de manu heredis et dabit duos denarios, cum sibi porrigitur et sic in perpetuum durabit domui in Velehem. Presentes erant Gerhardus provisor ecclesie in Langenberg, Arnoldus vir nobilis de Hardenberg, Philippus de Werdina, Wernerus de Wittene, castrenses[1]) in Hardenberg; Hermannus de Otersele iudex et alii quam plures. Ut autem hec nulli veniant in oblivionem sive dubium, presentem literam ad preces predicte Gisle et puerorum ipsius nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum in Hardenberg, feria tercia post Assumptionem beate Virginis, anno Domini M°CC°L°X quinto.

[1]) *Or.* „castrēn".

Or. St.-A. Düsseldorf, D. O. Kommende Rheinberg. Siegel von Pgtstr. ab. Rückschriften: XIV. Jhs.: Litera de Putpech, que quondam fuerunt fratrum de Weylhem; *XVI. Jhs.:* belangt die huiser tzu Wyntrode, Vadenberg und Egene; *XVIII. Jhs.:* betreffend die Commende Rheinbergk ad capsulam E.

1202, 1. *Lüttringhausen.* — 1221, 1 *v. u. I 337.* — 1229 *Anm. 2 zu tilgen.* — 1239, 1. *Schwiegersohn.* — 1242 *gedr. Anzeiger des German. Museums 1874 Sp. 149.* — 1274, 6. *Die Abschrift 14. Jhs. in den Causae Clivenses (I fol. 21) des Frhl. von Rombergschen Archivs zu Brünninghausen hat* Dusen. — 1286, 3 *v. u. Or. Fstl. Archiv Arolsen, Urkunden Nr. 6402.* — 1294 a *st. 1295 a.* — 1297 *S. 587 Z. 11* virorum. — 1313 *S. 595 Z. 6 v. u.* Tremonie. — 1330, 5. decimam. — 1339 *S. 609 Z. 6 Or. Fstl. Archiv Arolsen, Urkunden Nr. 6402.* — 1353, 1. *Radolph.* — 1371, 1. *verwittwete st. weiland.* — 1378 *S. 629 Z. 1* Godefridi. — 1391, 13. Tremoniensium. — 1432, 2. *Hohenlimburg.* — 1438, 6 *v. u.* testimonium. — 1462, 1. *Wambel.* — 1474, 1. *Epsingen.* — 1478, 5. burgravii. — 1480, 3. *Rübel, UB. I Nr. 145.* — 1488 *st. 1498.* — 1515 *S. 693 Z. 3 v. u. l. Nr. 270.* — 1518, 2. *1274 Februar 18; ist vor Nr. 1492 zu setzen.* — 1569, 1 *v. u. I 372.* — 1573, 3 *v. u. VI 1434.* — 1593, 1 *v. u. Siegel Graf Ludwigs.* — 1619, 3. *die Höfe Wetter u.* Bolinchusen *und ihre Mühle in Arnsberg.* — 1621 *S. 741 Z. 5 Taf. 29, 5 u. 6.* — 1628, 8. Mazo; 9 Velsberg; *S. 745 Z. 5 v. u.* Mazo, Meldriche; *2 v. u.* Matz, Merlau; *1 v. u.* Möllrich. — 1645, 1. Epsingen. — 1647, 10 *v. u. „vgl. dazu A. 2 S. 418“ ist zu tilgen; 7 v. u. 41 f.; 1 v. u. Nr. 1680.* — 1662, 4 *v. u.* officiatus. — 1677 *S. 768 Z. 11* predecessoribus. — 1765, 1. Bekeseten *im Kspl. Liesborn westlich von Broke. Sch.* — 1785, 1 *v. u. UB. I 393.* — 1786, 2. *1281 (1282) Januar 21.* — 1836, 6. Jo(annis); 7. Hůrthe; 8. consensum, predilecto; 12. hii *st.* his; 16. *Or. mit zerbrochenem Siegel des Grafen mit Sekret (W. S. Taf. 13, 2).* — 1843, 4 *v. u.* testimonium. — 1854, 3. *Januar 23.* — 1872, 2 *v. u. Westf. Siegel Taf. 201, 4.* — 1934, 4. *trugen, verzichtet haben.* — 1956, 1. *Graf Eberhard.* — 1980, 1. *Hemminghausen bei Benninghausen (heute Flur Hemmissen). Sch.* — 1981, 2. *vgl. 1980, 1.* — 2002, 3. *1286 vor Mai 20.* — 2014, 1. *Graf Herbord.* — 2022, 2 *v. u.* Virginis. — 2065, 2 *v. u. Westf. Siegel Taf. 185, 1.* — 2094, 2. *Bettenberg ist Flurname. Sch.* — 2105 *S. 988 Z. 7 v. u.* Berdinc; *4 v. u.* Egebolt. — 2135, 1 *l. die von dem Sohne des Soester Bürgers Radolf von Aachen Meinrich.* — 2147, 1 *v. u. Reg. imp. VI.* — 2202, 2. *Brüder gen. Torck.* — 2243 *S. 1061 Z. 2 v. u. I, 232.* — 2262 *S. 1073 Z. 4* Ruwe = *Wernerus Rufus.*

WESTFÄLISCHES
URKUNDEN-BUCH.

FORTSETZUNG VON ERHARDS REGESTA HISTORIAE WESTFALIAE.

HERAUSGEGEBEN

VON DEM

VEREINE FÜR GESCHICHTE UND ALTERTUMSKUNDE WESTFALENS.

SIEBENTER BAND:

Personen- und Orts-Register. Nachträge und Berichtigungen zu den Urkunden. Glossar und Sach-Register. Nachträge und Berichtigungen zum Personen- und Orts-Register. Nachwort.

Bearbeitet

vom

Staatsarchiv Münster.

Münster, 1919.

In Commission der Regensbergschen Buchhandlung.

(B. Theissing.)

Personen- und Orts-Register.

A.

Adelheid]
— Tochter des Dortmunder Bürgers Bernhard (1295) 2327.
— Ministerialin des Gfn. v. Arnsberg, dann des Erzstifts Köln (1249) 702.
— Ministerialin des Erzstifts Köln, dann des Gfn. v. Limburg (1273) 1482.
— Mutter der Witwe Elisabeth, der ehemaligen villica in Menden (1243) 554.
— Frau des Bauern Hildebrand in Schmehausen (1251) 750.
— Frau des Laien Richard (1296) 2360.
— Vgl. Amphora; Aplerbeck, v.; Ardey, Edle v.; Arnsberg, Grfn. v.; Balke; Batenhorst, v.; Beckum, v.; Benninghausen, Kl.; Binole, v.; Birman; Blomenrode, v.; Bochem, v.; Bochum, Schulte v.; Bolekin; Bongarden, v.; Brinken, v.; Brobeck, v.; Büren, v.; Kalb; Campo, in; Kappel, Kl.; Kastorpe, v.; Cimiterium, ante; Kleve, Grfn. v.; Curne, v.; Dalwigk, v.; Dickeber; Dortmund, S. Katharinenkl.; Dortmund, Grfn. v.; Dortmund, Hansegrafen zu; Drolshagen, Kl.; Elsey, Kl.; Ennest, v.; Esbicke, v.; Essen, Stift; Franzois; Vrenckinchusen, v.; Garfeln, v.; Gerresheim, Kl.; Geseke, Kl.; Geseke, v.; Hachnen, v., gen. Pris; Hamm, v.; Hede v.; Hellefeld, v.; Heinsberg, Herren v.; Hesnem, v.; Hessische; Hillen, v.; Hörde, v.; Holthusen, v.; Horhusen, v., gen. Richter; Hoven, v.; Husen, v.; Isenberg, Grfn. v.; Lellebike, v.; Limburg, Grfn. v.; Linne, v.; Lippe, Edle v. d.; Mercenich, gen.; Meschede, Kl.; Meschede, v.; Möllenbeck, Kl.; Muntelon, v.; Oelinghausen, Kl.; Ostönnen, v.; Padberg, v.; Pappenheim, v.; Pistor; Pomerio, de; Richtemann; Rumenschede, de; Rump; Saley, de; Schartenberg, v.; Schmehausen, v.; Sölde, Hake v.; Sponheim, Grfn. v.; Speckhorn, v.; Stokeleth; Strod, de; Tecklenburg, Grfn. v.; Tilia, de; Tregel, gen.; Unna, v.; Walberninchusen, de.; Waldeck, Grfn. v.; Wanne, v.; Welver, Kl.; Westen, v.; Westrem, v.; Wiboldinchusen, v.; Wickede, v.; Widhem, v.; Wittgenstein, v.; Wittorph, v.; Wormbach, Peterskirche zu.

Adelungus vgl. Froizbach, v.

Adelwardus (1204) 33.

Ademarus, Bischof v. Huesca, Spanien (1297) 2439.

Adenborn (Adenborne) Wüstung bei Berleburg, Kr. Wittgenstein, Ort 2220.
— — *Pastor*: Ludolf (1258) 979, 980.
— von: Sigilo, Knappe des Edlen Kraft v. Grafschaft (1300) 2576.

Aden, Adene s. Abden.

Adenoys s. Adensen.

Adensen (Adenoys) Dietrich v., Burgmann zu Hallermund (1228) 310.
— Dietrich v., Domscholaster zu Münster (1279) 1681.

Adholfus s. Adolf.

Adoffus s. Adolf.

Adolf (Adholfus, Adoffus, Adolfus, Adolphus, Adolvus, Adulfus, Adûlphus, Adulphus, Aldolphus, Alf, Athofus, Atholfus, Atholphus.)
— Erzbischof v. Köln (1200—15, ehem. 1216—58) 1—4, 7, 9, 11—18, 20—22, 25, 27—29, 31, 32, 38—41, 43—46, 64, 90, 93, 94, 100, 101, 118, 129, 151 (†), 155, 230, 411, 508, 981.
— Bischof v. Osnabrück (1217—21) 131, 205.
— Dom-Vitztum zu Münster (1282) 1839.
— Abt des Kl. Grafschaft (1214—38) 99, 128 a, 185, 309, 389, 467.
— Abt des Kl. Siegburg (1287—97) 2035, 2191, 2398.
— Kanoniker von Soest-Patroklus und Pfarrer von S. Maria alta daselbst (1221—51) 200, 294, 295, 316, 372, 427, 462, 588, 714, 715, 722, 763.
— Kanoniker, Vizedechant des Kl. Meschede (1278—95) 1646, 2146, 2220, 2328.
— Kaplan des Klosters Fröndenberg (1258) 992.
— Mönch des Kl. Grafschaft (1284) 1909.
— Kellner im Stift Werden (1217) 143.
— Pfarrer, Dechant in Velmede (1280—94) 1729, 2313.
— Pfarrer in Menden (1253—57) 785, 863, 865, 951.
— Pfarrer in Witten (1263) 1138.
— Provisor der Schulen zu Brilon (1248—50) 669, 730.
— Graf von Nassau, dann röm. König (1292—97, 1300 †) 2229 a, 2235, 2241, 2241 a, 2242 a, 2243, 2244, 2245 a, 2265, 2266 a (S.), 2321 b, 2366 a, 2372, 2380 a, 2380 b, 2412, 2446 (S.), 2574.
— Ritter, Burgmann in Altena (1235—43) 438, 546.
— Sohn des dapifer Ludolf (1210—26) 72, 282.
— Prefectus Novi castri (1244) 571. Vgl. Burg a. d. W.
— v. ..., Ritter, vemenote des Freigerichts zu Mengede (1276) 1554.
— Sohn der Ida v. ...usen, nebst der Mutter Ministerialen Grf. Dietrichs v. Kleve, dann Grf. Engelbrechts v. d. Mark (1267) 1274.
— Vgl. Aldendorf, de; Allant, gen.; Altena, Grfn. v.; Altena, gen. v.; Batenhorst, v.; Benrath, v.; Berg, Grfn. v.; Boinen; v.; Bongart, v.; Bredenole, de; Brûke, de; Bugge; Burggraf (?); Burgvogt; Kolve, gen.; Dassel, Grfn. v.; Dinker, v.; Dromere, de; Elnere, de; Varnhûvele, de; Velmede, v.; Vinke, gen.; Vliterth, de; Volmestein, Edle v.; Forst, v.; Vorwerk, v.; Franzois; Grafschaft, Edle (Vögte) v.; Hersebeke, de; Holte, de; Hohenfels, v.; Hûkirde, de; Hundesdike, de; Leinsiphen, de; Lembeck, v.; Letmathe, v.; Limburg, Hzge. v.; Lintrop, de; Luningeslo, de; Mark, Grfn. v.; Mark, filius dapiferi, in; Mark, v.; Mockershove, de; Ostenvelde, de; Rasvelde, de; Sapiens, gen.; Schaumburg, Grfn. v.; Schwalenberg, Grfn. v.; Scokelin; Stamheim, de; Steinbühel, v.; Tecklenburg, Grfn. v.; Tunen, de; Waldeck, Grfn. v.; Wenenslon, de; Werne, v.; Westervilte, de; Westwic, de; Witten, v.

Adorf (Adorp, Athorpe) Kr. des Eisenberges, Waldeck. *Pfarrer*: Johann (1238) 477. Werner (1278) 1663.

[1]) Ob hierher gehörig?

B.

C. u. K.

D.

Dapifer
— Ruprecht von Recklinghausen (1263) 1137.
— Siegfried (1244—71) 570, 1412.
— Werner (1251—55) 745, 809, 887.
— Vergl. Aldendorpe, de; Alen, de; Altena, Grfn. v.; Amelunxen, v.; Arnsberg, Grfn. v.; Balke; Bensburen, de; Berendorph, de; Berensole, de; Berg, Grfn. v.; Bilstein, Edle v.; Bitter; Blithscap; Boinen, de; Brochterbeck; Bruchusen, v.; Kaufungen, Stift; Köln, erzb. Beamte; Colve; Corvey, Stift; Cule; Dale, Grfn. v.; Detten, v.; Deutz, Stift; Dusentschure, de; Ense, v.; Erpinge, de; Essen, Stift; Etlen, de; Valkenberg; Vetele; Vietinghoff, v.; Vogt; Volenspit; Volmarstein, v.; Hachen, de; Heregotinchusen, de; Heringen, de; Herne, de; Hilkerode, de; Hirte, de; Hörde, v.; Hopingen, de; Horst, de; Hostaden, de; Hovestadt, de; Hüsten, v.; Husmann; Isenberg; Limburg, Edle u. Grfn. v.; Lippe, Edle v. d.; Lippstadt; Mark, Grfn. v. d.; Marka, de; Menghede, de; Messchede, Kl.; Moldesberch, de; Muninchusen, de; Osnabrück, bischöfl. Beamte; Ovete, de; Padberg v.; Padberg, Bürger in; Paderborn, bischöfl. Ministerialen; Paderborn, v.; Plettenberg, v.; Quatterlant; Recklinghausen; Rethe; Rüdenberg, v.; Sayn, Grfn. v.; Scatto; Scedingen, de; Scerve, de; Schwansbell, v.; Scoke, de; Snoteric; Soest—Patroklus; Soest; Stamheim, v.; Stotere; Tecklenburg, Grfn. v.; Uphovin; Waldeck, Grfn. v.; Waldenberg, de; Werden, Stift; Wettere, de; Wrede.

Darnowensis, Heinrich, Kanoniker in Rees (1229) 330.

Darphorn (-horne, -hornen, Dorphorne), Ksp. Greffen, Kr. Warendorf. *Erbe:* 728.
— von: Gerhard (1260) 1062.

Dassel (Dasla, -le, -len, Dassele, -len, Dassle) Grafen von: Adolf (1204—23, 1271 †) 35 (S.), 65, 117a, 207 (S.), 229, 230, 1395 (†). S. Söhne Adolf (s. d.) u. Ludolf (s. d.). S. Bruder Adolf (1223) 229, 230; s. Sohn (o. N.), ebda.
— — Adolf, Sohn Adolfs I. (1223—55) 230, 361a (S.), 385, 408a, 475, 796, 865.
— — Ludolf IV., S. Adolfs I., Ritter (1223—33, 1271 †) 230, 353, 361a, 361b (S.), 391, 408a, 1395 (†). S. Frau u. Kinder (o. N.) (1231) 361a. S. Sohn Ludolf VI. (1271—90) 1395 (S.), 1830, 2141 (S.).
— — Simon, Sohn des Grfn. (o. N.) v. Dassel (1277) 1622.
— — Adolf, S. Ludolfs II. (1231—32) 361a, 391. S. Bruder Reinhold, Kanoniker von Hildesheim (1231) 361a.
— *Ministerialen der Grfn.:* Makkenhusen, Ludolf, de; Oltwordeshusen, Ludolf, de; Salingen, Konrad u. Hartmud, de; Sconenberch, Reinher, de.
— von: Hermann (1229) 328.

Dathan (Datan et Abiron, -yron) (u. Gehenne) als Fluchformel gebraucht: 9, 208, 326.

Dathelen, Dathelin, Dathlen, Datlen, Dattele, -len s. Datteln.

Datteln (Dactele, Dathelen, -lin, Dathlen, Datlen, Dattele, -len) Ksp., Ldkr. Recklinghausen 419a, 1355, 1595, 1610, 1612, 1653, 1655, 2564, 2604. Darin liegen: das Erbe Lendrinckhuiss (Lendringhausen), Hagenen (Bauerschaft Hagem), ferner der Hof Bůchem (Bockum), Marvelde (Markfeld), u. die Güter Elleren.
— *Pfarrer:* Ludwig (1226—1232) 280, 394.
— — Jakob (1274—79) 1489, 1696.
— von: Dietrich, Bürger in Dortmund (1253) 797a.
— — Eberhard gen. Vridag, s. d.
— — Goswin, gen. Vridach, s. d. (1277—1300) 1612, 2581. S. Bruder Heinrich, gen. Vridach (s. d.) (1277, 1300 †) 1612, 2581; dessen Witwe Jutta u. Kinder Eberhard, Lutgardis, Mathilde (1300) 2581.
— — Petrus, Ratsherr u. Richter in Dortmund (1267—96) 1259, 1302, 1351a, 1650, 1651, 2391.

Davensberg (Daverberg, Daverenberg, -berge, -bergh, -borg.) Dorf, Ksp. Ascheberg, Kr. Lüdinghausen.
— *Burg:* 1595, 1612, 2503.
— von: Bernhard, Ritter (1268—96) 1293 (hat kein eigenes Siegel), 1297, 1828, 2356a. S. Bruder Friedrich, Ritter (1268—70) 1293 (hat kein eigenes Siegel), 1378, 1379. Ihr Vater Hermann, Ritter (1263—76) 1113, 1132, 1168, 1293, 1378, 1522, 1523 (er ist patruus des Ritters Rudolf v. Meinhövel).
— — Hermann gen. Micke, Ritter (1294—98) 2302, 2356a, 2503 (S.)

Debbe, gen.: Adam; s. Schwester Kunigunde, Ministerialin des Hochstifts Münster, dann des Grfn. v. Arnsberg (1280) 1716.

Deboldus s. Diebold.

Decima, nebst ihren Geschwistern Gerwigis, Mutheldis (!), Hartwig u. Siebert, Wachszinsige des Kl. Meschede (1216) 123.

Dedalinus, Bürger u. Ratsherr in Lippstadt (1269—81) 1345, 1614, 1678, 1764. S. Gem. Gerburgis. S. Söhne Hermann, Konrad, Heinrich u. Dedalinus. S. Tochter Adelheid, Nonne im Kl. Kappel (1281) 1764, vgl. Dodelin.

Deddinchusen s. Dedinghausen.

Dede, Gerhard (1268) 1285.

Dedelinctorpe, de: Eckbert; s. Kinder Hermann, Johann u. Mathilde sind Hörige der Gertrud de Lederdeslo (1279) 1688.

Dedelshusen (Dedenshusen, Dedilshusen) de: Gotbert, Ritter (1277—95) 1617, 1976, 2215, 2331. S. Sohn Gottfried, famulus (1292—96) 2215, 2384.

Dedewinus s. Evinchusen.

Dedinghausen (Deddinchusen, Dedinch-, Dedinghk-, Detdinch-, Tetinch- Thetinch-, Thidinch-, Thydinch-, Thyedinch-).

Dietrich]

— † Vater der Pröpstin Kunigunde des Kl. Geseke (1289) 2121.
— liber homo (1289) 2125; s. Bruder (liber) Heinrich ebda.
— Sohn Johanns, des Sohnes des † Medebacher Bürgers Wigand (1292) 2215.
— Sohn Goswins (1295) 2330.
— campanarius, Kirchspieleingesessener in Schwefe (1296) 2382.
— Sohn des Kolonen Hermann in Rapen (1298) 2451.
— Bürger in Unna (1300) 2587; s. Bruder Werembold desgl., ebda.
— Theoderici filius: Thimo, Ritter (1230) 354.
— Dytheri mansus in Grafschaft 1909.
— Vgl. Aachen, v.; Adenoys, de; Aflen, de; Ahusen, de; Aldendorp, de, ; Alen, dapifer, de; Allagen, de; Altena, Grf. v.; Altena, Burgmann in (1235) 438; Altena, v.; Amere, de; Ampen, v.; Aplerbeck, v.; Arbore, de; Asbike, de; Aslen, de; Aveke; Barle, de; Bekehem, de; Bembere, gen.; Benninghausen, v.; Berendorp, de; Berge, de; Bergheim, de; Berghoven, de; Bergin, de; Berstrathe, de; Bertelwich, de; Berwicke, v.; Billerbeck, v.; Billmerich, v.; Bilstein, v.; Blankenstein, v.; Blarnhurst, de; Blidelingdorpe, de; Blomenstein; Bövinghusen; Bonn, Scholaster zu; Brakele, faber v.; Bragtbeke, v.; Bredensprinc; Brilon, Richter in; Brinen, de; Brochusen, de; Brühl, v.; Bruke, de; Brumelinchusen, de; Bůchere; Budike, de; Büren, v.; Bule, de; Busenhagen, Platere, de; Butzbach, v.; Kaiserswerth, Stift; Cappel; Kappenberg, Kl.; Capud; Keflike, de; Keldenich, de; Celerarius; Kelern; Kerbusg, de; Cerdo; Cigelin; Kikge; Claustro, de; Cleve, Grfn. v.; Clocke; Cnosh; Köln, Erzbischof, v.; Köln, Domstift; Köln, S. Andreas; Köln S. Apostelen; Köln, S. Kunibert; Köln, S. Georg; Köln, S. Gereon; Köln, S. Mariengraden; Köln, erzb. Beamte; Köln, Marschall v. Westfalen; Köln, v.; Colhorn (Colhorninch); Copman; Corvey, Stift; Cortwic, de; Corvus; Krevet; Cribigel; Kukuldorp, de; Curbike, de; Curte, de Frigida (Kalthof); Dancike, de; Danne, de; Dapifer; Datteln, v.; Dereken; Detten, v.; Detdinchusen, de; Deutz, Stift; Deutz, Schulte, v.; Deutz, v.; Dinker, Subdiakon in; Ditleves; Dodinchusen, de; Domo, de; Domo, de Magna; Dormunthusin, de; Dortmund, Schulte, v.; Dortmund, v.; Drire, de; Druda, de Sancta; Dudikenbeke, de; Dudincwerde, de; Dukere; Dungelen, de; Efle, de; Eickenscheid, v.; Eller, v.; Elmhorst, de; Elsey, Kl.; Endeke, Kl.; Ense, v.; Eppe, v.; Erenbregtinchoven, de; Erperade, de; Erwitte, v.; Essen, Stift; Essen, Johanniskirche in; Estinchusen, de; Etlen, de; Evezlon, de; Faber; Fagelin; Valkenberg, Kaplan in; Falkenburg, v.; Vane, de; Veddere; Velewic, de; Velreberg, de; Felsberg, v.; Veltmulen, de; Via, de Arenosa; Viershusin, de; Vietinghoff, v.; Vifhusen, de; Vilarg; Vinken, de; Vinitor; Visbecke, de; Fiscus; Vitulus; Flaesheim, Kl.; Flakrian; Vlecke; Vlirike, de; Vlome; Flos; Vocke; Völlinghausen, v.; Vogt; Vollespit; Volmestein, v.; Vorde, de; Vore, de; Foresto, de; Foro, de; Fossam, prope; Vredehardeskerken, de; Frelincdorpe, de; Vresendorp, de; Vridach, gen.; Frisheim, de; Vronhusen, de; Fürstenberg, v.; Vundengot; Gevelsberg, Priester in; Geismar, v.; Geismar, Hof-, Kanoniker in; Gelenchusen, de; Gerle; Gernegroz; Gerresheim, Kl.; Gevore, de; Godelovessen, de; Grafweghe, de; Grivelere; Gronlon, de; Gudenberg, Wolf ,v.; Gumberti; Gutkind; Hake; Hals; Hamm, v.; Hane, de; Hanebic; Hardehausen, Kl.; Harmen; Hasta; Hekescede, de; Hegerichusen, de; Heinsberg, v.; Heldene, v.; Hemmonis filius; Henrekinc, de; Herdeke, de; Herford, v.; Hergotinchusen, de; Heringe, de; Herisia, de; Herne, de; Herincthorp, Villicus, v.; Herre, de; Herse, de; Hevere; Hilden, de; Hoeldenhusen, de; Hollinchove; Holthausen, de; Holtoye, de; Honhuvele, de; Honrode, de (= v. Soest); Honschede, de; Honswerte, de; Horhusen, de; Hornen, de; Horst, de; Hovestadt, v.; Hoynch, de; Hückenswagen, v.; Hüstede, de; Huionis filius; Humbertinc; Humbraht; Husen, Muche, de; Hustene, de; Indagine, de; Jnstitor; Isenberg, Grfn. v.; Jtter, Edler v.; Judex; Juvenis; Lachem, de; Langenbuchen, de; Lappe; Leg; Leithe, v. d.; Leonis filius; Leth; Letowe; Limburg, Grfn. v.; Limburg, Vogt in; Linne, v.; Lippe, Edle v.; Lippstadt, Bürgermstr. in; Lippstadt, Kaplan in; Lof (= Cleve); Lon, in; Lon, villicus, v.; Lon, Richter in; Love; Ludrinchusen, de; Lünen, v.; Lunegenbeke, de; Luscus; Manu, cum ferrea; Marienwalde, Kl.; Marschall; Meckinchusen, de; Mederike, de; Mellene, de; Mendene, de; Mercator; Merenberg, Edle v.; Meschede, Kl.; Meschede, v.; Meyelich; Meyninchusen, de; Möllenbeck, Kl.; Mörmter, v.; Molendinarius; Monetarius; Morse, de; Moylike; Muche, gen. de Husen; Münster, Bischof, v.; Münster, Domstift; Münster-Eifel, Stift; Mundelicheym, de; Munich; Muninkhusen, de; Munthemester (= monetarius); Nanus, de Wenenclon; Niger; Nuthenen, de; Oddenhusen, de; Odeke; Oedingen, Kl.; Oedingen, v.; Oelinghausen, Kl.; Ole, de; Ostinchusen, Pfarrer in; Ostönnen, Freischöffe in; Ovelacker; Ovinchusen, de; Padberg, v.; Paderborn, Domstift; Paderborn, v.; Palas; Palsole de; Pappe; Pellifex; Piscina, de; Pistor; Plathere; Portu, de; Preco; Pundere; Rat; Ratberti; Rebbere; Recklinghausen, v.; Rees, Stift; Rex; Reyne, de; Rinsbergh; Rivum (-vo), super; Roche (= Rothe ?); Rode; Rodelande, de; Rodenberg, de; Rüthen, Pfarrer in; Rufus; Rumbeck, Kl.; Růmenige, de; Rump; Salekinc, de; Sartor, Rufus, gen.; Sassenthorp, de; Saxo; Scaght; Scedelike, de; Scheda, Kl.; Scher-

E.

Volbertus s. Volpert.
Volbringen (Volbractinchûsen, Vobrecht-, -breghtinchusen, -bretinchusen) Bauerschaft, Ksp. Bremen, Kr. Soest. Lehen in 1312, 1402.
— von: Arnold, Bürger in Soest (1220) 178.
— — Konrad, zur familia des Hofes in Bilme gehörig (1230—37) 339, 462.
— — Hermann, zur familia des Hofes in Bilme gehörig (1237) 462.
Volburga s. Walburg.
Volchardinchusen s. Volkhardinghausen.
Volcharding, Heinrich (1278) 1655.
Volchardus, Ratsherr in Brilon (1283) 1884.
Volchmarsen s. Volkmarsen.
Volchmarus s. Volcmar.
Volcmar (Volchmarus, Volgmarus) aus Soest, Sohn der Helemburgis (1230) 339.
— Bebauer einer Hufe in Dreisborn, die zur Vogtei Sümmern gehört (Dresberg) Ksp. Oelinghausen Kr. Arnsberg (1257) 951.
— Vgl. Ekeneborn, de; Venator; Paderborn, von.
Volcquinus, -winus s. Volkwin.
Vole, Heinrich (1249) 687.
— Heinrich, Rektor der Jakobi-Kapelle im Tor zu Soest (1287—93) 2065, 2271.
— Heinrich, Ratsherr in Soest (1294) 2282.
— Johann (1296) 2355.
Voleminne s. Volme.
Volenmus vgl. Bokelinchusen, de.
Volenspet, -speyt s. Volenspit.
Volenspit (Volenspet, -speyt, Vollenspit, Vulenspet, -spit, Vullenspit, Vullespit, Wolenspit, Wulenspet, Wulenspit) Alexander, famulus, später Ritter (1297—1300) 2412, 2586.
— Konrad, famulus (1296—99) 2367, 2368, 2514.
— Dietrich (1210) 72.
— Dietrich, Ritter, Burgmann auf Mark, dapifer des Grfn. v. d. Mark (1261—87) 1080, 1321, 1377, 1378, 1379, 1426, 1450, 1509, 1548, 1558, 1559, 1573, 1670, 1707, 1708, 1711, 1725, 1741, 1758, 1777, 1791, 1820, 1835, 1836, 1839, 1859, 1873, 1886, 1893, 1919, 1923, 1936, 1953 (S.), 1956, 1989, 2065 (S.), 2125, 2163, 2170, 2172, 2173; s. Frau: Christine (1281—87) 1777, 2065 (o. N.); s. † (?) Eltern: Dietrich u. Udelheidis (1281) 1777; s. Sohn: Pulcian, s. d.; s. Bruder: Johann, Ritter, Burgmann auf Mark (1269—96) 1321, 1573, 1707, 1708, 1711, 1725, 1741, 1791, 1835, 1859, 1886, 1953 (S.), 1975, 1989, 2125, 2223, 2254, 2267 a, 2308, 2367, 2368.
— Pulcian, S. Dietrichs, Ritter, Burgmann auf Mark (1280—99) 1707, 1882, 1975, 2065, 2125, 2163, 2223, 2239, 2240, 2254, 2267 a, 2288, 2290, 2308, 2356 a, 2367, 2368, 2383, 2412, 2414 (S.), 2472, 2502, 2514 (S.), 2532; s. Frau 2. Ehe: Lisa v. Horhusen u. s. Kinder 1. u. 2. Ehe (1297) 2412; s. Söhne: Godico (1296) 2367, 2383, und Dietrich (1296) 2367; s. Töchter: Gostia, Elisabeth, Christine (1296) 2367.
Volgmarus s. Volcmar.
Volguinus s. Volkwin.
Volkebuchden, Arnold, Ritter (1280) 1726.
Volkelinchusen s. Voellinghausen.
Volkesmer s. Folsmer.
Volkhardinghausen (Volchardinchusen, Wolthradencusen) Kr. der Twiste, Waldeck 581. *Propst in:* Konrad (1280) 1703.
Volkhold, vgl. Büren, v.
Volkilinchusen s. Völlinghausen.
Volkmarsen (Volchmarsen) Kr. Wolfhagen, R.-B. Kassel. Stadt 1219, 1568 (S.).
— *Bürgermeister in:* Arnold.
— *Richter in:* Alhard.
— *Ratsherren zu:* (1276) 1568.
— *Bürger in:* Faber, Heinrich.
Volknand, vgl. Kappenberg, Kl.
Volkringhausen (Volberdinchusen) Ksp. Balve, Kr. Arnsberg. *Güter in* 871.
Volkwin (Volcquinus, Folc-, Volcwinus, Volguinus, -quinus, Wolcquinus, Wolquinus) (1242) 527.
— Laie (1220) 190.
— Wohnt in Meninchusen (1283) 1877.
— Liber homo (1265) 1187.
— Vgl. Aleken, de; Bertelinctorp, Kl.; Berewic, de; Dortmund, v.; Drolshagen, Kl.; Epsingen, Hof zu; Herwininc; Hörde, v.; Holthusen, de; Huls, de; Limburg, gräfl. Kaplan; Lipe; Lippstadt, Rat; Minden, Bischof; Münster, Alter Dom; Ostinchusen, de; Paderborn, Domkapitel; Paderborn-Busdorf; Pistor; Schwalenberg, Grf. v.; Soest, Schulte v.; Soest, Stadt; Stochelen; Sunhere, de; Waldeck, Grf. v.; Wennigloh; Wetscelus; Wicke, de; Wischele, de.
— Volkwini filius: Gerhard (1220) 179.
— Wolquini cubiculum, (ein Gut?) mit Zinslast 2381.
Vollant (Volandus, Vollandus, Volnandus) (1285) 1980.
— Ritter (1285) 1980.
— Vgl. Hesnen, de; Langenstroth, de; Marsberg, Stadt.
— gen.: Gottfried, Ministerial des Edlen v. Ardey 1298) 2485.
Vollenspit s. Volenspit.
Vollmer (Vollmarinck) Erbe in Tilbeck, Ksp. Havixbeck, Ldkr. Münster 1506.
Volmar (-marus, Wolcmar-, Wolmar-) (1209) 67; (1241) 520; (1246) 619 a; (1276) 1567; (1289) 2110; (1271) 1390; s. Schwiegersohn: Johann ebda.
— Priester (1221) 195.
— Magister (1291—93) 2198, 2271.
— Vgl. Antvelde, v.; Attendorn, v.; Berendorp, de; Berg (Monte) de; Beric, de; Bilehem, Hof; Brenken, de; Brilon, Rat; Brilon, v.; Ebinchoven, de; Ense, v.; Etlen, de; Eynchusen, de; Faber; Flaesheim, Kl.; Foro, in; Vrenckinghusen, de; Vrettere, de; Langen-

G.

Gerhard]
Blankenheim, v.; Bochum, Pfarrer; Bogge, de; Borken, Johanniterhaus; Brackel, v.; Bredelar, Kl.; Bremen, Erzbischof; Brochterbeke, de; Brule, de; Brune (o); Bruylant; Budde; Budel; Büderich, v.; Büren, v.; Bursa; Kamen, Pfarrer in; Kaminata, de; Campanarius; Kappenberg, Kl.; Caupo; Kerpen, Kl.; Clot; Clunghase; Knipping; Cobbinchusen, de; Köln, erzbischöfl. Kapläne; Köln, ss. Aposteln; Köln, s. Gereon; Köln, s. Severin; Köln, Vogt v.; Köln, v.; Körne, v.; Coninch; Kothusen, v.; Kranen, de (vamme); Cranz; Küchenmeister; Küstelberg, Kl.; Dale, de; Dapifer; Dede; Deutz, Stift; Dietz, Grfn. v.; Dinckelborc; Dinker, v.; Dorphornen, de; Dorsten, v.; Dortmund, Hl. Geist-Hospital; Dortmund, v.; Drude filius; Duddenberg, Budde, de; Dülmen, v.; Duitenscede, de; Duker (de Scirenbeke); Dunne; Dusene, de; Ebbinchusen, de; Eclon, de; Ectorpe, de; Eikenscheid; Eilhardi; Elfendehusen, de; Elsey, Kl.; Endorf, Hof zu; Engede, de; Enkhausen, Pfarrer in; Ense, v.; Epsingen, v.; Epsingen, villicus zu; Esnethe, de; Eyliken; Faber; Vagina; Varendorpe, de; Varnhuvele, de; Vilehavere; Vilich, Kl.; Flaesheim, Kl.; Vlamershem, de; Vogt; Volcwini filius; Vorssem, de; Volmesteine, v.; Vridach; Vrode; Fröndenberg, v.; Vullen, de; Vulpes; Gallen; Gerhartthechusen, de; Geldern, Grf. v.; Geldern, v.; Geseke, Kl.; Gesteren, de; Gislen; Gladebeke, de; Glandorpe, de; Grafschaft, Kl.; Grue, de; Gryvele, de; Gyslinch; Hadeke; Hagene; Halden, Schulte v.; Hamm, v.; Hardehausen, Kl.; Heisterbach, Kl.; Helevelde, de; Hemerde, Pfarrer v.; Herderinchusen, de; Herdhe, de; Herdecke, Pfarrer in; Hessische; Hettorpe, preco de; Heynchusen, in; Himmelpforten, Kl.; Hörde, v.; Hoinkhusen, de; Holstein, Grf. v.; Holthausen, v.; Horehusen, de; Horne, de; Horst, v. d.; Hüsten, v.; Hugemanninc; Hule, de; Hulleren, de; Hundesdike, de; Hunevelde, de; Isenberg, dapifer in; Judex; Jülich, Grf. v.; Ywani; Lache, de; Lake, v. d.; Langenberg, Pfarrer in; Langenseet, de; Lanskronen, de; Ledersac; Leithen, v. d.; Lena, de; Lepus; Letmathe, in; Liesborn, Kl.; Linne, v.; Linne, Pfarrer; Linnebeke, de; Linnman; Lippe, Edle v. d.; Lippia, de; Lon, de; Lucelinga, de; Lünen, v.; Mainz, Erzbischof v.; Manso, de; Mark, Grf. v. d.; Medebach, v.; Megtorp, de; Mergelinchus, de; Minda, de; Molendino, de; Monasterio, de; Morgansanc; Münster, Bischof v.; Münster, Dompropst; Nagel; Neuenahr, Grf. v.; Nötten, v.; Nopil; Nortlon, de; Oelinghausen, Kl.; Olfen, Richter in; Osthoven, de; Ostinchusen, Pfarrer in; Overendorpe, de; Paderborn, Dompropst; Palsole, de; Palude, de; Patun; Pipelhane; Platere; Plettenberg, v.; Plumere; Ponte lapideo, in; Preco; Quernheim, v.; Quidele; Radolfi; Ramesdorpe, de; Rameshusen, de; Randerath, v.; Recklinghausen, Richter in; Rennenberg, v.; Ripa, de; Rinsghe, de; Rithem, de; Rode (Rhode), de; Rüthen, Pfarrer in; Rüthen, v.; Rumbeck, Kl.; Salatini; Salicibus, sub; Santgwede, bi deme; Sassus; Scaporzen, de; Scallerman; Scelewalth; Scherffghen; Schulte; Sconeweder; Scriptor; Sculo; Sidenhar; Smerlecke, villicus v.; Snar; Soest-Patroklus, Stift; Soest, Alte Kirche; Soest, s. Maria in Palude; Soest, Jakobikirche; Soest, s. Thomas; Soest, Kreuzfahrer aus; Stenhus, de; Stenwege, de; Stochem, de; Stodde; Stormbroke, de; Strabruke, de; Stute; Subjudex; Suneborne, de; Sunninchusen, de; Tifuerne, de; Twiste, Pfarrer; Undirscarnen; Utrecht, s. Maria; Wartburg, Schulte v.; Wederde; Wedinghausen, Kl.; Wedowe, de; Werden, Stift; Werden, Ort; Westerwinkele, v.; Westerhorst, de; Westfalus (Westfelinc); Wiglon, Pfarrer; Wildenberg, Herr v.; Windeke, de; Wirinchusen, de; Witten, v.; Wolberni; Woldinberg, de; Wormbach, s. Petrialtar; Wrihe, Xanten, Stift; Zeltere.

Gerkin s. Bocholt, v.

Gerlach (Gerlacus, -lagus, -lich) (1204) 31, (1263) 1122, (1269) 1334, (1282) 1844.
— Geistlicher (1217) 143.
— Ritter (1222) 225 *b*, (1246) 616, (1247) 653.
— von (o. Zunamen): (1295) 2330. — Vgl. Arnsberg, Edle v.; Benninghausen, Kl.; Beveren, de; Bitter; Blivar; Bodinke, de; Bolendorp, de; Bredinbag, de; Brigt, de; Bruke, de; Bukowe, de; Kamp, Kl.; Castdorp superiori, de; Keslike, de; Kerichove, over deme; Claudus; Clericus; Köln: 1) s. Kunibertistift; 2) Domkanoniker; 3) s. Gereon; Dickeber; Dingethe, de; Dollendorp, de; Dorlare, de; Dydenshusen, de; Erler, de; Erwitte, v.; Eyden, de; Vassenbeke, de; Vermûnt, de; Foro, in; Vrilinchusen, de; Fulda, s. Maria in; Fulda, Domstift; Gemma; Grafschaft, Kl.; Haa, de; Halefeusten, de; Hammerstein, v.; Harpen, de; Herleberge, de; Herne, de; Hertene, de; Hillebrandi; Juvenis; Lake (Lacu), de; Lancheside, de; Leithen, v. d.; Linnenbeke, de; Listege; Lon, Pfarrer; Lon, Herr v.; Luttekenhowe, de; Luttelenowe, de; Martini; Mederike, de; Merehem, de; Möllenbeck, Kl.; Molheim, de; Münster, Domstift; Mulenhusen, de; Notarius; Nuwenhovin, de; Odensele, de; Oitgenberg, de; Parvus; Perle (Parle); Rense, de; Rethe, Bitter, v.; Rex; Rode, de; Rüthen, Bürgermeister in; Rufus; Sceidinge, de; Soest-Patroklus; Soest, v.; Stollemann (Scolle-); Strünkede, v.; Summeren, de; Surs, de; Twiste, v.; Waldorp, de (in); Werden, Kl.; Worstervort, de; — Gerlaci filius: Willikinus, Bürger in Lüdinghausen (1271) 1383. — Gerlachs: Adelheid gen., von Hamm, Witwe, u. ihre Söhne: Dietrich, Johann, Ludolf (c. 1290) 2185.

Gerle, Dietrich (1299) 2516.

Gerlenchusen s. Gerlingen.

H.

Heinrich]
Balchusen, de; Balehorn; Balke; Barchem, de; Bartberg, de; Bastenberg; Becke, de; Bedelike, Kl.; Bekehus (de); Bekemann; Bellator; Benesheim, de; Benninghausen, v.; Benninghausen, Kl.; Berdinc; Berg, Grfn. v.; Berge, de; Berigfret, de; Berinsoule, de; Bernshove, de; Berstrate: 1) Pfarrer in; 2) v.; Bettinchusen, Hof; Beygir; Bickinchusen, de; Bigen, de; Bilstein, Edle v.; Binole, de; Birge, de; Bischof; Bischopheshusen, de; Bitencehusen, de; Blidelingdorpe, de; Blitersdorp, de; Blome; Boc; Bochem, de; Bochorne, de; Bodenswengel, de; Boderike, Pfarrer in; Bodoni filius; Boese; Bokenvorde, de; Bolike; Bonn, Propst in; Borebenne, de; Borken, Deutschordenshaus; Borneman; Bornewic, de; Botinc; Brabant, Herzöge, v.; Brackel, v.; Braken, de; Bredelar, Kl.; Bredenbeke, de; Bredenole, de; Bremen, in Westf.; Brilon: 1) Bürgermeister in; 2) v.; Brobike, de; Brochusen, de; Brotrump; Broyle, de; Bruka, Edle, v.; Bruninc; Budeken, de; Budenere; Büren, v.; Bulemast; Bullic; Bune, de; Burclo, de; Burghardi filius; Burinc; Busche, v.; Kademan; Kage; Kale; Kaminata, de; Camp, Kl.; Cancer; Capella, de; Kappenberg, Kl.; Kappenberg, Kloster-Wachszinsige; Carpen, Propst, v.; Carpentarius; Castorpe, de; Castro, de Altero; Keflike, de; Kelinchusen, de; Kellervlesc; Kemerere; Kercenberg, de; Kersekorf; Cesar; Ceseberg, de; Keseman; Kessel, Grf. v.; Ketteslere, de; Keyser; Christiani filius; Cimiterium, juxta; Kierspe, Priester in; Cleie, de; Clenkinc; Clericus; Clero, de; Clinchardi; Clinge; Clotincke, de; Cocus; Köln: 1) s. Andreas; 2) Burggraf v.; 3) Dominikaner; 4) Domstift; 5) Erzbischof v.; 6) erzbischöfl. Kapläne; 7) s. Georg; 8) s. Gereon; 9) s. Mariengraden; 10) s. Mauritius; 11) v.; 12) ss. Aposteln; 13) erzbischöfl. Beamte; 14) s. Pantaleon; Königsberg, v.; Colhaze, de Anröchte; Colle, de; Koninch; Copman; Korbach, Bürgermeister; Corbike, Pfarrer; Corf; Korvey, Stift; Corvus; Covolt; Creden; Criph; Crispus; Kukelshem, de; Kulte, de; Curne, de; Dabroke, de; Dalbuchem, de; Dale, Grfn. v.; Danne, de; Dapifer; Darnowensis; Datteln, v. gen. Vridach; Dedalini filius; Dedingkhausen, de; Delic; Denselake, Burggraf v.; Detten, v.; Deussel; Deutschland, Dominikaner-Prior in; Deutschland, Könige v.; Deutz, Stift; Deylhase; Diabolus; Dichus, de; Didinchoven, de; Dilendey; Dinker, Pfarrer v.; Diriken; Dissene, de; Done; Dortmund: 1) s. Marienkirche; 2) Notarius in; 3) Priester in; 4) Reinoldikirche; 5) Hansegraf v.; 6) v.; Dovende; Drachenfels, Burggraf v.; Driere, de; Drolshagen: 1) Kl.; 2) Vogt in; 3) v.; Drove; (Droven, de?); Druckeberg; Druzdorp, de; Dudenrode, v.; Dueker; Dülmen: 1) Burgkaplan in; 2) v.; Dufarn; Dune, de; Dunehove, de; Dungelen, de; Dusburg, de; Ebbinchof; Ebbischink, Schulte in; Eclo, de; Eikenscheid, v.; Eimer, Schulte v.; Ekenebern, de; Ekthorpe, de; Elekinc; Elsen, de; Elsey, Kl.; Elspe: 1) Vogt v.; 2) v.; Emesa, von; Emethe, de; England Kg. v.; Ense, v.; Erkerodhe, de; Erperade, de; Ervenoth; Erwitte, v.; Esbern, in; Eslive, de; Essen: 1) Notar in; 2) Stift; 3) de; Ethelinchusen, de; Faber; Fago, de; Vagus; Varlar, Kl.; Varnhuvele, de; Vasolt; Velmede, Dechant v.; Velpipe; Felschengeren, de (Flessenger); Veltmulen, de; Vemerinc, de; Vennia, de; Fermentarius; Vesperde, de; Videlere; Villicus; Vinitor; Virneburg, Grf. v.; Visbeke, de; Vitinghofen, v.; Vivelinc, de; Vivens; Flaesheim, Kl.; Flechtorf: 1) Kl.; 2) v.; Vlekko; Vlerike, de; Vlome; Vogt; Vole; Volmarstein: 1) Burg; 2) Edle v.; Volthardinc; Fornace, de; Forste, de; Fossam, prope; Voswinkele, de; Francigena; Franzois; Freckenhorst, v.; Freienohle, Richter in; Vridag; Vrige; Vrigreve; Vriman; Fulda, Stift; Vulpes; Vultur; Vůre, de; Vurthem, de; Vůstenhove, de; Gedinchtorp, de; Gelmen, Schulte v.; Gelria; Gemma; Geseke: 1) Schulmeister in; 2) v.; Gevure, de; Gholtturne, de; Givelinchusen; de; Gladebach, de; Glydorp, de; Goldekinch; Goldico; Goltberge, de; Gortevigent; Gote; Goterswich, de; Gotswini filius; Goz; Grafschaft: 1) Kloster; 2) Pfarrer in; 3) v.; Gronemberg; Grunepape; Gruse, de; Grutere; Guldene; Gummere, de; Gyr; Hachnen, de; Hagen, de; Hagenbeke, de; Hah; Hake; Hals; Haltern, Schöffen in; Hameln, v.; Hamerde, de; Hamm: 1) Bürgermeister in; 2) Kaplan in; 3) Schule in; 4) v.; Hanebic; Hanschen; Hardevust; Harehusen, de; Harpene, de; Hartinginc; Hathewerc; Hattenhokge, de; Havesaldi; Hede, de; Hege, de; Heisterbach, Kl.; Helenburgis; Helene; Helengeri; Helengerinc; Hellewagene, de; Heltene; Helvelde, Pfarrer in; Hember; Hemerde, de; Hemesberg, de; Hengene, de; Hennene, Pfarrer in; Hepenete, de; Herbordi filius; Herborne, de; Herdinchen, de; Herebede, Pfarrer in; Herebramere; Herevelde, de; Hergotinchusen, de; Herringen, Pfarrer in; Hessen, Landgraf v.; Hetvelt; Heveneticthorpe, de; Heventlehusen, villicus de; Heverere; Hiesinge, Vridach de; Hildegeri filius; Hildesheim, Bischof v.; Hilgemann; Hillen, v.; Himmelpforten, Kl.; Hoenporten, de; Höxter, Dechant zu; Hoicklere; Holte, de; Holthem, de; Holthusen, de; Homburg, de; Honesben; Honhus, de; Honklostere, de; Honsele; Hopingen, de; Horich; Horst, de; Horste, Pfarrer in; Hostiis, de; Hovestat, Schulte in; Hoveth; Hückeswage, Grf. v.; Hüsten, Priester in; Hüsten, v.; Hufnagel; Hukelhem, de; Hulslo, de; Huncher; Hurlei; Huvenner; Hybonis filius; Jagevrese; Ykenhusen, de; Ymminc; Jode; Irincsile, de; Irrevogel; Isenburg, Edle v.; Iserlohn: 1) Dechant in; 2) v.; Itter, Herren v.; Iudex; Junkinc; Lake, de; Langen-

Heinrich] eken, de; Lapide, de Novo; Lare, de; Latervelde, de; Lechenich, v.; Lecka, de; Leichlingin, de; Leithe, v. der; Leiven, de; Lenne, Pfarrer in; Liber; Liligeberc, de; Limburg: 1) Grf. v.; 2) Herzog v.; Linnephe, de; Lipo; Lippia, de; Lippstadt, Kaplan v.; Lodego; Loen v.; Longus; Lore, de; Loshart; Lothringen, Herzog v.; Loven, de; Lucinc; Ludhelminghusen, de; Lüdinghausen: 1) Wolf v.; 2) v.; Lünen, v.; Lüttich, Bischof v.; Luniger; Lupus; Luscus; Luthardessen, de; Lutmerßen, de; Mactator; Madewic, de; Magnus; Manso, de; Manu, de Ferrea; Marbeke, Leprosenhaus; Marelo, de; Margarete filius; Mark, Pfarrer in; Marsberg, Propst v.; Marschall; Medebach, v.; Medberike, de; Menden: 1) Schulte v.; 2) v.; Meppe, de; Mercelinchusen, de; Mervelde: 1) pincerna de; 2) de; Meschede: 1) Kloster in; 2) v.; Mese; Methler, Schulte v.; Metzenchusen, de; Miles; Milinchusen, de; Misennere; Mockershove, de; Möllenbeck, Kl.; Molendinarius; Molendino, de; Molige; Monetarius; Montem, super; Morel; Mülheim: 1) Deutschordens-Kommende zu; 2) Pfarrer in; Münster: 1) Domstift; 2) s. Mauritz; 3) v.; Munt; Musche, de; Muttike; Nassau, Grf. v.; Nene, v.; Netze, Kl.; Niger; Norendin; Notarius; Notroph; Nutlon, de; Obses; Octo; Odenhusen, de; Odradis filius; Oedingen, Kl.; Oelinghausen, Kl.; Oestrich, Schulte v.; Offerhus, de; Olmetheym, de; Opmenen, de; Orloginc; Ortulanus; Osterdinge, de; Osthove, de; Ostinchusen, de; Ostunen, de; Ostwich, de; Ovelacker; Overendorpe, de; Overenkercken, Pfarrer v.; Overvisc, de; Ovethe, de; Padberg, Pfarrer in; Paderborn: 1) Domstift; 2) bischöfl. Ministerialen; 3) v.; 4) Busdorf; Palsole, de; Palster; Palude, de; Pampis; Pape; Parvus; Pepersac; Percheval; Peregrini filius; Perle; Pickelsen, de; Pikenbruc, de; Pil; Pincerna; Pipenbruc; Piperus; Pistor; Poledrus; Polshem, de; Ponte, de; Porta, de Alta; Preco; Prelium; Primo; Prior; Pris; Propunnaculo, de; Prosekese; Puls; Putteman; Quakenbrück, Propst v.; Quattele; Rechede, de; Recklinghausen, Schöffen in; Redennestorpe, de; Rederen, de; Rees: 1) Stift; 2) v.; Reichenbach, Grf. v.; Rene, de; Rex; Rich, de; Riddere; Rike; Rikerswic, de; Rile, de; Rimbeke, de; Rinheim, de; Rithem, de; Rodelbone, de; Rodenberg, de; Rodenkerken, de; Roderikessen, de; Rodorpe, de; Rokeri filius; Romberg, v.; Rosa; Rosbike, colonus in; Rost; Rothepe, de; Rubo, de; Ruden, de; Rudenschede, de; Rüdenberg, v.; Rufus; Rumescotele, Rune, de; Rura, de; Rurene, Hof in; Rysop; Rytte, de; Sachsen, Herzog v.; Saltmolen, de; Salzkotten, v.; Sande, de; Santberg, de; Santbrinken, de; Santkule, de; Sapiens; Sasenberc, de; Saxo; Sayn, Grf. v.; Scenken; Scheda, Kl.; Schedelike, de; Schere; Scherenbeke, de; Scherve, de; Schildesche, Propst v.; Schnevethe, de; Schucken;

Heinrich] Schnle; Schuvere; Schwalenberg, v.; Schwerin, Grf. v.; Schwerte, Priester v.; Scinkel; Scnidevint; Scrape; Scredere; Scriptor; Scrodarius; Scnltete; Seine, de; Selehoven, Hufe zu; Selhusen, de; Selinkinc; Semigallus; Serten; Sibregtinc; Siburgh, Pfarrer v.; Silebecke, de; Silverbuch; Siveke, de; Slachregen; Slammede, de; Slavus; Slepere; Smerlike, de; Smidehusen, de; Smyth; Soest: 1) Dominikaner in; 2) s. Patroklus, Stift; 3) Priester zu; 4) Schulte in; 5) s. Stephan; 6) s. Thomas; 7) s. Walburgis; 8) v.; Sonneborne, Schulte v.; Spelle; Spiker; Spore; Sprenge; Stalpe, de; Stangevole; Stella, de; Stellebom; Stenbeke, de; Stendal; Stenhorst; Stenhus, de; Stepecule; Stephano, de sancto; Sternberg, Propst v.; Stevenich; Stikelinc; Stipele, de; Stochem, de; Stod; Stokeleyt; Stolekenbeke; Stralen, de; Stratam, super; Stromberg, Burggraf v.; Sudertzu; Sulethe, de; Sunendag; Sunthem, de; Supen; Surdus; Suthem, de; Sutor; Sviderichusen, de; Sybodonis; Sywordinchusen, de; Tecge; Tecklenburg, Grfn. v.; Teddesalt; Thelonearius; Thodinchusen, de; Tilia, de; Timbom; Tinctor; Tolnere; Top; Torberg, de; Trajecto, de; Trier, Erzbischof v.; Tulpeto, de; Tunen, de; Turri, de; Twebrot; Twisne, de; Udonis filius; Uflen, de; Ufte, de; Ulenbroke, de; Unckincdorpe, de; Undirscarnen; Unesalten; Unna: 1) Gogreve v.; 2) Pfarrer in; 3) v.; Uppenberge; Upsprunge: 1) de; 2) Hof in; Urbe, de; Urbe, de Altera; Ure, de; Uresefget; Utrecht: 1) Bischof v.; 2) Domstift; Walberti filius; Walde, de; Waldeck, Grfn. v.; Wale; Waledůvel; Waltvogel; Wamboystickere; Wande, de; Wardeman; Warendorpe, v.; Wedinghausen, Kl.; Wegenere; Welver, Kl.; Wendepape; Wenekinc, de; Wennigloh, libertinus in; Wensgelo, de; Werbe, Kl.; Werden, Stift; Werenzo; Werle: 1) Priester in; 2) de; Wernen, Pfarrer in; Werve, de; Wesselman; Westerholt, Ritter, v.; Westerwic, de; Westhoven, de; Westphal; Westunen, de; Wettere, de; Wettevidele; Wevere, de; Wiberninchusen, de; Wiboldinchusen, de; Wickede, v.; Widhem, v.; Wiedenbrück, Pfarrer zu; Wiesdorf, Vogt v.; Wiginchusen, de; Wildenberg, de; Wildeshusen, de; Wildungen, Pfarrer in; Winchusen, de; Windecge, de; Winden, de; Wine, de; Winnenberg, de; Winnerus; Wint; Wintere, de; Wippereworde, de; Wiscelman; Wise; Witinchusen, de; Witten, v.; Wittenberg, v.; Wittherinc, de; Wole; Wolf; Wolfhagen, Kaplan in; Wolkenburch, de; Wormbach: 1) Dechant v.; 2) v.; Wrede; Wrie; Wůnder, gen.; Zen, Geistlicher v.

Heinriking s. Hinderking.

Heinsberg (Heymsberg, Heynnsberg) Herren v.: Dietrich, Ritter (1287—98) 2040, 2470; s. Bruder. Johann, Herr v. Löwenberg, Ritter, s. d.

— Herrin v.: Adelheid (1247) 632.

I, J und Y.

Johann]

— Eigenhöriger des Kl. Welver, dann des Essener Stiftshofes Borbeck (1273) 1459.

— J. u. s. Bruder: Hermann, Hörige des Edlen v. Ardey, dann des Kl. Oelinghausen (1286) 2006.

— Vgl. Adorp, Pfarrer von; Affelen, de; Albus; Alen, de; Alfardinc; Alfen, de; Alape, de; Albrachtinchusen, de; Alde; Aldenroggen; Alph; Amelungessen, de; Anglia, de; Antwilre, Klostervillicus in; Ardey, v.; Area Apri, de; Arnsberg: 1) Grfn. v.; 2) Pfarrer in; Asbeke, de; Aslen: 1) Freigraf v.; 2) de; Aspen, de; Asscheberge, de; Attendorn: 1) Pfarrer in; 2) v.; Aurifaber; Badorpe, de; Balken, de; Becheym, de; Bechmere; Beio; Benne; Benneveldt; Benninchoven, de; Benninghausen, Kl.; Berchlere, de; Bere; Berge, de; Berman; Berninch; Berninchusen, de; Berstrate, v.; Bertram; Betinch; Bettinchusen: 1) villicus in; 2) familia des Hofes; Beyger; Bibese; Bilemerke, de; Bilinchusen, de; Bilstein, Edle v.; Binole, de; Birman; Blage; Bleke; Blesmo; Blessem; Blisinc; Blomenrode, de; Blote; Bochem, villicus de; Boclo, de; Bodeke; Boderike, de; Bodinc, de; Bodincsile, de; Bogge; Boke, Pfarrer in; Bolte, de; Bonn, Propst v.; Borich, de; Brabant, Herzog v.; Brakele, de; Brakel, Pfarrer in; Braxator; Bredelar, Kl.; Bremen, Kaplan in; Brilon, de; Brobike, de; Bromere; Bruchusen, de; Bruka, Bruder des Kellners Heinrich v.; Brumelinc; Brumenkûsin, de; Brunhardinc; Brunhart; Bruninc; Brunsteninc; Brunwordinchusen, de; Buc; Budde; Budevelde, Pfarrer v.; Büren, v.; Bulemast; Bulrebeke, de; Bulte, de; Butinc; Byre, de; Kake, de; Calecop; Calle, Gogreve v.; Calverberg, de; Kamen, v.; Kamp, Kl.; Cantor; Capella: 1) Kl.; 2) de; Caput; Carpentarius; Kaspele, de; Castrum Novum; Keflike; Kellinchusen, de; Kempe; Kerchave; Kersebome, de; Cesar; Cigno, de; Kiwe, de; Clava; Claviger; Cleihorst, de; Clericus; Cleve, de; Clot; Koch; Köln: 1) Domkapitel; 2) s. Georg; 3) Marien-Graden; 4) Weihbischöfe; 5) v.; Cogge; Colven; Colvermann; Copman; Korbach: 1) Bürgermeister zu, 2) Priester in, 3) v.; Korvey, Stift; Corvus; Costiken; Koteman; Cotho; Crampo; Cranz; Crede; Krevet; Crisant; Crispin, de; Crispus; Crolleman; Kuch; Kugenhorst, de; Kukuldorp, de; Kule; Culpe, de; Cumber; Kuninc; Curia, de Frigida; Currevic, liber, de; Daele, Pfarrer in; Dallwich, de; Dalsche; Danne, de; Dapifer; Dedelinctorpe, de; Dedinghausen, de; Deosal; Deutz, Stift; Dickebier; Dinckelburg, de; Dinker: 1) Pfarrer in, 2) v.; Ditkirchen, Pfarrer in; Ditmarinch, Erbe, Bewohner desselben; Ditmarinchosen, de; Dobbo; Dolen, de; Dome, de; Dorinch; Dorstvelde, de; Dortmund: 1) Johannisschule, 2) Leprosenhaus, 3) Reinoldikirche, 4) v.; Dovende; Drovo; Duker; Dunnepeper; Durenholthusen, de; Durinc; Durscheit, de; Duvel; Dux; Dyke, von dem; Dyvelden, de; Ebdischinc, de; Echtorpe, de; Eclo, de; Eden, de; Effele, de; Eilsen, de; Eimer, v.; Eleren, Pfarrer in; Elfenberg, de; Elricinc (Elrici); Elsen, de; Emingenrode, de; Endeke, de; Eppenhusen, de; Erest, de; Erkenswic, de; Erpinge, de; Erwitte: 1) Freigraf in; 2) Pfarrer in, 3) v.; Esbike, v.; Eschedorpe, de; Eslive, de; Ezglinchus; Faber; Fabrica, de; Valkenburg, de; Valkenere; Venator; Vesperde, de; Vinckelstaf, gen.; Vinitor; Visbeke, de; Vivelinck, de; Flechtdorf, v.; Vlerike, de; Vogel; Vogelhemme; Vogt; Vole; Volenspit; Fontem, super; Vore, de; Foro, in; Vos; Voswinkele, de; Frascati, Kardinalbischof v.; Freso; Vridach; Vringe; Fritzlar, Hospital bei; Fröndenberg, Kl.; Vrowendorpe, de; Vrylinc; Fugel; Vulfethe, de; Vundengot; Garfen, de; Geseke: 1) Kloster, 2) Petrikirche in, 3) Vogt v., 4) v.; Getene, preco, de; Gevelsberg, Kl.; Geyst, de; Ghivelinchusen, de; Gime; Giselberti; Gislinc (Gisle); Gogravius; Goldere; Gortevigent; Goslar, Kanoniker in; Grafschaft, Kl.; Granario, de; Greninc, de; Groten Nedere, de; Gudele; Gute; Hadewigh; Hagwort, Bewohner des Erbes; Hals; Haltern: 1) Schöffen in; 2) de; Hamborn, Kl.; Hamm, v.; Hardehausen, Kl.; Hardevust; Harehusen, de; Haren, de; Harme; Harverman; Hasso; Hattenokgen, Kaplan in; Havesalde; Hedenmulen, de; Heiden, de; Hele, de; Helengerinc; Helfenberg, v.; Helmarshausen, Kl.; Helsungen, de; Helye; Herdecke, Kl.; Herdinchusen, de; Herdringen, Märker zu; Herevorde, de; Herinctorpe, de; Hersnen, de; Hert; Heygere, de; Himmelpforten, Kl.; Hirci(cus?); Hobe; Hockere; Hörde, v.; Hoeve, von der; Hövel, v.; Hoinkhausen, Pfarrer zu; Holte, v.; Holthove, de; Holthusen, de; Honhus, de; Honklostere, de; Horhusen, Magnus in; Horne, v.; Horreo, de; Horsta, de; Hosden, de; Hosterwych, de; Hosthem de; Hothmann, de; Hovestadt, v.; Hoynge, de; Huben; Hudenbrot; Hüsten: 1) Kaplan in; 2) v.; Huken; Hulewecke; Hunscede, de; Hurchen, v.; Jacobi; Ibe (Ibonis); Iggenhausen, Pfarrer zu; Institor; Isenberg, Grf. v.; Ysthe, de; Judeus; Judex; Langen, de; Lanifex; Lapicida; Lare, de; Lassac; Latorph, de; Lederike, de; Lembecke, v.; Lena, Pfarrer in; Lethen, de; Letmathe, de; Lewenberg, Herr v.; Liber; Lifhardinch; Limburg: 1) Grfn. v.; 2) v.; Linge, de; Lipo; Lippe, v. d.; Lipperode, Kaplan in; Lippstadt: 1) Bürgermeister in; 2) Richter in; 3) Schöffen in; 4) Kl.; Locmere, de; Longus; Lore, de; Lovenich, de; Lucinc; Lübeck: 1) Bischof v.; 2) Johanniskloster in; Lüttich, s. Johann; Lund Erzbischof v.; Luteke; Lyre, de; Manincgutinchusen; Mannicus; Manso, de; Marienfeld, Kl.; Mark, v. d.; Marle, Priester v.; Mars; Marsberg: 1) Ratsherren in; 2) v.; Marschall; Martini; Mas; Medebach: 1) Bürger in; 2) v.; Medeman, de; Meilan; Mendene, de; Mengede,

Johann]
de; Mersche, oppen; Mersene, de; Mervelde, v.; Meschede, v.; Methlare, de; Meygerinc, de; Meygreve; Mildestena, de; Minden, Domkanoniker in; Möllenbeck, Kl.; Mol; Molendino, de; Monachus; Monasterio, de; Monetarius; Mor, de; Morrian; Motzenhusen, de; Muke; Mulart; Munden, de; Muntelo, de; Musche; Neckel; Nedere, de; Neheim, de; Nehlen, de; Nelach, de; Norendin; Nutlon, de; Nuwenbeke, de; Nyching; Oedingen: 1) Kl.; 2) v.; Oelinghausen: 1) Kl.; 2) v.; Oer, v.; Oldendistede; Ole, de; Olfen, Pfarrer in; Opmenen, de; Osnabrück, s. Johannesstift; Ostampen; Osthoven, de; Osthusen de; Ostinchusen: 1) Pfarrer in; 2) de; Ostunen, Richter in; Overendorpe, de; Overenkerken, de; Overhagen, de; Overvelderinc, de; Padberg, v.; Paderborn: 1) P.-Busdorf; 2) v.; Palnde, de; Parvus; Paschedach; Pavo(-winch); Pellegrini; Pellifex; Pentelinch, de; Pentenich, de; Pergamenarius; Pewelinc, villicus v.; Pikenbroke, de; Pilichem, de; Pincerna; Pinguis venter; Piscina, de; Platere; Plettenberg, v.; Polhem, de; Porta, de; Pras; Preco; Prelium; Prémontré, Abt v.; Provest; Puteo, de; Quakenbrück, Geistlicher in; Rabodinc; Rade, de; Raffenberg, Pfarrer in; Rapen, Kolon in; Rastede, Kaplan in; Ratwarinchusen, de; Rechede, de; Redhey, de; Rees, Stift in; Reinpe; Remagen, villicus zu; Rennenberg, v.; Rennincdhorpe, de; Rest, de; Rethe, de; Rex; Reynlevessen, de; Richteman; Riddere; Ridekenberg, Kaplan in; Riga, bischöfl. Kaplan; Rinchove, de; Rinecge, Burggraf v.; Riperscheyt, de; Rise; Rivo, de; Robertinc; Rodelewe; Rodorp, de; Rokeri filius; Rollinchusen, de; Rota, de; Rubo, de; Rüthen: 1) Johanniskirche in; 2) Pfarrer in; 3) v.; Rumbeck: 1) Kl.; 2) v.; Rump; Rure; Ruze von Dülmen; Sachsen, Herzog v.; Sadge; Salentin; Saley, de; Salicibus, snb; Salzkotten, v.; Sapiens; Sassendorf, v.; Savenhusen, de; Sayn, Grfn. v.; Scathbalg; Scedinche, Kapelle in; Scenke; Scheda, Kl.; Schekere; Schele; Scherdemule; Schervekin; Schilderegatzen, de; Schildesche: 1) Kl.; 2) v.; Schmallenberg: 1) Bürgermeister in; 2) Gograf in; Schnevethe, de; Scolaris; Sconeweder; Scotto; Scottorpe, de; Scotus; Scruch; Scucke; Sculo; Scymeko; Sengelyn; Siegburg, Pfarrer in; Silehorst, de; Siten, de; Slepere; Smedehusen, de; Smende; Smerebruke, Parvus, de; Snach; Sobbe; Soest: 1) aus; 2) Richter in; 3) Schulte, v.; 4) Altekirche in; 5) Dominikaner in; 6) Johanniskapelle in; 7) Paradies-Kl.; 8) Patroklus-Stift, 9) Walburgis-Kl.; 10) Leprosenhaus; Sonnenkamp, Kl.; Spelemanninc; Spelle, de; Spirvogel; Staden, von; Stalburg, v.; Stapel; Stederdorpe, de; Stengraven, de; Stephani; Stenhorst; Sterren, de; Sticke; Störmede, v.; Stotere; Stromberg, Burggraf v.; Strot; Struc; Strünkede, v.; Suberlinchusen, de; Submonte, de; Suderlant, de; Sudermann; Sulco, de; Sumeric; Sunhere, de; Suorbe; Supen; Surdus; Sutdinghere, de; Sntthem, de; Sveve, de; Sviderichusen, de; Svitthene, de; Theatrum, apud; Theloncarius; Themonis; Thitmarencusen; Thome; Thülen, Pfarrer in; Tile, de; Tilia, de; Timpanarius; de; Tudic; Tunen: 1) de; 2) Pfarrer in; 3) Vrige de; Tusculanus epc.; Tvent, de; Uffeln, v.; Uftinc, de; Ulfersen, de; Underberich; Unna, Kirche zu; Uppinchusen, de; Upsprungen, de; Ursus; Walburga, de Sancta; Waldeck, gräfl. dapifer; Walpe, de; Waltherinchusen, de; Wande, de; Warburg, Pfarrer in; Warendorpe, de; Warsten, de; Waschardi; Waterhon; Wedelberg, de; Weddinghausen, Kl.; Wegenere; Weggen, mitten; Welheim, Deutschordenshaus zu; Welver, Kl.; Wencht; Wennere; Werden, Stift; Werdinchusen, de; Werl: 1) Pfarrer in; 2) Scriptor v.; Wermelinchusen, de; Werninchus (-sen), de; Werninchusen, de; Wesål, de; Weslere, de; Westandopen, de; Westende, de; Westfalen, Marschall v.; Westhem, Pfarrer v.; Westwic, de; Weten, de; Wichlon, de; Wickede, v.; Widekindi; Widene, de; Wiedenbrück, Kl.; Wigandi filius; Wiggerinchusen, de; Willikenbragt, de; Wilmari; Wiltflech; Winchester, Bischof v.; Winchusen, de; Wintermast; Wischele, de; Wittenburg, v.; Wolf; Wolfhagen, Ratsherr in; Wordinghusen, de; Wormbike, de; Wrede; Xanten, Stift.

Johanna s. Himmelpforten, Kl.

Johannini, Bernhardus (Agathensis canonicus) päpstl. Generalauditor (1283) 1885.

Johanniter-Orden s. Orden, Johanniter.

Johel, Jude in Dortmund; s. Sohn: Joseph (1289) 2116.

Jonathan (-tas, -thas) vgl. Ardey, Edle v.; Dolberg, Edle v.; Rüdenberg, Edle v.

Jordanus (-nis) Priester (1252) 772.
— Laienbruder in Soest (c. 1227) 305.
— Soester Bürger (1265) 1186.
— Angehöriger der familia des Hofes Epsingen (1232) 393; vgl. Benedicte; Berge, oppen; Campo, in; Deutz, Stift; Effle, de; Ververe; Gran, de; Hamm, v.; Monment, de; Rinaren, de; Soest-Walburgis, Stift; Stochelen, de.

Joseph, Priester (1221) 200. Vgl. Johele.

Jotta s. Jutta.

Ircus s. Hircus.

Yrevogel s. Irrevogel.

Irensel (Yrincsele, Irincsile) *Hof u. gräfl. limburgische Vogtei in* 959, 1676, vergl. Ehrenzell.

Yrco (Ircus = Hircus s. d.) Kämmerer des Erzb. v. Köln (1240—41) 498, 520.

Yrincsele, Irincsile s. Ehrenzell.

Irmegardis Irmengarde, -dis s. Irmgard.

Irmentrudis (Ermedrudis, Ermendrudis, Ermentruda, -dis, Ermetruda, -dis) ihr Sohn: Luthardus, Molen-

Lucelinga, de: Gerhard (1204) 31.
Lucera (-ria.) Stadt in der ital. Prov. Foggia. *Bischof von:* Aymardus (1295—97) 2315, 2326 (S.), 2439.
Lucgardis s. Ludgardis.
Lucere, Luceus s. Lucius.
Lucia s. Padberg, Friedrich v.
Lucino, Heinrich (1253) 797.
— Ludolf u. s. Söhne: Johann u. Hermann (1283) 1881.
Lucinchusen s. Lützinghausen.
Lucius (Lucere, Luceus) Eberhard (1257) 945.
— Hermann, Bürger in Soest (1245) 588.
— Simon, Bürger in Soest (1229—32) 321, 393.
Lucke, Rotger (1270) 1351 a.
Ludbert (Liudbertus, Lubb-, Lub-, Lupert-) (1285) 1956, (1288) 2083, (1298) 2463 (in Soest).
— *Priester* (1269) 1338.
— — Bruder des Ludolphus dapifer (1213) 93.
— — Bürger in Soest (1219) 164.
— — Bruder der Helenburgis aus Soest (1230) 339.
— — Erbe des † Peregrinus aus Soest u. s. Frau: Helenburgis (1230) 339.
— — Bruder des Schulten Ambrosius von Soest-Patroklus (1258 †) 995.
— — Verwandter des Eberhard gen. Boleken (s. d.), Bürger in Geseke (1285) 1938.
— — Priester, langjähriger Vikar an der Jakobikapelle im Tor zu Soest (1293) 2271.
— — Rektor (1280) 1710.
— — Scolaris (1292) 2230.
— de: H..., Ritter (1265) 1192.
— Vgl. Ahlen, v.: Anglia, de; Avenstroth, de; Batenhorst, de; Beveren, de; Binole, de; Boc; Bögge, villicus des Hofes; Boinen, de; Bongarden, de; Borssit, de; Bremen, v.; Budde, Kake, de; Kamen, v.; Clot; Köln, Mariengraden; Comes; Dapifer; Ditmari; Dusentschure, de; Ergiste, de; Faber; Vietinghoff, v.; Flaesheim, Kl.; Vlerike, de; Vorssem, de; Vos; Gore, de; Grafschaft, Kl.; Greve; Hagen, v.; Hattingen, Pfarrer v.; Hemminchusen, de; Heringe, de; Hesne, de; Hevecalz; Hevinchusen, de; Hövel, v.; Hüsten, v.; Lembeck, v.; Linge, de; Make; Marienfeld, Kl.; Marpe, de; Medrike, de; Münster: 1) bischöfl. Kaplan; 2) Domstift; 3) s. Ludgeri; 4) s. Martini; Neuß, Schulte in; Paderborn, Abdinghof, Kl.; Platere; Pomerio, de (super); Provest; Puteo, de; Rüthen, v.; Schwansbell, v.; Sintraminclo, Kämmerer v.; Slavus; Soest: 1) Bürgermeister in; 2) s. Patroklus-Stift; Steinfurt, Johanniter in; Stelingus, de (?); Stochem, de; Sutor; Thodinchusen, de; Torc; Tunne, de; Welver, Kl.; Wickede, de; Wint; Wislon, de; Xanten, Stift.
Ludbrand, Lubbrand s. Sartor.
Ludbrandi (Luthbrandi) Konrad, Ratsherr in Marsberg (1269) 1344.
Ludburgis (Lupbergis, Lut-, -borgis) vgl. Schwefe, v.; Thelonearius.

Ludburgis
— Ludbergis filius: Meinerus, zur familia des Hofes in Epsingen gehörig (1232) 393.
Ludeke (-diko, Lůteke) Johann, Bürger in Soest (1293) 2278, 2279, vgl. Mediclinne, de; Olinchusen, de; Schonehals.
Ludekinus s. Dalberne, v.
Ludelscede, -schede, -denscheit s. Lüdenscheid.
Luderinchove s. Löringhof.
Luderus s. Ludgerus.
Ludfridus (Lut-, Luth-) Priester (1231) 373, (1240) 487, (1246) 628.
— Minoritenkustos in Westfalen (1254) 846; s. socius: Br. Heinrich de Askaria (s. d.) ebda.
— Soester Bürger (?) (1256) 900.
— Vgl. Cleye, de; Lippstadt, Stift; Morum (!), de; Portam, ante; Westerwic, de.
Ludgardis (Luc-, Lut-, Luth-) vgl. Ahlen, de; Altena, Grfn. v.; Benninghausen, Kl.; Berchoben, de; Bolenden, de; Brobeke, de; Kaufungen, Kl.; Cimiterium, ante; Crevet; Detten, v.; Dornlo, de; Volmarstein, Edle v.; Vrenckinchusen, de; Vridag, de Datteln; Vrie, Gerhard; Griph; Heerse, Kl.; Herdecke, Kl.; Meschede, Kl.; Nagel; Pellifex; Sygenberg, de; Wande, de; Wedereve.
Ludgeri, Albert (1265) 1187.
Ludgerus (Luderus, Ludie-, Lutge-, Luther-, Luthger-) (1283) 1865, (1287) 2022.
— Dortmunder Bürger (1238) 472 b.
— Bürger in Geseke (1289) 2121.
— aus Geseke (?) (1257) 939.
— Schöffe in Haltern (1253) 807.
— Höriger des Kl. Scheda (1298) 2460.
— aus Soest (1213) 90.
— Vgl. Allen, de; Brochterbeck, v.; Bunde; Burbenne, de; Klarholz, Kl.; Crispus; Dortmund, v.; Dunevare, de; Verden, Bischof v.; Gemusen, de; Ichorne, de; Osnabrück, Domstift; Scheda, Kl.; Uncdorp, de.
Ludhelminghusen, de: Heinrich, Ratsherr in Dortmund (1263) 1125.
Ludierus s. Ludgerus.
Ludiko s. Ludeke.
Ludinchusen, -sin, -son s. Lüdinghausen.
Ludmodis (Lut-) vgl. Franzois; Henno de Camene; Pistor.
Ludmundus vgl. Störmede, v.
Ludolf (fus-, -phus) (1235) 431, (1258) 984 (dabei s. Bruder: Sweder); (1298) 2453 a.
— Priester (1275) 1512, (1279) 1693.
— Kaplan der Kurie in Essen (1213) 96 a.
— burgravius (1201) 8 a.
— Bürger in Soest (1229—35) 314, 386, 425, 439.
— civis in Hoingen (1230) 339.
— Bürgermeister in Soest (1234) 425.
— Mann der Guda (1235) 431.
— Bürger in Marsberg (1250) 713.

N.

Osthof]
— — Johann, Ratsherr in Hamm (1285—92) 1975, 2178, 2219.
Osthunen s. Ostönnen.
Osthus (-huss) 1) Hof in Menninghausen, Ksp. Oelde, Kr. Beckum 1552, 1553.
— 2) Hof in Wiehagen, Ksp. Wickede, Kr. Soest 2239.
Osthusen (-hus) *Güter in* Holthausen, Ksp. Derne, Ldkr. Dortmund 936, 943, 2115, 2165, 2167.
Ostinchoven s. Osthof.
Ostinchusen, -chûsen s. Oestinghausen.
Ostinghausen (Osedinchusen, Osendinchusen) Ksp. Weslarn, Kr. Soest. *curtis in* 806, 2060.
— *Pfarrer in:* Boemund (1282—84) 1791, 1915.
— *Gericht in* 1791.
— *Richter:* Arnold (1282) 1791.
Ostinghûsen, Ostinhusen s. Oestinghausen.
Ostönnen (Hostunen, Osthunen, Ostthunen, Ostûnen, Thunen, Tûnen) Ksp., Kr. Soest 164 (Gut zu), 802, 859, 1719 (villa Tûnen), 1720 (villa Tûnen), 1910, 2260.
— *Pfarrer in:* Johann (1288—96) 2105, 2106, 2355.
— *Gericht in* 1791.
— *Richter:* Johann (1282) 1791.
— *triedinc in* 802, 859, 1819, 1889.
— *Vorsitzende:* Borgeln, Burkhard v.; Rüdenberg, Konrad v.
— *Freischöffen in:* Advocatus, Albert u. Lambert (1255) 859; Ampen, Gottschalk v.; Embere, Ambrosius v.; Vocke, Dietrich; Madewich, Walther v.; Molendinarius, Dietrich; Preco, Wilhelm; Rithem, Arnold de; Tunen, Gottfried, Heinrich, Pilegrimus u. Remboldus de; Sebertus u. s. Sohn: Bodo.
— *Schulte in:* Rotger (1280) 1719, 1720.
— *Bauern* (cives) *in:* Pilgrim u. Wilhelm, liberi homines (1241) 505; Snach, gen., Johann (s. d.).
— de: Adelheid u. ihr Sohn: Heinrich, Eigenhörige des Kl. Himmelpforten (1296) 2355.
— — Bertradis (1278) 1654; s. Tunen, de.
— — Bette, Mann (1296) 2355.
— — Ditmar, zur Familia des Hofes in Epsingen gehörig (1232) 393.
— — Johann u. s. Sohn: Heinrich (1248) 1889.
Ostrich, Ůstrich s. Oestrich.
Osttünnen (Ostungge) Ksp. Rhynern, Ldkr. Hamm. *Villa u. Zehnte in* 1792.
Ostwig (Ostwich) Ksp. Velmede, Kr. Meschede. *Hof* (curtis) des Kl. Meschede *in* 4.
— von: Heinrich; s. Frau (o. N.) ist die Schwester Gottfrieds gen. Schake; s. Söhne: Heinrich (1299) 2521 u. Wilhelm (1295—99) 2328, 2521, Ministerialen des Kl. Meschede, dann des Grfn. v. Arnsberg.
Otberti, Wulfvinus, Ratsherr in Dortmund (1249—63) 688 a, 1125.
Otbertus (Odbertus) Vogt des Edlen v. d. Lippe (1248) 680.

Otbertus]
— zur Familie des Hofes Bettinchusen gehöriger (1250) 726.
— Bürgermeister v. Attendorn (1285—90) 1939, 2146.
— Vgl. Vloginc, de; Foro in; Palsole, de; Wiskele, de.
Otburgis, vgl. Hövel, v.
Otersele, de: Hermann, Richter (1265) 1196 a.
Othelenchusen s. Odelinchusen.
Othelinctorp (Othelmesthorp = Othelmersthorp?), Wüstung bei Salzkotten, Kr. Büren. *Busch* (sunder) *in* 982.
— *Güter in* 939.
Otmar, zur familia des Hofes Bilme gehörig (1237) 462.
— Burgmann in Stromberg s. d.
Othmaringhausen (Othmarichusen, -marinch-, Otmarenkusen) Ksp. Halver, Kr. Altena. *Villa, Hufe in* 2354.
— von: Burkhard (1250) 730.
— — Gerbert u. Wesselinus, liberi homines (1244) 568.
Otradis (Od-) filius domine: Heinrich, Ratsherr in Recklinghausen (1296—98) 2356, 2455.
Otterlare, de: Giselbert (1281—92) 1771, 2191 a, 2250; s. cognatus: Gottfried, ebda.
— Gottfried, Ratsherr in Padberg (1247) 650.
Otterscoke, Ditmar, Ratsherr in Geseke (1299—1300) 2562, 2577.
Ottilie (Odilia) Ministerialin des Grfn. v. Arnsberg, dann des Erzstifts Trier (1256) 910. — Vgl. Hörde, v.; Hövel, v.; Hoittenbracht, de; Stipel, v.
Otto (Ottho) (1214) 100.
— Priester (1235—41) 431, 503, 504.
— Bürger in Köln (1262) 1100.
— Sohn des Ritters Givehardus (1253) 816.
— Burgmann in Hachen (1204) 35.
— Vgl. Allant; Altena, Grfn. v.; Arnsberg, Grfn. v.; Bellinchoven, v.; Bentheim, Grfn. v.; Bottrop, Pfarrer in; Brandenburg, Markgraf v.; Brochusen, de; Bûle in; Busche, de; Camerarius (1200) 3; Kappel, Kl.; Kappenberg, Kl.; Carcere Tulliano, Kardinaldiakon s. Nikolai in; Kentrup, Kl.; Kercenberg, v.; Kerscorf; Korvey, Stift; Dale, Grfn. v.; Deutschland, Könige u. Kaiser v.; Dortmund, s. Katharina in; Eickenscheid, v.; Essen, Stift; Everstein, Grfn. v.; Venne, v.; Vlotho, Grf. v.; Voele, de; Geldern, Grfn. v.; Haltern, Pfarrer v.; Hamm, v.; Holthusen, de; Horhusen, v., gen. Richter; Horstmar, v.; Husen, de; Jülich, Grfn. v.; Langenberg, v.; Lippe, Edle v. d.; Lüdenscheid, v.; Mark, Grfn. v. d.; Mesekenwerke, v.; Mündelheim, v.; Münster, Bischof v.; Nassau, Grfn. v.; Nieburg, de; Odeslo, de; Oldenburg, Grfn. v.; Osnabrück: 1) Bischof v.; 2) Dompropst in; Paderborn: 1) Bischof v.; 2) Domstift; 3) P.-Busdorf; Paschedach; Plesse, v.; Plettenberg, v.; Polle, Edler v.; Rastede, Kl.; Rode, gen.; Roden, v.; Schwalenberg, v.; Senden, v.;

P.

Q.

R.

Richardis vgl. Kentrup. Kl.; Dale, Grfn. v.; Fröndenberg, Äbtissin in; Geldern, Grfn. v.; Jülich, Grfn. v.; Mark, T. Grf. Engelberts I. v. d.; Roermond, Kl.
Richbertus s. Ricbertus.
Richeldis vgl. Bursa, gen.
Richenbach s. Reichenbach.
Richenza (Rekeze, Rickense, Rickeza, Rikece) vgl. Ardey, Edle; Athorpe, de; Küstelberg, Kl.; Hamerde, de; Rodenburg, de; Soest-Walburgis, Kl.
Richer, Linnarts Sohn, Kaufmann (1272) 1443.
Richerswich s. Rixbeck.
Richkelinkusen, Richlinkhusen s. Recklinghausen.
Richmodis (Richtmoeth) vgl. Flaesheim, Kl.
Richolf (Ricolfus, -phus, Rig-) (1234) 418.
— Kleriker in Köln (1285) 1968.
— Ratsherr in Marsberg (1240) 484.
— Vgl. Knechtsteden, Kl.; Sassendorf, de; Schervike.
Richteman (Richth.) Hermann mit Frau u. Kindern (o. N.) (1267) 1250.
— Johann, s. Frau: Frederunis; s. Sohn: Hartmann, dessen Frau: Adelheid (1299) 2516.
Richter s. Judex.
Richthof (Richtehof, hofh) Hof mit 3 Kotten in Berwicke, Ksp. Borgeln, Kr. Soest 2101, 2145.
Richtmoeth s. Richmodis.
Richtrudis (Ricgdrudis) Frau des Heinrich gen. Hals (s. d.) (1297) 2420.
Rickelenhusen, -linchusen, -sin, Riclenchusen, -lenghusen, -linchusen, -sin s. Recklinghausen u. Recklingsen.
Rickense s. Richenza.
Rickersvic, -vich, -wic s. Rixbeck.
Rickeza s. Richenza.
Ricolfus -phus s. Richolf.
Ricswithehusen s. Rissinghausen.
Ricwardinchusen (Ratwardinchûsen, Requor-, Ricwordinchosen, Riquordinchusen) Hermann, Ratsherr in Geseke (1282—85) 1799, 1800, 1937, 1938.
— Johann, Ratsherr in Geseke (1299—1300) 2562, 2577.
Ricwininc, -ninch s. Riquininc.
Ricwinus s. Riquin.
Ricwordinchosen s. Ricwardinchusen.
Ridberch, -berg s. Rietberg.
Riddere (Ridheren) de: Andreas (1253) 810. — Vgl. Miles.
Ridderinc, Hof in Heppen, Ksp. Soest, Kr. Soest 685.
Ridderinclo s. Ridelinclo.
Ridderinghof (Ridderhof, Ridderinchof, -oven, Ryderinchove) Hof, Ksp. Schwefe, Kr. Soest 1126, 1127, 1255, 1825, (Mühle dabei) 2382.
— de: Wilhelm (1271—82) 1394, 1418, 1821; s. Söhne: Albert u. Hartlieb (1267—82) 1249, 1394, 1821.
Ridekenbergh s. Reckenberg.
Ridelinclo (Ridderlinclo). *Güter zu* 454.
Riderswich s. Rixbeck.
Ridheren s. Riddere.

Riebrock (Reddebruke, Rytbrock) Ksp. Waltrop, Ldkr. Recklinghausen, von: Herbord (1259) 1043.
Rieste (Ryeste) de: Berthold (1295) 2329.
Rietberg (Redberg, -bergh, -berghe, Rehtberg, Reit-, Ret-, -berge, -berig, Rethb-, Reydberg, Reyt-, Ridberch, -berg, Ritb-, Rithb-, Ryd-, Ryth-) Ksp., Kr. Wiedenbrück 497.
— *Pfarrer zu:* o. N. (nach 1240) 497.
— Grafen von: Vgl. Arnsberg, Grfn. v., von denen sie abstammen. Grf. Konrad v. R. ist ein Sohn Grf. Heinrichs II. v. Arnsberg-Rietberg, eines Bruders Grf. Gottfrieds II. v. Arnsberg.
— — Konrad I., S. Grf. Heinrichs v. Arnsberg-Rietberg, s. u. (? 1201) 6 (?), (1237—75) 451, 464 (S.), 465 (S.), 475, 524, 814, 908 (olim comes, frater u. miles Christi), 922 (S.), 1028, 1102, 1141 (quondam comes, damals ad religionis habitum se transferens), 1251, 1341 (Deutschordensbruder in Welheim), 1511; s. Gem. (o. N.) (1237) 464.
— — Konrad II., S. Grf. Friedrichs (s. u.) (1277—99) 1622, 1765, 1830, 1976 (S.), 2046 (S.), 2080, 2141 (S.), 2302 (o. N.), 2453 a, 2546; s. Gem.: Mechthild (1287) 2046 (S.); s. Tochter: Kunigunde, hält sich Studien halber (posita ad studium) im Kl. Benninghausen auf) (1298) 2453 a; s. famulus: Berthold (1298) 2453 a.
— — Konrad, S. Konrads I., Elekt von Osnabrück (s. d.).
— — Friedrich, S. Konrads I. (1256—82, 1287 †) 922 (o. N.), 1168, 1251 (S.), 1304, 1305, 1398, 1621 (S.), 1622, 1623 (o. N.), 1627, 1726, 1765 (S.), 1811, 2046 †; s. Söhne: Otto u. Konrad II., (s. d.), Bernhard, Friedrich u. Simon (1281) 1765.
— — Heinrich II., Vater Konrads I., Bruder Grf. Gottfrieds II. v. Arnsberg (1200—17, 1237 †) 1, 22 (S.), 23, 24 (S.), 52, 55 (S.), 64, 97, 141, 464 (o. N.) †, 1511, nebst s. Gem.: Irmgard [(1203) 23 (o. N.), 24] im Kl. Wedinghausen beigesetzt; s. Anniversar ist am 22. Dezember, Irmgards am 7. Januar.
— — Hermann, Sohn Grf. Konrads I., (s. d.) Domkantor in Osnabrück (1281) 1765.
— — Otto, Sohn Grf. Konrads I., Domkämmerer, später Bischof zu Paderborn (s. d.) (1271—82) 1398, 1429, 1490, 1627, 1765, 1811.
— — Otto, Domkanoniker zu Paderborn, Sohn Grf. Friedrichs (1281) 1765.
— von: Heildolfus u. s. Frau (o. N.) (1285) 1976.
— — Otto, Ritter (1285) 1976.
— — Sweder, Ritter (1250) 736.
— gen.: Ditmar, famulus, später Ritter (1292—1300) 2225 (S.), 2302, 2607; s. Frau (o. N.), Tochter des Wichmann de Lembech, (s. d.), Bürgers zu Lippstadt (1292) 2225.
Rieti (Reate) Stadt in der ital. Prov. Perugia 426, 2086, 2091, 2092, 2093, 2095, 2122.
Riferscheyt s. Reifferscheid.

S.

Soest, Stadt: Bürger]
Humbrechtinc, Dietrich, Ludolf, Ida; Hundertmark, Hermann; Hurley, Heinrich; Huttinchusen, Hermann de; Hybonis filius, Heinrich; Incisor, Robert; Institor, Albert, Bruno; Iserlohn, Gottschalk v.; Judex, Gottschalk, Heinrich, Meinrich, Radolf; Judicis filius, Robert; Lake, Gerlach de; Lancheside, Gerlach; Leithen, Dietrich v. d.; Lethove, Dietrich, Dietrich (ein anderer), Gottfried, Widekind; Libra, Emelricus de; Lipo, Dietward, Volkwin, Heinrich, Johann, Radolf, Gertrud; Lippia, Albero, Detmar, Gottschalk, Heinrich, Johann, Rudolf de; Lon, Dietrich, Heinrich de; Longus, Gottfried; Lucius, Hermann, Simon; Lünen, Adam, Arnold, Gerhard, Gerwin der Ältere u. Gerwin der Jüngere, Heinrich, Reinher, Wernher v.; Luscus, Rudolf; Luteke, Johann; Make, Herbord; Mann, de Ferrea (cum), Albert, Arnold, Dietrich, Heinrich, Meinrich; Marsvedis filii, Bertold, Elger; Medebach, Konrad, Konrad der Jüngere, Kunigunde, Ditmar, Gerhard, Gerhard d. J., Gotmar, Gotmar der Jüngere, Gottschalk, Heidenreich, Heinrich, Johann (3 verschied ne), Matthias, Gertrud, Wendelburg v.; Medrike, Dietrich de; Menethen, Wulfhard de; Menger, Gerwin; Meninchusen, Alexander de; Meschede, Albert v.; Metlare, Bernhard de; Miles, Heinrich; Minden, Ludolf v.; Mindowe, Albert; Molendino, Gottfried, Johann de; Monachus, Johann; Monetarius, Arnold, Dietrich, Heinrich, Heinrich der Jüngere, Kunigunde; Morum (!) Lutfried v.; Munt, Heinrich; Muscat, Arnold; Niger, Gottfried, Lambert (Nachtrag), Ricbodo, Winand; Nitop, Hildeger; Notroph, Heinrich; Nuco (= v. Nutbome), Rotger de; Opmenen, Bernhard, Heinrich, Johann de; Orloginc, Alexander, Heinrich, Gisela; Ortulanus, Heinrich; Osthoven, Albert, Albert der Jüngere, Elger, Gerhard, Gottschalk, Heinrich de; Osthusen, Konrad v.; Ostinchusen, Friedrich, Heinemann, Heinrich de; Ovelgest, Konrad; Overstolt, Berthold; Paderborn, Arnold, Hermann, Werner v.; Palsole, Albert, Albert der Jüngere, Gerhard, Heinrich, Otbert de; Paradies, Bertram; Parvus, Konrad, Johann; Pectore, Hermann de; Pelegrimi filius, Albert; Percheval, Heinrich; Perle, Gerlach, Siegfried; Petri, Rutger; Piscina, Bertram de; Pistor, Berthold, Ulrich; Polledrus (= Vole) Heinrich, Johann; Preco, Albert, Konrad, Gerhard, Hermann; Prileprale, Ludolf; Pris, Helmwig; Pronomen, Hermann; Pugno, Lambert de; Pundere, Rotger; Puteo, Johann, Lutbert de; Ratberti, Dietrich; Rebbere, Albert, Dietrich, Florinus; Reince; Renze, Detmar, Wendelburg; Rellinchusen, Walram de; Rethere, Werner; Rivo (Rivum), Adam, Albert de (iuxta); Rotberninchusen, Alexander de; Rode, Dietrich, Ditmar;

Soest, Stadt: Bürger, Gerichte, Richter]
Rodenburg, Dietrich; Rollemann, Johann; Roma, Elricus, Friedrich de; Rose, Hildeger, Rudiger; Rüthen, Gerhard, Heinrich, Richard v.; Rufus, Albert, Dietrich, Hermann, Johann, Werner, Werner (ein anderer); Rysop, Heinrich; Salzkotten, Konrad u. Heinrich v.; Sartor, Dietrich u. Robert; Sarworthe, Gerwin; Scerdemule, Johann; Schafmarkt, Albert, Bruno, Herbord, Radolf u. Gertrud vom; Schedinge, Hermann de; Schillinc, Philipp, Wilhelm; Schmerlecke, Ludwig u. Rutger v.; Schotte, Helmig; Schreiber, Ambrosius; Schulte, Heinrich, Hermann; Schuvere, Arnold, Heinrich; Schwefe, Albert v.; Scultheting, Regenbodo; Semigallus, Heinrich, u. s. Eidam Hildeger; Servacii, Werner; Servatius; Silverbuch, Gerwin; Soest, Heinrich, Schulte v.; Stangevole, Heinrich; Stella, Heinrich, Robert, Winrich de; Stengraven, Hermann de; Stevernenberg, Albert; Suderlage, Lambert de; Sunhere, Johann, Johann (ein anderer), Ludwig der Ältere u. Ludwig der Jüngere, Werner de; Suren, Ricbodo; Surs, Gerlach de; Sutor, Lambert; Swelinc, Konrad, Wichmann; Teleonarius, Heinrich, Werner; Teltstake, Hermann; Thodinchusen, Adam, Lubbert, Meinrich de; Tinctor, mag. Heinrich; Tudike, Hartwig, Johann; Tunen, Friedrich, Wichmann, Wichmann (ein anderer) v.; Turinc, Ludwig; Warburg, Rudolf v.; Warsten, Johann de; Wennere, Diethard; Werdinchusen, Johann de; Westampen, Arnold, Johann, Werner, Werner der Jüngere u. Gisela v.; Wicmarinchusen, Konrad v.; Wiginchusen, Gottschalk, Heinrich v.; Winandi filius, Albert; Winden, Heinrich, Gertrud de; Wirinchusen, Heinrich, Hermann, de; Witten, Hermann v.; Xanten, Lubbert v.; ....thele, Johann.

— *Gerichte zu:* 1) Stadtgericht 374, 852, 857, 891, 2565.

— — 2) Gericht des Grfn. v. Arnsberg vor den Mauern der Stadt, vogethinc, vogetthinc, vrieding 321, 353, 1667 (vergl. 1780).

— — 3) Manifestum judicium, zur Vogtei gehörig, ebenso wie das stilledinc, secretum judicium, das von Soest nach Neuengeseke verlegt wurde 1780.

— *Richter in:* allgemein 90.

— — im einzelnen: Albertus (1227) 294, 295; Menricus (1219) 164; Menricus (ein anderer) (1250) 718; Radolf (1205) 47, (1207) 56, (1213) 95, (1229) 329; Robertus (1231) 363, 374, (1232) 387, 397; Aachen, Radolf v.; Benninghausen, Hermann v.; Bögge, Bruno de; Kappel, Dietrich; Cesar, Johann; Herborn, Bertold v.; Here, Hermann; Lünen, Arnold v.; Wiginchusen, Gottschalk de; s. auch unter Judex.

— Der erzb. Köln. Richter in (o. N.) (1281) 1780.

— Der Arnsbergische vrigravius (o. N.) (1279) 1667.

[1]) Die Urk. gehört wohl ins Jahr 1259, weil 1258, Novemb. 24, Heinrich noch Dechant war.

Stocke, de (van den): Godekinus, Bürger in Lüdinghausen (1271) 1383.
— — Hermann, Bürger in Lüdinghausen (1271) 1383.
Stockeleit s. Stokeleit.
Stockem s. Stockum.
Stockey (Stochey, Stokkey) wohl bei Dinker Kr. Soest. *Mühle zu* 1842, 2357, 2358.
Stockhaus (Stochus) Haus in Soest 232.
Stocklarn (Stochelen, -cholen) Ksp. Borgeln, Kr. Soest. *Güter in* 2129, 2365.
— von: Volkwin (1290) 2180.
— — Jordan (1290) 2180.
Stockum (Sthochem, Stocheim, -chem, -ckem) 1) Ksp. Körbecke, Kr. Soest 88, 1441, 2035.
— *Schulte in*: Hermann, ebenso wie es sein Vater u. Großvater waren (1212) 88.
— 2) wohl Ksp. Werne, Kr. Lüdinghausen 2283.
— 3) Ksp., Kr. Arnsberg 1446 (Kirchspielsbede), 2589 (darin 2 Höfe Stochem u. die Güter Zolsceyde), 2633a.
— *Pfarrer in*: Adam (1214) 104.
— von: Gerhard, Ratsherr in Arnsberg (1268—79) 1285, 1673.
— 4) Wüstung bei Geseke. *Hufe in* 140, 154.
— von: Gottfried, Freischöffe in Dortmund (1270—89) 1351a, 1658, 1743, 2115, 2116.
— — Heinrich, juvenis (1281) 1754.
— — Lutbert (1214) 102.
— — Lutbert, Bürger u. Ratsherr in Geseke (1282—85) 1799, 1800, 1937, 1938; s. Bruder: Ditmar, Bürger in Geseke (1282) 1799, 1800.
— — Rotger, Ratsherr in Geseke (1237) 461.
— — Rotger, Bürger in Geseke (1282) 1799, 1800.
— — Rudolf, Ratsherr in Geseke (1287) 2022.
— — Siegfried (1217—18) 140, 154; seine Neffen (Brudersöhne): Arnold u. Heinrich (1217—18) 140, (o. N.) 154.
Stod s. Stot.
Stodde, Gerhard, Priester (1221) 200.
Stoermede (Sthormede, Stor-, -methe, Stürmede, Sturmede, -methe) Ksp., Kr. Lippstadt. *Güter in* 1800.
— *Stadt* 1617.
— *Burg* 411, 1617.
— *Burgmann in*: Ludwig (1256) 899.
— von: Albert, Ritter, später Marschall v. Westfalen, Ministerial des Erzstifts Köln (1205, 1255 †) 48 (de Lippia), 134, 138, 342, 386, 387, 453 (o. N.), 542, 662, 846 (postea marscalcus), 862 (marscalcus), 868, 889 †; s. Frau: Berchtrud (1255) 889; s. Söhne: Albert (s. d.) und Rabodo (1232, 1237 †) 386, 387, 453 †.
— — Albert, S. Alberts, Ritter (1237—82, 1291, 1292? †) 453 (junior), 899 (S.) (dominus in St.), 918, 922, 944, 1617, 1627, 1731, 1800, 1815, 1833 (S.), 2231a †, 2546; s. Frau: o. N. (1256) 899, 918; s. Sohn: primogenitus Albert, Ritter

Stoermede]
(1277—1300) 1617, 1731 (o. N.), 1800, 1815 (o. N.), 1833 (S.), 2602.
— — Hartmod, in Lippstadt (c. 1230) 357.
— — Hermann, Bürger in Büren (1256) 902.
— — Hermann (1290) 2177; s. Blutsverwandter: Bernhard Wolf v. Lüdinghausen (s. d.).
— — Hermann, Ratsherr in Lippstadt (1298—99) 2486, 2526.
— — Johann, Bürger in Lippstadt (1282) 1827.
— — Lutmundus gen. de St.; s. Tochter: Gertrud, Ministerialin des Grfn. v. Arnsberg, dann der Dompropstei Paderborn (1273) 1484.
— — Otto (1231) 382, vergl. Odeslo.
— — Rabodo (1250) 736.
— — Reinher, Edler (1223) 241.
Stoeter s. Stotere.
Stokeleit (Stockeleit, Stokeleith, Stokeledus, -let, -leth, -leyt) gen.: Albert (1232) 394.
— Arnold, Schenk, Ritter (1200—02, 1221 †) 3, 15, 207 (†), 229, 230.
— Dietrich, Ritter, Ministerial des Grfn. v. Arnsberg (1200—17, 1221 †) 3, 15, 70, 123, 136, 207, (†) 229, 230; s. Sohn: Heinrich (s. d.); s. ältere Tochter: Adelheid, Nonne im Kl. Rumbeck (1209) 70.
— Dietrich, Priester (1221) 200.
— Heinrich, Sohn Dietrichs (1217—32) 136, 290, 387.
Stokkey s. Stockey.
Stollekenbeke gen., Heinrich, Ratsherr in Brilon (1289) 2134a.
Stollemann, Gerlach, Ratsherr in Brilon (1283) 1866, 1884.
Stolperoc, Regenhard, Bürger in Lippstadt (1284) 1915.
Stoppenberg (Stopen-, Stophen-, Stoufen-, Stouif-, Stoupen-, Stouphenbergh, Stupenberg, Stuphen-, Stuppen-) Ldkr. Essen, Regb. Düsseldorf (Stupenbergensis ecclesia b. Marie). *Adl. Damenstift* 364, 1662, 1665, 1809, 2553 (erhält die Vogtei über die Güter Linden, Oiberge u. Runkel).
— *Propst in*: Hermann (1221—34) 206, 269 (?), 270a, 425.
— *Äbtissin in*: Evece (1282) 1809.
— *Priorinnen in*: o. N. (1286) 2000.
— — Elisabeth (1287) 2054.
— *Nonne in*: Die Tochter (o. N.) des Ritters Ekbert de Herderinc (s. d.) (1231) 364.
— *Fratres*: Beyger gen., Johann (s. d.).
— — Lambert de Stupenberg (1278) 1662.
— *Konvent* 1809, 2000, 2054, 2553.
— von: dominus Hermann, Priester (1210) 78.
Stormbroke, de: Gerhard, gen. Schulte (1292) 2250.
Stormede, -methe s. Stoermede.
Stot (Stod, Stothe) Konrad u. s. Bruder Herdegenus, gen. de Nelach (s. auch d.) (1267) 1263.
— Heinrich, Bürger in Dortmund (1286—97) 2014, 2321, 2405; s. Frau :Margarete und s. Eltern: Heinrich u. Margarete (1297) 2405.

T.

U.

W.

Walther] 431; (1238) 472; (1251) 755; (1265) 1176; (1277) 1603.
— Notar u. Kleriker von Köln, magister (1287—88) 2062, 2070, 2075.
— Priester (1297) 2410.
— Bürger in Soest (1231) 373; in Schmallenberg (1257) 943.
— libertinus, zur cometia Wessels v. Erwitte gehörig (1263) 1119.
— Höriger in Schmehausen nebst Frau u. Kindern (o. N.) (1269) 1314.
— dincgreve (1289) 2133.
— vergl. Berte filius; Bögge, v.; Bornewic, de; Calf; Köln, s. Aposteln, Kanoniker; Comes; Dale, v.; Deutz, Stift, Kellner in; Dikeber; Dolberg: 1) Edle v.; 2) v.; Engelpage; Flaesheim, Kellner in; Gevure, de; Hasungen, de; Heringen, de; Hofgeismar, Stift; Hüstede, v.; Judex; Langenbike, de; Lon, de; Mawicke, v.; Metzenchusen, de; Paderborn, Domkanoniker in; Pellifex; Pistor, Redinchusen, de; Rüdenberg, Freigraf des Edlen Gottfried v.; Siwordinchusen, de; Soest, Vogt v.; Tunen, de; U . . . [lens] filius; Uledhe, de; Utrecht: 1) s. Martins-, 2) s. Petrikirche; Warendorpe, de; Wepelinchove, de; Werbenne, de; Weslere, de.

Waltmann (Waltman) (o. N.) Ministerial des Stifts Werden (1228) 313.
— Hermann (1267) 1275.

Waltorp, Waltorpp s. Waltrop u. Waltrup.

Waltradis (Walderadis, Waldradis) u. ihre gleichnamige Tochter, Eigenhörige des Heinrich Niger v. Arnsberg, dann des Kl. Oelinghausen (1243) 551.
— vergl. Birbuthsneppe, de; Bolike; Weslere, de.

Waltringhausen (Walterinchusen, Waltherinchusen, Waltrinchusen) Ksp. Mellrich, Kr. Lippstadt. *Hufe zu* 1374.
— *Kleiner Zehnte in* 2540.
— de: Johann, libertinus, zur cometia Wessels v. Erwitte gehörig (1263) 1119.

Waltrop (Waltdorp, Waltorp, Waltorpp) Ksp., Ldkr. Recklinghausen. *Vridinc zu* 419a.
— *Güter zu* 419a (Wennekinck), 775, 1662, 1665 (dabei das Erbe Besceline), 1769 (Güter Giselhers), 2275, 2564 (dabei das Erbe Alberts in deme Lo, von diesem bewohnt u. bebaut).
— de: Gerlach, Ritter (1259, 1278 †) 1043, 1662 †; s. Sohn: Ludwig, ebda.
— — Ludwig, Ritter, Ministerial des Erzstifts Köln (1230—79) 355a, 357b, 419a, 759, 775, 847, 848, 959, 1165, 1166, 1665; s. Frau: Beatrix (1279) 1665; s. Söhne: Gerlach (1279) 1665; Ludwig, Ritter (1279—90) 1665, 2183; Slabbar (1279) 1665.
— — Rutger (1285) 1984.

Waltrup (Waltorp) Hof, Kr. Beckum 681.

Waltunus s. Walconus.

Waltvogel, Heinrich (1249) 687.

Wambastickere s. Wamssticker.

Wambel (Wanemal) Ksp., Kr. Dortmund-Stadt 2, 529 (?), 605 (Erbe, Zehnte u. coloni in), 947, 1080, 1290 (Erbe Ditmarinch, bewohnt von Johann [1268]), 1391 (Güter, dem Dortmunder Katharinenkl. gehörig), 1743, 1984, 2391 (Feldmark).

Wambeln (Wanebolen, Wanebollen) Ksp. Rhynern, Ldkr. Hamm 1438, 1793, 2472 (mit der Hufe Wostehovestat).
— von: Rutger (1272 †) 1438.

Wamboisticker, -stickere, -stiker, Wambosticker, -stiker, Wamboysticker, -stiker, Wambussticker, -busticker s. Wamssticker.

Wamel (Wanemal) Ksp. Körbecke, Kr. Soest 1462.
— *Erbe in*: gen. Parva 1462.
— *Bauern* (cives) *zu*: Dietrich, Gerbert, Hermann, Markgenossen in Siringhausen (1229) 321.
— de: Erenbertus (1268, 1280 †) 1299, 1719 †; s. Witwe: Sophie; s. Söhne: Erenbertus, Rabodo, Thomas (1280) 1719.

Wamssticker (Bamboystickere, Wambastickere, Wamboisticker, -stickere, -stiker, Wambosticker, -stiker, Wamboysticker, -stiker, Wambussticker, -busticker, Wanbaisticker, Wanboisticker) gen., Albert, S. Hermanns (s. d.), Bürger in Lippstadt (1270—99) 1369, 2201, 2228, 2260, 2555.
— Bernhard, S. Hermanns, Bürger in Lippstadt (1292—99) 2228, 2555.
— Hermann, Bürger, Bürgermeister in Lippstadt (1260—1300) 1062, 1308, 1345, 1369, 1614, 1678, 1764 (o. N.), 1765 (o. N.), 1826, 1827, 1881, 1963, 2046, 2111a, 2201, 2302, 2305, 2319, 2335 (o. N.), 2422, 2424, 2486, 2526; s. Söhne: Albert (s. d.), Bernhard (s. d.).

Wanebolen, -bollen, Wanemal s. Wambel, Wambeln u. Wamel.

Wannen (Wanda, Wande) bei Witten. *Güter u. Mühle in* 1138.
— de: Heinrich, Kanoniker des Stifts Deutz (1210) 75.
— — Lutgardis u. deren Kinder: Albert, Eberhard, Heinrich, Hermann, Johann, Adelheid, Adelheid (eine andere), Elisabeth, Gertrud u. 3 mit Namen Hildegund, alle Wachszinsige des Kl. Flaesheim (1276) 1578.

Waramund s. Warmundus.

Warburg (Warsburg, Wartberg, Wartburg, Worburg) Kr. Warburg. *Stadt* (eigentlich zwei Städte) 510, 912, 1549, 1684 (S.).
— *Bürgermeister in*: Hermann von Dalheim (s. d.).
— *Rat in* 1684.
— *Rat der Neustadt* 1549.

X.

Z.

Nachträge, Ergänzungen und Berichtigungen zu den Urkunden.

740 a (N.).

Der Rat der Stadt Geseke erklärt der Stadt Lübeck, daß die Frau des Geseker Bürgers Siegfried, Kunigunde, als Schwester der Brüder Hermann gen. Rex und Rudolph auf den Nachlaß des letzteren, der in Lübeck gestorben sei, rechtmäßigen Anspruch habe. (zu 1250 gesetzt.)

Honorabilibus viris . . advocato . . iudici . . consulibus . . ceterisque burgensibus in Lubyke constitutis . . iudex . . consules et commune civitatis Gesikensis quicquid possunt et (!) obsequii; litteris presentibus protestamur, Cunegundim latricem presencium, uxorem legitimam Sifridi nostri concivis esse sororem Hermanni qui Rex[1]) dictus fuit et Rodolfi fratrum pie memorie de thoro legitimo. Quare benignitati vestre de qua iusticie et omnis boni fiduciam habemus constantem, supplicamus, quatenus respectu domini nostri archiepiscopi Collonicensis (!) et sui marchalci (!) necnon nostri perpetui obsequii intuitu iamdictam Cunegundim nostri concivis legitimam in percipiendis bonis que iure hereditario ipsam attingunt de morte memorati R(odolfi) fratris sui, que apud vos sunt obligata, efficaciter promovere dignemini vel aliter facientes, ut preces sibi senciat fructuosas, quas facimus et hoc omni quo possumus affectu studebimus resarcire.

[1]) *Hermannus Konic 1288 Lübecker U. B. II S. 1029 Anm. beteiligt am Herenchus.*

Or. Staatsarchiv Lübeck, Verschiedenes 27. Siegel von aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen ab.

743 b (N.).

Rat und Bürgerschaft der Stadt Koesfeld bitten die Stadt Tönsberg, den Koesfelder Bürger Werenbert die Erbschaft seines verstorbenen Neffen Bertram ungehindert antreten zu lassen. (Um 1250.)

Viris discretis et honestis consulibus ceterisque burgensibus in Tunsberge Jo(hannes) iudex, consules et universitas burgensium de Costfelde quicquid possunt servicii et honoris: Werenbertum concivem nostrum latorem presencium vestre transmittimus honestati, rogantes attentius pro eodem, quatinus intuitu iuris et nostre peticionis iubeatis eidem integraliter assignari hereditatem Bertrammi filii fratris sui, qui mortuus est vobiscum, ad nos plenum habentes respectum, quod iure hereditario tangit ipsum, quia fuit vere idem Ber(trammus) filius legitimi fratris sui. Quod et nostris apertis litteris protestamur. Datum Cost(feldie).

Or. Staatsarchiv Lübeck, Westfalen 23 a. Großer schön ausgeprägter Rest des großen Stadtsiegels, dessen Stempel erhalten ist W. S. 94, 10.

1064 a (N.).

Ratsherren und Bürger von Soest bekunden, daß das Patroklusstift in Soest aus ihrem Hause, der sogenannten Rumeney, eine jährlich in zwei Terminen, Ostern und Michaelis, zu zahlende Rente von zusammen 8 Solidi zu beziehen habe. 1260 (ohne Tag).

Nos consules et universi burgenses Zůsacienses presencium tenore sub appensione sigilli nostri protestamur et notum esse cupimus universis, quod capitulum ecclesie Zůsaciensis habet annuam

pensionem octo solidorum in domo nostra, que dicitur Rumenya. Cuius pensionis dimidietas in festo pasche, reliqua vero dimidietas in festo beati Michahelis singulis annis dabitur capitulo memorato. Nos quoque decanus et capitulum predicte Zůsaciensis ecclesie approbantes ea, que predicta sunt, sub sigillo ecclesie nostre, quod hiis literis in testimonium veritatis apponi fecimus, publice protestamur, quod in prefata domo pensionem maiorem octo solidis non habemus. Datum anno Domini M°.CC°LX°.

Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 Bl. 71 v.

1197 a (N.).

Die Stadt Münster bittet die Stadt Lübeck, den Münsterischen Bürger Heinrich Bidengraven als rechtmäßigen Erben seines † Bruders Gevehardus von Soest ungehindert in dessen Besitz gelangen zu lassen. 1265 August 22.

Viris prudentibus et honestis, dominis et amicis suis dilectis . . advocato, consulibus et universis civibus in Lubeke . . iudices, scabini ceterique cives Monasterienses cum sincero affectu quantum poterunt obsequii et honoris. Cum res que Gevehardus de Susato defunctus post se reliquit ad Henricum iuxta Fossatum fratrem suum civem nostrum dilectum tamquam ad proximiorem heredem de iure pertineant, discrecionis vestre providentiam attentius exoramus, quatenus vos amore nostri dictas res prefato H(enrico) omni difficultate cessante integraliter presentari procuretis. Quod si feceritis, de dictis rebus vos deinceps quiti manebitis et soluti. Quod presentibus litteris sigilli nostri appensione signatis protestamur. Datum anno Domini M°.CC°.LX quinto; in octava Assumptionis beate Marie virginis.

Or. Staatsarchiv Lübeck, Westfalen 5 a. An aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen großer Rest von W. S. 77, 1.

1202 a (N.).

Graf Gottfried von Arnsberg bekundet, daß der Ritter Antonius dictus Sevus *(Wrede),* Ermentrudis, *dessen Frau, und* Henricus, *deren Sohn, dem Kl. Himmelpforten einen* mansus *in* Delich *übertragen haben, und genehmigt diese Übertragung, indem er das Eigentum dieses* mansus *schenkt. 1265 Dezember 7.*

In nomine Domini amen. Nos Godefridus comes de Arnesberg factis, que per nos et coram nobis provide et rationabiliter fiunt, debitam cupientes imponere firmitatem, protestamur et notum facimus presenti scripto cum sigilli nostri attestatione, quod Antonius miles dictus Sevus, dapifer noster, Ermentrudis uxor ipsius et Henricus natus eorundem circa monasterium ad portam Celi, pium habentes animum, mansum in Delich situm, quem a nobis tenuerunt, in nostra constituti presentia bona et spontanea voluntate resignantes, iam dicto monasterio et sanctimonialibus, Domino ibidem famulantibus pro suorum remissione peccaminum liberaliter contulerunt. Nos vero, qui eandem ecclesiam speciali persequimur favore una cum Alheyde uxore nostra comitissa de plena Godefridi, Frederici et aliorum heredum nostrorum permissione et consensu propter Deum et in nostrarum salutem animarum necnon et ad instanciam Antonii et uxoris sue predictorum proprietatem eiusdem mansus libere donavimus perpetuo possidendam. Presentibus Conrado de Husthene, Hermanno de Binole, Rutchero gogravio nostro, Gerewino de Bukenvurdhe, militibus, item Arnoldo[1]) de Meninchusen, Gerlaco dicto Perle cive Susaten. et aliis quam pluribus. Datum et actum in domo eiusdem Gerlaci hospitis nostri anno incarnationis dominice M°CC°CX^mo^V^to in crastino beati Nycolai.

[1]) Arnoldus de Meninchusen *ist sonst urkundlich nicht bezeugt. Vielleicht statt* Conradus *verlesen? Hergregen spricht freilich, daß* Conradus de Meninchusen *von 1247 bis 1266 sonst urkundlich stets als Ritter vorkommt. (Siehe Meininghaus, Karolingisches Königsgut in und um Soest, S. 23 f. Dortm. Beitr. XVI, S. 111 f.)*

Stadtarchiv Soest, Msc. I. 77, von der Hand Vorwercks. Gelb u. rot Seide, weiß Wachs mit Adler wie Nr. 8 von 1272 auf Tab. 1 in Seib. Urk. [Zusatz Vorwercks].

1675 a (N.).

Graf Dietrich von Limburg bekundet, daß er der Marienkirche in Scheda einen Hof in Bausenhagen als Eigentum überwiesen habe. 1278 April 9 (1279 März 25).

[In no]mine Domini Amen. Omnibus hanc paginam visuris ego Theodericus, comes de Limpurch, [inperpet]uum. Quoniam donata viventium, ignorantia mediante, futuris incrementum parturiant [obli]vionis, ea, que a nobis gesta sunt, vivaci scripto memorie placuit commendare, ut, quod presentibus apparens efficit effectus posteris rerum subveniet (!) manifesta delatio. Noverint tam presentes quam[1]) futuri, quod nos de consenssu et bona voluntate uxoris nostre et filii nostri videlicet Everhardi et heredum Johannis filii nostri defuncti, videlicet Theoderici, Frederici, Mecheldis et heredum nostrorum universorum ecclesie beate Marie virginis in Scheyda, Coloniensis diocesis, proprietatem curtis in Busenhagen cum omnibus suis attinentiis, scilicet iure proprietatis[2]) eiusdem ecclesie manssis (!), manssionariis (!), pratis, pascuis, silvis, nemoribus, agris cultis et incultis et iusticiis universis, sicut nos iure hereditario contigit, et per omnia, ut est expressa proprietas nostra exstitit, receptis primitus a prefata ecclesia pro eadem viginti quatuor marcis memorate ecclesie contradidi absque titulo repencionis (!) in perpetuum possidendam. Huius actionis testes sunt: Everhardus comes de Marka, Herimannus plebanus de Lon, Herimannus cappellanus ibidem sacerdotes; Hinricus de Echlon, Rotgherus de Altena, Adolphus et Otto de Altena milites; Rutgherus dapifer de Marca, Bertrammus dapifer de Lymborch, Degenhardus de Letmette, Theodericus iudex de Lon, Hartlevus, frater iudicis, Arnoldus de Heghenschede, Arnoldus filius Giseleri, Udo de Asbeke, Adolphus de Tůnen, Johannes de Wermelinchusen, Thitmarus de Stenberghe, Bertoldus de Svansbole, Theodericus de Vrisendorpe, Theodericus de Drutmerinchusen, Theodericus de Lendinchusen et alii quam plures. Itaque, ut hec rata permaneant et inconvulsa, ne impetitionis seu fomes molestie imposterum succrescat augmentum, presentem paginam sigilli nostri impressione et nobilis viri Everhardi comitis de Marca sigillo roboravimus. Acta sunt hec anno Domini MCC septuagesimo octavo, in vigilia palmarum, datum in Lympurch.

1) *Doppelt geschrieben.* 2) *Korrigiert aus* „patronatus".

Orig.-Konzept im Archiv der kath. Kirche in Bausenhagen. Die Rückseite des Konzepts enthält Notizen über Streitigkeiten zwischen dem Grafen Dietrich von Limburg (oder dem Kl. Scheda) und dem Herrn von Volmestein wegen Übergabe von Gütern zu Grafwech, die der Graf von der Mark in Ruhe beizulegen verspricht.

Post comparationem bonorum in Grafwech et intus i . . . domini Nicolai Thorich religionem primo . . . petivimus a domino de Volmetstene in Unha presente comite de Marca porrigi bona predicta . . . famulo Theoderico nomine dicto de Grafwech, cui dicta bona a predicto Nicolao in comparatione fuerant nomine nostro porrecta, parati existentes eidem omnem iustitiam facturi, prout in receptione talium est consuetum, quod ipse nobis et dicto famulo, nescio quo iure, denegavit, cui actioni se comes de Marca interponens promittens se nullius iure postposito vel neglecto inter nos omnia in bono pacis ordinaturum, et hoc de voluntate utrorumque: presentibus Theoderico dicto Volenspit, Anthonio de Scheydingen, Engelberto de Lon, Degenhardo de Letmette, Adolpho de Altena militibus (?), Plateren de Busenhagen, Theoderico de Lendinchusen, Ghisellero de Bruke.

1675 b (N.).

Papst Nikolaus III. beauftragt den Domscholaster Arnold in Osnabrück mit der Beilegung eines zwischen dem Augustinerinnen-Kloster in Lippstadt und dem Priester Achilles de Lippa *(Lippstadt?) bestehenden Streites wegen Ausübung kirchlicher Funktionen in einer gewissen Kapelle. 1279 April 12.*

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . . scolastico [Arnoldo] ecclesie Osnaburgensis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . prepositus . . priorissa et conventus monasterii in Lippa per[1]) priorissam soliti gubernari ordinis sancti Augustini conquestione monstrarunt, quod Achilles de

Lippa, presbyter Coloniensis diocesis, in quadam capella, quam parrochiani ecclesie sancte Marie loci eiusdem dicte diocesis, quam dicti prepositus, priorissa et conventus in proprios usus canonice obtinent, infra fines parrochie ipsius ecclesie de novo temeritate propria construxerunt, divina officia temere celebrare ac eisdem parochianis ministrare ecclesiastica sacramenta presumit in dictorum prepositi, priorisse ac conventus preiudicium et eiusdem ecclesie non modicum detrimentum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum II Idus Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

[1]) *Lücke im Or. infolge Rasur, in der anscheinend stand:* „prepositum et".

Auf dem Umbug rechts Schreibervermerk F. R. *Auf der Rückseite gleichzeitig:* „D. de Minda" *und* „prepositus de Lippa" *aus dem 15. Jahrh.* „Conquest".

Or. Augustiner — Lippstadt Nr. 1. Die Bulle ist mit den zwischenstehenden Pergamentstücken gewaltsam ausgerissen.

1888 a (N.).

Der Edle Jonathan von Dolberg überträgt vor dem Freigrafen Hermann gen. Vriman von Büren der Kirche in Scheda einen Hof in Wermingen, den Bruno de Caminata von ihm zu Lehen trug. 1283 (1284) Januar 15.

Ego Jonathas nobilis de Doleberge universis ad quos praesentia pervenerint in vero salutari salutem et cognoscere veritatem. Quoniam ea quae fiunt in tempore ne simul cum tempore in oblivionis labantur interitum, solent scripturarum testimonio perhennari, notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod ego receptis duodecim marcis ab ecclesia Schedensi ius proprietatis curtis in Wermingen cum omnibus suis attinentiis mihi resignatum a Brunone dicto de Camenata et uxore sua legittima dicta Landrach, qui hoc a me in feodo tenuerunt cum consensu heredum suorum contuli et collato[1]) renuntiavi coram Herimanno dicto Vriman de Buren, comite libertatis ipso sedente in loco et sede sue iurisdiciarie potestatis, que vulgo dicitur *vriedinch* pleno et libero consensu coheredum meorum accedente. Et ut praesens donationis pagina rata et inconvulsa permaneat, hanc munimine sigilli mei duxi roborandam. Testes autem huius rei sunt: Rutgerus, dapifer comitis de Marcha, Wescelus de Galen, Theodericus et Johannes, frater suus, dicti Vulenspitt, Anthonius de Schedingen, Andreas dictus filius Marscalci, Rutgerus de Althena, Engelbertus de Herborne, Godefridus de Werve, Henricus filius suus, milites, Henricus de Breiloy[2]), Fredericus, Theodericus et Hermannus fratres dicti de Camenata, Gevehardus de Belemarcke, Godefridus et Theodericus de Lendinchusen[3]), Platere et filius suus Theodericus et Martinus de Bosenhagene, Winandus de Werminge, Theodericus filius Henrici de Mendene et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, in crastino Felicis in Pincis.

[1]) *Statt* collatum. [2]) *Statt* Breilon (?). [3]) = Lenderinchusen?

Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII 6116 Bl. 110.

2052 a (N.).

Dechant und Kapitel der Kirche von Enger treffen Bestimmungen über einen dem Ritter Everhard gen. Vogt überlassenen Hof. Soest 1287 September 29.

Nos decanus et capitulum ecclesie Angarensis omnibus presentes literas visuris seu percepturis notum facimus publice protestantes, quod nos pensiones et redditus, quos nobis Everhardus miles, dictus Advocatus, racione villicationis de curte nostra dicta Werninclo et universis ipsius attinenciis quolibet anno tenetur solvere, eidem Everhardo in contractu venditionis assignavimus et in hiis scriptis

assignamus, ita sane quod idem Everhardus et sui heredes nichil nobis in perpetuum de ipsa curte et eius attinenciis solvere tenebuntur, proprietate tamen sepedicte curtis et eius attinencium nobis et ecclesie nostre reservata. Testes huius rei sunt honorabiles viri domini Th. prepositus maioris ecclesie Paderbornensis, Johannes vir nobilis dominus de Bylstene, frater eius, Menricus, Rotbertus et Th[idericus] de Altena, canonici ecclesie Zusatiensis, Godefridus Judicis, Albertus de Palsole, Winandus Wale, Hermannus de Benekinchusen, Johannes de Medebeke et alii quam plures clerici et laici. Facta sunt hec in Zusato Anno Domini M°.CCLXXX° septimo, ipso die beati Michahelis.

Or. Vikarien ad S. Patroclum in Soest Nr. 2. Abschr. des XIV. Jhs. im Msc. VII 6102 Bl. 50v. Gedr. W. U. B. IV Nr. 1958, vgl. Seibertz U. B. II 648. Am Pgmtstreifen anhängend das Siegel der Engerschen Kirche. W. S. 110 Nr. 1.

2106 a (N.).

Der Edle Wilhelm von Ardei überträgt der Kirche in Scheda das Eigentum eines Hofes in Billmerich, mit dem Gottfried von Billmerich belehnt war, sowie einige beim Dorfe Billmerich gelegene Ländereien genannt Witincampe. *1288* (ohne Tag).

In nomine Domini, Amen. Nos Willielmus nobilis vir de Ardea ea que per nos acta sunt nostris literis decrevimus declarare. Quapropter noverit praesens aetas et successura posteritas, quod Godefridus de Bilmercke, frater Giseleri, mansum apud curtim Hosthoff in villa Bilemercke situm, quem a nobis in feudo tenuit, ecclesiae Schedensi et fratribus ibidem Deo famulantibus de consensu fratris sui, uxoris et omnium heredum suorum vendidit et in manus nostras feodum resignavit libere et absolute. Nos vero receptis ab ecclesia et fratribus ipsius ecclesie quinque marcis Susatientibus proprietatem praedicti mansus cum consensu heredum nostrorum cum omnibus suis pertinentiis contulimus, preterea specialiter adiectis quibusdam agris iuxta villam Bilmercke iacentibus, dictis Witincampe, quos quondam Lambertus dictus Schadeholt ambo tenuit cum eorum attinentiis, quorum proprietatem sepe dictae ecclesie et fratribus ibidem sponte dedimus perpetuo possidendam. Ut autem haec donatio rata permaneat et sincera, praesens scriptum in testimonium ipsius confectum sigillo nostro decrevimus roborare, rogantes nobilem virum Everhardum, comitem de Marcka, ut sigillum suum[1]) . . . et . . . um ampliorum. Testes huius rei sunt: Iwanus prior Schedensis . . . eiusdem ecclesie, Adolphus de Westwick, Albertus de . . . Simon, plebanus de Bilehem[2]), Gerwinus de . . ., Gunhardus (?) de Bilmercke, Gerhardus de Herne . . . comes libertinorum Richardus et alii quam plures boni testimonii viri . . . Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, feria quarta post festum . . .

[1]) *Lücken in der Abschr. sind als solche bezeichnet.* [2]) = Bilme.

Notariell beglaubigte Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII, 6116, Bl. 181v.

2172 a (N.).

Graf Ludwig von Arnsberg bestätigt die von seinen Vorfahren dem Kloster Scheda gemachten Schenkungen, nämlich die Fischereigerechtsame bei Scheda, die Weideberechtigung am Hof Wickede und den Verkauf des sogenannten Grevinckfeldes. 1290 August 24.

Nos Ludewicus comes de Arnesbergh et universi haeredes nostri literis praesentibus recognoscimus omnibus publice protestantes, quod donationem et gratiam, quam nostri progenitores ecclesiae et conventui in Scheyda fecerint in antiquis scriptis suis, videlicet licentiam piscandi in piscatura nostra ibidem apud Scheyda et pascuis utendi curiae nostre de Wicke, praeterea venditionem, quam fecerunt in agris, qui dicuntur Grevinckvelt eidem ecclesiae de nostra bene (!) esse dicimus voluntate, quod sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in die beati Bartholomei apostoli apud Scheyda, praesentes fuerunt: Ulricus de Heldene, Wigardus de Ense milites, Hynricus et Anthonius, fratres de Ense, Rotgerus de Afflen, gogravius noster, Hinricus notarius noster,

et alii quam plures videlicet Wescelus de Galen, Theodoricus dictus Volenspit, Randolphus dictus Hake, Engelbertus de Hereborne, Everhardus de Menggede, milites, Rutgerus de Ludelschede.

Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII 6116 Bl. 5.

2180 a (N.).

Der Ritter Dietrich von Schonenbecke bekundet, daß er dem Bruno de Kaminata den Mansus Werningen im Ksp. Bausenhagen, den dieser bisher zu Lehen trug, zu Eigentumsrecht übertragen habe. Münster 1290 Dezember 20.

Nos Theodericus de Schonenbecke, miles, omnibus praesentes visuris cupimus notum esse, quod proprietatem mansi Werningen siti in parochia Bosenhagen, quem mansum Bruno de Kaminata a nobis in feodo tenuit, eidem Brunoni propter specialem favorem, quem circa ipsum habuimus et habemus, donavimus pleno iure, dictique mansi proprietatem et plenum ius dominii, sicut ad nos pertinuit, de consensu Hermanni militis, filii nostri, et aliorum heredum nostrorum in ipsum Brunonem cum omni iuris plenitudine liberaliter transferentes, dantes eidem Brunoni liberam facultatem, proprietatem mansi praedicti in alium vel alios religiosos sive seculares convertendi, si sibi videbitur expedire. In cuius rei testimonium et firmitatem praesens scriptum tam nostro quam dicti Hermanni militis filii nostri sigillis eidem Brunoni dedimus communitum. Datum et actum Mon[asterii] anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in vigilia beati Thome apostoli.

Abschr. des XVI. Jhs. im Msc. VII 6116 Bl. 64.

2290 a (N.).

1293 (1294) März 21.

Friedrich Trippe in seinen „geschichtlichen Nachrichten über die Stadt Medebach" sagt S. 252 „Anno 1293 am Benediktstage (21. März) ließ sich der Propst Gottfried von Küstelberg in Grafschaft die Urkunde ausstellen, nach welcher Kloster Grafschaft den Glindfelder Haupthof mit seinen Unterhöfen und mit allen sonstigen dazugehörigen Gütern (Wäldern) und Einkünften an Kloster Küstelberg abtritt, während letzteres gehalten ist und sich verpflichtet, seinen jedesmaligen Propst sich aus dem Kloster Grafschaft zu wählen. Der damalige Abt hieß Lubbertus, der Prior Florinus und die Küstelberger Priorin Frederinis.

2420 a (N.).

Der Abt Heinrich von Werden erklärt den Bürgern und Ratsherren von Lübeck, daß ihr Mitbürger Johann genannt Limburg Ministerial und ehelich geboren sei. 1297 Juni 29.

Honorabilibus viris et discretis . . dominis . . consulibus et universis . . burgensibus Lubicensibus Henricus Dei gratia abbas monasterii Werdinensis, Coloniensis dyocesis, ordinis sancti Benedicti salutem et sinceram in Domino caritatem. De vestre honestatis industria gerentes fiduciam ampliorem pro Johanne dicto Limburg vestro burgense, nostro homine fideli, preces nostras vobis porrigimus cum affectu attentius supplicando, quatinus ipsum in vestra civitate in omnibus suis negotiis et agendis vestris promocionibus dignemini prevenire, non permittentes ipsum ab aliquorum insultibus seu conatibus molestari. Eundem nobis, quod existit de thoro legitimo procreatus et quod etiam est ministerialis virorum nobilium dominorum de Marcha et de Lymburg comitum nostri monasterii hominum fidelium et illustrium fidedigno testimonio commendamus. Nec est etiam alicui iure aliquo servitutis obligatus. De premissis omnibus et singulis ad nos respectum certissimum habeatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad preces dicti Johannis amicorum, qui nobis fecerunt fidem de premissis duximus apponendum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo. Tercio Kalendas Julii.

An aus der Urkunde geschnittenem durchgeschlungenen Pergamentstreifen Siegelrest, der das Bild eines infulierten Abtes mit Stab erkennen läßt.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2420 b (N.),

Die Ritter Gerwin von Rinkerode, Pulcian, und die übrigen Burgmänner von Mark bekunden der Stadt Lübeck, daß der Lübecker Bürger Johannes von Limburg Ministerial und wohlgeboren sei. 1297 Juli 30.

Honorandis viris et prudentibus . . proconsulibus . . consulibus . . ceterisque burgensibus Lubicensibus Gerwinus de Rinkenrode, Pulcianus, milites, ceterique tam milites quam famuli castellani in Marka cum favore intimo honoris et promotionis affectum. Gravi querimonia tam militum quam famulorum consanguineorum Johannis de Lymborg vestri concivis nobis revelante didicimus, quod quidam in vestra civitate sibi maliciose exprobraverint dicentes ipsum non esse de thoro legitimo generatum. Unde vestram discretionem sub publica presentium protestatione scire volumus et ad nos firmum habere respectum, quod idem Johannes tam ex parte patris quam matris bone est nationis et ministerialis ac etiam de thori legitimi generatione processit. Quapropter rogamus attentius, quatenus presentem protestationem in vestra promulgatione, que *bursprake* dicitur, faciatis apertius recitari, ne fama eiusdem Johannis falsis denigretur obiectionibus, sed veritatis virtus eluceat et mendacii erubeant inventores. In evidens premissorum testimonium, quia non omnes sigilla habuimus, duobus tantum contenti videlicet predictorum Gerwini et Pulciani militum presens scriptum fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria tercia post festum beati Jacobi apostoli.

Beide Siegel von den aus der Urkunde geschnittenen und durchgezogenen Pergamentstreifen ab.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2420 c (N.).

Engelbert gen. Havere, Amtmann des Grafen von der Mark, bezeugt dem Rate der Stadt Lübeck, daß ihr Mitbürger Johannes von Limburg wohlgeborner Ministerial und rechtmäßiger Ehe entsprossen sei. 1297 Juli 30.

Viris sapientibus et honore dignis . . proconsulibus . . consulibus ceterisque burgensibus Lubicensibus Engelbertus dictus Havere officiatus viri nobilis domini comitis de Marka promotionis et honoris benivolentiam cum affectu. Dolore non modico et ingenti querimonia milites et famuli consanguinei Johannis de Lymborg vestri concivis nobis conquerendo proposuerunt, quod quidam in vestra civitate veritatis obliti eidem Johanni de suis natalibus contumeliosas obiectiones exprobraverint, dicentes ipsum non esse de thoro legitimo generatum. Cum autem discretionis honestas hoc suadendo precipiat, ut veritatis falsarii omnibus probitatis filiis et amatoribus revelentur, discretioni vestre insinuamus presentibus protestando et omnibus qui presens scriptum viderint et audierint declarando eundem Johannem tam ex parte patris quam matris bone esse nationis et ministerialis ac etiam de generatione thori legitimi processisse; quocirca vestram prudentiam rogamus attentius, quatenus propter veritatis honorem presentem protestationem omnibus vestris concivibus faciatis apertius recitari, ut in hoc veritatis honoretur dignitas et mendacii subprimatur vilitas et eiusdem Johannis famam maliciosa fictio non corrumpat. In evidentiam maioris testimonii presentem litteram sigillo nostro fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria tercia post festum beati Jacobi apostoli.

An aus der Urkunde geschnittenem und dann durchgezogenem Pergamentstreifen Siegel ähnlich wie Westf. Siegel 216, 2. Umschrift: S. Hengelberti Havere . . .

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2423a (N.).

Der Dechant von Soest-Patroklus und der Ritter Johann von Plettenberg, Marschall von Westfalen, erklären der Stadt Lübeck, daß ihr Blutsverwandter, der Lübecker Bürger Johann von Limburg, ehelich geboren sei. Soest 1297 August 1.

Viris prudentibus et honestis . . magistris burgensium et . . consulibus ceteris quoque civibus Lůbicensibus Godefridus Dei gratia decanus ecclesie Susaciensis et Johannes miles dictus de Plettenbracht Westfalie marscalcus, quantum possunt, favoris, obsequii et honoris. Quia, sicut percepimus Johannes de Limborch vester concivis quasdam apud vos de natalibus suis contumeliosas obiectiones est passus a quibusdam asserentibus, eum non esse de thoro legitimo generatum vobis pro certa veritate duximus intimandum, quod dictus Johannes de Limborch noster consanguineus nobis G(odefrido) decano predicto in tercio gradu consanguinitatis et nobis . . Westfalie marscalco in quarto[1]) coniunctus ab omnibus suis progenitoribus, proavis et attavis de legitimo est matrimonio generatus et[2]) hoc in nostra patria est notorium et ubi opus fuerit, legitime poterit comprobari. Quocirca vestram honestatem affectuose rogamus, quatinus prefatum Johannem ab huiusmodi iniuriosis obiectionibus defendentes et hoc vestre universitati publicantes non sinatis eius famam inique taliter denigrari. Ad hec taliter facientes, sicut apud vestros perpetuo promereri debeamus. Nos vero Johannes marscalcus Westfalie,[3]) quia nostrum sigillum apud nos non habuimus, sigillo avunculi nostri . . decani predicti in hiis scriptis continemur. Datum apud Sůsatum, ipso die Petri[4]) apostoli ad vincula, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

[1]) *B fügt* gradu *ein.* [2]) *B fügt ein:* est ministerialis nobilium comitum . . de Limborch et . . de Marka, ipse cum omni sua parentela, quia ministerialium participatio inter comites prefatos adhuc non est separata quod in nostra *usw.* [3]) *B fügt* predictus *ein.* [4]) *B fügt* beati *ein.*

3 Or. A. B. C. An A aus der Urkunde geschnittenem und dann durchgezogenem Pergamentstreifen der obere Teil des mandelförmigen Siegels: in gotischer Architekturumrahmung die Bilder des Apostels Petrus und des Märtyrers Patroklus, unten knieend der Siegler. Umschrift: † S. Godefridi [decani eccles]ie Susacien.

Bei B das ebenso befestigt gewesene Siegel ausgerissen.

C hat folgende Abweichungen.

2. *August.*

Johannes de Plettenbracht miles marscalcus Westfalie viris pr . . . quantum potest promotionis, dilectionis et honoris. Quia sicut fama referente didicimus — est passus, sicuti eciam vobis scripsimus in litteris avunculi nostri domini Godefridi decani ecclesie Susaciensis a quibusdam vestris concivibus asserentibus ipsum non — generatum vestre prudencie pro certissima veritate significandum duximus per presentes — consanguineus in quarto gradu consanguinitatis nobis coniunctus — et hoc undique in — legitime et honeste comprobari. Quocirca vestram prudenciam pariter et honestatem attencius rogamus — pessimis obiectionibus — universitati vestri opidi — ut eius fama inique taliter denigretur, quia si quis contrarium proponeret, mente minus iusta moveretur. Ad hec taliter faciatis, ut apud vestros, si tempus et locus se offerret, deservire teneamur. Concives vero vestros, qui contra Johannem tam iniuriosas obiectiones proponebant, in tantum corrigatis, quod eidem Johanni emendam condignam contigisse senciamus. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo; in crastino beati Petri apostoli ad vincula.

An aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen Rest v. M. S.

3 Or. Staatsarchiv Lübeck.

2423 b (N.).

Albert, Junker von Hörde, und der Ritter Johann von der Ruhr bekunden der Stadt Lübeck, daß der Lübecker Bürger Johann von Limburg Ministerial des Grafen von Limburg und ehelich geboren sei. 1297 August 2.

Honorabilibus viris magistro civium, iudici, consulibus universisque civibus in Lubeke Albertus domicellus dictus de Hårde necnon Johannes miles dictus de Rura promotionis et obsequii quantum possunt. Universitatis vestre discretioni veraciter duximus significandum, quod Johannes dictus de Lymburg vester concivis verus est ministerialis domini comitis de Lymburg et de thoro legitimo ab honorabilibus utrisque parentibus procreatus. Ut autem hec vera esse sciatis et credatis, vobis hanc patentem litteram mittimus sigillo nostro roboratam. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo VII°; in die Stephani pape.

Siegel mit dem aus der Urkunde geschnittenen Riemen abgerissen.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2423 c (N.).

Graf Otto von Tecklenburg bezeugt dem Rate der Stadt Lübeck die eheliche Geburt ihres Mitbürgers, des Johann von Limburg. 1297 August 5.

Honorabilibus et prudentibus viris — advocato . . consulibus ac universis civibus Lubicensibus Otto comes in Tekeneburch promocionis quantum potest. Innotuit nobis, quod quidam in civitate vestra livoris fomite incitati . . Johanni de Limborgh, cuius parentela nobis nota est, verba probrosa et contumeliosa opposuerunt, asserentes ipsum non esse de thoro legitimo procreatum. Quapropter honeste vestre discrecioni cupimus esse notum presentibus publice protestantes, ipsum . . Johannem ex parte utriusque parentis esse bone et honeste nacionis ministerialem ac de thoro legitimo processisse. Unde prudenciam vestram exoramus omni studio quo possumus et affectu, quatinus presentem protestationem nostram vestris concivibus et aliis probis et honestis viris faciatis apercius promulgari, ut alii ad detrahendum veritati de facili non prorumpant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°CC° nonagesimo septimo, feria secunda post festum Petri ad vincula.

An aus der Urkunde geschnittenem und durchgezogenen Pergamentstreifen Rest von W. S. 20, 5.

Von demselben Tage liegt auch eine fast gleichlautende Bescheinigung des Ritters Bernhard von Davensberg vor; sie hat folgende Abweichungen: feria secunda post festum beati Petri.

Lubecensibus Bernhardus de Daverenberg miles honoris et amicitie quantum — Limborg consanguineo nostro — notum tenore presentium publice protestando, eundem — Unde vestram prudentiam attentius exoramus, quatinus — aliis probis hominibus faciatis —

Geringer Siegelrest an aus der Urkunde geschnittenem und durchgezogenen Pergamentstreifen. Spitze eines dreieckigen Siegels: ilitis de . . .

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2440 a (N.).

Der Stadt Lübeck bekundet die Stadt Soest, daß nach dem Zeugnis des Dechanten Gottfried und des Stiftsherrn Hermann Pyl von Soest-Patroklus der Lübecker Bürger Johann von Limburg „wohlgeboren" sei. 1297.

Viris prudentibus et honestis . . advocato . . consulibus et civibus universis Lûbicensibus . . consules et universitas opidi Sûsaciensis cum sincero favore obsequii et honoris in omnibus quantum possunt. Fama referente didicimus, quod quidam vestrorum concivium inproperando obiecisset Johanni dicto (de)[1]) Limborch, qui similiter vester est concivis, ipsum esse filium illegitimum sive de thoro minus legitimo generatum. Que fama cum apud nos insonuisset, honorabilis vir dominus Godefridus decanus ecclesie Sûsaciensis, Hermannus Pyl eiusdem ecclesie canonicus et plures alii bone

nacionis viri scilicet milites et famuli dicti Johannis consanguinei et propinqui ad nostram venientes presenciam sermonibus fide dignis affirmaverunt, dictum Johannem esse bone nacionis virum, de thoro legitimo genitum ac ipsorum esse consanguineum et propinquum et petiverunt, ut in testimonium huiusmodi amrmacionis nos vobis nostras literas dirigere curaremus. Nos igitur de legitimitate dicti Johannis non solum per affirmacionem predictam sed per noticiam plurium bone nacionis virorum ad parentelam sepedicti Johannis pertinencium certificati dicimus assertive, dictum Johannem defectum in natalibus non habere et is qui contrarium obiecit mente minus equa movebatur. Unde petimus pru- denciam vestram, ut in hac parte fidem nobis adhibentes dictum Johannem pro homine ydoneo et defectum in natalibus non habente teneatis et teneri faciatis et, sicut expedire videtur, obiectorem contrarii secundum ius vestre civitatis taliter corrigatis, quod eius correctio ceteris auferat audaciam talia presumendi.

[1]) *Radiert.*

Unkenntlicher Siegelrest an aus der Urkunde geschnittenem Pergamentstreifen. Ebenso verschlossen gewesen, wie das Dortmunder entsprechende Zeugnis.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2440 b (N.).

Die Stadt Dortmund erklärt der Stadt Lübeck, daß der Lübecker Bürger Johann von Limburg als ehelicher Sohn des Richard und dessen Frau Sophie geboren sei. 1297.

Viris honorabilibus et discretis dominis . . scabinis . . consulibus ceterisque burgensibus Lubicensibus . . consules . . . scabini ceterique burgenses Tremonienses sinceri amoris perseverantiam cum benivo(lencia) et favore. Veniens ad nostram presentiam cognatio et parentela Johannis dicti Limburg concivis vestri nobis exposuit et evidenter ostendit, quod idem Johannes de honestis parentibus videlicet Richardo et Sophia foret ex thoro legitimo procreatus; unde ratione defectus natalium nullum sibi impedimentum prestari convenit, cum de sua legitimatione simus sufficienter certiorati, prout hoc de ipso tenore presentium declaramus, petentes ipsum, ubi opus habuerit, favorabiliter promoveri.

In Briefform gefalten. Auf einem am unteren Rande z. T. abgeschnittenen Pergamentstreifen, der auch zur Versiegelung, ohne durchgezogen zu sein, benutzt ist, die Aufschrift: Honorabilibus viris . . scabinis et . . consulibus Lubicensibus. *Geringe Reste v. W. S. 75, 2.*

Der Verschluß scheint so hergestellt, daß das Briefchen vollkommen vom Siegel umschlossen war, weil auf beiden Außenseiten des Pergamentes Wachsspuren sichtbar sind.

Or. Staatsarchiv Lübeck.

2449 a (N.).

Die Edelherren Widekind und Kraft von Grafschaft übergeben dem Grafen Otto von Waldeck ihr Eigentumsrecht an der Burg Nordenau und empfangen dieselbe von ihm als Offenhaus zu Lehen zurück. Meschede 1297 (1298) Februar 14.

Nos Wydekindus et Cracht viri nobiles dicti de Grascap recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod castrum nostrum Norderena et omne quod nostrum in eo est proprium,[1]) domino O[ttoni] comiti de Waldecke et suis veris heredibus proprietarie dedimus et post huiusmodi dationem proprietariam dictum castrum ab ipso domino O[ttone] comite iure recepimus pheodali, volentes, ut suum atque suorum heredum[2]) predictorum patens sit castrum contra omnes universaliter et ad omnia que sibi probaverint expedire. In cuius rei presens testimonium scriptum sigillis nostris duximus sigillandum. Datum Mesghede anno Domini M°.CC°XC°VII° in die beati Valentini.

[1]) *A; B* quod nostrum est proprium in eo. [2]) *A; B* suum heredumque suorum.

2 Orig. 5578 u. 5579 im Waldeckschen Archiv z. Z. Marburg. Siegel an beiden Originalen beschädigt. 1) Siegel des Widekind: Westf. Siegel XXXIV 4 (A). 2) Reitersiegel des Craft: ebenda XV n. 2. Gedr. Kopp, Heimliche Gerichte S. 499, danach Seibertz U. B. I Nr. 468 zu 1297.

Nr. 57. S. 25, lies: im Regest Rhade bei Halver statt Rode (Neuenrade).
„ 201, S. 89, Anm., vorletzte Zeile lies: Westdeutsche Zeitschrift III, S. 211 statt 217.
„ 238, S. 102, Zeile 2 ist vor priorisse C. einzufügen.
„ 238, S. 102, Zeile 6 lies: Fridericus . . . de Ysenberch sue saluti statt . . de Isenberch sui salute.
„ 238, S. 103, Zeile 3, lies: quecumque statt quemcumque und collegerit statt collegio (?).
„ 238, S. 103, Zeile 4 lies: receperit statt recepit.
„ 238, S. 103, Zeile 6 lies: contigerit statt contingit (!).
„ 238, S. 103, Zeile 7 lies: assignaverit statt assignavit.
„ 238, S. 103, Zeile 17 lies: nach semper augusto domino Frederico statt Frederico.
„ 238, S. 103, Zeile 19 lies: nobiles viri de Gellere: dominus Gerhardus; de Clive statt Cleve: dominus Theodericus.
Or. im Pfarrarchiv in Elsey.
„ 301, S. 126 gedruckt auch bei Seibertz U. B. III, S. 442, Nr. 1082.
„ 309, S. 129. Or. Kloster Grafschaft Nr. 4.
„ 354, S. 151, Zeile 3 lies: A(gnetis) statt A(leydis).
„ 395, S. 171 lies: 395 statt 295.
„ 430, S. 187, Zeile 6 lies: Hoeverhagen statt Horverhagen.
„ 447, S. 195, Zeile 8 lies: omnino statt ominio.
„ 522, S. 231, Zeile 11 lies: rogans statt ro ans.
„ 534, S. 236 im Regest lies: Lippramsdorf statt Ramsdorf.
„ 679, S. 300 ist Zeile 12 nach Kindlinger iuvamini statt gravamini zu lesen. Abschr. Msc. II 24, S. 20.
„ 683, S. 301. Im Regest lies: Iggenhausen für Yenhusen (Oeynhausen ?).
„ 719, S. 317. Die Urkunde ist wohl für das Jahr 1259 statt 1250 anzusetzen. Vergl. Personen- u. Ortsregister S. 1576, Anm. 1.
„ 760, S. 335. Im Regest lies: Graf Adolf von Waldeck statt Otto.
„ 793, S. 351 lies: 793 statt 693.
„ 803, S. 356. Vergl. den vollständigen Druck Nr. 803, S. 1290.
„ 813, S. 361 lies: 813 statt 814.
„ 852, S. 381 lies: gedr. Seibertz U. B. I, 284 statt 248.
„ 978, S. 442. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Fröndenberg. Als Datum lies: 1258 März 31 statt 25.
„ 1016, S. 460 lies im Regest: Meyninchoson statt Merninchosen. Entsprechende Belehnung Graf Gottfrieds v. Arnsberg 1259, Mai 26. Or. Arnsberger Lehen.

Nr. 1061, S. 480, Anm. letzte Zeile lies: Regest mit Zeugen Westf. U. B. III, 669 statt 689.
„ 1165, S. 529, Zeile 8 lies: Helmicus de statt do Polshem.
„ 1186, S. 538 im Regest lies: Gottschalk von Harhusen und dessen Söhne statt Brüder.
„ 1192, S. 541. Zuletzt gedr. mit einigen Abweichungen in Krumbholtz U. B. der Familien von Volmerstein und von der Recke Nr. 180, S. 59.
„ 1194, S. 542 = Nr. 1192a, S. 1295. Als Datum lies: 1265, Juli 25 statt August 6 (VIII Kl. statt Idus Augusti).
„ 1243, S. 563. Kopie des 19. Jhs. im Stadtarchiv Soest, Msc. I, 3, S. 523.
„ 1294a, S. 585 lies: 1294a statt 1295a.
„ 1537, S. 702. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster Familien-Archiv von Ketteler.
„ 1580, S. 723. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Kentrup 4a.
„ 1661, S. 759 ist im Regest zu lesen: Volquin v. Hostinchusen statt v. Horstinchusen.
„ 1681, S. 770. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Kentrup 4b.
„ 1737, S. 802 ist als Datum 1289 statt 1280 zu lesen.
„ 1804, S. 835 vorletzte Zeile lies: Bernhardus de Worden statt de Wrden.
„ 1873, S. 870 lies: Reg. Westf. U. B. III 1216 statt 12.
„ 1896, S. 881 lies im Regest: aus einem Hofe in Berwicke statt aus dem Hofe Berwicke.
„ 1912, S. 889. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, Kloster Kentrup 11a.
„ 2002, S. 940. Im Regest lies als Datum 1286 statt 1282.
„ 2014, S. 945 lies im Regest: Graf Herbord von Dortmund statt Conrad.
„ 2148, S. 1014. Or. jetzt im Staatsarchiv Münster, F. A. von Volmerstein, zuletzt gedr. Urk. B. der Familien von Volmerstein u. von der Recke, S. 78, Nr. 239.
„ 2200, S. 1039 lies im Regest: Gerwin von Ampen (Andopen) statt Gerwin von Anedopen.
„ 2208 u. 2209, S. 1043 lies im Regest Seringhausen statt Severinghausen.
„ 2216, S. 1047 lies im Regest: Ländereien bei Süddinker statt Lüddinker.
„ 2246, S. 1062. Das Zeile 3 genannte Witinchusen ist wohl das heutige Wietin, Bauerschaft Brockhausen, Kr. Soest.
„ 1192a, S. 1295 = 1194, S. 542.
„ 2348a, S. 1311 lies: 2348a statt 2248a.
„ 2259, S. 1070. Im Regest irrtümlich das erste Datum statt des zweiten eingeklammert.

Nr. 2262, S. 1073, Zeile 5 ist wohl zu lesen: Dove statt Done.
„ 2295, S. 1091. Im Regest lies: Alvelinchusen statt Avelinchusen.
„ 2316, S. 1103, lies 2316 statt 2216.
„ 2322, S. 1106, Anm. 1) lies Oristano (statt Rab, 7) Carinola statt Cagli, letzteres ist als 7a vor 8) einzufügen.
„ 2323, S. 1107, Anm. 4 lies: Carinola statt Cagli.
„ 2326, S. 1119, Anm. 12 lies: Carinola statt Cagli.
„ 2341, S. 1119 lies im Regest: Bischof statt Erzbischof Everhard.

Nr. 2353, S. 1124 lies als Datum 1295 (1296), Februar 9 statt 3 (oder 10?).
„ 2364, S. 1130 lies im Regest: Delstern statt Delsten.
„ 2381, S. 1139. Im Regest lies: Sölde statt Söblde.
„ 2420, S. 1158 lies im Regest: Elpe bei Herten statt (Eblich?).
„ 2429, S. 1164 lies: Nr. 2429 statt 2428.
„ 2501, S. 1202, Zeile 5 von unten lies: Rutgherus de Dissen statt et Dissen.
„ 2609, S. 1255, Zeile 7 lies: Olricus de Ritte statt Bitte.

Glossar und Sach-Register.

A.

Achtwort (achteworth, acthewort, echtewart, echtwart, echtword, echtwort, ehtwart, ehtwort, eitwort, eychwort, eycword, eycwort) 78 (warandia integra), 321, 335 (jus plenum et integrum . . . in marchis), 452, 472b (servitus lignorum), 535 (warandia), 864, 2121, 2419, 2530 (spacia lignorum).
afhoste, afhuste, afhusthe s. Zehnte.
aftirsenith (secunda synodus) 210.
altum iudicium s. Hochgericht.
ambetlen 64, 88 (beneficium quoddam).
ambtregth 48.
Amtmänner (officiales, officiati) allgem. 1004, 1129, 1491, 1523, 1826, 1827, 2094, 2301a, 2461, 2615, 2620. Im einzelnen: Albert (1286) 2007, (1287) 2021; Balco (1267) 1264; Dietrich (1298) 2444; Ditmar (1294) 2303; Johann, magister (1283) 1878; L . . . (1276) 1570; Siegfried (1267) 1257; vergl. Arnsberg, Stadt u. Burg; Bitter, Bernhard; Bittersole, Thetmarus; Bonn, Propstei; Büren in; Kersecorf; Kleve, Grfn. v.; Köln, erzbischöfl. Beamte; Ense, Dietrich v.; Vallendar; Vermûnt, Gerlach de; Vustehove gen., Heinrich; Hake gen., Arnold; Havere gen., Engelbert (N.); Herevelde, Konrad v.; Herincdorp, Wilhelm de; Hövel, Hermann v.; Holtesminden, in; Limburg, Grfn. v.; Lippe, Edle v. der; Mark, Grfn. v. der; Meschede, Stift; Rodenberg, in; Scade; Schluch, Eberhard; Schoke, Siegfried; Soest: 1) s. Patroklus; 2) Schulte v.; Utrecht; Xanten, Stift.
aneval, ager qui a . . . dicitur 452.
angarie, vel perangarie 983.
an mannes stat, loco homagii, quod a. m. st. dicitur 1442a.
ansprake s. rethelich ansprake.

B.

baghine s. Beghinen.
bannus regius s. Königsbann.
Bauerschaft (bûrscaph) 1749 (vgl. legio).
Bede (exactio, petitio, precaria sive stiura, tallie) 45, 179, 321, 393 (tallie), 443, 926, 981, 1093 (exactio vaccarum), 1164 (peticio auptumnalis), 1275, 1437, 1446, 1491 (peticio autumpnalis), 1539, 1683 (precaria sive stiura), 1749 (peticio . . . vaccarum, annone, pullorum vel aliorum proventuum), 1827, 1998 (petitio autumpnalis), 2120 (petitio autumpnalis).
bedemunt (beddemundum) 123, 1113 (sponsalia).
Beghinen (baghine, beginne, begynen) s. Dortmund u. Soest.
Bergfriede (berfredi) 1648.
Bierpfennige (denarii cervisiales) 1211.
bisantus aureus 2425 (1=12 Denar).
bona natio s. natio bona.
botdinc (sollempne iudicium) 1133.
bouwerman 298.
brutman 1984.
buelich s. huldelich.
burglen (feodum castrense) 959.
burrichtere (burrychtere, magister burgensium) 1047, 1867.
bûrscaph s. Bauerschaft.
bursprake 2420b (N.) (protestatio in . . . promulgatione, que b . . . dicitur) 2423.

C u. K.

carbones s. Holzkohlen.
Kardinalkollegium 920.
carte scabinorum s. Schöffenbücher.
cerocensuales s. Wachszinsige.
cervisiales denarii s. Bierpfennige.
circaria, visitatores circarie Vestfalie 2164.
clufte (uvarum) 1316.
Königsbann (bannus regius, kunencgesban) 982 (in lignis iudicium, quod k . . . dicitur), 1743.
Königsgericht 630, 1961.
comecia (comescia, cometia, comicia) s. Grafschaft.
Konychop s. Kuningscoph.
coremede, cormede s. curmede.
kornoten 2073.
Kreuzfahrer, crucesignati 442.
crumbe grascaph, Krummegrascop s. Grafschaft.
kunencgesban s. Königsbann.
Kuningscoph (Konyschop, Kuningstoph?) eine summa 1824.
curmede (coremede, cormede, curemedum, curmadii lex, cûrmeda, curmedia, curmeida) 123, 443, 627 (de morte cuiuslibet [cerocensualis] pro jure, quod curmeida dicitur, vestis melior defuncti vel XII denarii . . . assignabuntur), 854, 1408, 1578, 1693, 1763.
custodia s. hude.

D.

decima s. Zehnte.
decimarius, dicimator s. Zehntsammler.
denarii (herschillinge, herschillinge, latmorgene) 34 (den. graves), 81, 733 (denarius aureus = 12 Kölner den.), 882 (den. qui apud laicos latmorgene vocantur), 992 (den. argenteus), 1211 (den. cervisiales), 1495 (den. decimales), 1556 (den., qui vronepenningcge appellantur), 2129 (den. [qui] vogetpenninge . . . dicuntur), 2493 (3 den. = 1 grossus Turonensis, s. d.). Vgl. Deventer, Dorsten, Dortmund, Hamm, Iserlohn, Lippstadt, Recklinghausen, Soest, vergl. Münzen, obuli, Pflugpfennige, worthpenigge.
Dinggraf (dhincgravius, dincgravius, dincgreve, thincgravius) 575, 615, 704, vergl. Freigraf.
Dinkel (thinkel, far) 187, 188, 218 (far, quod . . . thinkel appellatur).
domus lanificii s. wullenhus.
dorslagh egen s. durslagtig egen.
durslagtig egen (dorslagh egen, durslagsten egene) 936 (mera proprietas . . . teutonice . . durslagsten egene), 1207 (domum . . . in meram redonaverunt proprietatem, quod vulgariter to durslagsten egene nuncupatur), 1494, 1655.

E.

echtewart, echtwart, echtword, -wort s. Achtwort.
eckechde s. wapen, eckechde.
effestucatio manualis 1655.
egen 551 (ius servile, quod . . egen dicitur), 2021 (bona, que egene dicuntur) (vergl. durslagtig egen).
egendom (ius proprietatis curie) 2021.
egengut, bona, que dicuntur e . . . 2601.
ehtwart, -wort s. Achtwort.
Einlager (intratio, obstagium, jacere, ad iacendum mittere, intrare) in: Ahlen 2412; Arnsberg 136; Attendorn 1016a; Bonn 1728; Köln 444, 868, 998, 1131, 2603, 2618; Dortmund 1426, 2007; Essen 1709, 1754, 2007; Geseke 922, 1082; Gräfrath 2376; Hamm 1309, 2240; Höxter 1054; Iserlohn 1201; Lennep 1722; Marsberg 342; Menden 136, 1571; Monheim 2426 (intrabimus villam Munheym ad iacendum, comedendum et dormiendum more bonorum fideiussorum ibidem tam diu, donec super eo, quo monitio . . . facta fuerit, . . . satisfiat); Münster 1143; Rüthen 138; Soest 391, 871, 1305, 1560, 1919, 1930, 2141, 2180; Werl 1801; Wesel 1129; Wipperfürth 1412; ohne nähere Angabe 465, 1360, 1728.
einlucke lude, alii homines [quam coloni] 1378.
eitwort s. Achtwort.
ereve 1113.
erfexen 2081.
erftall 1985.
ervedele 573.
ervethinsguth (case . . . sub hereditaria pensione) 2498.
exactio s. Bede.
eychwort, eycword, -wort s. Achtwort.

F u. V.

vecture 587, 1770.
vedeme (. . . in . . . nemoribus pastura . . . procorum . . . libera . . .) 1129 (vergl. Zehnte).
vehma s. Freiding.
vemenoti (liberi iudicii) 1554.
versingus, vel solidus 743a.
vicecomes s. Köln, erzbischöfl. Beamte.
vicedomini s. Vitztume.
vifgerde 477 (ager . . qui habet unum vifgerde).
villicatio 3, 31, 51, 57, 199, 225b, 281, 351, 926, 996, 998, 1098, 1172, 1512, 1513, 1521, 1919, 2052a (N.), 2060, 2223, 2224, 2360, 2418, 2493 (officium villicationis seu scultetatus).
vime 1113.
vincoph s. Weinkauf.
vinger 54.
Vitztume (vicedomini) s. Münster, Neuer Dom.
vogedingh, vogetdync, vogethtinc s. vogtdinc.
vogetpenninge s. denarii.
vogtdinc (vogedingh, vogetdync, vogethtinc, vogetthinc, placitum) 321, 353 (iudicium quod vogethinc dicitur) 1101, 1113, 1539.
vorehure s. vorhure.
vorherwede 355a, 2370.
vorhure (vorehure, vorhûre, vurhure) 49, 143, 252, 324, 355a (pro recognitione et jure, quod . . . vorehure dicitur), 1792, 2196 (duplicata pensio, que . . . vorehure dicitur).
vorst (silva ardua) 99.
vorstambeth 86.
Vorwerk (vorwerc, vorwerche, vorwercke, vûrewerc, vurewerk) 592 (s. auch Personen- und Ortsregister).
fraternitas 1047, 1049, 1070, 1550, 1566.
Freibann (vrieban, iuditium quod . . . dicitur v . . .) 140, 154.
Freiding (vridhinc, friding, vridinc, vridinch, vriedhinc, vriedinc, vriedinch, vrieding, vriethinc, vrigdinc, frigedinc, vrigedinch, frigedingh, vrithinc, frydinck, vrydinck, vrydynck, wridinc, vehma, libera sedes iudicialis) 217, 419a (versammlung der vrien, welch up duitsch vrydinck genompt), 568, 575, 615, 648, 651, 680, 704, 738, 767 (occultum iudicium, quod vehma seu v . . . appellari consuevit), 802, 811 (iudicium liberorum), 812, 859, 878, 1113, 1119, 1126, 1127, 1187, 1314, 1667, 1888a (N.), 1889, 1997, 2199, 2286, 2324, 2545; Freiding bezw. Freistuhl s. auch Berenbruke, Korbach, Dortmund, Vane, Feldbrack, Flerke, Geseke, Hare, Heppen, Hörde, Ingerincbusen, Mengede, Neuengeseke, Oestrich, Ostönnen, Polsum, Rhoden, Schwedinghausen, Soest, Stene, Sülsen, Ussen, Waltrop, Wennigloh, Wippringsen; vergl. auch Freistuhl und stilledinc.
Freifrone (vrigievrone) 2545.
Freigraf (vriegrave, vriegreve, vriegrewe, vrigegreve, vrigrave, vrigravius, wrigrewe, liber comes) 1760,

Freigraf] 2165, 2285. — gen.: Bernhard (1282) 1791; Konrad (1300) 2630; Eberhard (1297) 2420; Heinrich (1297) 2427; Johann (1291—98) 2211, 2335, 2348, 2452; Richard (1288) 2106a (N.); vergl. Aflen, de; Aslen, de; Berenbroke, in; Borgeln, de; Büren, de (N.); Körne, v.; Dortmund, Lütgen-; Druckeberg, gen. (als Stellvertreter); Ebelinchem, de; Erwitte, v.; Vrilynghusen, de; Hamwic, de; Hare, in; Herne, de; Hobe; Isenberg, Grfn. v.; Recklinghausen, v.; Ryngelinctorp, de; Soest, in; Unna, in (vgl. Dinggraf).
Freigrafschaft (cometia libera, comicia, vrigrascaf, vrigrascaph, vrigrasschap, vryegraschop) 474, 802 (bannus, qui vrigrascaph . . . dicitur), 1075, 1266, 1478, 1556 (iudicium, quod vrigrascaf . . . appellatur), 2329, 2509 (Fälschung), 2546.
Freimarkt (vrymarckte) 1112 (nundinae, quas vulgus v . . . nominat).
Freischöffen s. Dortmund.
Freistuhl (vrigestol, vrigestole, vrigstol, vristul, vrystuell, sedes libera, sedes regia) 1554 (in figura iudicii, quod dicitur vrystuell), 1819, 1854, 1859 (sedes regia), 2125 (sedes iudicialis), 2267, 2324, 2486 (iudicium seu tribunal, quod . . . vrigestole solet dici), 2571; vergl. auch Freiding.
vridhinc, vridinc, -dinch, friding s. Freiding.
vrieban s. Freibann.
vriedhinc, vriedinc, vriedinch, vrieding s. Freiding.
vriegrave, -greve, -grewe s. Freigraf.
vriethinc s. Freiding.
vrigdinc, frigedinc, -dinch, vrigedinch, -dingh s. Freiding.
vrigegregreve s. Freigraf.
vrigen (vrien) 859 (scabini, qui dicuntur vrigen), 2040.
vrigesdineges (scabini iudicii secreti) 2420.
vrigestol, vrigestole s. Freistuhl.
vrigievrone s. Freifrone.
vrigrascaf, vrigrascaph, vrigrasschap s. Freigrafschaft.
vrigrave, vrigravius s. Freigraf.
vrigstol, vristul s. Freistuhl.
vrithinc s. Freiding.
vrone 318.
vronepenningge s. denarii.
frydinck, vrydinck, vrydynck s. Freiding.
vryegraschop s. Freigrafschaft.
vrymarckte s. Freimarkt.
vrystuell s. Freistuhl.
vullewûstene (extirpatio seu dissipatio [luci]) 982.
vûrewerc, vurewerk s. Vorwerk.
vurhure s. vorhure.
vurtpennigge s. worthpenninge.

G.

gebuseme, Eheschließung hofhöriger Leute mit solchen extra sue conditionis 113.
Gehenna (Jehenna = Hölle) Fluchformel 208, 534.
Geleit, sicheres 1057.
geltchenothe 2498.
gemeyne ûrdeil s. ûrdeil, gemeyne.
gerade (radhe) 113, 1113, 1985 (eyn deyll der erfnusse, geheyten dat gerade, beim Sterbefall einer hofhörigen Frau) 2059.
geschrie (geschrey, scrye) (cum gladio et clamore . . . evocare) 182, 2137.
gewerf 1682, 2017, 2213.
Gildehalle, deutsche, in London 1055.
gogerichte (gogerithe, altum iudicium s. iudicium) 922. Vergl. Wickede.
Grafschaft (grascap, grascaph, comecia, comescia, cometia, comicia) 1836 (bona seu cometia, que crumbe [= Limburger-] grascaph nuncupantur), 1839 (comicia in Osethe . . . Krummegrascop), 2353 (comecia, que g . . . dicitur), 2602 (comecia magna).
graschult (grascult) 22 (domos et bona . . . eximere ab onere fiscali, quod dicitur grascult), 1854, 2395.
grossus s. Turonensis grossus.
Gruet (grus, grûz) 1211, 1521, 2266a (fermentum, quod grus vulgariter appellatur), 2380b, 2507a.
Gulden, Rheinische 1773.
Gunchpfanne 1992.

H.

Hafer (haveren) 54.
Hagelfeier (hagelvire) festum in crastino Ascensionis Domini 2382.
hamele (arietes) 281.
Hansa, deutsche 1812.
Hansegraf, hansecomes s. Dortmund.
Hansegrafschaft (hansegrafscap) (quoddam ius et dignitas) 1066.
Hansetag und Hansestädte 2510a.
Hansischer Hof zu Nowgorod 2340a.
haveren s. Hafer.
helling (hellin) 54 (malder brodes ther men vire umme einen h . . . coped).
heremalder 1474 (maldra . . . que dicuntur h . . .).
herewadium, herewede s. herwede.
herfdeynst 1164.
hergewede, -weide s. herwede.
herschillinge, herschlillinge (!) s. denarii.
herwede (herewadium, herewede, hergewede, hergeweide, herwadium) 113, 298, 443, 446, 447, 800, 955, 992 (exuviae, que vulgo dicuntur herewede), 1069, 1113, 1407, 1708, 1900, 1985 (der deyll der erffnusse [eines hofhörigen Mannes], dat dar hedt dat herwede), 2035 (obventiones et emergenciae, que . . . hergewede dicuntur), 2069, 2370, 2483.
hiendinc (hienedinc, hyendinc, hyendinch) 478 (colloquium, quod hyendinc dicitur), 685 (iudicium, quod hienedinc dicitur), 2292, 2293.
hienrecht (huenereht, hunerenrecht) 309 (vergl. Seibertz U. B. III 1083) 2146.

hoba (hoiba) 208, 1446.
Hochgericht (hogereygte, hogerigthe, hogerithe, hogerygte) 1627 (iudicia, que hogereygte appellantur), 2001 (iudicium, quod . . hogerigthe dicitur) (vergl. hogenricht).
Hölle s. Gehenna.
Hofgericht, Königliches 2491, 2525.
Hofrecht des Hofes zu Gahmen 1985.
hofscepel (hoveschepel) 743a, 1474 (mensure ordei bracii dicte hofscepel).
hogenricht (iura maiora) 307.
hogereygte, hogerigthe, hogerithe, hogerygte s. Hochgericht.
hoiba s. hoba.
holtgreve 1) (speciale ius) 2081; 2) (comes, qui holtgreve dicitur) 2081.
holthinc (placita) 321.
Holzkohlen (carbones) 1013.
horescepel (horescipel, horewescipel) 51 (mensure, que . . . horewescipel dicuntur), 86 ($4\frac{1}{2}$ = 8 modii Korbacher Maaß).
hospitium (hospicium) 281, 393, 472, 1886 (ius hospitalitatis).
hoveschepel s. hofscepel.
hude (custodia) 56.
huldelich et buelich 998 (curtem colere et servare eo modo quod dicitur h. et b.).
huenereht, hunerenrecht s. hienrecht.
hyendinc, hyendinch s. hiendinc.

J u. Y.

Yconomus 73.
Jehenna s. Gehenna.
intratio s. Einlager.
iudicium (iuditium) 688a, 695a, 1745, 1780 (manifestum iudicium), 2255, 2369, 2372, 2453, 2486, 2561, 2565. (iudicium civium et luci) 472b; iudicium curie regalis 2491; iudicium gograviatus 2442; s. auch botdinc, vogtdinc; Freibann; Freiding; hiendinc; Hofgericht; markerichte; stilledinc; wapeniow.

L.

latmorgene s. denarii.
ledichgen (titulus proprietatis) 1896.
legio 1900 vgl. Bauerschaft.
leinenherben (!) (heredes illi, qui . . dicuntur l . . .) 2537.
lenwere (ius infeodationis . . bonorum . .) 954.
liftucht (lifeucht (!), liftuht, lyftucht, usufructus) 1016a, 1062 (bona . . . ad sustentationem vite, quod . . liftuht dicitur), 1344, 2534, 2546.
litones (lythones, lytones) 1516, 1578, 1595, 1612 (mancipia sive lythones), 1655, 1894 (vergl. mancipium).
loco homagii s. an mannes stat.

M.

magister burgensium s. burrichtere.
malder, maldrum s. Malter.
malstat 1502a (tractatus secreti iudicii, qui dicitur m . . .), 2420 (locus dictus m . . .).
Malter (malder, maldrum, moldrum, moltum) 54, 1013, 1073, 1149, 2401.
mancipium 57, 278, 1040, 1283 (Gerhardus de Palude, qui est m . . .), 1850 (vergl. litones).
manifestum iudicium s. iudicium.
manneguth 1257 (ius bonorum, que m . . . appellantur).
manrecht 2396.
manstede 2541 (testimonium, quod . . dicitur m . . .). (vergl. an mannes stat).
marca s. Mark.
marcgenoten, marchanoti, marchenoth, marchianoti, marchinatae, marchomanni s. Markgenossen.
Mark (marca) Geldmünze: 1 = 12 (Münsterische oder Soester) solidi, 1675a (N.), 1888a (N.), 2106a (N.), 2309, 2618.
— Kölner 394, 443, 782, 1410, 1427, 1829.
— Dortmunder 1290, 1658.
— Englische 1595, 1639 (marce sterlingorum), 1653, 1683, 2007 (1 = 12 Solidi).
Mark (marchia, marka) 35, 86, 321, 335, 535, 1909 (nemus seu ligna, que . . . marka dicuntur), 2081 (silva . . . que marke dicitur), 2419.
markanoti s. Markgenossen.
markerichte s. Markgericht.
Markgenossen (marcgenoten, marchanoti, marchenoth, marchianoti, marchinatae, marchomanni, markanoti, markenoten) 35, 86, 321, 335, 535, 607, 1000, 2081.
Markgericht (markerichte) 472b (iudicium luci, quod markerichte . . . vocatur).
mesen (mesen allecum) 2008.
moldrum, moltum s. Malter.
morgene 487 (iugera).
mudde 61 (mudde seminis), 1310 (mudde siliginis).
Münze s. Attendorn, Brabant, Köln, Deventer, Dortmund, Essen, Hamm, Helmarshausen, Medebach, Münster, Rüthen, Siegen, Soest (vergl. bisantus aureus; denarii, Mark).
Münzerhausgenossenschaft 40, 1008.
Münzvereinigung 1829.
mulendic 616 (aqua, que appellatur m . . .).

N.

natio bona (famulus, homo, vir bone nationis) 1695, 1952, 2105, 2106, 2162, 2333, 2420b (N.), 2420c (N.), 2423c (N.), 2436, 2440a (N.), 2460.
Neubruchzehnte s. Zehnte.
Notare (notarii, tabellien) 1) ohne nähere Angabe: Albero (1269) 1321. Albert (1270) 1380. Ambrosius (1217) 134; (1250) 718. Arnold (1245) 605. Berthold (1268) 1279. Boemund (1266) 1220. Eber-

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

W.

Z.

Nachträge und Berichtigungen zum Personen- und Ortsregister.

[1]) (N.) = Nachtrag. Die mit einfachen a, b oder c bezeichneten Nummern befinden sich als Nachträge im Urkunden-Buche selbst; die mit a (N.), b (N.), c (N.) bezeichneten als Nachträge im Personen- und Ortsregister.

Nachwort.

Das vorstehende Wortregister soll in beschränktem Maße auch ein Sachregister ersetzen. Die Auswahl der darin aufgenommenen Stücke ist selbstverständlich durchaus willkürlich; mancher wird ihm überflüssig erscheinende Angaben finden und andere ihm wichtig dünkende vermissen. Darüber ist nicht zu rechten. Jedenfalls möchten diese Zusammenstellungen eine vielen willkommene Ergänzung zu dem Namensverzeichnisse darstellen.

Damit nehme ich nun endgültig Abschied von einem Werke, welches mich bald 2 Jahrzehnte beschäftigt hat, möchte aber nicht unterlassen, an dieser Stelle dem Danke, den ich vor 10 Jahren meinen Mitarbeitern im Vorworte aussprach, noch die ebenso warme Anerkennung hinzuzufügen, welche den Herren Archivar Dr. Otto Grotefend (jetzt in Stettin) und Dr. Bernhard Messing für ihre entsagungsreiche Arbeit an diesen schlichten Übersichten gebührt, welche das ganze Werk erst wirklich der Benutzung erschließen. Ferner haben Herr cand. hist. von Klocke (hier) und Herr Professor Dr. Weerth (Detmold) zahlreiche Ergänzungen und Verbesserungen beigetragen; auch ihnen sind wir für diese aufopfernde Mitwirkung zum lebhaftesten Danke verpflichtet.

Münster, im Februar 1919.

Philippi.

WESTFÄLISCHES

URKUNDEN-BUCH.

FORTSETZUNG VON ERHARDS REGESTA HISTORIAE WESTFALIAE.

HERAUSGEGEBEN

VON DEM

VEREINE FÜR GESCHICHTE UND ALTERTUMSKUNDE WESTFALENS.

SIEBENTER BAND:

Personen- und Orts-Register. Nachträge und Berichtigungen zu den Urkunden. Glossar und Sach-Register. Nachträge und Berichtigungen zum Personen- und Orts-Register. Nachwort.

Bearbeitet

vom

Staatsarchiv Münster.

Münster, 1919.

In Commission der Regensbergschen Buchhandlung.

(B. Theissing.)